OFFICINA

TEXTORIS


Rz
2987. I. F. 6. 2 k. 1

Cum Leonardi Budinæ, cui me
sibi & suis comparauit,
Anno. M. D. XXXIIII.
[illegible] Januarij.

Translatus est Episcopatu Lubacensi.



Ex Libris Illmi et Rssmi Principis Epi Labacensis Bibliothecæ Ber-
gensis Tit: historici profani Num: 23. Catalogo mscripty.



Io. Rauiſij Textoris Niuernēſis Offi=
cina partim hiſtoriis/partim poeti=
cis referta diſciplinis.


Ad lectorem.

Lector vbi noſtræ partum/nugaſq; iuuentæ
Aſpicies, flaua ſit ſine bile iecur.
Hęc ego nō ſcribo doctis monumēta poetis,
Qui phœbo & muſis carmina digna canūt
Sed rudib⁹ pueris qui primo ī puluere ſudāt,
Qui voces & adhuc prima elemēta bibūt.
Q; ſi forte voles graphiis me pūgere/punge,
Dum ſolam ferias abſq; cruore cutem.
Qui leue mortifero delictum verbere punit,
Et ferrū ī venis clauſum habet et colubrū.


Proſtat vænalis in taberna libraria Regi=
naldi Chauldiere honeſtiſſimi bibliopolæ
manentis in vico Iacobæo, ſub inſigni homi=
nis ſylueſtris.







K K
LYCEAL
BIBLIOTHEK
ZU
LAIBACH



INV=03001345 6

¶ Inculpatiſſimo viro/ſacrarũmq; literarũ profeſſori meritiſſimo/ D. Ioanni Boluaco Niuernenſi, Nauarrienſium Grammaticorum gymnaſiarchæ. Io. Rauiſius Textor Niuernenſis S.D.



Requens fui admiratio, vir inculpatiſſime, q̃ ego tuus aliquis/ & prope dixerim partus/ tuis ſemper adiutus obſequijs, tuaq; opera literis innutritus, neq; beneficiũ ſcriptis agnoſcerem, neq; gratiam verbis vllis remetirer. Nec defuerunt/ qui ſilẽtio rideo tam diuturno inflatis etiã buccis/ & multo iraſcerẽtur stomacho/ atq; hoc ipſum vicio verterent, dicerentq; me indignum, de quo quiſq̃ bene mereri debeat, quum vt cauſabantur, plęręq; expertes rationis animantes abhorreant ab huiuſmodi nota. Nam et Ciconia parentes a quibus vitam accepit, ſenio feſſos nutrit & ſuccollat, et glires ſuis genitoribus dum ſenuerunt, eadem ſuccurrunt pietate/ velut meritum refundentes. Alij item quib⁹ eadem placebat ſententia, cõuicijs me inceſſebãt, et huiuſmodi verbis alloquebantur. Nę tu es homo egregie malus Textor, dignuſq; multis plagis & cicatricibus, qui magno famę tuæ diſpendio non agnoſcis, per quem profeceris. Hic (de te loquebantur) te nutriuit a puero. Et vt inquit Simo Terentianus, fecit ex ſeruo vt eſſes libertus, et quod habuit ſummum precium, perſoluit tibi. Tu tamen pateris eius memoriam apud te frigeſcere, quem velut numẽ aliquod terrenum deberes ſuſpicere & reuereri, cuiuſq; effigiẽ ſi ſaperes/ domi haberes in larario, quum quicquid es, ſi quid ſaltem es, id totum ſis eius officio, eiq; vitam cum doctrina referre debeas acceptam. Adde q̃ magna eſt ambobus affinitas, eadem vtriq; patria/ cuius ille flos eſt/ & primum ſpecimen, & in qua tanti fit ab omnibus, vt inhumanus habeatur & inciuilis, qui tranſeunti compitatim non aſſurgit. Qua nam ergo ratione maculam hanc elues/ quonam modo culpam deprecaberis, aut in quam excuſationẽ reijcies delictũ, ſi ſolus eum relinquas inſalutatum, in quem omnes pleno ore certatim laudes congerunt? His illorum verbis quum aures mihi calerent et circunſonarent/ cœpit me pudere vitæ/ & pœnitere negligentiæ. Parumq; abfuit, quin ipſe mihi pœnam irrogauerim/ ſumptoq; de meis muſis ſupplicio/ abortiuas adoleſcentię meæ nugas Veneris marito deuouerim, vt cum Politiano loquar. Vbi tamen diu ſatis in ea pependi cruce, poſt longum tædium et animi mœrorem/ diſcuſſis hinc inde rationibus tandẽ cognoui nihil eſſe, quod deberem triſtari, aut affici pœnitentia. Quinetiam me multo prudentius egiſſe/ q̃ ſi quid infra dignitatem tuam antea repoſuiſſem. Præcedentia quidem argumenta inijciebant mihi pudorem. Contra vero alia emerſerunt omnino cõtraria, quę poſtea ſuaſerunt, vt non tantum nõ me pigeret nihil ad te ſcripſiſſe, ſed ne in poſterum quidem ſcribere. Conſyderaui in primis q̃ ſtulte agant, qui ſuis ineptijs illuſtrium virorum maieſtatem contaminant, exemplo illius Chœrili, cuius ſcripta plus multo probri q̃ laudis pepererunt Alexandro. Quantum enim famæ parturiunt doctorum monumenta, tantum dedecoris afferre ſolent pœnitendæ et viles indoctorũ nugæ. Itaq; ſi quid hactenus tibi nũ cupaſſem, plus multo fuligínis et tenebrarum q̃ lucis induxiſſet tuo nomini. Nam nihil eſt in me, quod tuis laudibus reſpondere valeat. Nihil neq; ſcribo/ neq; loquor, quod ſemitarij & Pagani magiſtelli non nouerint, Nihil niſi triuiali percuſſũ moneta dico. Quanam igitur doctrina tibi/ homini dico omnibus virtutum numeris abſolutiſſimo ſatiſfacere potuiſſem? Q[illegible] ſi potuiſſem, adhuc tamen mihi fuerat

mihi timendum, ne irascereris, grauateq; ferres & dolenter, si te in ora vulgi conii-
cerem, quum ea sis natura, vt malis laudum tuarum testimonia in prȩcordijs homi-
num delitescere, q̃ linguis versari. Ego te noui tanq̃ meos vngues. At si quid certi
ex tuis moribus potui colligere & explorare, tu non es ex eorum numero, quib⁹ au-
res inanibus prȩconiorum fumis pr[illegible] vt quadam gargarizatione titilllantur.
Futiles istę gloriolę non plus te mou[illegible]t. q̃ lipp[illegible] pictæ tabulæ/ fomenta podagrã/
Auriculas citharæ collecta sorde[illegible] olentes, vt inquit ille. Omnia tibi sordẽt/ nisi quę
meram olent virtutem. Sus pic[illegible] posses me hoc dicere adulandi studio, nisi tã alie-
num esset mihi assentari, q̃ t[illegible] assentatoribus aurem præbere. Id ego ausim de me
prædicare, nec vnq̃ placuisse mihi parasitos & blanditores, nec vllam pestem vnq̃
acrius refugisse me, q̃ parasiti personam, ne quis forte suspicetur a labijs meis disse-
tire præcordia. Et tu ipse eum me semper nosti, in primore cuius fronte legatur ani
mus. Quod q̃uis hac tempestate non vsq; quaq; sit vtile, non possem tamen infuca-
tum illum naturæ rigorem excutere, vel si vnco trahendus essem ad scalas gemoni-
as, aut insuendus culeo cum gallo/ serpente & simia. Vides igitur vt ad institutũ re-
deam, quæ denuo me mouerint argumenta/ vt nihil ad te scriberem/ aut de te. Tãdẽ
tamen inuitum me ac recusantem expugnauit, et tuus in me amor/ & mea in te beni-
uolentia, coegitq; epistolam hanc liminarem adijcere, q̃uis intelligerem titulũ hũc,
si modo laudis est titulus, fore tibi molestum et odiosum. Sed velis nolis/ oportet
vt æqui boniq; consulas. Hoc ego feci, non vt par pari relatum cognosceres, quũ vt
inquit Cicero, si vitam pro tua dignitate effunderem, nec minimam quidem tuorũ
in me meritorum partem viderer assecutus, sed vt eorum calumnias declinarem,
qui me suspendunt naso, q̃ nullo dum ac ne verborum quidem testimonio/ exhibue
rim me gratum. Porro nominis perpetuitatem magis mihi ex te polliceor, q̃ tibi ex
hoc opere meo. Si autem percontaris/ quale sit ipsum opus/ & quid ego sentiam, di-
cam id quod res est, ne quis cauilletur fœt⁹ meos mihi blandiri. Illud primum om
nium non inficiabor/ me omnia frustillatim fere ab authoribus emendicasse. Nihil
priuato iuri præter laborem tribuo, quem si quis improbet, nullam spem futuræ lau
dis mihi relinquo. Et vt occuram censorum lituris & spongiis, tota hæc Officina si-
milis est Horatianæ corniculæ alienis plumis circũquaq; vestitæ. Quam licet plæ-
riq; probent/ & in his Petrus Danesius homo plurimæ doctrinæ & eruditionis, nõ
sum tamen adeo nesciens mei, neq; ita pendeo tot⁹ ab aliorum iudicio, vt eas laudes
velim agnoscere, quas nec honeste possũ/ nec iure debeo. Nolo mihi Suffenus esse,
aut simias imitari. quæ suos fœtus q̃libet deformes pro formosissimis admirantur.
Si quid tamen ex multis paleis fructus collegi, te & cæteros lectores rogo, vt exci-
piatis plausibiliter. Contra vero si quid per incuriam mihi non elimatum lapsum
est. frequenter autem lapsum est, partem erroris quæso condonate meis occupatio-
nibus, quibus quum hæc imprimerentur, nulla non hora obstrepebat, idq; adeo, vt vix
ocium esset ad scalpendum caput/ aut ad mungendas nares. Nam vt tu ipse omniũ
certissime nosti, non poteram assidue prȩesse typis, quum me oporteret totos dies
erudiendis iuuenibus impendere. Vixq; vt opinor suffecissem operi, nisi in ema-
culandis vtcunq; typographorum erratis laborem meum iuuisset honestissim⁹, ma
turæq; doctrinæ adolescens Guido Mommiraldus Lutecianus patricius.

Vale homo probatissime, Et me ama.

¶Index ſeu tabula Capitum
ſequentis operis.

Præfatio Fo.1
¶Qui ſe occiderunt .4
¶Parricidæ 15.
¶Submerſi aquis 21.
¶Qui ſuo naufragio noia aquis ipoſuerunt 23.
¶Occiſi/& diſcerpti ab equis .24
¶Mortui equorum lapſu 24.
¶Occiſi a ſerpentibus .25
¶Occiſi ab apris 25.
¶Occiſi a leonibus .26
¶Occiſi a canibus .26
¶Occiſi ab alijs feris 26.
¶Fulminati .27
¶Mortui ſuſpendio & cruce .28
¶Mortui ſiti et fame 29.
¶Combuſti 30.
¶Prȩcipitati 31.
¶Mortui ſcalarum ruina .32
¶Abſorpti terra .32
¶Mortui et extincti veneno 32.
¶Mortui morte ſubita .34
¶Mortui gaudio & riſu .35
¶Mortui in actu venereo .35
¶Mortui nimio cibo & potu 35.
¶Lapidibus obruti/aut murorum ruina 35.
¶Iugulati et ſtrangulati 36.
¶Sagittis confoſſi .37
¶Mortui morbo pediculari .37
¶Mortui in carceribus 37.
¶Mortui aut occiſi in latrinis .38
¶Excoriati .38
¶Suffocati vaporibus et fumo .38
¶Mulieres mortuæ paſtus dolore. 38.
¶Decollati .39
¶Mortui diuerſis morbis 39.
¶Mortui diuerſis aliis caſibus 40.
¶Mortui qui reuixerunt 41.
¶Qui in mortuos ſæuierunt .42
¶De vario inhumandi ritu 42.
¶Bruta & pleraq; aialia ſepulchris honorata 43.
¶Peſtilentiæ memorabiles 45.
¶Dãnati ſupplicijs apud iferos ſecũdũ poetas 45.
¶Qui ſuis inuentis perierunt 46.
¶Morbi diuerſi .48

¶ Appellationes eorum, qui variis laborant morbis .53
¶ Qui morbis aliquibus infecti aut affecti fuerunt .53
¶ Muti .54
¶ Homines male olentes .54
¶ Strabones & Lusci .54
¶ Cæci & excæcati 54.
¶ Claudi 56.
¶ Balbi .57
¶ Furiosi & maniaci .57
¶ Furiæ tres .58
¶ Stulti & insipientes .59
¶ Medici/Pharmacopolæ/et Chirurgi 59.
¶ Vnguenta quædam et pharmaca .62
¶ De oleo .64
¶ Potiones diuersæ 64.
¶ Denominationes a variis artium professionibus 64.
¶ Denoiationes a naturalib⁹ seu accidētariis casib⁹ 68.
¶ Denominationes a genere .70
¶ Officinæ artificum .70
¶ Repositoria diuersarum rerum .70
¶ Cornucopiæ seu loca diuersis rebus abundantia 72.
¶ Loca diuersis rebus carentia 109.
¶ Homines & populi re aliqua insignes & clari .111
¶ Propria gentium Epitheta .111.
¶ Gentium insignia 111.
¶ Reges diuersarum gentium quibus vocētur noīb⁹ .112
¶ Vota hominum diuersa .112
¶ Qui dīu vixerunt 112.
¶ Qui multos habuerunt liberos 113.
¶ Qui senes genuerunt 113.
¶ Spurii .114
¶ Præmia virtutis et doctrinæ .114
¶ Qui statuas meruerunt .114
¶ Viri docti habiti in magno precio 115.
¶ Literarum & literatorum amantissimi 117.
¶ Indocti & qui litteras oderunt 119.
¶ Bibliothecæ memorabiles 119.
¶ Qui multa scripserunt 119.
¶ Laboriosi & variarum artium periti 119.
¶ Ociosi 120.
¶ Coronæ diuersæ 120.
¶ Triumphatores seu qui de diuersis populis ac regibus triumphauerunt 120.
¶ Præceptores & pedagogi virorum illustriū .121
¶ Patria et locus natalis virorum illustrium 121.
¶ Formosi & formosæ .122
¶ Damisella Textoris 126.

¶Deformes 127.
¶Amasíj deorum et hominum 128.
¶Amasíæ deorum & hominum .130
¶Cynœdí/pædícones/et pathicí 131.
¶Molles effœminati & elegantes .132
¶Virí muliebrem habítum mentíti .133
¶Mulíeres habítum vírilem mentítæ 133.
¶Meretrices quædam .134
¶Lenones & lenæ 135.
¶Ríuales .136
¶Raptores díuersarum puellarum 136.
¶Nutrices díuersorum hominum .137
¶Obstetrices 137.
¶Ancillæ quædam 137.
¶Eunuchí et Spadones .138
¶Incestuosí 138.
¶Adulterí et adulteræ .140
¶Alíj líbidínosí et lasciui 141.
¶Amatores quorundam animalíum 144.
¶Amati a díuersis animalíbus 144.
¶Zelotypi .145
¶Castíssímí .145
¶Mulíeres doctæ .148
¶Musæ nouem 150.
¶Gratíæ tres .151
¶Sybíllæ .151
¶Nomína fœmínarum illustrium 151.
¶Mulíeres bellícosæ .152
¶Amazones 153.
¶Bella et mala a mulíerí́bus orta .154
¶Nouercæ quædam 155.
¶Textrices & lanificæ .156
¶Vestales quædam vírgínes .156
¶Exercítus numerosí 156.
¶Bella in quíbus multum cruorís effusum est. .158
¶Bellícosí vírí cum íllustríbus victorijs .159
¶Fortíssímí fortítudíne corporea 162.
¶Gygantum quorundam nomína .165
¶Naní et Pumílíones .167
¶Tyndarídæ 167.
¶Cyclopes 167.
¶Curetes 167.
¶Athletæ/pugíles et palestrítæ .168
¶Gladíatores 170.
¶Hístríones et actores .171
¶Ludi & spectacula díuersa 172.
¶Gymnasía 175.

¶Stadia diuersa 175.
¶Telorum bellicorum et gladiorum nomina 175.
¶Propria gentium tela .177
¶Tela & scœptra deorum .177
¶Machinæ quædam bellicæ .177
¶Varia armorum genera 178.
¶Diuersa nomina ad militiam spectantia 179.
¶Sagittarij & iaculatores 182.
¶Venatores 184.
¶Canum quorundam nomina .186
¶Equorum & equarum celebrium nomina 187.
¶Equi Achillis .189
¶Equi Martis 189.
¶Equi Solis 189.
¶Equi Plutonis 189.
¶Aurigæ et equorum domitores 189.
¶Currus deorum quibus animalibus trahantur 190.
¶Nauigiorum diuersa genera .191
¶Propria quædam nauium nomina .192
¶Argonautarum nomina .193
¶Nautæ nonnulli 193.
¶Portitores .194
¶Piscatores & vrinatores .194
¶Pericula marina 194.
¶Piscinarij 194.
¶Pisces diuersi .195
¶Argumenta ab impossibili 202.
¶Descriptio longi temporis 205.
¶¶Descriptio qua docemus aliquid late fieri 206.
¶Descriptio magni & frequentis numeri .207
¶Descriptio cursus leuissimi 208.
¶Cursores velocissimi 208.
¶Descriptio ortus diei 209.
¶Descriptio meridiei .211
¶Descriptio noctis 211.
¶Descriptio mediæ noctis .213
¶Serpentum nomina .213
¶Vehiculorum genera .216
¶Vasorum diuersa genera 217.
¶Figuli .223
¶Sacculorum nomina 223.
¶Vestimentorum genera 223.
¶Vestes gentium propriæ. 230.
¶Vestes quædam memorabiles 230.
¶Calceamentorum genera 230.
¶Latrones & sacrilegi 231.
¶Pyratæ .233

¶Supplíciorum díuerſa genera 233.
¶Exules nonnulli 234.
¶Contemptores deorum .236
¶Hæretici nonnulli 237.
¶Vates/augures/& aruſpices 239.
¶Prodígia & portenta díuerſa .244
¶Míracula quædam naturæ .245
¶Venefici 246.
¶Magi & alíj venefici 248.
¶Aſtrologi 249.
¶Geometræ 250.
¶Citharœdi/tibícines/cantores & muſici .251
¶Tubícines 254.
¶Inuentores díuerſarum rerum .255
¶De deís 256.
¶Fílíj deorum et heroum .259
¶Loca deís ſacra 259.
¶Deorum victímæ 262.
¶Sacrifíciorum & víctímarum genera 263.
¶Sacerdotes deorum 264.
¶Parcę ſeu deæ fatales 265.
¶Iudíces ínferorum 265.
¶Heſperides .266
¶Pleyades .266
¶Hyades 266.
¶Partes anni 266.
¶Menſes anni 266.
¶Mutatí in varías formas .267
¶Nymphæ díuerſæ 267.
¶Fæces & excrementa díuerſarum rerum .268.
¶Harpyiæ 268.
¶Domitores monſtrorum .269
¶Líberatores quorundam homínum. .269
¶Elementa 4. 269.
¶Adulatores et paraſyti 269.
¶Homines píngues & macílenti .271
¶Hortí celebres & memorabíles .271
¶Præcones .271
¶Somnolentí .271
¶Fullones 271.
¶Fames memorabíles 271.
¶Menſuræ quædam .272
¶Serui díuerſí/líbertí & famulí .273
¶Víncula díuerſa .274
¶Centaurorum nomína 274.
¶Syrenes 274.
¶Miníſtrí ſomní 274.
¶Synonyma quædam poetíca .275

¶Auium nomina .279
¶Auium & aliorum animalium inimicitiæ 286.
¶Auium & aliorum animalium voces .287
¶Aues deorum .287
¶Animalia diuersa 287.
¶Animalia diuersa manſuefacta, quorum mini-
ſterio vſi ſunt homines .295
¶Vermes diuersi .297
¶Sculptores/cælatores/& ſtatuarij .298
¶Pictores diuersi 299.
¶Pigmenta .301
¶Fabri & alij artifices .301
¶Architecti nobiles 301.
¶Conditores diuersorum locorum .302
¶Septem orbis miracula 302.
¶Alia opera & ædificia ſumptuoſa 303.
¶Arbores diuersæ 304.
¶Arbores deorum & dearum 310.
¶Syluæ .311
¶Legumina 311.
¶Fructices diuersi 311.
¶Flores & violæ 311.
¶Herbarum diuersa nomina 311.
¶Coci .312
¶Veſpillones 312.
¶Mangones & alterius profeſſionis homines 312.
¶Ianitores 312.
¶Paſtores et armentarij 312.
¶Crudeliſſimi .313
¶Clementes et humani 317.
¶Modeſti & verecundi .319
¶Contemptores honorum et diuitiarum .319
¶Diuites .320
¶Pauperes .322
¶Qui ex humili fortuna clari & diuites euaſerunt 323.
¶Qui ex proſpera fortuna ad humilem & mi-
ſeram redacti ſunt 324.
¶Illiberales/auari/& fœneratores .325
¶Liberales et magnifici .327
¶Prodigi .329
¶Guloſi/edaces et vinolent 330.
¶Abſtemij 332.
¶Sobrij et temperantes .333
¶Homines vitæ auſteræ ac ſolitariæ 333.
¶Cibi & panes diuersi .335
¶Cibi electiles & delicati 336.
¶Cibi quibuſdam hominibus grati cum diuer-

ſo populorum victu 337
¶Subſelliorum genera 337
¶Hoſpitales 337
¶Nunciȷ & legati 337
¶Legiſlatores 337.
¶Seueriſſimi & maxime tetrici quique 338
¶De ira et odio 338.
¶Inuidi 340
¶Alienæ laudis et virtutis æmuli 341
¶Conſtantes et patientes in aduerſis rebus 341
¶Magnanimi 343.
¶De charitate in patriam 344.
¶Tyranni plæriq; 346
¶Amici arctiſſimi 346
¶Amor coniugalis 348
¶De mutuo fratrum et ſororum amore 348.
¶Amor et indulgentia parentum in liberos 349
¶Amor liberorum in parentes 349.
¶Arrogantes/ſuperbi/glorioſi/& ambitioſi 349.
¶Audaces et temerariȷ 351
¶Timidi & meticuloſi 351
¶Litigioſi 351.
¶Taciturni 352
¶Homines liberæ & importunæ loquacitatis 352
¶Veraciſſimi 352.
¶Aſtuti & fraudulenti 352.
¶Verſiformes ſeu in varias formas mutabiles 353
¶Ingrati 353.
¶Iuſtiſſimi 354
¶Iniuſti 354.
¶Proditores/periuri/& perfidi 355
¶Fideliſſimi 356
¶Memoria clari 356
¶Obliuioſi/& qui memoria exciderunt 356
¶Aliȷ qui verba facturi memoria exciderunt 356.
¶Fortunati & felices 356.
¶Religioſi 357
¶Fluuiȷ præcipui nominis 357
¶Fluuiȷ auriferi/ et gemmiferi 359
¶Fluuiȷ infernales 359.
¶Aquarum mirabilis natura 359.
¶Fontium quorundam nomina 360.
¶Lacus/paludes/& ſtagna 361
¶Montes flammiferi 361
¶Hiſtoriographi plæriq; 361
¶Grammatici 362.

¶Oratorum quorundam nomina 363.
¶De poetis Græcis et latinis 364.
¶Qui de modicis rebus opera scripserunt ·371
¶Septem montes, in quibus Roma sita est ·371
¶Venti diuersi ·371
¶Sophistarum nomina 371.
¶Populorum diuersi mores & ritus varij ·572

¶Finis Indicis.

¶Ad illustrissimum magnæq; spei adolescentem et regio prognatum sanguine Franciscum Cliuiensẽ Rauisij Textoris carmẽ.

CVr ego nunc laudum præco tubicenq; tuarum
Has tibi primitias/atq; hæc monumenta laboris
Offero, et inculta fabricatum incude volumen,
Laurigeris Francisce/puer gratissime musis?
Hoc fecere tui mores, et candida virtus,
Quæ quantum surgit numerosis mensibus ætas,
Tantum habet augmenti/crescitq; augentibus annis.
Tanta tibi in niueo/tam clara est gratia vultu,
Tantus in ore lepos/tam claræ in corpore dotes,
Vt triplex habeat lapidoso in pectore marmor.
Qui tantum specimen non pleno prędicat ore.
Quo fit, vt hos noster numeros tibi mittat Apollo.

¶Ludouici Miletij Nauarriensium grāmaticorum Hypodidascali Carmen.

DEsine iam lector plenis attollere buccis
Antiquos toties & celebrare viros.
Hæc tibi nobilius pepererunt sæcula monstrum,
Qz̃ primis tulerit Græcia temporibus.
Textor hic est, quem Cecropię pauere Camœnæ,
Quemq; suis aluit docta Minerua fauis.
Huius in ore lepos talis/facundaq; Pitho,
Qualis in arguta voce Periclis erat.
Non minus est tanto felix Niuernia partu,
Qz̃ vetus Andino Mantua Virgilio.

¶Petrus Daneſius Nicolao Antonio Paſqualico Patricio Veneto Magnifici Laurentij filio S.D.

OFficinam Ioannis Rauiſij Textoris, opus varium, multiplex, eruditum tibi Nicolae probari, nec mag[illegible] admiror, et facile certe patior. Eſt enī ea rerum ſcientia, ſermonis puritate, elegantiaq; concinnatum, vt cum antiquitate, mea quidem ſententia componi poſſit. Quod vt in cæteris eiuſdē authoris operibus eſt perpetuum, ita in hoc quodam modo plenum, ac conſummatum. Nec vero audiendi, qui quæ ab ingeniis noſtræ ætatis profecta ſunt, ea non modo non legenda, ſed ne attingenda quidem arbitrantur. Illis enim fieri, vt antiquos vel non imitemur, vel non aſſequamur. Quibus ſi dedero, quod omnino quidem dandum eſt, vetuſtatem in primis et amplexandam eſſe, et imitandam, quomodo tandem mihi conſtare facient, recentiores nec legi, nec attingi oportere? Num illa, quia maxime eſt imitanda, ideo etiam ſola imitanda? Non hoc, puto, dicturi ſunt Nicolae mi, qui de ſeipſis, ſuaq; ætate, immo vero de literis male meriti omnia tam moroſe, quam non neceſſario faſtidiunt. Quibus profecto ipſis in præſentia reſponderem, ni Textor ipſe doctus homo, et eloquens anteuertiſſet. Is enim in ſua illa ad Gaufredum Pompadoreum omnis literaturæ, et morum ſpecimen, elegantiſſima, præfatione, ita eorum calumnias conuellit, vt magis ſtrenue literarum patrocinium ſuſcipi non potuerit. Proinde non vereor mi Paſqualice ſuauiſſime, ne aſſentationis nota mihi quoquomodo inuratur, vt qui nec noua dicam, nec quantum equidem puto, a veritate abhorrentia. Cæterum vtcunque alii ſenſerint, ſatis videbor conſecutus, ſi vni Textori animum meum probauero, quem virum non ita pridem conciliauit mihi admiratio quædam virtutis, literarūq;, quas vt germanas maxime, ita certe candidiſſimas habet. Vale.

¶Henrici Laberij Nuncupiani Carmen Phalecium.

PAndora Igniſero parente nata.
In terras ſubit, erigitq; criſtas,
Vt pauo auricomis ſuperbus alis,
In gyrum calamos rotat micantes.
Tum ſupercilio furente ſtridet,
Obtortis videt hinc, & inde ocellis
Si quis tam rigido tumeſcat auſu,
Qui dextram adijciat manum duello.
Cernit Parrhiſij leporis arces,
Athletaſq; oculo tenaciore.
Vnum inter reliquos videt creatum
Summa Pallade, cui vel ipſe Typhon,
Cedat, et reliqui ſimul Gygantes.
Quærit, quis deus, eſt (refert Diana)
Textor, cui poſita eſt celebris ara
Inter nymphicolas, minatur, ardet
Pandora, et ſimilem ſibi recuſat

Gorgonem ciet/ eſtuat ſub Aetna
Qualis Enceladus/ Diana clamat,
Auerte heu dea tortiles ſagittas,
Hunc tu confoueas/ tuæq; laudi
Textorem haud pudeat parem fateri.
Vt quum debilis ingruet ſenectus,
Hæredem facias. Hic vnus eſt hic
Textor, cui decus Attici leporis.
Ergo depoſitam remittit iram
Exultans dea. Nunc ueni/ labellis
Mecum roſcidulis/ leui ſuſuro/
Saltu multiplici diſerte Textor.
Porge mi genulas. Amoris index
Strictus te digitus mihi ligabit.
Vt ſum multimodis referta rebus,
Et diues ſuperat feracis horti
Vbertas, ita te facit beatum
Felix ingenium/ labor ſecundus/
Fœtura Attalicis referta lanis.
Ergo roſcidulis hic hic labellis
Iocare/ & tremulo ſimul ſuſurro/
Saltu et multiplici, diſerte Textor,
Nam te poſtulat & petit marítum
Pandora ignifero parente nata.

¶ Ad D. Franciſcum Boherum Carnutenſ eccleſiæ Canonicū primarium/ Gilberti Ducherij de Textore Carmen.

Traditur illa frequens hominum ſententia, nullum
Dotibus ingenij poſſe valere tribus.
Nam ſi quis Latiæ floreret honore Mineruæ,
Ille in diuino carmine nullus erat.
Auxilio contra ſi cui veneranda poeſis
Eſſet, is eloquij dote puſillus erat.
Hiſtoricus pręſtans, Orator Liuius eſſe,
Nec Clario potuit nomen habere choro.
Quid tamen, in promptu ſi quem Franciſce notemus,
Qui tribus his florens artibus eſſe queat?
Hunc tu vel merito Textorem dicere poſſis,
Si quem alium talem maximus orbis habet.
Hiſtorica ſi quidem quum ſit clariſſimus arte,
Et teneat quicquid delphica templa ſonant,
Tantus in eloquio eſt, vt vere, ac iure putetur
Diuinum Latiæ Palladis eſſe genus.

ℂAd Aredium Gentilem S. Aredij Lemouiceñ canonicum, Iambicum.

LVmen iuuentæ/nec minus ſenectuti
Præbens deificos vſu amice ſplendores,
Dic non grauiter iras iniquæ acerbeq;
Patiaris horum, qui furore perfracti
Studioſius vel ganniunt, vel oblatrant.
Diues Roſetum / candidum, patens, plenum
Rudes aſelli non verentur intrare.
Tamen miſelli murmurare non ceſſant.
Textori inertes inuident ſuum florem.
Damiſella felix inuidetur ardenti.
Flos egregius eſt, propriuſq; ſcriptori.
Textoris eſt flos, qui labore natiuo
Omneiſq; cultus, omniumq; deflorans
Regionum / odores vndecunq; portauit,
Vt prorſus omni flore Franciam ditet.
Et ſumma patriæ mox amenitas creſcat.
Hæc vt reuoluas, Blaſius tuus ſuadet.
Textoris vna ars nulle tibi præſentat.
Monemus et nos inuidus ſuam linguam
Exarmet, aut Lycambem arundo pertundet.

F. N. Marconuilli de Officina Io. Rauiſij Tex. (quam togam vocat) ad Mineruam epigramma.

AD tua vittatus quam fert altaria Textor,
Docta laboratam ſume Minerua Togam.
Quæ tremulo quondam neuiſti pollice fila,
Texta ſacris Textor deſtinat illa tholis.
Si peregrina deos aliquot vexilla venuſtant,
Tu ne tui renues grande laboris opus?
Si rubra lena deos alios iuuat, hoc ne retrudes,
Quod ſolers habili texuit author acu?
Hiſtorias miro compactas ordine geſtat
Hoc raræ rarum ſedulitatis opus.
Quis ſophus / hiſtoricus / vates / quis rhetor et acer
Extitit, huius habet fimbria pulchra togæ.
Ad tua propterea quam fert altaria Textor.
Docta laboratam ſume Minerua togam.

¶Chriſtophorus Picartus Ioanni Rauiſio Textori
præceptori ſuo, viro doctiſſimo S.D.


DEbêt tibi Ioannes Rauiſi præceptor optime, non iam Niuernenſes ciues tui magis, ad quos tamen laudis tuæ pars non modica referetur, quam ſtudioſi omnes literarum, immo & quam ipſa latinæ politioreſq;, de quibus ita præclare es meritus, mereriſque indies præclarius edendis in lucem egregijs & mire profuturis operibus, vt non tam tua quam rei literariæ cauſa hoc laboris ſuſcepiſſe videare. Cum.n. latiſſimus ad gloriam cãp⁹ tibi pateret, tuq; aliam, quanuis non æque forſan plenam, atq; vberem nominis comparandi rationem inire poſſes, nunquam tamen acquieuiſti prius, quam inſigni hoc munere, ſtudioſos omnes tibi deuinxeris. Vna itaq; opera, & nomen tuum apud omnem poſteritatem immortalitati commendaſti, & manſuetiores haſce/ac humaniores literas, ſimulq; earum ſtudioſos pleniore obſequio es demeritus. Quod cum ſit tam verum, quam admirabile, ac rarum, ecquis tandem omnium eſt, cui plus debeant literæ, quam vni Rauiſio? qui præter ſummã eruditionẽ, qua nimirum conſpicuum opus tuum exornaſti, es etiam humaniſſimus, ac perinde candidiſſimus, Vt quiſq; igitur literarum eſt amantiſſimus, ita ſe tibi plurimum debere fateatur, neceſſe eſt. Quo etiam nomine tibi plurimum aſcriptus ſum Textor doctiſſime, cui quicquid in me eſt eruditionis, ſi modo quidquam omnino eſt, id totum refero acceptum, nempe quo, nec ſane pœnitendo præceptore vſus ſum. Porro grati animi eſſe duxi, beneficium, quod abs te acceperim, ſemper præ me ferre, et hac qualicunq; epiſtola gratiam ſi non quantam mereris, certe quantam maximam animus meus capere poteſt, habere.

Vale.

¶Carmen Antonij Reſſini de Officina
Rauiſij Textoris/præceptoris ſui.

MErcibus Eois/Lydoq; opulentior auro,
Ecce tuis manibus locuples apotheca paratur
Lector, adeſt multo quæ fragrat aromate capſa,
Quæ melitoton olet/calfactaq; balſama ſpirat,
Et quicquid redolent alabaſtra/fociq; deorum,
Quodq; ſuo ſtillat Cynareia cortice myrrha/
Thure quod Eoo nebuloſus fumigat ignis.
Quis dedit has nobis Roſulas/floreſq;/crocoſq;/
Hanc Iouis ambroſiam? Textor, quem maximus orbis
Nouit, & igne ſuo qui proſpicit omnia Phœbus,
Quem ſi fata diu ſeruent, ſuperata vetuſtas
Obliqua inuidia/et toruo liuore crepabit.
Perge agedum Textor, ſolitiſq; inſiſte camœnis,
Contemne Archilochos, rauco qui gutture latrant,
Vanaq; poſtica ſpargunt conuicia ſanna.

¶IOANNIS RAVISII TEXTORIS NIuernenſis in ſuam officinam præfatio, ad eximium & literatiſſimum virum D. Gaufredum Pompadoreum Petragoricenſem Archidiaconum, vtriuſq; iuris profeſſorem acutiſſimum.



OMNIVM qui latinam linguam ſuis hactenus iuuerunt monumentis, neminem prope vnum inuenias, Gaufrede literatiſſime, qui vbiq; ſuorũ operũ calũnias momorum,, et obelos poſteritatis effugerit, quiq; nullibi acceperit vulnus. Hoc docẽt authorũ elegãtiſſimi, quorũ ſcripta q̃uis iculpata, et omnibus eloquentiæ calamiſtris decenter cõpta viderentur, pleriſq; tamẽ in locis Ariſtarchorum lituris expuncta ſunt. Hic arguitur vt nimis ieiun⁹ illius oratio plus cutis q̃ carnis habere dicitur, Alius verbis confragoſis ampullari, alius humi repere, in hoc affectata culpatur obſcuritas, in illo ſtylus nimis languidus et enervis. In ſumma, nihil reperies, quod ſuis dẽtibus liuor nõ configat. Et quod omniũ moleſtiſſime fero, non eruditi et frugi hoĩes ſolũ hanc prærogatiuã ſibi vendicãt, ſed inepti quoq;, et qui carent naſo, eandẽ licentiam iuxta induunt. Ita, vt venatici canes, et villatici eodẽ modo ferinã olfacere videantur, velintq; caprę ſimę Rhinoceroti naſuto haberi ſimiles. Sunt quinetiam, qui laudi ſibi vertunt cum egregio hoſte pugnam ſuſcepiſſe, vt aliena virtute (quod propria nequeunt) in opinionẽ vulgi quocunq; modo introrepant, ſeq; in populi admirationem intrudant vtcumq;. Alij quũ quid coram idiotis legũt, ne nihil ſcire videantur, audent tamen de Sybillę foliis iudicare, ſuęq; cenſurę cum alijs ſymbolum ferre. Sed falluntur haud dubie, et ſuis cruribus aſciã, illidunt. Nam plura ipſi accipiũt, q̃ inferãt vulnera. Inuſtum enim ab eruditis vnicum ſtigma inſtar multorum eſt, præſtatq; ſexcentas ab huiuſmodi latratoribus plagas accipere, q̃ a literatis vnam. Quicquid dicitur ab erudito, æternum eſt, & neſcit finem. Quod ab inſulſis, euaneſcit tam cito, q̃ ipſi ſunt vani. Qz ſi vnq̃ primis ſęculis fuerit hoc malum, nunc inualeſcit maxime, ita vt vix reperiatur opus, quod vel non ſit mancum ac mutilum, aut ſtolidis iſtorum nebulonum iudicijs plane corruptum. Quid eſt in cauſa, quamobrem Fabij inſtitutiones oratoriæ nobis tenebroſæ videantur, lectoreſq; omnes tertio quoq; verbo ſuſpenſos retineant? Sola hominum temeritas, qui quum authoris mentem nõ caperent, omnia inuertere, & rotundis quadrata mutare auſi ſunt, feceruntq; oraculum, quod per ſomnium noctu viderant. Qua etiam fæce hiſtoriam Plynij naturalem vbiq; permixerũt, dum non intellectam detorſerunt in ſuum phantaſma, ne lectorem deſtituiſſe viderentur, ſeq; ignorantiæ conuiciſſe. Ego vt vere dicã, ex alieno periculo mihi timeo, terroremq; (vtinã vanum) confingo. Quis enim gregari⁹ miles ĩ dextram aurẽ ſecurus dormiat, ſi videat principi ſuo male eẽ? Quis vellicato Cicerone, ſuis auribus nõ timeat? Quem notato Virgilio, calumnię metus non terreat? Atq; eo magis, q̃ acrius ſemper in neotericos ſæuiatur. Homines enim huius ſæculi prope omnes conſueuerũt in ſeipſos furere, alter in alterũ quadrigas conuicijs onuſtas iaculari, viperis nimirum ſimiles, quæ parentes dicuntur impetere. Vide apologias, vide occultas Satyras, quæ nunc euentilantur, et excu-

duntur. Quotuſquiſq; noſtri temporis habetur in precio, qui tot Archilochos non habeat, quot pręcones? Paucis ab hinc annis Seruius de latina lingua bene meritus floruit. Iam Beroaldinis annotationibus vapulauit. Beroaldus item nunc cum fœnore recipit talionem. Omnes enim (qui ſaltem corruptum non habent olfactum) q̃uis laborem eius non improbent, ſic tamen ſtylum auerſantur, vt ſibi, ſuiſq; liberis eius lectione interdicant. Nullus grammaticorum pleniore obſequio poſteritatem demeruit, q̃ Laurentius Valla. Nemo purius iudicauit. Mancinelli tamẽ iã paſſus eſt Limam, qui et ipſe poſtea limatus eſt. Politiano viro vtriuſq; linguæ doctiſſimo, Marullus poeta iam dedit vulnus, idemq; lege talionis accepit. Quo anno hæc imprimebãtur, neſcio quis ſemidoctus Anglus, auſus eſt in Eraſmũ virum plane et ſine lenocinio doctum inſurgere, annotationeſq; (quas Mercurij cuiuſdã opera Græcanicis referſit laminis, euentilare. Audio et fuiſſe quendam nebulonem, qui opus doctiſſimi et eruditiſſimi Budæi de Aſſe dixerit eſſe velut ocioſum, infrugiferum, ac nemini vtile, et non magni referre cognoſcere, quę ſint partes aſſis, q̃ variæ ponderum et nummorum ſpecies. Cuius nomen ſi compertũ haberem, peius cruce et furca lueret, nec ad commiſerationem me flecteret, etiam ſi fleret ſanguine. Te ne oportuit nebulo, perperam de tanto Gallię monſtro iudicare, tantumq; virum putida tua cenſura proſcindere, qui tamen vnus inuidioſam Athenis reddit Lutecią, facitq;, vt omnes prope cæteræ nationes palmã deſperent eloquentiæ? Hic (ſi literis merces exolueretur) regi deberet eſſe, quod Archelao fuit Euripides, Ennius Africano, Romano ſenatui Cicero. Et te nõ pudet immũdum ex ore tuo ſterquilinium in hunc vomere? Nihil de te loqui audeo Faber modeſtiſſime. Plagę tuæ mihi excutiunt lachrymas, tantumq; dolorem afferunt, vt amicis indigeam, qui me perinde ac te conſolentur. Neſcio cui te comparem, niſi Actęoni, quem vt ſui canes laniarunt, Ita quoq; qui ex tuis vigilijs fructum et cõmodum ceperunt, qui te præuio et anteambulone, Philoſophiæ latebras incolumes peruaſerunt, in te roſtro et dentibus ſæuiunt. Sed ſis bono animo. Aderunt, aderunt, qui vlciſcentur, facientq; tuos iſtos canes ſuorum pœnitere latratuum. Immo iam affuerũt. Nunquid enim proſpicis pleroſq; ex illis (idigni ſunt qui a me nominentur) iam non pluris q̃ hiſtriones fieri, et ab eruditis haberi velut indoctos? Indoctos autem? immo et plane barbaros, ipſiſq; adeo barbaris ineptiores. Luent, luent, et viui et mortui, flammaſq; (quibus ſcripta tua digna dixerunt) ipſi perferent. Impingent (ne dubites) in eruditorum carnificinas, in quibus nullus futur⁹ eſt commiſerationis locus. Iam in Epithetis meis tibi condolueram, neq; tamen vrgente beniuolentia (quam habeo in literatos genuinam) potui non iterum miſereri, vt docerem, quod prius dixi, nullum eſſe q̃ tũuis doctum, qui huiuſmodi Libitinarum morſus et rabiem declinet. Quis ergo tot eruditis vapulãtibus, ſecurum me putet dormire ſomnum? Quis porrectis pedibus nihil timentem quieſcere? quum etiam ſi roſas loquerer, eſſent tamen, quibus meæ roſæ olerent vrticam. Omnium linguas cohibere velle, manifeſtaria eſt dementia. Culpam apud omnes deprecari, tam difficile eſt, q̃ facile a multis naſo ſuſpendi. Ne multis agam, ſalubrius mea ſententia non eſt conſilium, q̃ veniam pręfari, et ſuſcepti operis cauſam perconcaturis dicere. Demum ſi quis obloquatur, et me aſpergat cõuicijs, pili et aſſis nõ facere. Primum omnium nemo eſt (vt opinor) neq; ex eruditorũ turba, neq; ex plebeiorũ grege, qui manibus ac pedibus nõ eat in Saluſtij ſentẽtiã dicẽtis, Omnib⁹ hominibus (qui ſeſe ſtudent pręſtare cæteris animantibus) ſumma ope enitendũ, ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora, quæ natura ventri prona et obediẽtia finxit.

Nos enim

Nos enim prę terpropter voluptates nati ſumus, et aliouerſum accepimus animā, q̃ vt ocio Epimenidis ſomnū indormiamus, et vt proci Penelopes alijs certantib⁹, ſoli nihil faciamus niſi numerum. Quid à porcis differemus, ſi multos mẽſes ſtertamus inſtar glirium, et puriſſimę aquæ ſordidum lutum prę feram⁹? Commodemus aures Catoni, qui dicebat reddẽdam eſſe vitæ rationem. Sequamur laudabilem Gymnoſophiſtarum conſuetudinem, apud quos impranſi abibant, qui nullū diurnę operę fructū afferebāt. Aegyptię adhę ream⁹ iuuẽtuti, cui lege fuit cautū, ne cibo prius veſceretur, q̃ centum et octoginta ſtadia percurriſſet. Adijciamus oculos moribus Spartanorum, qui ablegatos a ſe pueros non prius domum redire permittebant, q̃ parentibus honori/et patriæ vtilitati eſſe poſſent. Fuit fuit primis ſæculis tm̃ virtutis ſtudiū, vt ſūmā i labore felicitatē reponerēt. Qua cauſa Menāder dicebat deum ocioſis non adeſſe, Epicharmus bonos laborem ſequi, timidos nihil vnq̃ aſſequi. Heraclides quoq; Lycius vnum librum laboris laudibus dicauit, quo aiebat nihil in rebus humanis magis frugiferum geri poſſe. Quibus perſuaſus argumentis, aliquem ex dactylotheca mea carbunculum in linguæ latinæ gazophylacium conferre volui, q̃ hominem ſic oporteat viuere, vt ſe aliquãdo vixiſſe doceat poſteros. Qua enim per maximum Iouem opera rectius ingenium exercerem? Nonne præſtat hoc ipſum facere, q̃ plebeculam ad medullas corrodere cum cauſidicis, homines impune occidere cum medicis, mercatorum inſtar lucro immori, et honores/aulicorum ritu ambire? Sequi volo Amaſis Aegyptiorum regis edictū laudabile, qui (vt eſt apud Herodotum) ſanxit, vt ſinguli quotannis apud cuiuſq; prefecturæ preſidem profiterentur, vnde viuerent. Quod qui non facerēt, illis pœna extremum ſupplicium eſſet. Sed fac meum hoc penſum non eſſe magni momẽti. Minorem ſaltem preſtabo culpam, q̃ qui nihil omnino parturient, Per me non ſtat, quin melius agam, Natura eſt in cauſa, quę eam mihi dotem non dedit, quã fortunatis ingenijs, quibus in manu eſt, ex tempore (ſi inſperata declamandi neceſſitas occurrat) eleganter dicere, et copioſe. Arguerem me pigricię, niſi certo ſcirem me plus olei multo conſumpſiſſe, q̃ pleroſq; alios, qui tamen multis prę currūt paraſangis, doctrinaq; et eloquentia tãtum me prę cedunt, Ante alios quantum Pegaſus ibat equos. Si quis dicat iam nobis abunde eſſe voluminum, quorſum tamen propterea cauillari eos attinet, qui multa ſcribunt, et cumulum augẽt? quum Theophraſtus trecenta librorum volumina ediderit, Chryſippus ſeptingenta, Empedocles tria et quadraginta, Atteius Capito Conſul ſexaginta? Conſtat Seruium Sulpicium centum et octoginta libros de iure ciuili edidiſſe, Galenum de medicina centum et triginta. Debemus ægre ferre theſaurum noſtrum augeri, et ærarium creſcere? Sed admittendi ſunt ſoli maxime eruditi. Cur ita? An qui habent plenam auro crumenam, argenteos quadrantes ab aceruo reijciunt, et minorem reſpuūt monetā? Hoc illis improperādum, qui ſunt vſq; adeo polypoſi, vt olfactu prorſus careant, neq; triticum ab auena et lolio poſſint internoſcere. Nō eſt idem omnium guſtus. Et quod ad huius ſtomachū facit, illi nauſeam parit. Quod hūc excitat, alium ſopit. Hinc fit vt alijs placeat breuitas, alij luxuriantem verbis et ſententijs malint orationem. Prę terea ſi nihil vnq̃ recens imprimeretur, periculum eſſet, ne tandem litere naufragium facerent, et perirent ab radice. Vides enim vel iniuria temporū, vel hominum incuria, opera & vigilias multorum iam periiſſe, quorum nomina plurimi a nobis fiunt, et pleno ore ad cœlum feruntur, atq; etiam frequenti omniū voto deſyderantur. Vbi nunc ſunt Accij/Pacuuij/Aeſchyli/Afranij/Anacreontis/Archilochi/Philetę/Ariſtophanis poetarum & aliorum plus quingentorum

monumenta? Vbi Annales Andronici/Tragœdię/Comœdiæ/et Satyræ Enniſ, Plauti centum et trigínta fabulæ, Saturnalia/Syluæ, Medea et Orpheus Lucani? Vbi Malliſ Aſtronomica, Valgiſ & Cornelíſ Galli elegiæ, Licíniſ Caluí Quintília, Varronis Leucadia, Et Ceſennía Getulici? Quis habet Laberiſ/et P. Syri mímos, Cæſíſ Baſſi Lyricos, et Furiſ Bibaculi Iambos? Quis porciſ Licíniſ/ Valeriſ Aeditui/Cinnę/Domitiſ Marſi /Pedonis Albinouani Epigrammata? Perierunt magno poſterorū diſpendio, grauiq; iactura. Et quum legamus non paucas oratorum cēturias olim floruiſſe, vnicus prope Cicero diſs calamitatem noſtram miſerantibus/nobis remanſit. Euanuerūt M. Aemyliſ Lepidi/Spuriſ & Luciſ Albinorum/Albuciſ Sili/Licíniſ Caluí/duorum Carbonum, ac totidem Gracchorū orationes, cum Aſíniſ Pollionis declamatiónibus. Nec minore damno hiſtoriographorum opera exciderunt. Q. Curtius/Dion Caſſius/ Herodianus/Liuiꝰ/Ammianus Marcellinus ad nos peruenerūt, ſed fracti/māci/mutili/et lacinioſi. Amiſimus bellum Numantinum Aſelliſ Semproniſ/Germanicum Aufidiſ Baſſi. Ex quadraginta libris Polybiſ/quinq; tantum ſuperfuerunt. Quę omnia quāto poſteritatis incommodo, quantaq; ruina perierint/vel cæco appareat. Hanc ergo cladē qualibuſcunq; ſubſidiſs reſarciamus, et q̄is maiores longo ſequamur interuallo, audeamus tamē. Propiꝰ ibimus, ſi ad ſūma nitamur, q̄ ſi præſumpta deſperatione circa ima ſubſtiterimus. Faciamus quod a tribunis militum ſolet, qui quum egregios bellatores amiſerunt, copias tamen diſpalatas quibuſcunq; poſſunt homūculis inſtaurant, ne omnino victoria cecidiſſe videantur. Creſcet nobis maior gloria, q̄ ſi nullā noſtri memoriam poſteris relinquamus. Vide cui probro ſe reddāt obnoxios, quibus perpetuę ſunt feriæ, quiq; compreſſis manibus ſedent, et in ocio cōtrahunt marcorem. Contra vero quantum famæ ſibi comparauerint, in quot annos ſuum propagauerint nomen, qui nullū temporis punctum fructu vacuum permiſerunt fluere. Plynius iunior perire omne tempus arbitrabatur, quod non impertiretur ſtudiſs. Apelles nullam diem ducebat ſine linea. Porcius Cato deteſtari ſolebat, ſi qua dies inanis per incuriam effluxiſſet, Q. Hortenſius orator nullū diem abire ſinebat, quin vel in foro diceret, aut extra forum meditaretur. Tantum erat gloriæ et virtutis ſtudium apud maiores, Quorum veſtigiſs ſi vellemus inſiſtere, magna paſſim foret expectatio, bonas artes iure quodam poſtliminiſ de ſitu in nitorem redituras. Sed omnia peſſum eunt, quia nos Gulæ mancipia, et Epicuri de grege porci nihil aliud ſtudemus, q̄ vt paſcamus vētrem, corporum tenus curioſi. Satis eſt, ſi probe ſaginati appareamus populo, Poſteritatis nulla cura, quaſi vero nobis tantum nati ſimus, neq; patriæ aut amicis quicq̄ debeamus. Sumus Tygribꝰ maſculis non multum diſſimiles, quibus nulla eſt ſobolis ſuæ cura. Supereſt vt aliquid de Hiſtoria dicamus, quam ideo ſumus aggreſſi, ꝙ apud Gellium dicat Phauorinus, viuendum eſſe moribus pręteritis, qui cognoſci nequeunt, niſi maiorum intelligatur vita. Intelligi autem non poteſt, niſi per manus relinquatur nepotibus. De cuius vtilitate multis verbis nō eſt diſſerēdum, Hoc omnes tāq̄ ſuos vngues tenent. Facit imprimis, vt dū eorū vitā legimus, qui ſua culpa in diſcrimē aliquod ceciderunt, aliena fruamur inſania, et pedem ab his reuocemus, quę aliſs naufragiū attulerunt. Nunquid ſuaue eſt alieno infortunio ſibi præcauere? In tranſitu fluuiorum qui primi tentant vadum, aleam fortunæ periculoſam ſubeunt. Qui a tergo ſequūtur, poſſunt periculum declinare, ſi velint. Si nihil haberemꝰ de antiquitate, quam viuendi cōſuetudinem ſequeremur? Eſſemus vetuſtiſſimis illis Arcadibus ſimiles, quibus quoniam nulla erat rerum experientia, nulla cognitio, beluino more

degebant

degebant, ac nndi vagabantur. Quos qui ad meliorem cultum redegerunt, in deorum indigitamenta relati sunt. Prẽterea nulla est ars aut disciplina, quæ maiorem sine tædio voluptatem afferat, Medicinam plerique obducto supercilio contractisq; naribus auersantur vt immundã, et olentem putide. ipsosq; medicos cum nausea refugiunt, velut scarabeos stercori bubulo se impenetrantes, et cũ vulnerarijs aliquid habentes commune, qui saniosa tractant vlcera, et admotis manibus ipsum pus exprimunt. Vtriusq; iuris & legum studia plerisq; non admodum probantur, q̃ lucri magis q̃ virtutis causa appetantur. Theologiam fastidiunt q̃ plurimi, vt laboriosam et nimis tetricam, q̃ nihil habeat festiuum, nihil marcẽtem lectoris stomachum irritans. Cuius etiam sectatores in contẽptũ & risum venerunt, q̃ mortalium videantur insolentissimi, et neminem prẽ se ducant hominem, seq; primos omniũ rerum esse velint. Contra vero Historiã nulli refugiunt, amplectũtur omnes, nulli non lubenter audiunt. Cuius scriptores tãto quondam in precio fuerunt, vt ad audiendum Liuium, non humiles solum et gregarij homines, sed clarissimi quoq; principes ab extremis Hispaniarũ finibus Romam vsq; turmatim venerint. Iosepho propter libros de captiuitate Iudaica scriptos, Romani statuam erexerũt. Antipater Hieropolitanus Seuero principi, Clitarchus Alexãdro/ Dexter Theodosio/ Amyntæ Macedonum regi Hellanicus Mitylenæus, Eratostenes Cyrenẽ Ptolomẽo Euergeti, ob scriptas historias cœperunt familiascere. Nec aliã ob causam Demetrius Poliorcetes Hieronymum Rhodium magna mercede sibi domesticum fecit. Si quis dicat iam esse nobis affatim authorum, qui hoc scribendi genus secuti sũt, respõdebo nullũ propterea detrimẽtum ex copia nasci. Si quẽ pœniteat meæ lectionis, alio se conferat. Nolo quẽq̃ iurare in verba mea. Insulsus est, & caret naso, qui nequit eligere, quod est sibi vsui, aut refugere. quod detrimento. At carere potuissemus hoc opere. Et maximo possemus authore. Vna et altera vestis possunt homini sufficere, aliæ tamen propterea non reijciuntur. Scripserant de gestis Alexandri Clitarchus/ Polycratus/ Onesycritus/ Antigenes/ Istrus/ Aristobulus/ Cares/ Philippus Chalcidensis/ Ptolemæus/ Antidides/ Philo Thebanus. Antisthenes/ Menechmus Sicyonius/ Nymphis Heracleotes/ Potamon Mitylenæus, Sotericus Asites/ Arrianus/ Plutarchus. Neq; tamen probro datum est Curtio, q̃ eandem retexuerit telam. Vide quot habent prẽcones Imperatorũ vitæ, vt prẽter alios obscurioris famæ, Tranquillũ/ Dionem Cassiũ/ Aelium Spartianũ/ Iulium Capitolinum/ Aeliũ Lampridium/ Vulcatiũ Gallicanũ/ Trebellium Pollionem/ Flauiũ Vopiscum/ Sextũ Aureliũ victorem/ Eutropiũ/ Paulũ Diaconũ/ Ammianum Marcellinũ/ Põponiũ Lætum/ et nostra ætate, Baptistã Egnatium. Qui tamẽ omnes eundẽ torserunt funem, incudẽ omnes eandem tutuderũt. Vitas quoq; Romanorũ Pontificũ scripsere q̃ plurimi, vt Damasus/ Anastasius/ Guido Rauẽnas/ Sigisbertus monachus/ Hugo Florianus/ Sicardus prẽsul Cremonensis/ Gotfred⁹ viterbiensis/ Martinus Carsulanus/ Landulphus Carnotensis canonicus, Sazomenus presbyter/ Geruasius Ricobaldus/ Ptolemæus Lucensis/ Antoninus prẽsul Florentinus/ postremo Platina, Latini omnes, prẽter Græcos Eusebiũ Cæsariensem/ Sozomenum Salaminium/ Socratem Constantinopolitanum/ et Zanoram. Quos si secutus fuero, quis erit obiurgationis locus? quæ mei culpandi ratio? Qui causabitur plura nunq̃ scriptorum q̃ nunc extitisse monumenta, ibo inficias. Vnde ergo septingenta voluminum milia sibi collegisset Ptolemæus Philadelph⁹? Vnde tria milia Tyrãnion grammaticus? Cui etiam opinioni si accederem, propterea tamen non faterer mittendum esse literis et labori repudium. Stulte mihi suadere viden-

tur, qui aiunt tantísper suppríměda esse opera, dum concesserímus fato. Quis meum defuncti opus emaculabit? Quis addet aut detrahet, vbi postulabit locus? Quis inuertet, si oporteat, aut in his recantabit, quę non probabunt populo? Quis cum laruis luctantium calūnias refellet? Ad hęc palam est multos esse ardeliones, qui quum studio laudis immoriantur, neq; tamen aliquid dignum laude parturire valeāt, instar Horatianę Corniculę plumas suffurant alienas, vt nescio quis mihi notus, cui⁹ nomini parco, qui ex aliquot meis qualibuscunq; Dialogis frugem sibi fecit, laudem p̄ripuit, et alieni laboris solus gratiam hausit. Quod omnium confessione tam turpe est, q̄ iniquū eos metere, qui sementem non fecerunt. Sed vt hęc omittamus, certam in spem vocor multa in hoc opere culpatum iri, multa fore, quę prodigiosa aut etiam incredibilia hominū vi debuntur iudiciis. Quę si recta videantur, nō pudebit me cū Stesichoro palinodiā canere, aut certe icudi reddere. Capita plerūq; modicis de reb⁹ adieci, vt de lenonib⁹ / ancillis / abstemiis / Cocis & multis eius farinę. Quod si quis rideat et notet carbone, ad causę meę patrocinium iubebo eos in mediū prodire, qui ex minimis itidem rebus scribēdi argumenta desumpserunt. Edidit Antonius librum de sua ebrietate. Homerus vnū de laudibus vini / alterū de bello Ranarum. Ephren Syr⁹ de vituperatione ris⁹, Marcion Gręcus de Raphano, Pythagoras de bulbis / Diocles de rapo / Phanias physic⁹ de vrtica. Q d si non arguuntur feciſſe, nec ascribendū erit vicio, si minimarum rerum quandoq; historias collegero. Ne tñ erratis meis vbiq; patrocinari & fauere videar, vnū est ī quo ip̄e culpā agnosco, q⁹ Gręcas historias latinis / latinas barbaris, et oratoria poeticis / passim cōfudero. Quod a me factū est, non insciția, sed laboris magnitudine, cui quū nequirem superesse, parendū fuit necessitati. Iam satis luctatū est cū maledicis. Nūc superest, vt ad te nostra dirigatur oratio Gaufrede litteratissime / dicā q;, quid me mouerit, hāc operis mei p̄fationē egregio tuo nomini cōsecrare. Hoc fecit illud literarū et virtutis studium, quo a teneris annis totus prurire cœpisti / et conflagrare, doctosq; omnes genuina quadam beniuolentia prosequi. Existimabā p̄terea fore mihi vituperio, si non reminiscerer, tuę beniuolētię, qua me tyrunculū, et in primis literis collegā tuū supra fidem amabas, idq; adeo, vt cæteros omnes condiscipulos p̄ę me vno nihili faceres. Vbicūq; tibi occurrebā, nunq̄ sine risu me alloquebaris. Dextram (quod dici solet) a tertio vsq; iugere mihi porrigebas, magnum et euidēs tui candoris / tuęq; amicitię argumētū. P̄terea, Blasius Madronetus Securiacus, tuus cliens / bonarum literarū auidissim⁹ helluo (vt de Vticensi Catone scribit Cicero) nominis tui p̄co assiduus, non desistebat quotidie me p̄sente, multa de virtutib⁹ tuis / multa de literar⁹ & literator⁹ amore, īmodice p̄dicare, meiq; amorē indies tibi crescere affirmabat iuramēto. Quo duct⁹ argumēto docere volui, me nō esse ex eorū grege, qui beneficiū nūq̄ agnoscūt, et apud quos iterit statī gratia. Quod famuli tui mun⁹, tam syncęra frōte accipies, q̄ beniuolo datur animo. Vale homo p̄paucorū hominū, clarissimęq; virtutis & literaturę. Et scribendum in calce huius operis tuo nomini Epigrāma expctes aliq̄tísper.

Gaufred⁹ Pompadoreus.

Iacobi albi Tetrastichon de Rauisio Textore.

Et lignum Nasone tumet, Verona Catullo,
Seq; nouo mordax Epigrammate Bilbilis effert.
Andes Virgilio, Iuuenale superbit Aquinum,
Corduba Lucano, TEXTORE Nauarra triumphat.

QVI VARIIS MODIS MORTEM SIBI conſciuerunt, aut ſe alijs commiſerunt occidendos.

1 Lucretia.
2 Lucretiꝰ
3 Brutus
4 Porcia
5 Caſſius
6 M. Antonius
7 Cleopatra
8 Naæra
Charmione
9 Cato
10 Carbo
11 P. Craſſus
12 Licinius craſſus
13 Cl. Regillianus
14 Cor. Merula
15 Dolobella
16 Fl. Fimbria
17 Licinius macer
18 Silanus manlij
19 L Silanus
20 C. Marius iunior
21 Cn. Gnorbanus
22 Oppia veſtalis
23 M. plautius
24 Pomponius atticꝰ
25 Taurea iubellius
26 Fannius Cepio
27 Aria
28 Feſtus
29 Cor. Gallus
30 Syllius Italicus
31 Sophronia
32 Nero
33 Otho
34 Petreius
35 Marſus Labeo
36 Gordianus ſenior
37 Galerius iperator
38 Valerius
39 Papyrius
Canuſia
40 P. Catienus
41 M. Lollius
42 C. Proculeius
43 Catulus luctacius
44 Mneſter
45 Porcius latro
46 Labienus
47 Meſſala coruinus
48 Longinus
49 Adrianꝰ iperator
50 Sabina iperatrix
51 Florianꝰ iperator
52 Iulianꝰ imperator
53 Diocletianꝰ ipera.
54 Maguētius
55 Cecina
56 Empedocles
57 Sardanapalus
58 Lycambes
Neobole
59 Iudas
60 Cleombrotus
61 Annibal
62 Aſdrubal
63 Ariſtarchus
64 Calanus indus
65 Cleomenes
66 Dinocrates
67 Demoſthenes
68 Eratoſthenes
69 Menippus phūs
70 Mithridates
71 Monyma
Veronica
72 Statyra
Roxana
73 Critolaus
74 Nicias
75 Homerus
76 Othryades
77 Pontius pylatus
78 Themiſtocles
79 Mydas
80 Publius Terētius
81 Theoxena
82 Democles
83 Bubalus
84 Cleantes
Chryſippus
Zeno
85 Cambyſes magꝰ
Zary magus
86 Seſoſtris
87 Decebalus
88 Anaxagoras
89 Ecelinus
90 Petrus de vineis
91 Iuba Rex
92 Anchurus
Curtius
93 Cyane
94 Aemylius
95 Calluce
96 Balſacia
97 Gidica
98 Anius
99 Democritus
100 Democrates
101 Dioxippus
102 Boudicea
Pœniꝰ poſthumꝰ
103 Milleſię virgines
104 Scedaſus
105 Cambles
Timagoras
106 Meles
107 Timanthes
108 Tereus
109 Derceto
110 Laurentianus
111 Petrus leonius
112 Neæra

113 Menophilus
114 Argobastes
115 Gunnilda
116 Hadingus
117 Rolno
118 Starcatherus
119 Galeatius
120 Socrates
121 Adrastus
122 Sargapises
123 Praxaspes
124 Boges
125 Petrus Thraseas
126 Herodes
127 Pyramus
Thisbe
128 Erisicthon
129 Dædalion
130 Dido
131 Anna
132 Euadne
133 Hylonome
134 Biblis
135 Hercules
136 Aegeus
137 Hęmon
138 Sappho
139 Menecœus
140 Iocasta
141 Mopsus
142 Phędra
143 Ino
Melicerta
144 Phyllis
145 Aiax
146 Iphis
Anaxarete
147 Auctolia
148 Amphion
149 Althea
150 Brithona
151 Brotheus
152 Canace
153 Alcyone
154 Deianyra
155 Esacus
156 Erigone
157 Euenus
158 Iuturna
159 Ilice
160 Macaria
161 Alcestis
162 Tyro
163 Iole
164 Charandes
165 Amata
166 Herenni⁹ Sicul⁹
167 Comalatro

¶ EXPLANATIO.

1 Lucretia

LVCRETIA puella, rarũ Romanæ castitatis lumen, ægre ferẽs purissimum suæ virginitatis florem ab infami, et turpissimo tyranno Tarquinio iuniore Tarquinij superbi Romanorũ propterea regum vltimi filio fuisse corruptum, et stupratum, impatiens acceptę iniuriæ palam se occidit, fecitq;, vt populus scelus vlciscereturꝫ regum principatum excuteret. Cuius mortis quotienscũq; venit in mẽtem, lachrymis nequeo temperare, sed nec puellę satis misereri, aut stupratorem cõuicijs ad saturitatem aspergere, ac deuouere. Claudianus li. j. in Eutropiũ. Visceribus frustra castum Lucretia ferrũ Mersit. Stroza pater. Lib. j. Eroticon. Vlta nefas animo, propriaq; Lucretia dextra, Inuicto occurret clara pudore tibi. Sabellic⁹. Nec ferro occumbens casto traiecta cruore Fœdasset patrios moriens Lucretia vult⁹.

2 Lucretius.

LVcretius poeta Physicus sumpto amatorio poculo, eo furoris rapt⁹ est, vt manum sibi intulerit, natus annos plus paulo quadraginta. Quinetiã eo, priusq; moreretur, delirio, diu ante fertur laborasse, neq; ad scribendum carmen animum appulisse, nisi intersecta, interuallataq; insania. Politianus in Nutricia. Nec qui phyltra bibit, nimioq; insanus amore, Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem.

3 Brutus.

¶ M. Iu. Brutus vnus ex his, qui Cęsarem. 23. vulneribus in senatu cõfoderũt, ab Augusto et Antonio Iulij mortem vlciscentibus apud Philippos expugnat⁹, desperata iam victoria manum sibi intulit, iuuante Stratone rhetore, anno suæ ętatis trigesimo. ne in man⁹ inimicorũ veniret. Pãphilus Saxus. Se gladio fodit Brutus.

Brutus,Cato fodit & ille,Quem timuit Cæſar,quem coluere patres.Qui rei hiſtoriam auidius ſitiuerit,eat ad Plutarchum.

¶Portia filia Catonis,audita morte Brūti mariti apud philippos interfecti,ferrum poposcit ad inferēdam ſibi mortem.Quod quum amici recuſaſſent,carbones hauſit,et inaudito mortis genere vitam finiuit.Vnde Marti.li.j.Epig. 4 Portia.

Coniugis audiſſet fatum quum Portia Bruti,
Et ſuſtracta ſibi quæreret arma dolor,
Nondum ſcitis(ait)mortem non poſſe negari,
Credideram ſatis hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit,et ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc,et ferrum turba moleſta nega.

C.Caſſius poſt interfectum cæſarem ab Antonio,& Auguſto bello petitus,caſtra cum Bibulo iūxit apud Philippos.Verum quum iclinatam videret aciem,vltro ſibi mortem intulit,vel(vt alij malūt)Pindaro libertо iugulandum ſe prębuit.Quod probat Iouianus de fortitudine bellica,dicēs, Potuiſſet Caſſius(etiam ſi Brutus ceciderat)reparare exercitum,nec tam repentino conſilio,famulo iugulum ſuum prębere. 5 Caſſius

¶M.Antonius audita per falſum rumorem Cleopatrę morte,ſeipſum gladio confodit,partim amore vxoris,partim deſperatione rerum,q; ab Auguſto victū ſe ęgreferret.De hac morte Paulus Oroſius ſic inquit.Antonius ſe ferro transuerberauit,ac ſemianimis ad Cleopatram in monumentum(in quod ſe mori certa,condiderat)perlatus eſt.Item propertius lib.iij.Caſtraq; Peluſi Romano ſub ruta ferro,Antoniq; graues in ſua fata manus.Item Suetonius in Auguſto.Obſeſſaq; Alexandria,quo Antonius cum Cleopatra confugerat,breui potitus eſt. Et Antonium quidam ſeras conditiones pacis tentantē,ad mortē adegit,viditq; mortuum.Item Eutropius Lib.7.rerum Romanarum. Victus eſt inquit ab Auguſto nauali pugna clara & illuſtri apud Accium,qui locus in Epyro eſt,ex quo fugit in ægyptum,et deſperatis rebus,quum omnes ad Auguſtum tranſirēt, ipſe ſe interemit.Hoc multis verbis proſequitur Plutarchus in eius vita. 6 M. Anto.

¶Cleopatra mortuo Antonio marito,Vbi intellexit ſe ab Auguſto in triūphū reſeruari,cauſa declinandæ eius ignominiæ,brachium aſpidi mordendū præbuit,Cæſare Pſyllos veneficos,qui ſerpentis venenum e vulneribus hauſtu reuocarent,et exugerent.fruſtra admouente.Plutarchus ſcribit eam habuiſſe venenum in laminula quadam concaua,quam ſub crine occultabat,ſed tamē neq; corpus deformatum,nec aliud vllum apparuiſſe veneni ſignum,nec aſpidem abvllo conſpectam,ſed tractus dumtaxat viſos,ipſiuſq; brachium duas notas habuiſſe leuiter impreſſas,et humidas.Quibus Cæſar videtur fidem dediſſe. Nam in triūpho,Cleopatrę imaginē tulit cum aſpide mordicus affixa.Propertius de ea Li.iij.ſic inquit.Fugiſti tamen in timidi vaga flumina Nili, Accepere tuæ Romula vincla manus.Brachia ſpectaui ſacris admorſa colubris,Et trahere occultū membra ſoporis iter.Item Horatius Lib.1.Car.Fortis & aſperas tractare ſerpētes,vt atrum Corpore combiberet venenum.Deliberata morte ferocior Sæuis Liburnis,ſcilicet inuidens Priuata deduci ſuperbo Nō humilis mulier triūpho. vide Plynium Lib.21.cap.3. 7 Cleopatra

¶Naæra & Charmione Cleopatrę ancillę,ſpontaneam dominę mortem imi- 8 Naæra

tatæ ſunt, authore Plutarcho. Ac ſemiuiuę repertę, reginę iam mortuę coronam capite delapſam reponentes, immodico magni animi argumento.

9 Cato vticēſis

CAto vticenſis minor, primi pronepos, dolens et grauate ferens Pompeium (cuius partes fouebat) a Cæſare (cui aduerſabatur) ſuperatum, ſuo quoq; gladio icubuit, lecto prius Platonis Phędone de animę īmortalitate, cuius audita morte Cæſarem dixiſſe ferunt, et ſe Catonis inuidere gloriæ, et ſuæ Catonem inuidiſſe. Sic autem abijt de vita, vt teſtimonio Ciceronis, cauſam moriendi nactum ſe eſſe gauderet plurimū. Dictus eſt Vticenſis ab Vtica vrbe Africæ, in qua ſe occidit, authoribus Plynio, Lib. 5. et Gellio. Lib. 13. De eius morte pleriq; meminerunt, Lactancius. Multi ergo inquit, ex his, qui æternas eſſe animas ſuſpicabantur, tanq̄ in cœlum migraturi, ſibi ipſis manus intulerunt, Ex Romanis Cato, qui fuit in omni ſua vita Socraticæ vanitatis imitator. Item paulopoſt, Homicidę inquit illi omnes philoſophi, et ipſe Romanæ ſapientię princeps Cato, qui anteq̄ ſe occideret, perlegiſſe Platonis librū dicitur, qui eſt ſcriptus de æternitate animarum, Item Pamphilus. Se gladio fodit Brutus, Cato fodit et ille, Quem timuit Cæſar, quem coluere patres. Val. Max. lib. 3. cap. 2.

10 Carbo

¶ Carbo propter perpetuam in populari ratione leuitatem, morte voluntaria ſe a ſeueritate ciuium vindicauit, Quoniam autem duo eiuſdē nominis fuerunt ambo magni oratores, non conſtat mihi ſatis, vter duorum vitam ſponte reliquerit.

11 P. Craſſus

¶ P. Craſſus Craſſi oratoris frater, iuriſperitus, quum factionē ſequeretur Marianam, ne in manus inimicorum incideret, ſe ipſum interemit.

12 Licinius Craſſus

¶ P. Licinius Craſſus conſul contra Ariſtonicum Eumenis filium profectus, exercitu ſuo profligato barbarum quedā ad inferendam ſibi mortem prouocauit, ne ab hoſtibus traheretur captiuus.

13 Cl. Regillianus

¶ Claudius Regillianus ſtuprata Virginia virginij Centurionis filia in carcerem a populo crimen vlciſcente coniectus, ſibi manus intulit.

14 Cor. merula

¶ Cor. Merula flamen dialis, partium Syllanarum, ingreſſo vrbem Mario, Venas in Iouis æde ſibi ſuccidit, vt contumelioſę mortis damnationem effugeret. Author eſt Val. Maxi.

15 Dolobella

DOlobella Cæſarianus, interfectorum cæſaris, hoſtis acerrimus, multis pręlijs in Syria cum Caſſio congreſſus eſt, a quo poſtremo victꝰ gladio ſe tranſuerberauit, cauſa declinandę maioris ignominiæ.

16 Fimbria,

¶ Fl. Fimbria ciuis iniquiſſimus, Aſiam prouinciam ingreſſus arreptis imperij inſignibus, a Sylla poſtmodū Pergami oppreſſus eſt, et a corrupto exercitu deſtitutus, Itaq; rerum deſperatione ſibi mortem intulit.

17 Licinus Macer

¶ Licinius macer prętorius, repetundarum poſtulatus, vbi per nuncium intellexit Ciceronem ſibi aduerſari, faucibus laqueo conſtrictis voluntaria morte pœnam preuenit. author Val. Maxi.

18 Silanus

¶ T. Manlius non is qui filium ſecuri percuſſit, ſed alter iuris pontificij peritus, iudex inter macedones accuſatores & filium Silanum conſtitutus, audita cauſa ita pronunciauit. Quū probatum ſit, Silanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum rep. & prole mea indignum iudico, Itaq; Silanus a patre repudiatus, dolore animi ſe ſuſpendit proxima nocte, cuius exequijs neq; pater interfuit, neq; ſuadentibus vt adeſſet, aures prębere voluit. Author Val. Max. de ſeueritate.

19 L. Silanus.

¶ Fuit alter L. Silanꝰ Claudij principis gener, qui ereptaſibi Octauia, dataq; Neroni, prę dolore gladio ſuo incubuit, idq; die nuptiarum ad augendam inuidiā,

Author.

Author Cor. Tacitus Lib.12.

C.Marius Iunior a Sylla e Mithridatica victoria redeunte cũ toto exercitu fusꝰ,in oppidũ Prẽneste se recepit. Vbi obsessꝰ,quũ nulla effugii pateret rima/aut via salutis,se Põtio Telesino prębuit iugulãdũ. Author Liuius. Priusq̃ autem Sylla rediret in vrbem,Marius vniuersam; prope nobilitatem interfecerat. Quæ res fuit in causa,vt superatus,veniam desperaret. Ferũt Syllam ex eiusdem exercitu duodecim milia morti dedisse. 20 Marius Iunior.

¶Gn. Norbanus victus a Sylla/exulauit apud Rhodios. Vbi comprẽhẽsus/seipm interemit. Ideo autem a Sylla bello petitus est,qꝓ eius legatos de pace violauerat, Authore Liuio. 21 Gn. Norbanus.

¶Oppia vestalis stupri comperta sibi mortem intulit,grauioris supplicii metu,ne scilicet viua sub terra defoderetur instar Floroniæ alterius puellæ. 22 Oppia vestalis

C Redibile est Romanos in ipsa origine suæ gentis,obseruantissimos fuisse religionis,quum tam graui supplicio,tormentisq; adeo inauditis in puellas ipsas animaduerterent. Qua seuerítate si in cæteros quoq; homines vsi essent,non legeremus tam infamia vtriusq; veneris portenta. Nec vsq; adeo suæ libidini paruissent,qua tantã maculã,tantamq; sibi contraxerunt infamiam,quãtam postea bellica virtute gloriam. Reuolue Imperatorũ/omniũq; fere Romanorũ vitas,nihil passim leges non refertum stupris/incestibus/adulteriis/ merętriciisq; amoribus. Quod mitiore aliquãto fronte esset tolerandum,nisi essẽt plurima. Sotadicam lasciuiam, spurcosq; amasiorum concubitus, vbiq; olentia. Neq; tamen lex vnq̃ lata est ad cõprimẽdã huiusmodi obscœnitatẽ. Aut si lata est, obseruata saltẽ nõ legit,quũ hoc ipsum flagitiũ i plerisq; iultũ mãsisse/scriptoꝝ testimonio cõstet. Quis puniuit incestum M. Antonii cum Faustina sorore/Caracallæ cum Iulia nouerca, Caligulæ cum sororibus, Neronis cum matre? Quæ lex P. Clodii/ Iuliæ Agrippinę, Salustii & Augusti adulteria cohercuit? Quis posticã Adriani cũ Antinoo libidinẽ repressit? Romani impurgabilia pleraq; flagicia cõniuẽter dissimularũt,& aure surda prętierierũt. In multis vero leuioribus pœnã constituerũt. Apud eos probrum erat Censorium agrum male colere,aut equũ indiligẽter curare. Iudicabatur hostis patriæ, qui factionem mouisset. Multi obrem nihili vapulabãt,& (vt est in adagio) Bolyti pœnã luebant,qui in grauiore culpa manebant impuniti. Hoc quare fecerint, nõ video,nisi qꝓ iisdem omnes vlceribus scatebant,eadem lepra erant infecti. Propterea non audebãt libere ea obiurgare aut punire,quę cum cæteris perpetrabãt. Sed sane pœnas q̃uis lentas dederũt. Nã (vt alios taceã) ex omnibus fere imperatoribus vix vnum aut alterum reperias, qui misero vitę exitu non euomuerit vitam. Nostris quoq; diebus quieta nunq̃ est Italia. Nunc Heluetiivrbes populabundi/ totam spoliãt. Alternatim demum Hispani veniũt ad prędam. Postremo Cisalpini Galli toties in eã ducunt copias/toties opprimunt,vt me misereat tot eiꝰ calamitatum. Nec tamen propterea resipiscunt, quin semper (ita saltem dicitur) voluptati seruiant & agant Epicuros. 23 Plautius.

¶Orestilla. M. Plautiũ maritũ in Asiã cũ. 60. nauibꝰ profectũ secuta, Tarenti ex morbo decessit. Cuius dũ celebrarẽtur exequię & cremaretur cadauer, Plautius doloris impatiens,& appetens mortis/in Rogũ se cõiecit,quem togatum calceatumq; corpori vxoris iunxerunt amici. Author Val. Max. de amore coniugali. lib. 4. cap. 6. 24 Pomponius Atticus

POmponius Atticus eques Ro. Ciceronis amicꝰ/in vltima senectute morbo correptus,seipsum cibi abstinentia necauit. Multa fuerunt in eo laude et commendatione digna,quæ quamuis ab instituto sint aliena,placet ta-

men in medium afferre, vt legentium prosint moribus. Tanta imprimis fuit erga domesticos facilitate vt iurauerit cum matre nonagenaria se nunq̃ in gratiam redijsse. Cum sorore pariter nullam gessit simultatem, dictitãs cum his minime irasci oportere, quos diligas. Abstinẽtia preterea singulari, vitaq; a luxu, ambitione et cupiditate rerum aliena, vt q̃ preter patrimoniũ nihil vnq̃ appetiuerit, nihil ædificauerit, nihil emerit. Fuit et litiũ maxime fugiens, populares q; factiones Vatinio no prosequebatur odio. Propterea quum vidisset Remp. tumultu Cinnano turbatam, Athenas concessit, vt illic tranquille viueret/nemine studia interpellante. Eruditis omnibus mirum in modum fauit, adeo vt pulsum ab vrbe Ciceronẽ, & Brutum fugientem magna iuuerit pecunia. Mendacium nec dicebat, nec etiam poterat pati. Quapropter omnes amici res suas ei curandas dabant et seruandas.

25 Taurea Iubellius.

¶ Taurea Iubellius Campanus capta a Fuluio Capua, coniugem primum ac liberos, postremo seipsum ad pedes imperatoris gladio transfixit, ne quid indignum aut ignominiosum captiuus pateretur. Author Liuius.

26 Fannius Cepio.

¶ Fannius Cepio deprehensus in coniuratione aduersus Augustum, sibi mortem consciuit. Martialis Lib. 2. Hostem quum fugeret se Fannius ipse peremit, Hic rogo non furor est, ne moriare mori?

27. Aria.

ARia mater (nam fuit eiusdem nominis filia) damnato Pæto marito, fodit corpus gladio, quem vulnere educens ipsi Pæto quærenti dedit, vt idẽ post faceret. Martialis Lib. 1. Casta suo gladium quum traderet Aria Pæto, Quem de visceribus traxerat ipa suis, Si qua fides, vulnus quod feci, non dolet, inquit, Sed quod tu facies, hoc mihi Pæte dolet.

28 Festus,

¶ Fest⁹ Domitiani amic⁹, dũ mentagra vsq; ad desperationẽ remedij laboraret, gladio se traiecit, pri⁹ tñ amicos cõsolat⁹. Quã ei⁹ mortẽ Martial. Lib. 1. sic describit.

Indignas premeret pestis quum tabida fauces,
Inq; ipsos vultus serperet atra lues,
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos,
Decreuit stygios Festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sancta Romanam vitam sed morte peregit,
Dimisitq; animam nobiliore via.
Hanc mortem fatis magni preferre Catonis
Fama potest, huius Cæsar amicus erat.

29 Cor. Gallus.

COr. Gallus poeta Elegiographus Virgilij amicus et coetaneus, ab Augusto præfectus Aegypti designatus, Thebarum ciuitatem spoliasse dicitur. Propterea quum repetũdarum postularetur, furtiq; et populatæ accusaretur prouinciæ, nobilium indignationẽ formidans, sibi mortem intulit/anno suæ ætatis. 43. Author Ammianus Marcellinus, qui Lib. 17. rerum gestarum sic inquit. Longe autem postea Cornelius Gallus res tenens Romanas, Aegypti procurator, exhausit ciuitatem plurimis interceptis. Reuersusq; quum furtorũ arcesseret, & populatę prouincię, metu nobilitatis acriter indignatę (cui negociũ spectandum dederat imperator) stricto incubuit ferro. Item Ouid⁹ Lib. 3. Eleg. Tu quoq; si falsum est temerati nomen amici/Sanguinis, atq; aiæ prodige Galle tuæ. Item Politian⁹ in Nutricia. Ceu Galli Minia Citheris Personã falsæ lasciua Lycoridos affert In scænam, & docto clausam se iactat amanti, Dum miser ipe suo fodiat præcordia ferro. Item Propertius Lib. 2. Et modo formosa, qui multa

Lycoride

Lycoride Gallus Mortuus inferna vulnera lauit aqua. Alia tamen causa ad inferendam sibi mortem motum volunt pleriq;, q̃ scilicet Augusti domo ei fuisset interdictũ, vt scribit Tranquillus. Alij ob linguam nimis effrenem. Quod et Ouidius videtur probasse, vbi ait. Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo, Sed linguam nimio non tenuisse mero.

30 Syllius

¶ Syllius Italicus poeta, incurabilis morbi tædio, voluntariam oppetijt mortem, annos natus. 75. Politianus in Nutricia de eo sic scribit. Ipse obijt plenusq; æui, natoq; superstes, Aspera congenito fixus vestigia clauo.

31 Sophronia

¶ Sophronia Romana, Christiana Lucretia, quum vim Decij principis sibi quotidie insidiantis non posset declinare, arrepto gladio per consensum mariti se confodit.

32 Nero.

NEro Domitij et Agrippinæ filius, fax totius orbis, impuraq; scelerũ omnium sentina, post maiora numero flagicia, hostis patriæ a senatu iudicatus, ne quid suis meritis dignum pateretur, aut collo in furcam coniecto virgis cæderetur (vt ait Eutropius) vrbem egressus sequẽtibus Phaone/Epaphrodito/Neophitoq; et spadone Sporo, semet ictu gladij transegit, ad quartum vrbis miliarium, adiuuante trepidantem manum impuro Eunucho. Periit autem anno ætatis suæ. 32. Cuius interitu vniuersa Roma adeo gauisa est, vt plebs induta pileis manumissionum, tanq̃ sæuo exempta domino triumpharet. Ausonius. Matricida Nero proprij vim pertulit ensis. Sidoni⁹. Matricida Nero ꝓprio se percutit ense. Pontanus de stellis Lib. 3. Sic errant miseri manes, atq; vmbra Neronis, Sic Otho, quiq; in se ferrum strinxere nefandum. Suetonius ait eum in inferenda sibi morte adiutum fuisse ab Epaphrodito a Libellis, Eutropius a Sporo.

33 Otho.

¶ Otho imperator quamuis mollissime semper vixisset, adeo, vt ad muliebres accederet mundicias, victus tamẽ a Vitellio apud Bebriacum, ausus est sibi mortem consciscere, quamuis multas haberet copias, posset q; victoriam sperare. Quod fecisse odio bellorum ciuilium dicitur. Propterea Martialis Lib, 6. eius mortem Catonianæ anteponit. Cato enim interfecit se Vticę, copijs iam profligatis, ne in hostes incideret. Otho vero adhuc integro exercitu, ne bella ciuilia gererentur. Verba Epigrammatistæ sunt hæc.

Quum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo,
Forsitan et posset vincere mollis Otho,
Damnauit multo saturum iam sanguine Martem,
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sit Cato (dum viuit) sane vel Cæsare maior,
Dum moritur, nunquid maior Othone fuit?

De huius imperatoris morte alij quoq; meminerunt. Iouianus Lib. 3. de stellis. Sic errant miseri manes, sic vmbra Neronis. Sic Otho, qui in se ferrum strinxere nefandum. Item Sextus Aurelius victor. Hic (inquit) a Vitellio primum apud Placentiam, dehinc apud Bebriacum victus, semet gladio transfixit, anno ætatis 37. Adeo amabilis militibus propris, vt pleriq; corpore eius viso suis manibus mortem sibi consciuerint, Item Ausonius. Mox Otho famosus, clara sed morte potitus. Tranquillus quoq; in eius vita sic inquit. Posthęc sedata siti, gelidæ aquæ

aquæ potione, duos arripuit pugiones, et explorata vtriuſq; acie, quum alterũ puluino ſubdidiſſet, foribus adopertis arctiſſimo ſomno quieuit. Et circa lucem demum expergefactus, vno ſe traiecit ictu, infra leuam papillam. Irrumpentibuſq; ad primum gemitum, modo celans, modo detegens plagam, exanimatus eſt, et apud Veliternam (ita præceperat) funeratus, 38. ætatis anno, et 95. die imperij.

34 Petreius

¶ Petreius dux Pompeianus a Cæſare in Hiſpania ſuperatus, ſe ferro et inedia interemit.

35 Labeo

LAbeo Marſus in calamitate Macedonica (quum celer hoſtis premeret) ſeq;, natumq; gladio traiecit, ne victoris Octauij vultum ſuſtineret. Author Pontanus de fortitudine bellica.

36 Gordianꝰ

¶ Gordianus ſenior audita filij morte (qui pro patria in bello occubuerat) laqueo ſe ſuſpendit, iam octogenarius, partim dolore amiſſi filij, partim ne traheretur captiuus. Ammianus Marcellinus Lib. 26. In Africa (inquit) ſuperior Gordianus in imperium raptus, aduentantium periculorum angoribus implicatus, vitam laqueo ſpiritu intercluſo profudit.

37 Galerius

¶ Galerius imperator quum Chriſtianos omnibus (quibus potuerat) tormentis affeciſſet, tandem in morbum incidit, cuius impatientia, gladio ſibi latus aperuit. Baptiſta Egnatius ait illud tędium vitæ ei irrepſiſſe ex genitalibus paulatim putreſcentibus.

38 Valerius

¶ Valerius dum cum Valeria Tuſculana filia neſcius cõcubuiſſet, agnita poſtmodum culpa, ſe prędipitauit. Author Ariſtides apud Plutarchum.

39 Papyrius Canuſia

¶ Papyrius Romanus quum ſororem Canuſiam grauidam feciſſet, et illa gladio a patre miſſo ſibi corpus confodiſſet, ſeipſum quoq; mortuæ ſorori dedit comitem. Author Chryſippus libro. 1. Rerum Italicarum apud Plutarchum.

40 P. Catienꝰ Philotimꝰ

¶ P. Catienus Philotimus patronum adeo dilexit, vt hęres omnibꝰ bonis inſtitutus, in eius rogum ſe coniecerit, Author Ply. Lib. 7. Cap. 36.

41 M. Lolliꝰ.

¶ M. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia a C. Cæſare Auguſti filio, venenum bibit. Plynius. Lib. 9. Cap. 35.

42 C. Procul.

¶ Idem Plynius Lib. 36. Cap. 24. ſcribit Cn. Proculeium Auguſti Cęſaris familiarem in maximo ſtomachi dolore, gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

43 Catulus Luctacius.

CAtulus Luctacius orator, qui Marij collega fuerat in cõſulatu, et de Cymbris vna triumphum egerat, ab eodem poſtea mori iuſſus, incluſus domi, accenſis carbonibus ſe ſuffocauit, Author Plutarchus in Mario. et Valerius Maximus.

44 Mneſter

AGrippina a Trierarcho, alijſq; Neronis ſatellitibus interfecta, Mneſter eius libertus ſe ferro tranſegit. Incertum charitate in patronam, an metu exitij. Author Cor. Tacitus. Lib. 14.

45 Porcius latro.

¶ Adnotatum eſt in Chronicis M. Porcium latronem pręſtanti virum memoria duplicis quartanæ tædio, manum ſibi admouiſſe, atq; ita functum fato.

46 Labienus.

¶ Labienus poeta videns libros ſuos ob nimiam carpendi libertatem publico decreto comburi, ſuis ſuperuiuere non potuit monumentis, ac propterea ſpontaneam oppetijt mortem.

Meſſala

¶Meſſala Coruinus orator, ante biennium q̃ moreretur, ita memoriam ac ſen= 47
ſum amiſit, vt vix pauca verba coniungeret. Ad extremum vero enato circa os vl= Meſſala
cere, inedia ſe confecit. Author Cælius.

¶Longinus Adriani imperatoris legatus, a Decebalo Dacorum Rege (in quem 48
certabat) circumuentus, ebibito veneno ſeipſum interemit. Author Dion Longinus.
Caſſius.

ADrianus imperator Maſtorem quendam barbarum (quo propter robur 49
et audaciam plerumq; vſus fuerat in venationibus) partim minis partim Adrianus
pollicitationibus impulit, et coegit, vt eędem ſibi inferret, circumſcrip= Impera.
ſitq; locum ſub mamilla, quē Hermogenes medicus demonſtrauerat. Quo lœtha
liter p̃cuſſo, ſine dolore expirauit, Teſtis idē Caſſi⁹. Hoc aũt fecit incredibili mẽ
brorũ oĩm cruciatu impulſus, qui etiam morbi ſubtercutanei dolore multos e ſena=
tu prius extinxerat, vt ſcribit Sextus Aurelius.

¶Sabina imperatrix eiuſdem Adriani vxor, ſeruilibus prope iniurijs ab eo affe= 50
cta, ad mortem cucurrit voluntariam, q̃ tam immane ingenium, humaniq; gene= Sabina
ris perniciem peperiſſet. Author idem Aurelius.

¶Florianus imperator, qui Tacito ſucceſſit, dolens Probum militię peritum a ma 51
gna exercitus parte fuiſſe electum, ſibi ipſi venas icidit, effuſoq; ſanguine cõſum= Florianus.
ptus eſt. Author idem Aurelius.

52
¶Iulianus imperator factus in italia, acto per coſtas pugione, in ignem ſe abiecit, Iulianus
eodem Aurelio teſte.

53
¶Diocletianus iperator a Licinio & Conſtantio grauiter literis obiurgatus, q̃ Ma Diocletia.
xẽtio diceretur fauiſſe, metu ignominioſæ mortis venenum hauſit.

54
¶Maguentius a Conſtantio imperatore apud Lugdunum ſuperatus, admoto pa Maguẽti⁹.
rieti gladio (vt ictum iuuaret) corpus ſibi confodit. Quo audito Decentius ei⁹ fra= Decentius
ter prępoſtera laquei morte vitam finiuit.

55
¶Pater Licinij Cecinæ vir prętorius, ob diuturnæ valetudinis tędium ac dolorẽ, Cecina
ſeſe opio necauit.

¶Empedocles Siculus poeta immortalitatem nouo mortis genere affectans, ſe 56
in Aetnam coniecit. Vnde Horatius in arte. Dicam, Siculiq; poetæ Narra= Empedo=
bo interitum. Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem feruí= cles
dus Aetnam inſiluit. Item Ouidius in Ibin. Aut tu Trinacrij ſalias ſuper ora Gy=
gantis, Plurima qua flammas Sicanis Aetna vomit. Item Lactancius Lib. 3. de fal
ſa ſapientia. Cap. 18. Multi ex his qui æternas eſſe animas ſuſpicabantur, tanq̃ in
cœlum migraturi eſſent, ſibi ipſis manus intulerunt, vt Cleantes, & Chryſippus,
vt Zeno, et Empedocles, qui ſe in ardentis Aetnę ſpecum intempeſta nocte de=
iecit, vt quum repente non apparuiſſet, abijſſe ad deos crederetur. Item Politian⁹
in Nutricia. Ceu maximus ille, Aeriſonas pedibus qui quondam inductus Amy
clas, Inſiluit Siculi rapidum cratera camini.

¶Sardanapalus Aſſyriorum Rex ab, Arbacto ſeu Arbace prępecto ob molliciem 57
muliebreſq; mundicias (nam habitum mentitus, fœmineum inter puellas fuſos Sardana.
tractabat, et penſa, omneſq; laſciuia anteibat et libidine) bello petitus, vbi vidit palus
res ſuas profligari, et peſſum ire. et iam ad triarios redigi, ne captiuus traheretur,
pyram in regia ingentem ſtruxit, eoq; comportata ſupellectile, ductiſq; amicis do
mino ſupereſſe nolentibus, incendio ſe dedit, et hoc ſolo virum ſe docuit, q̃ non
expauerit mortem. Ouidius in Ibin.

Inq; pyram

Inq; pyram tecum chariſſima corpora mittas,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.

Sidonius. Non Mœdis caput Arſacem profabor, Nec q̃ diuite (quum refugit hoſtem) Arſit Sardanapalus in fauilla. Sabellicus in hunnij originem.

Vltimus ille fuit regni corruptor auiti,
Cuius delicias et mollia ſceptra ſuperbus
Non tulit Arbactus, ſed fortia comparat arma,
Aggrediturq; ſenem, victumq; ad nobile fatum Compulit.

58 Lycambes Neobole

ARchilochus poeta Parius, repudium ac repulſam paſſus in nuptijs Neoboles Lycambis filiæ ſibi promiſſæ, Iambis tum primum a ſe repertis ſatyrice adeo et grauiter Lycambem ipſum deuouit, et infectatus eſt, vt eũ cũ filia ad furcam ipulerit, Vnde Horatius. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Et Ouidius in Ibin. Poſt modo ſi perges, in te mihi liber Iambus Tincta Lycambęo ſanguine tela dabit. Politianus in Nutricia. Licet acrem effuſus in iram Ore Lycambiadas rabioſo occiderit ambas Archilochus.

59 Iudas

IVdas (vt oẽs compertum habent) quum deũ Iudęis prodidiſſet, et exili pecunia expoſuiſſet venalẽ, tandẽ ad ſe rediẽs, et ſceleris perpendens grauitatẽ, deſperata venia (quę tamen proditi clementia ſperari poterat) ad laqueum prope rauit, et notiſſimo diuinę vltionis argumento crepuit medius.

Quis furor o Iuda, vel quæ tenebroſa mouebat
Te cæci nubes animi, regem dare venum
Iudęis canibus, recutitę prodere genti?
Tu modico vendis precio, quem vendere nullo
Aut poteras, aut debueras. Quo crimine furca
Dignus erat, medioſq; inter pendere latrones?
Cur tundi meruit colaphis, cur verbere plecti,
Aut cur ſpiniferam portare in fronte coronam?
Perfide nulla tuę manet excuſatio culpæ.
Tu rigido triplex in pectore marmor habebas,
In venis ſilicem, in fibris adamanta ferebas.
Credo ego te Lybicę mammas ſuxiſſe leænæ,
Ceruicemq; tui ſcopulo rupiſſe parentis.
Propterea ſi te laquei mors aſpera nigros
Miſerit ad manes, ſi nunc lapis et rota torquent,
Si fibras volucris comedit ieiuna renatas,
Si vacuo demens hauris modo flumina cribro,
Si colubri immanes circum tua tempora repunt,
Tu licet exclames, et rauco gutture plangas,
Nec tibi ſit requies, lachrymas non excutis vlli.
Quam pateris, merito pateris ſęuiſſime pœnam.

60 Cleõbrotꝰ

CLeombrotus ſeu Theombrotꝰ ex Ambracia, quum legiſſet opus Platonis de animarum immortalitate a Socrate inſcriptum, ſpõte ſe prȩcipitauit. Ouidius in Ibin. Vel de prȩcipiti venias ĩ tartara ſaxo, Vt qui Socraticum de nece legit opus. Lactancius. Quid (inquit) Ambraciotes ille, qui quum eundem librum perlegiſſet, prȩcipitem ſe dedit, nullam aliã obcauſam, niſi q̃ Platoni credidit. Quod ſi ſciſſet Plato, ac docuiſſet a quo, et quomodo, et q̃bꝰ, & quę ob facta, et quo tempore immortalitas tribuatur, nec Cleambrotum impegiſſet in

mortem

mortem,nec Catonem.Cicero Lib.1.Quęst.Tuscul.Callimachi iquit Epigrāma in Ambrociatā Cleombrotū est,quē ait,quū nihil ei accidisset aduersi,e muro se in mare abiecisse lecto Platonis Libro.

61 Anníbal

ANnibal Amilcharis filius,dux Carthaginensiū/post L.Cor.Scipionem, patrem Scipionis maioris superatum,Sempronium ad Trebiam.C.Flaminium ad Trasimenū magnis cladibus affectos.P.Aemyliū apud Cannas cum toto exercitu deletum,Claudium Marcellū occisū,a Scipione iuniore postremo victus,et fugatus/ad Antiochū primū,deinde ad Prusiam Bithynie regem confugit.De cuius fide dubitans/quoniam videbat Flaminium legatum a Romanis missū,ac se paulatim a militib⁹ circunseptū,venenū (quod in anulo gerebat)hausit.

62 Asdrubal

¶Asdrubal dux i tercio bello punico a Scipione Aemyliano victus,in medias vrbis flammas sese cum filiis iecit.Sed quoniā multi eius nominis fuerūt,vide/vt de quo loquaris intelligas.

¶Aristarchus grammaticus Alexandrinus/homo doctissimus,quum hydropisi laboraret,seipsū cibi abstinētia iterfecit,annos nat⁹.72.Hic ille est Aristarch⁹,qui sub Ptolemęo Philometore floruit,Olympiade.156.cui⁹ et filiū erudijt.Scripsit cō mētarios supra mille.Discipul⁹ fuit Aristophanis Grāmatici.Fuit aūt cēsura adeo critica,seueroq; iudicio,vt puerbio locū pene fecerit.Eos enī vocam⁹ Aristarchos, q̄ nihil nō examināt,et oia diligēter expēdūt.Duos habuit filios Aristarchū et Aristagorā degeneres/et patri omnino dissimiles.Fuit alter eiusdē noīs Tegeates poeta Euripedis coętane⁹,quē Aesculapi⁹ morbo liberauit,Quod ego adieci, vt intelligeret lector,vter fuerit,qui mortem sibi consciuerit.

63 Aristarchus

64 Calanus Indus,

CAlanus Indus vn⁹ ex Bragmanib⁹ (quo noīe dicebātur Indorum philosophi)ex ipsa India ad Persidem vsq; Alexandrū secut⁹,vltro et nullo cogente in rogū se cōiecit.Quod videns Alexander,percōtari cœpit,vellet ne aliquid mādare moriēs.Tū ille,nihil iquit,Propediē te videbo.Nec multis post dieb⁹ Alexāder veneno interijt.Cicero.Lib.2.Quęst.Tuscul.Calanus Ind⁹ (inquit)indoct⁹ ac barbaus/in radicib⁹ Caucasi nat⁹,sua volūtate viuus cōbustus est. Idem Lib.1.de Diuinatione. Ad mortē proficiscēs Calanus Ind⁹,quū incederet in rogū ardentem,O præclarum discessum inquit,e vita,quū (vt Herculi contigit) mortali corpore cremato/in lucem anim⁹ excesserit.Quumq; Alexander eum rogaret,si quid vellet,vt diceret,Optime inquit/propediem te videbo.Quod ita cōtigit.Nam Babylonię paucis post diebus Alexander est mortuus.

65 Cleomenes

CLeomenes dux Lacędemoniorum ab Antigono vict⁹,ad Ptolomæū se recepit,a quo benigne primum exceptus,postmodū a Nicagora proditionis accusatus,in carcerem detrusus est.Vbi quum aliquot aliis voluntariam oppetijt mortem.Mortuū rex pelle nudauit,et affixit cruci. Authore Plutarcho. Herodotus ait Cleomenem a furis incipientem/se detruncasse,carnesq; e tibijs ad femora/e femorib⁹ ad coxarū vertebra proscidisse,atq; i rescidēdo vtero expirasse.

66 Dinocrates

¶Dinocrates Messenius victo primum Philopomene Achęorum duce,ab ipsis postremo Achęis superatus,mortem sibi intulit,ne in eorum veniret potestatem. Author Plutarchus in Philopomene.

67 Demosthenes

¶Demosthenes Athenienſis dum Antipatri (qui Alexandro succesſit) odium icurrisset,decerneretq; Demades,vt capite plecteretur,aufugit in Calabriam Aegęi maris insulā.Vbi ab Archia Tyrio Comœdiographo & Antipatri satellitibus deprehensus,sumpto calamo/quasi prius epistolam ad Antipatrum daturus,venenum illic inclusum ebibit. Habuit Demosthenes patrem eiusdē noīs admo-

dum pauperem, vt qui cultellos factitaret. Hic quum non esset apta satis pronũcia-
tione, multitudinẽq; et tumultũ expaueſceret/prope litoris marini ſonitũ dicere aſ-
ſueſcebat. Literã R. difficile enunciabat, quam calculis in os coniectis/proferre co
nabatur. Nũq̃ dicebat, niſi prẽmeditatus, propterea de eo Pytheas p̃dicabat, De-
mosthenis Enthymemata lucernã olere. Nõ ignoro hoc pleriſq; viſũ iri ſuperua
caneũ. Dabit tamẽ venia, Opera enĩ dedita excerpo, quę ad doctrinã cõferre video.

68 Eratoſthenes ¶ Eratoſthenes Cyrenęus Callimachi poetę diſcipulus, et præfectus bibliothecæ Ptolemęi, quum diuturno quoq; morbo torqueretur, neq; remedium inueniret, ci-
bum ſibi ſuſtraxit/et inedia ſe peremit anno ſue ætatis 70.

69 Menippus phũs ¶ Menippus Phœnix philoſophus Cynicus, quum eſſet ex eorum numero, qui au-
ri cupiditate pruriunt, et inexplebili rerum libidine torrẽtur, amiſſis diuitiis laqueo
vitam finiuit. Author Diogenes Laertius.

70 Mithridates Iunior. MIthridates Iunior, qui annis. 56. bellum cum Romanis varia geſſit victo-
ria, poſt occupatam Aſiam Q. Oppium, et Aquileium in vincula con-
iectos/Rhodum oppugnatam, Athenas per Archelaum præfactum oc
cupatas, a Lucullo primum, demum a Pompeio ſuperatus, poſtremo a Pharnace
filio adoleſcente ingratiſſimo (qui a patre ad Pompeium defecerat) bello petitus
et obſeſſus, venenum hauſit. Quo nihil ad mortem propter ſumptum Antidotum
proficiens, auxilio Galli cuiuſdam militis ſe interfecit.

71 Monyma Veronica. ¶ Monyma Mileſia et Veronica Chia duæ Mithridatis vxores, audita eiuſdem
miſerabili fortuna, per Bochidẽ Eunuchũ, ambæ vitã ſponte reliquerunt. Nã Mo
nyma primum ſe ſuſpendit. Sed quum corporis grauitate confractus eſſet laqueus,
O execrandũ inquit Diadema, quo neq; in tam triſti miniſterio vti poſſum. Bochi-
di poſtmodum ſe dedit iugulandã. Veronica vero calicem veneni hauſit, quo per
venas ſerpente, quum durius torqueretur et langueret, Bochidis quoq; auxilio ac-
celerauit ſibi mortem.

72 Statyra Roxana STatyra quoq; et Roxana Mithridatis ſorores, quæ annos fere. 40. vir-
ginitatem ſeruauerant, hauſto veneno fraternam mortem comitatę ſunt.
Poteſt tamẽ dubitari an eo perierint, quoniã Plutarchus ſcribit Roxanã
a Statyra in puteum demerſam, niſi fortaſſe hoc ad alias eius nominis ſit referẽdũ.

73 Critolaus ¶ Critolaus dux Achęorũ victus a. Q. Cęcilio Metello apud Thermopylas, ve-
neno ſibi mortem conſciuit. Author Liuius.

74 Nicias ¶ Nicias dux Athenienſis Imperator cõtra Syracuſanos cum Demoſthene miſ-
ſus, rebus infeliciter geſtis/captus eſt cum collega, amboq; in carcerem detruſi, ſibi
manus intulere, ne hoſtibus eſſent ludibrio. Videtur autem hic Demoſthenes al-
ter eſſe ab eo, de quo iam ſumus locuti.

75 Homerus ¶ Homerũ poetarũ omniũ facile principẽ ferũt, quũ iam ſenio cõfectus ad quoſ-
dam nautas diuertiſſet, propoſitumq; ab eis ænigma nequiſſet diſſoluere, pudore
motũ ſe ſuffocaſſe laqueo. Quod ego plane iudico fabuloſũ. Neq; enim credibile
eſt, virũ illũ philoſophię peritiſſimũ/tãta rerum experiẽtia p̃ditũ, tam leui, tãq; nul
lo argumẽto vitã relinquere voluiſſe. Nam quæ fuerat ignominia inanẽ et friuolã
remigum quęſtionem ignorare? Immo vero prudẽtiæ maiori tribuitur, nihil abie-
ctis et ſemitariis hoc genus homunculis reſpondere, quum vulgo dici ſoleat, aſinũ
plura poſſe percontari, quam reſpõdere philoſophum. Quare neq; hoc probo, ne-
q; cum probantibus, pedariam fero ſententiam.

76 Othryades ¶ Atheniẽſes et Lacedęmonij quũ de Tyreatiũ agro inter ſe cõtẽdẽt, tãdẽ ita pepi
gerũt, vt trecẽtis militibus ſũmã rei cõmitterẽt, q̃ ſua pugna omniũ litẽ dirimerẽt.

Vbi

Vbi omnes interfecti ſunt, præter vnum Othryadem Lacedęmonium, qui ne ſolus in caſtra rediret, ſeipſũ inter hoſtilia cadauera gladio confixit. Author Val. Max. de fortitudine.

77 Pontius Pylatus

FErunt Pontium Pilatum patria Lugdunenſem, nefarię in Chriſtum ſentẽtię meritas dediſſe pœnas, ſibiq; mortem intuliſſe. Author eſt Gregorius Turonenſis.

Tam tibi ſit mitis Ponti Pilate Megęra,
Tamq; tuę moueant lachrymæ Plutona ferocem,
Qz̃ merito periit fato te iudice Chriſtus.

78 Themiſtocles

THemiſtocles Athenienſis Nicoclis filius, inuidia ciuium relegatus, ad Artaxerxem cõfugit. A quo dum in patriam pugnare cogeretur, vitam cum morte volens commutauit, hauſto ſanguine taurino, quem ideo peſtiferũ potu ſcribit Cælius, qp celerrime coeat, atq; obdureſcat. Porro ſanguis taurinus recens, anhelitus difficultatem, ac prędocationem infert cum ſpaſmo prędalido.

79 Mydas

¶Plutarchus quoq; ſcribit Mydam contracta ex ſomniorum diritate, animi ęgritudine, quum formidabilis affectio indies augeretur, nec occurreret remedium mali, tauri ſanguine copioſius hauſto, conceſſiſſe ab humanis.

80 Terentius

PTerentius amiſſis. 108. Fabulis, (quas e Græcis latinas fecerat, et cõuerterat ex Menandro) ſe ſubmerſit. Quod, quamuis pleriq; falſum opinentur, credibile eſt tamen. Si enim permulti amiſſo theſauro ad mortem properauerit, quanta mentis ægretudine videntur tibi laborare, qui momento perdũt, et in nictu oculi, quod improbo labore, diuturnis vigilijs, magna olei impenſa, lõgo ante ſęculo fabricauerunt, demum accuratiore ſtudio incudi reddiderunt, et ad vltimam reuocarunt limam? Eſt (ſi periculum non feciſti lector) inſania, et rabies maior, q̃ vt fidem poſſit capere.

81 Theoxena

¶Theoxena mulier a Philippi Macedonũ Regis militibus in mari ſepta, qnũ nullum ſalutis effugium videret, in mare ſe deiecit, maritum (qui prius eadem morte perierat) ſecuta. Idq; ne in regis poteſtatem veniret. Vide Bononienſẽ commẽtatorem in Suetonium.

82 Democles

¶Democles puer, dubium maiore pudicitia an forma pulchriore, quũ a Demetrio Politiorcete ad ſtuprũ traheretur, neq; vim tyranni poſſet effugere, ſe in proximum aquę feruentis lebetem coniecit, atq; ibidem enecauit. Pulchrũ dij boni facinus, omniumq; facundiarum magniloquentia dignum.

83 Bubalus

¶Hipponax poeta Iambographus et amarulentus, grauiter ferens et indignanter ſe a Bubalo pictore, deformi facie pictũ, ad propellandã iniuriam, tã grauiter in eũ ſcripſit & inuectus eſt, vt laqueo vitam finire coegerit. Vnde Horatius in Epodo. Qualis Lycambę ſpretus infido gener, Aut acer hoſtis Bubalo. Et Hipponactæũ prędonium pro infami nota poſuit Cicero in Epiſtolis familiaribus ita ſcribens. Eumq; addictum iam tum puto eſſe Calui Licinij Hipponactæo prædonio.

84 Cleanthes Chryſippus Zeno

¶Cleanthes Philoſophus cognita animarum immortalitate, vitam ſpõte reliquit, & voluntariam oppetiit mortem. Lactancius. Multi (inquit) ex his (qui æternas eſſe animas ſuſpicabantur) tanq̃ in cœlum migraturi eſſent, ſibi ipſis manus intulerũt, vt Cleanthes & Chryſippus, vt Zeno & Empedocles.

85 Cambyſes Zari

¶Cambyſes & Zari Dianę ſacerdotes & magi, miſſi ad inſinuandam Taurino Epiſcopo Idololatriam, quũ operam luſiſſent, ac nihil profeciſſent, gladiis ſuis ſe confoderunt.

86 Seſoſtris ¶Seſoſtris Aegyptiorum rex, ſeu ſenio, ſeu morbo, ſiue alia fortuna, oculis captus ſeipſum interfecit.

87 Decebalus ¶Decebalus rex Dacorum a Traiano ſecundũ victus, ne in Romanorũ poteſtatẽ veniret, ſua manu vſus interijt, mortuiq; caput Romam perlatum eſt. Author Dion Caſſius.

88 Anaxagoras ANaxagoras Philoſophus ab Athenienſibus in carcerem coniectus, q̃ Solem (quem illi pro deo habebãt) ignitum dixiſſet lapidẽ, venenum hauſit.

89 Ecelinus ECelinus tyrannus poſt infinita prope flagicia & crudelitatis exempla, tãdem in bello (quod contra Martinum Turianum Mediolani principem ſuſceperat) vulneratus, more frendentis beluę vulnꝰ diſcerpſit, eoq; miſeram euomuit vitam.

90 Petrus de vineis VOlaterranus ſcribit Petrum de Vineis ex Capua iuriſperitũ fuiſſe, qui dolens ſe ob ſuſpicionẽ coniurationis a Federico ſecundo (cui priuſerat chariſſimus) relegatum, capite parieti illiſo, mortem ſibi intulerit, compoſito prius de conſolatione libello.

91 Iuba ¶Iuba rex Mauritanię a Cęſare ſuperatus, ſibi quoq; mortem cõſciuit. Cuiꝰ filius puer Romam in triumphum ductus eſt.

92 Anchurus Curtius CIrca Celenum Phrygię oppidum quum hiatus terrę & ingẽs vorago multos abſorberet, eſſetq; reſpõſũ ab oracuio voraginẽ ipſã nõ priꝰ clauſũ iri, q̃ ad pacanda numina aliquis eo ſe demitteret, Anchurus Mydæ regis filius, datis genitori & Cimotheę vxori complexibus, equũ aſcendit, & intro ſe demiſit. Author Plutarchus in Parallelis. Qui de Curtio adoleſcente Romano idem commemorat.

93 Cyane CYane puella a patre Cyanippo incognito per vim ſtuprata, vbi tandem authorem ſceleris agnouit, illum prius, demum ſeipſam interfecit. Author idem Plutarchus teſtem aduocans Doſitheum Lib. 3. rerum Sicularum.

94 Aemylius ¶Vxor Aemylij adoleſcẽtis Zelotypiæ morbo affecta, dum ſuſpicaretur maritũ alterius puellæ rapi deſyderio, in ſyluas profectum ſecuta eſt. Vbi quum ad explorandam rei veritatem, in dumis & vepribus deliteſceret, a canibus feram eſſe opinantibus laniata eſt. Re cognita Aemyliꝰ ſe ipſum interfecit. Author idem Plutarchus, qui apud Sypharim Italię oppidum hoc commemorat factum.

95 Calluce ¶Calluce filia Lyci hominis ſanguinarii & hoſpites immolantis, relicta a Diomede (quem Troia redeũtẽ benigne ſuſceperat, & a paternis liberauerat inſidiis) laq̃o ſe ſuſpendit. Author apud eũdem Plutarchum Iubas Lib. 3. rerum Africanarum.

96 Balſacia ¶Balſacia quoq; puella a Calphurnio Craſſo (quem proditi patris victorẽ fecerat) relicta, ſibi ferro iugulum tranſuerberauit.

97 Gidica. GIdica Pomminij Laurentini vxor, dum Comminium priuignum maxime deperiret, neq; tamen ad concubitum poſſet inducere, ſuſpendio ſpiritum intercepit. Author Doſitheus apud Plutarchũ.

98 Anius ¶Anius rex Thuſcorum dum filiam Saliam a Catheo adoleſcẽte raptam nõ poſſet comprehendere, in fluuium ſe demiſit, quẽ a ſuo nomine fecit appellari Anionem.

99 Democritus ¶Lactantius ait Democritum ſua ſponte caput obtuliſſe morti.

100. Democrates. ¶Superatis ab Alexãdro Magno Athenienſibus, Democrates Atheniẽſis (qui Macedonum

Macedonum opibus ſemper obſtiterat) venia deſperata, gladio ſe tranſfixit. Author Curtius. Lib. 5. 101

¶ Dioxippus Athenienſis ſurrepti inter epulas aurei poculi falſo accuſatus, dum oculorum coniectum et iniuriam ferre non poſſet, gladio ſe interemit. Accuſabat autem non ſine inuidia. Nam ægre ferebant Macedones Horratam Macedonem armatum ab eo inermi, ſpectāte rege, duello victum, et reſupinatum. Author Curtius Lib. 8. Dioxipp⁹ 102

¶ Idem Curtius ait Boudiceam Britannorum reginam, et Pœnium Poſthumum eius prefectum a Romanis duce Suetonio ſuperatos, mortem ſibi intuliſſe, hūc gladio, illam veneno. Boudicea Pœnius poſthum⁹

PLutarchus apud Gelliū Lib. 15. ait Mileſias virgines repēte, ſine vlla euidenti cauſa, voluntatem cepiſſe obeundę mortis, ac deinde plurimas vitā ſuſpendio amiſiſſe. Cui malo vt mederentur Mileſij, decreuerūt, vt quę corporibus ſuſpenſis demortuæ forent, nudę cum eodem laqueo efferrentur. Quo facto, ait virgines pudore tam inhoneſti funeris deterritas, voluntariam ampli⁹ nō petiuiſſe mortem. 103 Mileſiæ virgines

¶ Hippo et Miletia Scedaſi Bœoti filię, a iuuenibus Spartanis ſtupratę, et in puteū coniectę ſūt, occultandi ſceleris cauſa. Quod vbi reſciuit pater, ad filiarū tumulos ſeipſum confecit. Author Cęlius. 104 Scedaſus

¶ Xanthus apud eundem Cęlium author eſt Cambleta Lydorum regem, eo voracitatis progreſſum, vt nocte quadam vxorem quoq; abſumpſerit. Quūq; ſummo mane illius manum in ore comperiſſet, ſemet iugulaſſe. 105 Cambles

¶ Timagoras quum Meletem Athenienſem, liberali forma adoleſcentem deperiret, eiuſdem iuſſu ſe dedit in præceps, vt qui in omnibus puero vellet obſecutum. Cui⁹ rei pœnitentia duct⁹ Meles, eandē quoq; ſubiit mortē. Author idem Cælius. 106 Timagoras Meles

¶ Timanthes Cleonęus Athleta quum et viribus ſenio defectis, et deſuetudine ingentem arcum non poſſet intendere, quem iuuenis lunabat, et flectebat, furori adeo indulſit, vt eam tantum ob rem gladio ſe perforauerit. Author Cælius. 107 Timāthes 108

¶ Idem ait Tereum perpetrato in Philomelam ſcelere ac Ityn, ſibi mortem conſciuiſſe, mortuoq; ſacra inſtituta anniuerſaria, in quibus ordei loco, calculis vtebantur. Tereus. 109

¶ Derceto Semiramidis mater, dum filiam ex adulterio conceptam in deſertis expoſuiſſet, tandem facti, et ſceleris pœnitentia in lacum ſe præcipitem dedit. Author Idem Cælius. Derceto 110

¶ Laurentianus Florentinus citra vllum corporis incommodum, citraq; euidentē morbi cauſam in puteum ſe coniecit, Authore Cælio et Crinito, qui ait ſe auditorē eius aliquando fuiſſe. Qua etiam morte ſe extinxit Petrus Leonius vir in philoſophia excellens, et inſigni prudentia. Laurentianus 111 Petrus Leonius

¶ Neæra quoq; virgo in Salentinis, ęgre ferēs ſe ab eo repudiatam, cui pro coniuge pacta erat, eodem mortis genere vitam finiuit. Author Pontanus. 112 Neæra

MIthridates a Pompeio ſuperat⁹, filiam nomine Direptim Menophilo Eunucho ſeruādam commiſit in caſtello quodam Sinhorio nomine. Quod quum Manlius Priſcus obſediſſet, defenſoreſq; deditionē parantes Menophilus ſentiret, gladium in viſcera ſua compegit, veritus, ne captiua puella raperetur, et violaretur. Author Ammianus Marcellinus Lib. 16. 113 Menophilus 114

¶ Argobaſtes quum Valētinianum iuniorem apud Viennam dolo ſtrangulaſſet, vt eidem in imperio ſuccederet, a Theodoſio mortem vlciſcente ſuperatus, ſua ſe manu percuſſit. Author Paulus Diaconus. Argobaſtes

115 Gunnilda

ASmundo rege Danorum in pugna occiſo, Gunnilda eiuſdem vxor ſpiritū ſibi ferro ſurripuit, virumq; fato inſecuta eſt. Author Saxo grammaticus Lib. 1. hiſtoriarum danicarum.

116 Hadingꝰ

¶ Hadingus Rex Danorum ſupendio ſe vulgo ſpectante ſuffocauit præ dolore quem ex Hadingi Suerium regis conceperat. Author idem Saxo.

117 Rolno

¶ Rolno quoq; Danorum Rex exprobratę ſibi turpitudinis dolore volūtaria mor te ſe conſumpſit. Idem Author.

118 Starcaterꝰ

¶ Starcaterus itidem Rex Danorum pœnitentia ductus, q̄ Lennun quēdam per nefas occidiſſet, eius filio Hathero ſe præbuit occidendum.

119 Galeatius

¶ Galeatius Mantuanus Papiæ quum hibernaret, puella (quam vnice amabat) per iocum imperante, ſe in fluuium deiecit, authore Pontano.

120 Socrates

¶ Socrates Athenis capitis damnatus, volens hauſit venenum. Vnde. Ouidius in Ibin. Sollicitoq; bibas, velutí doctiſſima olim Imperturbato quod bibit ore reus.

121 Adraſtus

Adraſtus Gorgii filius dum Athym Crœſi filium ſuę fidei creditum in venatione aprí loco percuſſiſſet, ſe ſuper eiuſdem tumulum confodit. Author Herodotus.

122 Sargapíſes

¶ Sargapíſes Thomyris filius a Cyro Rege Perſarum captus, dum manicas et bra chiorum vincula eximi ſibi impetraſſet, ſeipſum interfecit. Author Herodotus.

123. Praxaſpes

¶ Idem aiť Praxaſpem virū inter Perſas opibus et dignitate pollētē, e turri pręci pitem ſe dediſſe.

124 Boges

BOges Perſa amicus Xerxis, ab Athenienſibus et Cimone Milciadis filio obſeſſus, licet accepta fide poſſet egredi, abnuit tamen, et ad extremum perſtitit. Inde vbi in mœnibus nihil cōmeatus fuit reliquum, accenſo ro go/liberos/coniugem/concubinas/familiam interemit, eoſq; omnes in pyram con iecit. Deinde omne aurum vrbis atq; argentū e muris diſperſit in Strymonem, ac poſtremo ſe in rogum coniecit. Author Herodotus.

125 Petus Traſeas

¶ Petus Traſeas Patauinus vir Catoniana diſciplina et ſeueritate, propter ſuſpitio nem affectatę libertatis a Nerone damnatus, ſibi venas ſoluit.

126 Herodes

¶ Quis ambigit diuina factum vltione, vt Herodes Rex Iudęæ Antipatri filius, poſt interfectos Alexandrū Ariſtobolum, et Antipatrum fratres, trucidatos item Innocentes ad intercipiendum ſacrum virginis partum, vermibus ad extremū to to corpore ſcatentibus mortem ſibi conſciuerit.

127 Pyramus Tyſbe

¶ Pyramus adoleſcens et Tyſbe puella incredibili amore flagrantes, quum impe diente parentum ſuſpicione ſuis votis ſatiſfacere nequirēt, pepigerunt, vt certo die in remotum locum ſe reciperēt. Quo quum prior veniſſet Tyſbe, metu leęnæ ibí dem repertę profugit in latebras relicto capitis tegumento. Quod arripiens leęna venienti poſt Pyramo coniecturam prębuit et argumentum deuoratę amaſię, mor temq; ſibi propterea conſciuit. Tyſbe paulo poſt reuerſa, vbi mortuum amantem conſpicata eſt, longioris vitæ pertæſa, ſuo ſe gladio confodit. Onidius. Lib. 4. Me ta. de vtroq; meminit. Sic primum de Pyramo.

Vtq; dedit notę lachrymas, dedit oſcula veſtí,
Accipe nunc inquit noſtri quoq; ſanguinis hauſtus.
Quoq; erat accinctus, demiſit in ília ferrum.

¶ De Tyſbe vero ſic. Aptato pectus mucrone ſub imum Incubuit ferro, quod ad huc a cæde tepebat. Item Stroza pater Lib. 1. Eroticon. Pyramus exemplū prębet, miſerandaq; Tyſbe, Quos rapuit ſimili mors violenta modo. Item Calentius in Epigrammatis.

Pyramus

Pyramus et Tyſbe miſeri ſine crimine amarunt.
Occidit hic propria ſæuus vterq; manu.
Et quos vnus amor tetigit, nox vna peremit,
Enſis et vnus, et hæc contegit vrna duos.

Item Architrenius Lib. 4. Ibi ſerum Pyramus enſe Vindicat egreſſum, Tyſbe lugubria fati Pondera morte leuat, tua nec formidat ad vmbras Pyrame fata ſequi, ſequiturq; dolore dolorem, Et gemitu gemitum producit, funere funus.

¶ Eriſicthonem poetę fabulantur ob neglecta Cereris ſacra, in tantã famẽ redactum, vt propria membra deuorauerit, ſeq; ipſum corroſerit. Addunt et filiam ei⁹ Metram nomine, in varias formas Neptuni beneficio mutari ſolitam. Vnde natũ adagium. Mutabilior Metra Eriſicthonis. Ouidius. Lib. 8 Meta. Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu Cœpit, et infelix minuẽdo corp⁹ alebat. Idẽ in Ibin. Vtq; pater ſolitę varias mutare figuras, Plenus inextincta cõficiare fame. Item Pamphilus Saxus in Eleg. Talis erat ieiuna fames, Eriſicthona quondam Impleuit miſerũ quum fera peſte ſua. 128 Eriſicthõ

LYchione Dædalionis filia, Dianę (cui ſe pręferebat) ſagittis cõfoſſa eſt. Cuius dum celebrarentur exequię, pater in puellæ rogum ſeſe coniecit. Poetę fingunt eum ab amicis (ne in ignẽ deſiliret) impeditum, fuiſſe mutatum in volucrem. Vnde Ouidius Lib. 11. Vt vero ardentem vidit, quater impetus illi In medios fuit ire rogos, quater inde repulſus, Cõcita membra fugę mãdat. 129 Dędalion

DIdonem ſuo gladio incubuiſſe pro comperto eſt, ſed non omnes eandem mortis cauſam afferunt. Scribit Auſonius (et ita ſe habet rei veritas) hoc ab ea factum, vt mortuo marito Sichęo caſtitatẽ ſeruaret vidualem, et furias Iarbę Getulorum regis declinaret. Verba eius ſunt hæc. Sed furias fugiens atq; arma procacis Iarbæ, Seruaui fateor morte pudicitiam. Auſonium ſecut⁹ Marullus Didonem ſic inducit loquentem. Nec mihi Phryx nocuit, nec enim Phryga nouim⁹ vllum, Cura ſed antiqui caſta tenaxq; tori. Quã ne coniugio Lybici violare tyranni Cogerer, hac cecidi fortiter vſa manu. Vtriq; ſuccinit Rhennius, ſeu (vt alijs placet) Priſcianus in Geographia Dionyſij de ſitu orbis dicens. Qua regnans felix Dido per ſęcula viuit, Atq; pudicitiam non perdit carmine ficto. Contra vero Virgilius hoc ipſum aſcribit impatientiæ doloris, quem ex Aeneæ fuga cõceperat. Quod tamen fabuloſum eſt. Virgilium pleriq; omnes poetę Latini ſecuti ſunt. Ouidius imprimis Lib. 3. Faſtorum, et in Epiſtolis ſic ait. Præbuit Aeneas et cauſam mortis, et enſem, Ipſa ſua Dido concidit vſa manu. Idem. 14. Meta. Excipit Aenean illic animoq; domoq;, Non bene diſſidium Phrygij latura mariti Sidonis, inq; pyra ſacri ſub imagine facta Incubuit ferro, deceptaq; decipit omnes. 130 Dido

Item Syllius Lib. 2. Ipſa pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia Dido, Mandabat Tyrijs vltricia bella futuris, Ardentemq; rogum media ſpectabat ab vnda Dardanus, et magnis pandebat carbaſa fatis. Idem Lib. 8. Iliaco poſtq̃ deſerta eſt hoſpite Dido, Et ſpes abrupta e medio, in penetralibus atrã Feſtinat furibuuda pyram, tũc corripit enſem Certa necis, profugi donum exitiale mariti. Item Angelus Politianus in Manto.

At Phœniſſa rogum ſæuo furiata dolore
Inſcendet moritura, truceſq; in vota vocabit
Eumenidas, mox et Phrygium (proh triſtia dona)
Ah niueum per pectus aget miſerabilis enſem.

131 Anna.

ANna Beli Regis filia post mortem sororis suę Didonis, Carthaginē ab Iarba occupatā reliquēs, ad Battū Melitę insulæ regem nauigauit. Quo demum relicto, mare ingressa in Laurentū litus delata est. Ibiq; ab Aenea cognita, et hospitio suscepta, non sine mutui cum eo amoris suspitione, adeo vt in odium Lauinię veniret. Cuius insidias vt declinaret, se in Numycū fluuiū prę-cipitauit. Vnde Ouidius Lib. 4. Fastorum. Corniger hanc tumidis rapuisse Numycius vndis Creditur, et stagnis occuluisse suis. Item alibi, Placidi sum Nympha Numyci, Anne perenne latens, Anna perenna vocor.

132 Euadne.

EVadne Martis filia in rogū mariti sui Capanei apud Thebas mortui (dū celebrarētur exequię) se cōiecit. Vnde Ouidius Lib. 5. Tristium. Cernis vt Admeti cantetur et Hectoris vxor? Ausaq; in accensos Iphias ire rogos? Idem Lib. 3. de arte. Accipe me Capaneu, cineres miscebim⁹ inquit Iphias, in medios desiluitq; rogos. Item Martia. Lib. 4. Epigrā. Arserit Euadne flāmis iniecta mariti. Item Statius Lib. 12. Turbine quo sese charis instrauerit audax Ignibus Euadne, fulmenq; in pectore magno Quęsierit. Itē Propertius Lib. 1. Cōiugis Euadne miseros elata per ignes Occidit, Argiuæ fama pudicitiæ. Ouidi⁹ lib. 3. de ponto. Iphias ante oculos tibi erit ponenda volenti Corpus in accensos mittere forte rogos.

133 Hylonome.

¶Hylonome fœmina Centaura et biformis mortuo marito Cyllaro, gladio suo incubuit. Ouidius Lib. 12. Vt videt extinctum, dictis quæ clamor ad aures Arcuit ire meas? telo quod inhęserat illi Incubuit, morienq; suum complexa maritum est.

134 Biblis

¶Biblis Mileti filia ex Cyane, quū fratrē Caunū misere deperiret, neq; eius concubitū posset assequi, vrgētibus furijs se occidit, et in fontem postea Nayadū bene, ficio mutata est. Ouidius Lib. 1. de arte, Biblida quid referam? vetito quæ fratris amore Arsit, et est laqueo fortiter vlta nephas?

135 Hercules.

¶Hercules induta tunica Nessi Centauri cruore tincta, in tantas furias raptus est, vt præ impatientia doloris sese in Oetha monte combusserit. Ouidius ad Liuiam. Qualis in Herculeæ colluxit collib⁹ Oethæ, Quū sūt iposito mēbra cremata deo. Item Claudianus in tercium cōs. Honorij. Iuga deseris Oethes Herculeo damnata rogo. Item Statius Lib. 12. Thebaidis. Lętus in accēsa iacuit Tyrinthi⁹ Oetha.

136 Aegeus.

¶Theseo in Cretā ad Minotaurū nauiganti Aege⁹ pater, Athenarum rex pręce perat, vt si confecto monstro incolumis rediret, ad lætitiæ argumentum albis vte retur velis, vt prospectantibus e portu amicis, superstitis vitæ fidem præstaret. Theseum tamen cepit obliuio mandati. Propterea quum iisdē (quib⁹ venerat) re migraret velis, fecit vt pater nihil de filio sibi promittēs, e scopulo i mare se deturbauerit, & aquis nouum imposuerit nomen. Quam fabulam vel (si mauis) historiam Catullus lōgo ad modum prosequitur filo. Eius autem verba de morte Aegei sunt hæc.

At pater vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos contollens lumina fletus,
Quum primum inflati conspexit linthea veli,
Præcipitem sese scopulorum e vertice iecit.
Amissum credens immiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paternę
Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.

¶Calentius quoq; Lib. 1. Elegiarum sic inquit.

Dum tenet

Dum tenet in gremio raptam Minoida Theseus,
Vela ferunt, quæ iam vela tulere rates.
Ast vbi nigra dari prospexit linthea vento
Rex pater, in fluctus hoc caput (inquit) eat.
Pręcipitemq; senex specula se iecit ab alta,
Quem Venus esse deum fluctibus alma dedit.

¶Item Ouidius in Ibin.

Vt qui Theseę fallacia vela carinę
Vidit, & Iliaca missus abarce puer. Huius rei etiam meminit Cælius Lib. 10. Lectionum antiquarum. Capite. 25.

137 Hæmon

¶Hæmon Thebanus iuuenis quum amore incredibili Antigonē Oedipi & Iocastæ filiam deperiret, ad eius tumulum mortem sibi cōsciuit. Fuerat autem Antigone iussu Creontis (qui vetuerat Gręcorū cadauera inhumari) iugulata, & Polynicem fratrem mortuum noctu sepelire voluisset. De huius adolescentis morte Propertius Lib. 2. sic inquit.

Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus?
Et sua cum misera permiscuit ossa puella,
Qua sine Thebanam noluit ire domum.

138 Sappho

¶Sappho puella ex Lesbo insula, e Leucade Epyri promontorio se pręcipitauit, & a Phaone liberali forma adolescente (quē supra fidem hominum deperibat) mutuo nō redamaretur. Statius Lib. 5. Syluarum. Saltusq; ingressa viriles Nō formidata temeraria Leucade Sappho. Vbi Domiti⁹ pro Leucade putat legendū Chalcide, & aggressa sit carmen Elegiacum instar Euphorionis poetæ Chalcidici. Cui⁹ opinio non admodum mihi ridet. Neq; enim video, cur temerariam vocet, nisi ob illatam sibi imprudenter mortem. Suffragatur mihi Ausonius dicens. Pręcipitem pelago vel Leucados elige rupem. Pamphilus quoq; in Elegijs dicens. Memet vt equoreas veluti iam Lesbis in vndas Torquerē, musis Lesbis amica sacris. Et Politianus in Nutricia. Sed tandem Ambracias temeraria saltat in vndas. Item Politianus in Eleg. Mascula quęq; suos cantat moritura calores, Leucadii Sappho crimen honorq; freti.

139 Menecœus

¶Græcis Thebas obsidentibus, quum Tyresias vates prędixisset Thebanos expugnatum iri, nisi eorum qui (serpētinis dentibus prognati fuerant) aliquis se morti deuoueret, Menecœus vt patriæ saluti consuleret, in ipsis Thebarum mœnibus gladio se confodit, confossū ad hostes deturbauit. Quo viso protinus abierūt Græci. Statius Lib. 1. Theb.

Sic ait, insignemq; animam mucrone coruſco
Dedignantem artus pridem, mœstamq; teneri
Arripit, atq; vno quæsitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc spargit turres & mœnia lustrat,
Seq; super medias acies nondum ense remisso,
Iecit, & in sæuos cadere est conatus Achiuos.

140 Iocasta

¶Iocasta filia Creontis, & vxor Laij videns filios suos Etheoclem & Polynicem mutuis vulneribus interfectos, horrore tanti facinoris mortem sibi intulit. Statius Lib. 11. Theb.

Regina extulerat notum penetralibus ensem,
Ensem, scœptriferi spolium lachrymabile Laij,

Multaq; cum ſuperis & diro queſta cubili,
Et natí furíis & primi coniugis vmbris
Luctata eſt dextra, & prono vix pectore ferrum
Intrauit tandem, & venas prorupit aníles
Vulnus, & infelix luſtratur ſanguine pectus.

141 ANníbale Sagunthum vrbem Hiſpaniæ Romanis amicam obſídente, Mopſus Cretenſis fauens Sagunthinis, vbi filios vídit interfectos, temperare ſíbi non potuit, quin ſe prȩcipitaret e turrí, & filijs comitem daret. Vnde Syllius Lib. 2.

Atq; pater gemino natorum funere Mopſus
Correptos arcus ter mœſta mouit ab ira,
Ter cecídit dextra, notas dolor abſtulit artes.
Pœnitet heu ſero dulces líquiſſe penates,
Arreptoq; auíde quo concídis Icare ſaxo,
Poſtq̃ ævum ſenior, percuſſaq; pectora fruſtra
Sentit, & vt tantos compeſcat morte dolores
Níl opis in dextra, vaſtȩ ſe culmine turrís
Prȩcipitem iecit, moríbundos explícat artus
Dum cadit, extremo Gortynius aduena bello.

142 Phędra. PHędram Hippolyti mouercam furiȩ Veneris vſq; adeo torruerunt, vt laqueo ſpiritum ſibi interceperit, qꝑ priuigni (cuius amore ęſtuabat impatienter, & pruríebat) concubitum non poſſet exorare. Moriens tamen ſcelerata mulier, líteras relíquit, quíbus Hippolytum ſtuprí arguebat, ſuęq; mortis vocabat authorem. Auſonius. Suaſí quod potui, tu alíos modo conſule. Díc quos? Phædra & Eliſſa tíbi dẽt laqueum aut gladium. Item. Reſpicit abiectas deſperans Phędra tabellas. Hęc laqueum gerit.

143 Ino Melicerta ¶ ÀThamas Rex Thebarum furiís agitaꝰ, Learchum filium dedit morti. Propterea Ino Cadmi & Hermiones filia & eius vxor ſibi timẽs, cum altero filio Melicerta ſe in mare prȩcipitem dedit. Quos in deorum indigitamenta poetę retulerunt. Cyprianus. Melicertes & Leucothea prȩcipitantur in maría, & fiunt poſtmodum maris numina. Pamphilus in Eleg. Cur ſũmis nequeo ſalebrís Athamãtis vt vxor, Triſte ſub Aeolia mergere corpus aqua? Ouidíꝰ in Ibin. Vt teneri nutrix eadẽ matertera Bacchi. Val. Fl. Lib. 8. ÀTtoníto qualis pede proſilit Ino In freta, nec parui meminit conterrita nati. Aegidius Maſerius homo egregie doctus cum Zenòdoto ait Athamanta Euricliam filiam primum, inde Learchum interfeciſſe, ſubterfugiente Ino vxore cum Melicerta. Ouídius Lib. 4. Meta. Seq; ſuper pontum nullo tardata timore Mittit, onuſq; ſuum.

144 Phyllís RHyllis Lycurgi Thracum regis filia ęgreferens ſe relictam & ſpretam a Demophoonte Theſei filio, quem vnice deperibat, et ab expeditione Troiana redeuntẽ hoſpitio exceperat, vitã laqueo prȩfocauit, in Amygdalum poſtea (vt fabulantur poetæ) conuerſa. Pamphílus Saxꝰ. Exemplum tríbuit mortis mihí nobile Phyllís, Pendebat longa corpus ínane trabe. Pontanus Lib. 3. de Stellis. Ac míſera ante díem zona crudeliter vſa Phyllís ab ínuíſo pendet Rhodopeía trunco. Cremutius apud Plynium author eſt nunq̃ virere arborem, ex qua Phyllís ſe ſuſpenderit. Mãtuanus ad Heliſam. Phyllida fecit amor vítam finíre dolendo.

145 Aíax. ¶ Aíax Telamonís filius ægreferens mortui Achíllis arma (quę ſupramodũ appetebat

petebat) Vlyſſi data fuiſſe, inuidia motus, et in rabiem cõuerſus mortem ſibi intulit. Ouidi⁹ Lib. 13. Meta.

Hectora qui ſolus, qui ferrum, igneſq;, Iouemq;
Suſtinuit toties, vnam non ſuſtinet iram.
Inuictumq; virum vicit dolor, arripit enſem,
Et meus hic certe eſt. An & hunc ſibi poſcit Vlyſſes?
Hoc ait vtendum eſt in me mihi, quiq; cruore
Sępe Phrygum maduit, domini nunc cęde madebit,
Ne quiſq̃ Aiacem poſſit ſuperare, niſi Aiax.
Dixit, & in pectus tum demum vulnera paſſum,
Qua patuit ferro, lœthalem condidit enſem.

146 Iphis Anaxaretę.

IPhis puer liberali facie, quum Anaxaretem puellã incredibili amore proſequeretur, neq; tamen reamaretur ab ea, laqueo ſe ſuffocauit, atq; on⁹ infelix eliſa fauce pepẽdit, inquit Ouidius Lib. 14. Demum quum celebrarẽtur exequię, puella mortui miſerta ſe quoq; interfecit. Pontanus de Stellis Lib. 3. Subſtrinxit laqueo collum, atq; ad limen amatę Iphis Anaxaretes immania fata peregit.

147 Auctolia

¶ Auctolia Vliſſis mater quum falſo nuncio audiuiſſet filium apud Troiam occubuiſſe, laqueo vitam finiuit.

148 Amphion

¶ Amphion Iouis filius interfectis ab Apolline quatuordecim liberis, ſeipſũ gladio interemit. Ouidius in Ibin. Addidit vt fidicen miſeris ſua funera natis, Sic tibi ſint vitę tędia iuſta tuæ.

149 Althea

¶ Althea Thieſtis filia quum audiuiſſet Meleagrum filium ſuis fratribus intuliſſe mortem, ſe pręcipitauit, combuſto prius fatali ſtipite, quo cremato Meleagrum ex fato periturum audiuerat.

150 Britona

¶ Britona nympha Cretenſis quũ eſſet formoſa, perpetuoq; virginitatis voto, venationi vacaret, ad vim & ſtuprum Minois regis declinandum, ſe in aquas dedit pręcipitem.

151 Brotheus

¶ Brotheus Vulcani filius propter oris deformitatem illuſus, in rogũ deſiluit, ibiq; vitam incendio finiuit. Ouidius in Ibin. Quodq; ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis, Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ.

152 Canace.

¶ Aeolus Rex ventorũ audito Canaces filiæ cũ Machareo fratre inceſtu, ad eã gladium miſit, vt ſcelus voluntaria morte diſlueret, & vlciſceretur. Quod illa fecit.

153 Alcyone

CEyx Alcyones maritus, ad oraculum nauigans naufragium fecit & obrutus eſt aquis. Quod indignanter ferens Alcyone, mortem mariti ſecuta, in mare ſe deturbauit, & in auem ſui nominis mutata eſt. Ouidius in Ibin. Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in vndis, Q̃ cui ſunt viſę frater & vxor aues.

154 Deianyra

¶ Deianyra Herculis vxor, audita mariti morte, ſupereſſe noluit, ac propterea dolore animi ſe peremit. Ouidius. Impia quid dubitas Deianyra mori?

155 Eſacus

¶ Heſperie nympha Eſacum Priami filium (a quo adamabatur) perſequentẽ fugiens, morſu colubri in herba latentis interfecta, fecit, vt Eſacus ipſe vitam ſibi acerbam putauerit, et aquis ſe obruerit.

156 Erigone

ERigone audita patris Icari morte, laqueo ſe ſuſpendit. Ouidius in Ibin. Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit, Vincula per laqueifac quoq; guttur eat, Statius Lib. 5. Syluarum. Nec enim Marathonia virgo Parci⁹ extinctum ſęuorum crimine agreſtum Fleuerat Icarium.

157 Euenus

¶ Euenus ægreſerens Marpiſſam filiam ab Ida filio Apharei in certamine curuli ſuperatam

ſuperatam, ac propterea ex pacto nuptijs copulatam, ſe in Lycormam Aetolię fluuium demiſit, cui et impoſuit nomen. Author Domitius Calderinus. Vnde Ouidius in Ibin. Vtq; vel Euenus torrenti flumine merſus, Nomina des rapidæ vel Tyberin⁹ aquæ. Ad hunc fere modum Plutarchus, Euen⁹ (inquit) Martis & Stropæ filius, ex Alcippa Oenomai filia Marpiſſam ſuſcepit filiam. Quam ab Apharetо in Chorea raptam inſequens, dum comprehendere non poſſet, in Lycormam fluuium ſe præcipitauit.

158 Iuturna

¶ Iuturna Dauni filia poſt interfectum ab Aenea Turnum fratrem ſuum, mœroris impatiens, ſe dedit in aquas præcipitem.

159 Ilice

¶ Ilice Ibyci Lydij filia, dum amores Martis contemneret, deo faſtum vlciſcente in furorem verſa, e ſcopulo ſe demiſit. Ouidius in Ibin. Lydia ſe ſcopulis vt virgo miſit ab altis, Dixerat inuito quæ mala verba deo.

160 Macaria.

¶ Athenienſes dum mortui Herculis tutarentur liberos, quos inſectabatur Euryſtheus, ab oraculo acceperunt ſe ab Euryſtheі liberatum iri incurſatione, ſi quis e liberis Herculis ſemet inferis deuoueret. Quo audito Macaria eiuſdem filia ſeſe ſpõtaneæ morti obtulit.

161 Alceſtis

¶ Alceſtis filia Perilai ſeipſam interfecit, vt vmbra ſua cõtenti manes, ægroto marito parcerent. Seneca in Medea. Cõiugis fatum redimens Pherei Vxor Impẽdit animam marito.

162 Tyro

¶ Tyro mulier Theſſala mortuo marito, ſpõte oppetijt mortẽ. Baptiſta pi⁹ Lib. 2. Eleg. Carmine cõſpicua eſt Tyro Pagaſęa puella, Quę voluit ꝓprij fata ſubire virі.

163 Iole

¶ Hercules ab Iole connubio reiectus, Oechaliam puellę patriam diripuit. Dolore facti Iole, ſe præcipitem e muro dedit. Author Plutarchus.

164 Charãdes

CHarãdes Tyrius quum legem tuliſſet, ne quis armatus veniret in cõcionẽ, & tamen ipſe rure veniens, pręter ſpem aliter feciſſet, monitus legis ab eo, qui proxime ſedebat, vitam ſponte reliquit, & gladio ſuo incubuit, quum tamen culpam diſſimulare potuiſſet aut defendere.

165 Amata.

¶ De Amata Lauinię matre, quo modo & quam obrẽ ſpiritum ſibi laqueo interceperit, vide in eorum hiſtoria, qui ſuſpendio & cruce vitam finiuerunt.

166 Herenni⁹

QVum. L. Opimius Conſul. C. Graccum Agrarias leges cõtra authoritatem ſenatus ferre molientẽ ſuſtuliſſet, Herennius Siculus (quo et aruſpice & amico vſus ſemper fuerat Graccus) comprehẽſus, dum in carcerẽ traheretur, capite poſti carceris illiſo ſpiritũ depoſuit. Author Val. Max.

167 Coma

¶ Coma latro frater Diogenis, latronum ducis ad. P. Rutilium ductus, dum interrogaretur de genere belli a ſeruis & latronibus moti, capite in crura demiſſo, ſibi ipſi ſpiritum intercluſit. Author Val. Max.

¶Parentes liberorum interfectores

1	Idomeneus	15	Althea	29	Deiotarus
2	Darius	16	Aidona	30	Mithridates
3	Epaminundas	17	Altaxerxes	31	Antoni⁹ caracalla
4	Mãli⁹ Torquat⁹	18	Cambyses	32	Virginius
5	Brutus	19	Cõstãtin⁹ magn⁹	33	Herodes
6	Cassius	20	Dioscorus	34	Hippomenes
7	Agesilaus	21	Euristhenis mr̃	35	Embarus
8	Medea	22	Ptolemę⁹	36	Orchamus
9	Athamas	23	Ptolemę⁹ auletes	37	Lenogildus
10	Tantalus	24	Deuteria	38	Lysimachus
11	Leus Atheniẽsis	25	Apteras	39	Aul⁹ posthumi⁹ Tubero
12	Agaue	26	Erictheus		
13	Progne	27	Darius	40	Arpiages
14	Hippodamas	28	Boges	41	Ethearchus

EXPLANATIO.

1 Idomene⁹

IDomeneus Deucalionis filius, et Cretensium rex, quum vouisset se immolaturum eum qui primus Troia redeunti occurreret, filiam forte fortuna repertam immolauit.

2 Darius

¶Darius rex Persarũ Ariobarsanem filiũ interfecit, qꝑ is Alexandro promisisset, se patri insidiaturum, et mortem intentaturum. Plutar. in Paral.

3 Epaminũdas

¶Stesimbrotus ab Epaminunda patre Thebanorum duce interfect⁹ est, qꝑ contra mandatum patris manum cum hostibns Lacedæmonijs conseruisset, q̃uis parta victoria.

4 Manlius Torquat⁹

MAnlius Torquatus itidem filiũ securi percussit, qꝑ in Samnites cõtra edictum pugnasset, q̃uis hoste profligato ad suos victoriam retulisset. Vnde Virgili⁹ lib. 6. Seuũq; securi Aspice Torquatũ, et referẽtẽ signa Camillũ.

5 Brutus

¶Brutum a Romanis expulsũ quum filius prodere voluisset, paterna cecidit manu. Author Aristides Milesius apud Plutarchum.

6 Cassius

¶Romanis in Latinos certãtibus, Cassius signifer Crassum Brutum filiũ occidit, qꝑ is patrem prodere, et hostibus portas aperire voluisset. Author. Plutar.

7 Agesilaus

¶Persis Græciam infestantibus, Pausanias Lacedęmoniorum dux. 50. auri talẽta (vt Spartam proderet) a Xerxe acceperat. Quod vbi resciuit Agesilaus pater, filiũ in templo Palladis inclusum inedia consumpsit. idem Author.

8 Medea

¶Medea ab Iasone (quem hospitio susceperat, et modum rapiendi velleris docuerat) reiecta, filios ex eo susceptos Dyndimum et Thessandrum iterfecit. Virg. Aegl. 8. Seuus amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus. Idẽ in Culice. Quum cernam Colchida matrẽ Anxia sollicitis meditantem vulnera natis. Ouidi⁹. Lib. 7. Meta. Vtroq; Sanguine natorum perfunditur impius ensis. Idem. Lib. 2. Eleg. Colchida respersam puerorum sanguine culpant. Idem Lib. 2. de arte. Coniugis admissum/ violataq; iura mariti, Barbara per natos Phasias vlta suos. Propertius Lib. 3. Nam quid Medeæ referam/ quo tempore matris Iram natorum cęde piauit amor. Stroza pater. Lib. 1. Eroticon. Læsaq; natorum maculata est sanguine Colchis. Sabellicus. Hanc fama est fraterna cęde cruentam Magnanimum

gnanimum Aesonidem Colchis cũ patre relictis Per varios casus, per deuia re-
gna secutam. Horatius in Arte. Ne pueros coram populo Medea trucidet.

9 Athamas

Athamas rex Thebarũ furore correpto, Learchum & Eurycleam liberos pro leonibus occidit. Ouidius Lib. 4. Meta. Deq; sinu matris ridentem & parua Learchum Brachia tendentem rapit, & bis terq; per auras More rotat fundę, rigidoq; ifantia ferro Discutit ora ferox. Idem Lib. 6. Fastorũ. Hic agitur furijs Athamas sub imagine falsa, Tuq; cadis patria parue Learche manu. Statius Lib. 2. Syluarũ. Toruus adhuc Athamas isanos flecteret arcus. Idẽ Lib. 1. Theb. Cui sumpserit arcus Infelix Athamas. Claudianus Lib. 1. in Ruffinũ. Hęc Athamantęæ direxit spicula dextræ. Bap. Pius Lib. 2. Eleg. Qualis ad absumptũ per tela paterna Learchum, Desiluit lachrymis saucia facta parens. Plynius quoq;

10 Tantalus

Lib. 34. Cap. 14. de hoc nonnihil meminit.

¶ Tantalus (qui in Phrygia regnauit) deis hospitio susceptis / Pelopem filium coctum membratim comedendum apposuit, vt eorum diuinitatem experiretur. Seneca in Thyeste. Exceptus gladio paruulus impio, Dum currit patrium natus ad osculum, Immatura focis victima cõcidit, Diuisusq; tua est Tãtale dextera, Mensas vt strueres hospitibus deis. Item Mantuanus Lib. 1. De Cala. Temporũ. Prętereo concisa sui qui corpora nati Dijs epulãda dedit.

11 Leus

¶ Leus Athenensis ab oracluo monit9, Athenas ipsas perituras, nisi tres filias immolaret, maluit oraculo parere, q̃ suis parcere. Volaterranus Author.

12 Agaue

¶ Agaue Thebana mulier Pentheum filium Bacchanalia despicãtem, cum cæteris Mænadibus interfecit. Virgilius in Culice. Quo quondam victa furore, Venit Nyctileum fugiẽs Cadmęis Agaue, Infandas scelerata man9, & cæde cruẽta. Ouidius Lib. 3. Meta. Prima suum misso violauit Penthea Thyrso Mater. Stati9 Lib. 11. Theb. Pentheia qualis Mater ad insani scandebat culmina montis, Promissum sęuo caput allatura Lyęo. Sidonius. Ipsa autem nato occiso Pentheia mater, Amplius vt furiat, nunquid vęsana futura est? Vbi furiat pro verbo neutro vsus est. Seneca in Thebaide. Egit sorores mater, & gaudẽs malo Vibrante thyrso prętulit fixum caput. Idem / in Oedipode. Qualis attonita & furens, Cadmęa mater abstulit nato caput.

13 Progne

Progne Pandionis filia ægreferẽs sororem suam Philomelã a Tereo marito fuisse stupratam, Itym filium eidem comedẽdum apposuit. Ouidius Lib. 6. Meta. Tendẽtemq; manus. & iam sua fata videntẽ, Et mater mater clamantem, & colla petentem, Ense ferit Progne, lateri qua pectus adhęret. Idem Lib. 2. Eleg. Atq; sua cæsum matre queruntur Itym. Idem Lib. 1. de Remedio. Nec dolor armasset cõtra sua viscera matrem, Quæ socij dãno sanguinis vlta virum est. Sidonius. Siue prandia quis refert Thyestę, Discerptum aut puerum / cibumq; factum.

14 Hippodamas

¶ Perimele puella vim / et stuprũ ab Acheloo passa, ab Hippodamante patre detestante facinus præcipitata est. Ouidius Lib. 8. Meta. Quod pater Hippodamas ægre tulit, inq; profundum. Protulit e scopulo perituręque corpora natę.

15 Althea

¶ Althea ægreferẽs fratres suos a Meleagro filio interfectos, fatalem cõbussit stipitem, de quo Parcæ prędixerant Meleagrum non prius periturum, q̃ stipes ipse igni fuisset absumptus. Hoc itaq; modo natum emori fecit. Ouidi9 Lib. 1. Tristiũ,

16 Aidona

Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natũ Testias, et melior matre fuisse soror.

¶ Aidona vxor Zeti, Ithilum noctu imprudens occidit, dum vnum ex filijs Amphionis (cuius vxori inuidebat) interficere vellet.

Artaxerxes

¶Artaxerxes Mnenon cognomento, Perſarũ rex, Darium filium cum alijs interfecit, q̃ ab eis inſidijs peteretur. 17 Artaxer.

¶Cambyſes Cyri filius Perſarum rex/filium ſagitta occidiſſe fertur, furore correptus, quo prius fratrem & grauidam ſororem dederat morti. 18 Cambyſes

¶Conſtantinus magnus Criſpum filium cũ Licinio ſororis ſuæ marito incerta cauſa morti dedit. Sextus Aurelius prodit hoc eum feciſſe ſuaſu Fauſtę coniugis. 19 Cõſtãtin⁹

¶Dioſcorus pater Beatæ Barbarę filiam multis prius tormentis affectam/ad extremum ſupplicio capitis affecit, q̃ ad Idololatriam flecti non poſſet. 20 Dioſcorus

¶Euriſthenes quũ male in bello pugnaſſet, ac proptetea domui ſuæ ignominiam peperiſſet, inedia conſumptus eſt a matre. Ouidius in Ibin. Obſtrictuſq; necem patiaris limine tecti, Vt legem pœnę cui dedit ipſa parens. 21 Euriſthenis mater

¶Ptolemęus Euergetes a ſuis ob crudelitatem regno pulſ⁹, filium quem ex Cleopatra ſorore ſuſceperat, in Cypro occidit, eiuſq; caput & pedes matri pro munere natalitio remiſit. 22 Ptolemę⁹ 23

¶Ptolemęus Auletes regno ſuo redonatus (quo ob flagicia fuerat eiectus) Cleopatram filiam & Archelaum eius maritum (quos Aegyptij in regnum aſciuerãt) occidit. Ptolemę⁹ Auletes

¶Deuteria mulier timens ne filia ſua (quam nubilẽ & formoſã habebat, a Theodeberto rege corrumperetur, eam in flumen prę cipitauit apud Viridunũ ciuitatẽ. Author Gregorius Turoñ. 24 Deuteria

¶Apteras vetuſtiſſimus Græcorum Saturnus patrem caſtrauit, filios interemit, fratribus bella & ferrum intulit. Annius in Beroſum. 25 Apteras

¶Erictheus bellum cum Euiloquio gerẽs, quum ab oraculo accepiſſet futuram ſibi victoriam, ſi filiam diis immolaret, paruit, & conſenſu Praxithę vxoris puellam cecidit. 26 Erictheus 27

¶Darius quoq; Cymbrico bello profligatus. quum intellexiſſet ſe fore victorem, ſi Calphurniam filiam diis daret victimam, dedit, vt patrię conſuleret. Darius 28

¶Boges Perſa ab Athenienſibus obſeſſus, vbi nihil habuit commeatus in caſtris, liberos cum vxore primum, demum ſeipſum interfecit. Author Herodotus. Boges 29

¶Deiotarus cum multos ſuſcepiſſet liberos, omnes excepto tãtum vno iugulauit, vt qui ſuperfuturus erat, potentior fieret, & maieſtatis auguſtioris. Author Cæli⁹. Deiotarus 30

¶Mithridates ſanguinolẽtus ac crudelis in omnes fuit. Nam matrem/fratrem/ac filios tres impuberes/ac totidem filias interfecit. Author idem Cęlius. Mithrida. 31

¶Antonius Caracalla Imperator Iuliam nouercam in vxorem duxit, cuius filium Getam nomine paulopoſt interfecit. Author Aelius Spartianus. Antonius Caracalla.

VIrginius filiam Virginiam Icilio deſponſatam/ſpectãte populo & palam interfecit, vt Appium Decemuirum (qui eam ſtuprare velut ſeruam tentauerat) in odium et inuidiam populi traheret. Quod et factum eſt, Nãq; vt propter illatum Lucretiæ ſtuprum Romani reges deſierũt, ita quoq; immoderata Appii libido finem fecit Decẽuirorum magiſtratui. Author Liui⁹. Sylli⁹ Lib. 13. Virginia iuxta Crine cruẽtato vulnus ſub pectore ſeruat, Triſtia defenſi ferro monumenta pudoris. 32 Virginius 33

¶Herodes rex Iudęæ præter innocentium cędem, tres quoq; ex liberis ſibi ſuſpectos/Alexandrum/Ariſtobolum et Antipatrum morti dedit. Herodes 34

¶Hippomenes Athenienſium princeps, filiam Limonem in adulterio deprehenſam, vna cum equo feroci concluſit, nec huic/nec illi cibũ prębens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam deuorauit. Hinc ortũ Adagium a Diogeniano poſitũ magis Hippomenes

magis impi⁹ Hippomene. Ouidius in Ibin. Solaq; Limone pœnã ne ſenſerit illam,
Et tua dente ferox viſcera carpat equus.

35 Embarus ¶ Pyreus inſula quũ maxima laboraret peſte, propter iterfectũ ibidem ab Athenienſibus aprum Dianę ſacrum, conſultum oraculum reſpondit, finem mali futurum, ſi quis filiam immolaſſet numini. Vnus autem repertus eſt Embarus, qui filiã ſolenni ritu ornatam ſacrificauerit.

36 Orcham⁹ ORchamus Leucotheã filiã ab Apolline ſtupratam, viuã defodit. Author Domitius in Ibin. Ouidius item Lib. 4. Metamor. Ille ferox / immanſuetuſq; precantem / Tendentemq; manus ad limina ſolis, et ille Vim tulit inuitæ dicentem, defodit alta Crudus humo, tumulumq; ſuper grauis addit arenę.

37 Lenogild⁹ LEnogildus rex Hiſpanię filium Hermogildum, ꝙ a ſecta parentũ abhorreret, ac Childeberti Francorum regis ortodoxi filiã duxiſſet in vxorem, morte affecit.

38 Lyſimachus ¶ Lyſimachus rex Pergami Agathoclem filium fortiſſimũ (cuius præcipua opera, multa bella feliciter geſſerat) nouerca Arſinoe Ptolemæi ſorore inſtigante, veneno ſuſtulit.

39 Aul. Poſthumius ¶ Aulus Poſthumius Tubero filium ſecuri percuſſit, ꝙ occaſione rei bene gerendæ, iniuſſus pugnam tentaſſet. Author Liuius.

40 Arpiages ¶ Arpiages filiũ comedit. Ouidius in Ibin. Vt puer Arpiagę / referas exẽpla Thyeſtæ, Inq; tui cęſus viſcera patris eas.

41 Etearchus ¶ Etearchus rex Cretę ſuaſu ſecũdę vxoris / Phronymam filiam per negociatorem quendam nomine Themiſonem / ſubmergi fecit. Author Herodotus.

¶ Liberi parentum interfectores.

1	ALcmęon	11	Mithridates	21	Syroches
2	Carnabas	12	Ioannes maria	22	Heraclius
3	Oreſtes	13	Agyrtes	23	Oedipus
4	Nero	14	Telegonus	24	Cyane
5	Albanus	15	Oxias		Medulina
6	Antipater	16	Euander	25	Filię Pelię
7	Ninus Iunior	17	Polydice	26	L. Oſtius
8	Ptolemęus		Nyſa	27	Iulius manſuetus
	Philopator	18	Friſcus	28	Manfredus
9	Ptolemę⁹ philo.	19	Guillermus	29	Nicomedes
10	P. Malleolus	20	Phraates	30	Fabricianus.

EXPLANATIO.

1 Alcmęon ALcmęon Eryphilem matrem interfecit, ꝙ illa Amphiaraum patrẽ (qui in bello Thebano terræ hiatu abſorptus eſt) Polynici prodidiſſet, accepto monili aureo. Virg. lib. 6. Aen. Mœſtamq; Eryphilem Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

2 Carnabas ¶ Perrheborum rex Triopas dum tyrannicę nimis imperaret, a Carnaba filio tantæ feritatis impatiente / occiſus eſt. Author Cælius.

3 Oreſtes. ¶ Oreſtes Clytemneſtram matrem iteremit, in vltionem patris Agamẽnonis, quẽ a Troia redeũtem illa cum Aegyſtho adultero interfecerat. Ouidius Lib. 1. Eleg.

Et vinde

Et vindex in matre, patris malus vltor Oreſtes, Auſus in arcanas poſcere tela deas. Horatius Lib. 2. Sermonũ. Nec ferro, vt demẽs genitricem occidit Oreſtes. Sidonius. Vel furibunda manus, raperet quũ Taurica ſacra Matricida pius. Val. Fl. Lib. 7. Argon. Turbidus vt pœnis, cęciſq; pauoribus enſem Corripit, & ſęuæ ferit agmina matris Oreſtes.

4 Nero

¶ Nero quũ Agrippinã matrẽ facta ſua exquirentẽ acerbi⁹/et corrigentẽ grauaret, eam variis modis tẽtauit ꝑdere. Primo veneno. Sed quũ ſentiret eã Antidotis prę=munitã, ſolutilẽ nauem (cuius vel naufragio/vel camerę ruina periret) comment⁹ eſt, ſimulataq; amicitia, Baias euocauit. Quã nando euaſiſſe vt comperit, inops cõſilij eã iterfici iuſſit, quã prius ſtupro cõtaminauerat.

5 Albanus

¶ Albanus martyr Maguntin⁹ patrem habuit, cui frequens erat cum filia inceſt⁹, ex quo et ipſe genitus fuerat. Vbi adultus originem ſuã probroſã didicit, parẽtes monuit, vt ab antiquo abſtinerẽt flagicio. Quod quum nõ facerent, ambos nocte quadam in concubitu interfecit. Vide Cathagolum ſanctorum.

6 Antipater

¶ Trog⁹ ſcribit Theſſalonicem ab Antipatro filio interfectã, quum tamen vitam per vbera materna deprecaretur, Idq; ꝑ Alexandro fratri magis/q̃ ſibi faueret.

7 Ninus Iu.

¶ Semiramidem a Nino filio interemptam produnt, ꝑ ei⁹ concubitum & cõgreſſum optaſſet, quæ prius equi amore conflagrauerat.

8 Ptolemæ⁹

¶ Ptolemęus Euergetes a Ptolemęo filio interfectus eſt, qui propterea Philopator id eſt patris interfector vocari cœpit.

9 Pto. Phil.

¶ Ptolemęus filius Epiphanis matrem Cleopatram dedit morti. Vnde & Philometor eadem ratione dictus eſt, qua prędecens Philopator.

10 P. Malleo.

¶ P. Malleolus teſte Liuio matre interẽpta/primus omnium inſuto culleo in mare pręcipitatus eſt.

11 Mithrida.

¶ Mithridates Authore Cęlio, tãtę fuit impietatis, vt matrem, fratrem, filios tres, ac totidem filias interfecerit.

12 Ioannes

¶ Ioannes maria Ioannis Galeatij filius, dux Mediolani Catharinam matrẽ facta ſua acerbius obiurgantem, in turri cõcluſit, & ibidem emori fecit.

13 Agyrtes

¶ Ouidius Lib. 5. Meta. ait Agyrtem fuiſſe quendam, qui patrem iterfecerit. Regiſq; Thoactes Armiger, et cęſo genitore infamis Agyrtes.

14 Telegon⁹

¶ Redeuntem Troia Vlyſſem Telegonus filius, vt ignotum occidit. Horati⁹ Lib. 3. Car. Decliue cõtemplęris aruum, & Telegoni iuga parricidæ.

15 Ozias

¶ Ozias Amos prophetã patrem ſuum vecte per tempora tranſfixit, ꝑ cõtra mãdatũ Hieroboam regis, verbum domini prędicaret.

16 Euander

¶ Ab Euandro quoq; occiſum fuiſſe patrem quidam prodiderunt, vt ſcribit Cęlius Lib. 6. lectionum Antiquarum.

17 Polydice

¶ Polydice Pterelã patrẽ Thebaꝝ regẽ Creonti prodidit, et occidi fecit, vt Nyſ⁹ a Minoe obſeſſus proditione Scyllæ filia/crinẽ amiſit fatalẽ, atq; ita interfectus eſt.

18 Friſcus

¶ Friſc⁹ Actiũ Ferrarię pincipem patrem ſuum in carcerem coniecit, atq; ibidẽ fecit emori, quum ob inductam nouercam, tum libidine dominandi.

19 Guiller.

¶ Guillerm⁹ Iacobini Carrariẽſis fili⁹ patrẽ occidit, ꝑ ab eo ſpuri⁹ fuiſſet appellat⁹.

20 Phraates

¶ Orodes rex Parthorum amiſſo filio Pacoro, qui in bello contra Ventidiũ occubuerat, in furorem prope verſus, ab altero filio Phraate occiſus eſt.

21 Syroches

¶ Coſroes rex Perſarum ſenio confectus, dum Medorſem filium regni hęredem inſtituiſſet, ab altero Siroche natu maiore interfectus eſt.

22 Heraclius

¶ Heraclius Imp. Phocam patrem multis prius contumelijs affectum, poſtremo interfecit, dominandi (vt credibile eſt) libidine.

23

¶ Oedipus cum Laio patre ignoto apud Phocidẽ congreſſus, ipſũ neſci⁹ iteremit.

Ouidius in Ibin. Nec plus aſpicias, q̃ quẽ ſua fili a rexit, Expertus ſcelus eſt cuius
24 vterq; parens. Seneca in Thebaide. Genitorem adort⁹ impia ſtraui nece.
Cyane ¶ Cyane puella patrẽ Cyanippũ (q; ab eo p̃ vim ſtuprata fuiſſet) gladio cõfodit.
25 Medulina quoq; ab Armito patre ebrio violata, eidẽ mortẽ intulit Plutarchus.
Filię Pelię ¶ Peliam ſenio cõfectum dum filię a Medea p̃ſuaſę vellent ad iuuentutem reuo=
26 care, lebeti feruenti impoſitum occiderunt.
L. Oſtius ¶ Poſt Annibalis bellum. L. Oſtius fertur prim⁹ patrem occidiſſe. Author Plu=
27 tarchus in vita Romuli.
Iulius mã= ¶ Iulius Mãſuet⁹ ex Hiſpania rapaci legioni additus, impuberẽ filiũ domi lique=
ſuetus rat. Is mox iter ſeptimanos a Galba cõſcriptus, oblatũ forte patrẽ et vulnere ſtratũ
dũ ſemianimem ſcrutat, agnitus cognoſcenſq; & exanguem amplexus, voce flebili
28 p̃cabatur placatos patris manes, ne ſe vt parricidam inſectarẽtur. Cor. Tacitus.
Manfred⁹ ¶ Fredericus Impe. Panormum profectus Manfredi filij dolo interfectus eſt, quũ
29 annos. 32. rebus pręfuiſſet.
Nicome. ¶ Nicomedes Pruſiã patrẽ Bithynię regẽ dominãdi libidine vita ſpoliauit.
30 ¶ Fabricianus matrẽ Fabiã interfecit, q; illa Fabiũ Fabricianũ maritũ ſuũ occidiſ=
Fabrician⁹ ſet, vt liberi⁹ adulterium cum Petronio adoleſcẽte cõmitteret. Author Doſitheus
apud Plutarchum.

¶ Interfectores fratrum et Sororum.

1	Theocles	19	Pin⁹ Ordelaph⁹	37	Orodes
	Polynices	20	Ptolemęus phila.	38	Ioram
2	Medea	21	Ptolemęus philo.	39	Ioannes pont.
3	Tydeus	22	Fr. Gonzaga	40	Iugurtha
4	Polytes		Lud. Gonzaga	41	Aurelius
5	Athila	23	Boleſlaus	42	Oxilochus
6	Antioch⁹ magn⁹	24	Ardieus	43	Siſapho
7	Ariſtobolus	25	Mitrhidates	44	Antiphus
8	Romulus	26	Alexius		Crimenus
9	Theodericus	27	Haldanus	45	Rheſus
10	Fernandus	28	Feugo	46	Caduidus
11	Helenus	29	Starcatherus	47	Commodus
12	Cayn	30	Herminefredus	48	Maximian⁹
13	Mempricus	31	Dardanus	49	Critolaus
14	Cunedagius	32	Bela rex	50	Horatius
15	Antonius	33	Learchus	51	Cambyſes
16	Cambyſes	34	Typhon	52	Polyphontes
17	Canis grandis	35	Iſis		
18	Henricus	36	Henricus clericus		

1 Etheocles Polynices
OEdipus rex Thebarum moriẽs, filijs ſuis Etheocli et Polynici regnum al=
ternis annis dimiſit regẽdũ. Verũ quũ Etheocles maior natu p̃acto anno
fratri cedere noluiſſet, moto propterea bello, contractiſq; vtriuſq; copijs
ambo mutuis ſe vulneribus interfecerunt. Virgilius in Culice. Ac diſcordantes
Cadmæo ſãguine fratres, Iã truculẽta ferũt infeſtaq; lumina, corpus Alter in alte=
2 rius iamq; aduerſat⁹ vterq; Impia germani manat pro ſanguine dextra.
Medea ¶ Medea cum Iaſone fugiẽs, Aegyaleum fratrẽ membratim diſcerpſit, diſcerptũ
per agros paſſim proiecit, vt Aętem patrem ſe perſequẽtem in colligẽdis filij oſ=
ſibus remoraretur. Ouidius ĩ Ibin. Et tua ſic latos ſpargantur membra per agros,

Tanq̃

Tãq̃ quę patrias detinuere vias. Idẽ lib. 3. Triſtiũ. Dũ quid agat quęrit, dũ verſat in omnia vult⁹, Ad fratrẽ caſu lumina flexa tulit. Cui⁹ vt oblata eſt p̃ſentia, Vicimus inquit. Hic mihi morte ſua/cauſa ſalutis erit. Protin⁹ ignari/nec quicq̃ tale timẽtis, Innocuũ rigido pforat enſe lat⁹. Atq; ita diuellit, diuulſaq; mẽbra per agros Diſſipat, i multis iueniẽda locis. Neu pater ignoret, ſcopulo proponit in alto Pallenteſq; man⁹/ſãguineũq; caput. Idẽ in Epiſtola Hypſiphiles ad Iaſonẽ. Spargere quæ fratris potuit lacerata p agros Corpora, pignorib⁹ parceret illa meis. Sidoni⁹. Sic torua, Pelaſgũ Colchis i Apluſtri ſteterat trepidãte marito, Abſyrtũ ſparſura patri, facturaq; cęſi Germani plus morte nephas, dũ funere pugnat, Et fratrem ſibi tela facit. Sabellicus. Hãc fama eſt fraterna cęde cruẽtã Magnanimũ Aeſonidem Colchis cũ patre relictis, Per varios caſus, p deuia regna ſecutam.

3 Tydeus

¶ Menalipp⁹ Oenei fili⁹ dũ i ſyluis aprũ Calydoniũ venaret, a Tydeo fratre imprudẽte occiſ⁹ eſt. Stati⁹ Lib. 2. Theb. Pollut⁹ placuit fraterno ſanguine Tydeus.

4 Polytes

¶ Polytes quoq; fuit quiſpiã, qui fratrem peremit. Statius Lib. 7. Theb. Cæſoq; infamis fratre Polytes.

5 Athila

¶ Athila rex Pannonię reuerſ⁹ e Gallia, Budam fratrem (qui regnum occupauerat) de medio ſuſtulit.

6 Antio.

¶ Antioch⁹ magnus Seleuci filius, mortuo patre fratrem vita exuit, vt ſol⁹ principaretur, et regno frueretur.

7 Ariſtobo.

¶ Ariſtobolus rex Iudęæ, Antigonum fratrem (quem prius regni conſortem fecerat) falſo poſtea inſimulatum interfici iuſſit.

8 Romulus

¶ Romulus quũ ad extruendos vrbis muros, vallum aratro duxiſſet, vetuiſſetq;, ne quis illud tranſiliret, Rem⁹ in ludibriũ fratris/auſ⁹ eſt trãſilire. Quod iniquo ferens animo Romul⁹, eidẽ eripuit vitã. Lucan⁹. Fraterno primi maduerũt ſanguine muri. Ouidi⁹ in Ibin. Vtq; Remo muros auſus tranſire recentes, Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.

9 Theoder.

¶ Theodebertus Chilperici filius Francorum rex, a Theoderico fratre bello petitus, & ad extremum interfectus eſt.

10 Fernãdus

¶ Fernandus rex Caſtellę Sanctij filius, Garſiã fratrẽ regem Nauarre peremit, vt Nauarrã ipſã ſuo adijceret regno. Vſq; adeo libido pricipãdi nõ p̃ſcribit ſibi modũ

11 Helenus

¶ Helenus Priami filius dum venaretur, neſcio qua fortuna, Chaonem fratrem (a cuius nomine Chaonia dicta eſt) imprudens peremit.

12 Cayn

¶ Inuidia (quę alienã proſperitatẽ oculo irretorto neſcit proſpicere) fuit in cauſa, cur Cayn fratrẽ Abelẽ (cui⁹ victimas domino videbat gratas) nefarie iterfecerit.

13 Mẽpricus

¶ Mempricus fili⁹ Maddam/rex Britãniæ, Malym fratrem exuit vita, vt eo mortuo principaretur. Cunedagius quoq; nõ alia ratione fratrem Morganum occidit, quo tempore Roma condita eſt, vt ſupputat Volaterranus.

14 Antonius

¶ Canſignorus Veronenſium princeps moriens/Antonium & Bartolomęũ filios reliquit hęredes. Quorum Bartolomæus Antonium fratrem de medio ſuſtulit, quem in principatu cõſortem aut parem ferre non poterat.

15 Cambyſes

¶ Cambyſi Perſarum regi viſus eſt per quietem nũcius adeſſe, dicens Mergidem fratrẽ ſolio ſedere regio. Qua ille viſione cõſternat⁹, Prexaſpem Perſã ad eũ interrimẽdũ miſit. Authores Trog⁹ & Herod. Cui flagicio, ſororis quoq; mortẽ adiecit.

16 Canis grã.

¶ Canis grandis Veronenſium princeps, fratrem Eriganũ (qui dũ abeſſet, Veronam inuaſerat) foris reuerſus, obſedit, obſeſſum vicit, victum dedit morti.

17 Henricus

¶ Henricus Alphonſi vndecimi filius/Petrum fratrem multis homicidijs famoſum/tandem interfecit magno omnium plauſu.

18 Perinus — ¶ Perinus Fregos⁹ Genuenſium princeps, Nicolaum fratrẽ doctrina / moribuſq; inſignem, ob ſuſpicionem affectati principatus interfecit.

19 Pinus — ¶ Pinus Ordelaphus Foroliuienſis, vt ſolus regnaret, Franciſcum fratrẽ trucidauit, eius liberis in exiliũ miſſis. Author Volaterranus

20 Pto. Phil. — ¶ Ptolemæus Philadelph⁹ Argeum fratrem (a quo inſidias parari ſibi intellexerat) iterfecit, & alteri fratri Magę nomine (qui Cyrenis imperabat) bellũ intulit.

21 Ptolemę⁹ — ¶ Ptolemęo Philopatori non ſatis fuit patrem interfícere, niſi in fratrem quoq; & amicos gladio ſęuiret.

22 Fr. Gon. — ¶ Franciſcus & Ludouic⁹ Gonzagæ Vgolinum fratrem ſimulata amicitia ad cœnã inuitatum adorti ſunt, & interfecerunt ſola ad facinus inuidia moti, qꝓ Guido Gonzaga pater Mantuanorum dux, ei ſoli principatum reliquiſſet.

23 Boleſlaus — ¶ Boleſla⁹ Vratiſlai Bohemoꝝ regis fili⁹, fratrẽ Venceſlaũ ęquitatis et religionis obſeruãtiſſimũ, et Abeli iuſto ꝓſimilẽ, iterfecit, Draomitia matre ſceleris cõſcia.

24 Ardieus — ¶ Ardieus Pamphylię tyrãnus patrem ſenio cõfectum, et fratrem natu maiorem interfecit. Author Plato. Lib. 10. de rep.

25 Mithrida. — ¶ Iam diximus tantam in Mithridate rege Ponti fuiſſe feritatem, vt matrem, fratrem / et ſex liberos interfecerit. Author Cælius Lib. 16. lectionum Antiquarum.

26 Alexius — ¶ Iſacius Angelus Impe. ab Alexio fratre (quem a Turcis captum redemerat) per ſummum ſcelus, oculis / imperio / et vita priuatus eſt.

27 Haldanus — ¶ Frotho Danorum rex tres habuit liberos Haldanum, Roem, et Scatonẽ, Quib⁹ mortuo patre ęqua iceſſit regnãdi cupiditas. Quo factũ eſt, vt Haldan⁹ natu maxim⁹ duos iuniores iterfecerit, et regnũ parricidio ſuſcepit, Author Saxo Grãmati.

28 Feugo — ¶ Feugo quoq; Horuẽdiliũ Danoꝝ regẽ fratrẽ ſuũ inſidijs circũuenit, atq; vbi parricidio dat⁹ ẽ loc⁹, cruẽta manu funeſtã mẽtis libidinẽ ſatiauit, vt eo mortuo regnaret

29 Starcathe. — ¶ Idem Saxo Lib. 6. hiſtoriæ Danicę / meminit cuiuſdã Starcatheri, quẽ inuſitata fortitudine, viribuſq; prodigioſis ait fuiſſe, vt qui nouẽ fratres Athletas ſimul pugnãtes interfecerit, decẽ et ſeptẽ vulneribus acceptis, amiſſaq; maiori viſcerũ ꝑte.

30 Hermi. — ¶ Herminefredus Bertarium fratrem vi oppreſſit, vt ſoli ſibi trãquilli⁹ et ſecuri⁹ apud Thoringos liceret regnare. Author Gregorius Turonenſis.

31 Dardanus — ¶ Orta inter Dardanum et Iaſium cõtentione, Dardanus ſuperior fratrẽ peremit, adeo conſortem neſcit poteſtas, adeo rara eſt in neceſſarios charitas, vbi illa dominãdi libido mentes hominum titillat.

32 Bela — ¶ Bela rex Pannoniæ, Polonorum copijs inſtruct⁹, Andream fratrẽ bello aggreſſus eſt, partaq; victoria interfecit victum.

33 Learchus — ¶ Learchus Arceſilaum fratrem Cyrenæorum regem ægrotãtẽ veneno potauit, et eo modo ſtrangulauit. Learchus demum ab Erixo Arceſilai vxore, lege Talionis interfectus eſt. Author Herodotus in Melpomene.

34 Typhon — ¶ Typhon Aegypti⁹ fratrẽ ſuũ Oſiridem peremit, inuidia accẽſus. Authores Beroſus et Seneca de ſacris Aegyptiorum. Didorus item. Compertum eſt (inquit) Oſiridẽ Aegypto iuſte regnantẽ a Typhone fratre impio ac nefario interemptũ. Quem in ſex et viginti partes diſſectum, cuilibet eorum, qui tanti ſceleris participes fuerant, partem dedit, vt ipſos defenſores cuſtodeſq; regni fidos haberet.

35 Iſis — ¶ Iſis demum Oſiridis fratris mortem vlta, Typhonem alterum fratrẽ auxilio fili (qui Oros dicebatur) occidit. Annius in Beroſum.

36 Henricus clericus — ¶ Henricus cognomẽto cleric⁹ Anglorum rex, Robertum fratrẽ hoſtem habuit, quem in bello captum, oculis primum auulſis / in carcerem detruſit, ac demum pędore et inedia ibidem emori fecit. Volaterranus.

¶Orodes Phraatis filius, Parthorum rex, Mithridatem ſecũdum fratrem ſuum Babylonię obſedit, factaq; deditione, ĩ cõſpectu omniũ q̃ uis ſupplicẽ/ĩterfecit. Deus te perdat Ambitio. Quę fratres armas in fratrum viſcera, quęq; Securum a nato non ſinis eſſe patrem. 37 Orodes

¶Ioram rex Iudęæ ſuaſu Athaliæ vxoris, fatres interfecit, & nullum ſceleris genꝰ omiſit, a nullo abſtinuit flagicio. 38 Ioram

¶Ioannes Iudæ pontificis filius, quintus Hebręorum põtifex/fratrem Ieſum nomine (quem affectatæ dignitatis habebat ſuſpectum) morti dedit. 39 Ioannes

¶Iugurta Manaſtabalis filius nothus, fratres ſuos Adherbalem & Hiempſalem Micipſæ patrui ſui filios, interfecit, vt ſolus Numydis imperaret. Author Saluſti. 40 Iugurta

¶Friola Alphonſi Catholici filius, rex Hiſpaniæ, ab Aurelio fratre interfectus eſt, quum annos duodecim regnaſſet. 41 Aurelius

¶Leucon ab Oxilocho fratre/rege Ponti interfectus eſt, ꝙ cum eius vxore adulterij & inceſtus conſuetudinẽ haberet. Ouidius in Ibin. Aut pia te cęſo dicatur adultera, ſicut Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia eſt. 42 Oxilochus

¶Mamertes quũ Siſaphonis Corinthij fratris ſui filios regnandi libidine peremiſſet, ab ipſo Siſaphone membratim laceratus eſt. Ouidius in Ibin. Trunca geras ſęuo mutilatis partibus enſe, Qualia Mamertis membra fuiſſe ferunt. 43 Siſapho

¶Heſiodus poeta Aſcręus noctu iugulatus eſt ab Antipho & Crimeno fratribus, nõ tamẽ opera dedita, ſed per errorem, dũ illi ſororis ſuæ ĩterfectorẽ eſſe putarẽt. 44 Antiphus

¶Rheſus Maximi & Ameriæ filius, fratrem Simulum in venatione volẽs interfecit, ac propterea ei paterna domo interdictũ eſt. Author Ariſtides apud Plutar. 45 Rheſus

¶Anacharſis philoſophꝰ Scytha genere, dum Athenienſium leges, apud ſuos introducere conaretur, vt patriæ conſuleret, a Caduido fratre eius loci rege per liuorem ſagitta cõfoſſus eſt. 46 Caduidus

¶Lucilla. M. Antonij & Fauſtæ filia, a Commodo fratre, in quem cõiurauerat, deprẽhenſa, ab eodem interfecta eſt. Author Herodianus. 47 Cõmodus

¶Maximianꝰ Diocletiani filiꝰ/Artemiam ſororẽ gladio percuſſit, ꝙ relicta Idolatrię Hęreſi, ad fidem ſe conuertiſſet. 48 Maxiami.

¶Critolaꝰ Tegeates ſororem interfecit, ꝙ ſibi e victoria redeũti nõ gratularetur, quũ tamẽ cęteri omnes ei applauderẽt. Author Demarathus apud Plutarchum. 49 Critolaus

¶Primus apud Romanos Horatius ob ſororem interfectam/perduellionis reus factus eſt, dein abſolutus. Author Liuius. 50 Horatius

¶Cambyſes ſororem interfecit, ꝙ illa Smerdis fratris ſui a patre occiſi mortẽ lugeret velut inultam. Author Herodotus. 51 Cambyſes

¶Polyphontes rex fratrem interfecit, ꝙ ab eo inſidias & mortẽ parari ſibi intellexiſſet. Author Gellius Lib. 4. Cap. 3. 52 Polyphõ.

¶Mulieres quæ maritos occiderunt.

1	Clytemneſtra	6	Antiochus	11	Semiramis
2	Belides	7	Lucilla	12	Ioanna
3	Albina	8	Cyrce	13	Fabia
4	Thebe	9	Vxor Gandul.	14	Agrippina
5	Roſimunda	10	Vxor Galeoti	15	Vxor Spitamenis

1 Clytēne. REdeuntem ab expeditione Troiana Agamēnonem, Clytemneſtra vxor interfecit, auxiliante Aegyſtho, quo cum ſtuprí conſuetudínem habebat, Vírgílí⁹ Lib. 11. Aen. Ipſe Mycenęus magnorū ductor Achíuū Coniugis (ínfādū) prima intra límina, dextra Oppetíjt, deuicta Aſía ſubſedit adulter. Seneca í Agamēnone. Rex ílle regū, ductor Agamēnon ducū, Cuí⁹ ſecutæ mille vexíllū rates, Iliaca velís maría texerūt ſuís, Poſt dena Phœbí luſtra, deuicto Ilio, Adeſt

2 Belídes daturus coniugí iugulum ſuæ.. Idem alíbí. Adeſt cruenta coniugís victrix ſuí.

DAnaus Belí fílí⁹ quínquagīta habuit fílías, quæ totídem Aegyſthí fílíjs nupſerunt, factaq; ſímul coníuratíone omnes maritos nocte vna interfecerunt, præter Hypermeſtram, quæ Lynceo víro pepercit. Seneca ín Hercule Furente. Nunc nunc cruentæ regís Aegyſthí nurus Adeſte, multo ſanguíne ínfectæ manus. Ouídius Líb. 1. de Arte. Queq; patrare necem míſeris patrueliſ bus auſæ Belídes. Hora. Líb. 3. Car. Impiæ ſponſos potuere duro Perdere ferro.

3 Albína Pamphílus. Et nunq̄ captas captabūt Belídes vndas, Turba maritalí p̄nícioſa nece. ¶Scríbit Volaterranus Albínam quandam Syriæ regís fíliam duas et trígínta habuíſſe ſorores, quæ totídem marítos ínterfecerūt, expulſaſq; propterea a patre/ veníſſe ín Brítāníam, et a nomine Albínæ/ ínſulam vocaſſe Albíonem.

4 Thebe ¶Alexāder Pheręus Theſſalię tyrann⁹/ quum vxorem Theben cuídam barbaro nudā plerūq; oſtēdíſſet, ab eadē factū ægreferente, dormiēs íugulat⁹ eſt. Ouídí⁹ ín Ibín. Inq; tuo thalamo iugulerís more Pheręí, Quí dat⁹ eſt Lœtho cōíugís enſe ſuę.

5 Roſímun. ALboínus rex Longobardorum Cunímūdo Gepidorum rege ínterfecto, eíus fíliam nomíne Roſímundam ſíbí copulauít, Cuí quū alíquando ínter pocula, patrís Caluaría per íocum propínaſſet, írata puella non prius machínarí deſtítit, q̄ eum curauerit interfíciendum. Quo mortuo alíum

6 marítum Helmígem nomíne ſíbí copulauit, quem poſtea veneno ſuffocauit.

7 Antí och⁹ ¶Antíochus deus cognomēto rex Syríę/ ab vxore Laodíce veneno ínterfect⁹ eſt, ob ínductam alteram Berenícem Ptolemęi ſororem.

8 Lucílla Antonius verus Imperator períjt veneno a Lucílla vxore propínato, ob Fabíę cōſuetudínem, ad quam frequenter ítabat.

9 Cyrce Cyrce venefica mulier Sarmatarum regem (cuí nupſerat) veneno ítidē fertur occídíſſe, arreptoq; regno ſubdítos multum oppreſſíſſe.

10 Vxor gan. ¶Gandulphus (quí ín Burgundía pro fíde martyrium paſſ⁹ eſt dū) vxorē adulterij ínſímularet, eíuſdem opera ab adultero ínterfectus eſt.

11 Vxor Ga. ¶Galeotus Foroliuij príncepſ Ioannís Bentíuolí fíliam duxít ín vxorem. A quo dum ſperneretur puella, ſímulata ęgrítudíne ſícaríos ſubornauit medícos, quí eum adorti ín cubículo confoderunt.

12 Semíramís. SEmíramís quum a marito Nino impetraſſet, vt díem modo vnum ín regío ſederet tríbunalí, obíretq; regíum munus íurí dícundo, ſanciendoq; quæ víderentur, exploratís ſatellítum animís/ Nínum ípſum appręhendí

13 Ioanna iuſſit, et ín vínculá conijcí, ac poſtremo ínterímí. Author Cęlius.

14 Fabía ¶Andreas fílius Caroli Pannoníæ regís a Ioanna vxore/ regína Sicílię/ ínterfectus eſt, ꝙ ígnauus et regno ínutílís vídéretur.

15 Agrippína ¶Fabía mulier Fabíum Fabrícíanum ínterfecit, vt líberíus poſſet laſcíuire cū Petronío Valētíno líberalí forma adoleſcētulo, quo cū adulterij cōſuetudínē habebat.

¶Agrippína Tíberíum Claudíum prícipem marítum ſuū veneno ſuſtulít. Authoſ thor Plynius Lib. 32. Cap. 22.

Vxor Spítamenis ¶Curtíus Líb. 7. aít Barbarum quēdam Spítamenem ſomno et víno ſepultum, ab vxore in caſtrís Alexandrí fuíſſe interfectum.

¶Viri vxorum interfectores.

1	Cephalus	4	Conſtantinus	7	M.Cæcilius
2	Nero	5	Mithridates	8	Periander
3	Chilpericus	6	Egnatius	9	Dacianus

EXPLANATIO.

PRocris mulier exiſtimãs Cephalum maritũ alterã deperire puellã,eundem in ſyluas profectum ſecuta eſt,vt obſeruaret,quid faceret. Quũ ergo in dumis deliteret,ac vepres concuteret,Cephalus opinatus eſſe ferã, ſagittis eam confodit.Ouidius Lib.7.Meta. 1 Cephalus

Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca/
Sum ratus eſſe feram,telumq; volatile miſi.
Procris erat,medioq;tenens in pectore vulnus
Hei mihi conclamat.Vox eſt vbi cognita fidę
Coniugis,ad vocem pręceps/amenſq; cucurri.
Semianimem/& ſparſas fœdantem ſanguine veſtes,
Et ſua(me miſerum)de vulnere dona trahentem.

¶Inuenio.&c. Adagium eſt apud Eraſmum,Procridis telum,De certis iaculatoríb⁹/aut ictu ex ſententia iacto. 2

¶Nero Sabinam Poppeam vxorem calcis ictu,q̃uis pręgnantem interfecit,nulla impellente cauſa,ſed ſola bile et iracundia motus.Author Cor.Tacitus Lib.16. Nero 3

¶Chilpericus Clotharii filius/Gloſindam vxorem Athanagildi Gotorum regis filiam/ſuaſu Fredegundæ pellicis noctu iugulauit. Chilperic. 4

¶Conſtantinus Imperator Conſtantij et Helenę filius/vxorem ſuam Fauſtã(cuius ſuaſu Criſpum filium prius interfecerat)in balneas ardentes coniectam interemit.Author Sex.Aurelius. Cõſtãtin⁹ 5

¶Mithridates rex Ponti vxorem Laodicem(qua mortua Hipſicrateam duxit) cum ſorore/matre/fratribus/ac liberis interfecit.Author Herodotus. Mithrida. 6

¶Plynius Lib.14. Scribit Egnatij Metentini vxorem,ꝙ vinum bibiſſet e dolio, interfectam fuſte a marito,eumq; cædis a Romulo abſolutum. Egnatius 7

M.Cęcilius apud eũdem Plynium Lib.27.accuſat Calphurniũ Beſtiam,ꝙ dormientes vxores veneno peremerit. M.Cęcili⁹ 8

¶Miratur Sabellicus,nec ſane mirum/ꝙ miretur,Periandrum Corinthium inter eos numeratum,quos Græcia ſapiẽtes appellauit,qui Lyſidem vxorem(alij Melitam ſcribunt)in pellicis gratiam interfecerit,ſciens volenſq; cũ Cratea matre cõcubuerit,filiũ relegauerit,et Corcyrenſium natos Aliatti excęcandos præbuerit,vt docet Herodotus. Periander

¶Dacianus præſes Alexandriam vxorem a beato Georgio ad fidem conuerſam ſuſpendi fecit et interfici. Dacianus. 9

¶Alij Parricidæ.

1	Amulius	5	Egebertus	9	Atreus
2	Artabanus	6	Mamertes	10	Pygmalion
3	Childebertus	7	Aurelianus	11	Childebertus.
4	Sigiſbertus	8	Moſes	12	Conſtantinus magnus

13	Eduardus	18	Val. Beſtius	23	Io. Galeatius
14	Nuceria	19	Polymneſtor	34	Caligula
15	Martina	20	Aegyſth⁹	25	n Ioannes alberti nepos
16	Hippodamia	21	Perſeus	26	Domitianus
17	Pto. Auletes.	22	Draomitia	27	Tydeus.

EXPLANATIO.

1 Amulius

ROca rex Albanorum duos habuit filios Amuliũ & Numitorem, quibus regnum alternis annis dimiſit regendum. Quum autem prior Amulius regnaſſet, peracto anno fratri cedere noluit. Quinetiam Lauſum ei⁹ filium interemit, & Iliam eius ſororem (ne qua inde manaret proles, quę facinus vlciſceretur) inter Veſtales incluſit. Ouidi⁹ Lib. 4. Faſtorum. Quem ſequitur duri Numitor Germanus Amuli, Ilia cum Lauſo de Numitore ſati. Enſe cadit patrui Lauſus, placet Ilia Marti.

2 Artaban⁹

¶ Xerxes ob res infeliciter in Grecia geſtas, adeo inter ſuos euiluit, vt Artabanus, ſpem nactus occupandi regni, eum in regia interfecerit. Author Trogus.

3 Childeb.

¶ Childebertus Clodouei primi filius, fratris ſui Clodomyri filios pupillos & clientes ſuos ad ſe venire iuſſos interfecit, vt eorum patrimonio potiretur.

4 Sigiſbert⁹

¶ Sigiſbertus Clotharij fili⁹, bellum cum Chilperico geſſit, in quo Theodebertũ eius filium poſt alia multa crudelitatis exempla interfecit.

5 Egebertus

¶ Egebertus Sycoberti filius rex Anglorum, fratris filios (quos patre mortuo educabat) impuberes occidit.

6 Mamertes

¶ Mamertes Corinthi⁹ filios fratris ſui Siſaphonis regnãdi libidine interfecit, maximo ſuo malo. Nam vbi Siſapho factum reſciuit, eum membratim diſcerpſit. Author Ouidius in Ibin.

7 Aurelian⁹

¶ Sextus Aureli⁹ ſcribit Aurelianum Imperatorem ſæuum fuiſſe & ſanguinariũ, vt qui ſororis ſuę filium interfecerit.

8 Moſes

¶ Orchanes rex Turcarum Celapini filius, a Moſe patruo (cuius fidei ſe pupillum commiſerat) interfectus eſt, & regno ſpoliatus.

9 Atreus

THyeſtes Pelopis & Hippodamię filius, Europam ſeu Aeropen fratris ſui Atrei vxorem ſtuprauit, & ex ea duos ſuſcepit liberos, Tantalum & Plyſthenem, quos Atreus ipſe interfecit, interfectos fratri comedendos apposuit. Seneca. Tantalus prima hoſtia eſt. Tunc ille ad aras Plyſthenem ſęuus trahit, Adicitq; fratri, colla percuſſa amputat. Item apud eundem Atreus ſic loquitur. Ferro vulnera impreſſo dedi, Cecidi ad aras, cęde votiua focos Placaui, et art⁹ corpora exanima amputans, In parua carpſi fruſta, et hęc feruentib⁹ Demerſi aheneis, illa lentis ignibus Stillare iuſſi, membra neruoſq; abſcidi Viuẽtib⁹, gracilíq; tra iecto veru Mugire fibras vidi.

10 Pygmaliõ

¶ Pygmalion rex Tyri & frater Didonis, quũ eſſet auri cupidiſſim⁹, Sichęũ ſororis ſuę maritũ, agri inter Phœnicas ditiſſimum, interfecit, vt mortui diuitias arriperet. Virg. Lib. 1. Aen. Ille Sichęũ Impi⁹ãte aras, atq; auri cæc⁹ amore Clam ferro, incautum ſuperat, ſecurus amorum Germanæ.

11 Childeb.

¶ Childebert⁹ Clodouei fili⁹ in Amalricũ Gothorũ regẽ ſororis ſuę Clotildis maritum bellum mouit, ac victum victor obtrũcauit, q̃ Clotildem ipſã iurgijs & verberibus propter cultum Ortodoxę fidei quotidie inceſſeret.

12 Cõſtãtin⁹

¶ Conſtantinus magnus Licinium ſororis ſuæ maritum, pugna ſæpi⁹ oppreſſum,

et tandem

et tandem apud Nicomediam victum interfici iussit.

¶Eduardus secundus rex Anglorum / venatu rediēs / ab Alfrida nouerca venena- 13
to poculo iterfectus est. Volebat enim scelerata mulier Eceldredum filium suum Alfrida
septemnem principari.

¶Nucería vxor Hebij, quum Firmū priuignū malígno prosequeretur odío, fílí- 14.
os suos ad inferendam ei mortem incendebat. Quod quum illí facere per pietatē Nucería
abnuerēt, dormientem gladío adorta est. Author Dositheus apud Plutarchum 15
¶Cōstantínus Heraclij filius / quum annum vnum imperasset, Martinę nouercæ Martína
laborantis filium imperare, veneno interfectus est.

¶Pelops Tātalí fílí⁹ ex Hippadamia, duos suscepit liberos, Atreū et Thyestē. Ex
Danide puella Chrysippum patri cęteris chariorem. Quem quū nouerca Hippo- 16
damía odio prosequeretur, eius cruore manus impias contaminauit. Dositheus Hippoda
apud Plutar. testis. mía

PTolemæus Auletes a Romanis regno Aegyptí redonatus, quo propter 17
flagicia eiectus fuerat, Archelai Cappadocię regis filium / sororis suę Cleo Ptolemę⁹
patræ maritum (quem Aegyptij regem sibi delegerant) vna cum sorore Auletes.
interfecit.

¶Spoliāte Campanos Annibale, L. imbricus filiū Ruscium cum magno aurí pō-
dere Valerío Bestío genero suo seruandum cōmísit. Quem tamen Valerius auarí- 18
cía stimulante, obtruncauit, vt auro potiretur. Val. Besti
us

EAdem causa Polymnestor rex Thracie Polydorū Príamí socerí suí filiū 19
iugulauit. Mātuanus Lib. 1. de Cala. Temporum · Hæc Príamí natū (cuí Polym-
longa pepercerat ira Martis) et a patría procul obsídíone latētem Thraí- neſtor
cío iuuenem innocuū mucrone peremit. Ah scelus, ah dirū facinus, multoq; pían-
dum Sanguine, Primæuæ imberbem sub flore iuuentæ, Ignarumq; dolí puerū, níl
tale verētem Perfídus obtruncat. Virg. Lib. 3. Aen. Hunc Polydorum aurí quon-
dam cum pondere magno Infelix Príamus furtím mandarat alendum Thraicío
regi. Demum subiungit. Fas omne abrūpit, Polydorū obtrūcat, et auro Ví potitur. 20
¶Aegysthus Thyestæ filius Atreū patruum suum adultus interfecit, mortemq; Aegysth⁹
Plysthenís et Tantalí fratrum suorum ab ipso Atreo inrerfectorum vltus est. 21
¶Acrísius Abantis filius quum ab oraculo accepisset se eius manu periturum, quí Perseus
ex Danae fília nascereturn, natum postea ex ea Perseum iussit exponi et submergi.
Compertus tamen in litore Perseus / a piscatore quodam nutritus est. Inde vbi ado
leuit, suamq; rescíuit originem, Acrísium ipsum interfecit. 22
¶Draomitia Bohemorum regina Ludimillā socrum Religionis obseruantíssimā Draomi-
interfecí iussit. Cuius suasu Boleslaus filius Vvenceslaum fratrē iam interfecerat. tía
Anthor Volater. 23
¶Io. Galeatius Barnabam socerū Mediolaní ducem per proditionem cepit, con- Io. Galea.
iectumq; in carcerem morí coegit, vt eo mortuo principatum arriperet. 24.
¶Tiberius Nero Calígulæ nepotis imperandí líbidíne cōflagrantis, astu et dolo Caligula
periit, anno ætatis. 78. Imperij vero 23. 25
¶Albertus Imp. dux Austrię. et filius Rodulphí imperatoris / dum suasu Bonífa- Ioānes al-
cíj Pont. exercitum pararet in Gallos, a Ioanne fratris sui fílío interfectus est. berti
¶Domitianus authore Tranquillo Flauiū Clementem patruelem suū (cuius fí Nepos
lios etiam paruulos successores palam destinauerat) interfecit. 26
¶Tydeus Oenei filius Alcatum et Lycotheum nepotes apud Calydonem interfe Domiti.
cit, ac demum Argos aufugit. 27

¶ Submerſi aquis

1	Hylas		Iulian⁹ preſbyter	31	Sfortia Attēdul⁹
2	Orontes	16	Eupolis	32	Federic⁹ ænoba.
3	Leucaſpis	17	Cl. Marcellus	33	Lycas
4	Palinurus	18	Milo	34	Iordanes Mona.
5	Aeſac⁹	19	Menander	35	Phronyma
6	Tyberinus	20	Miſenus	36	P. Malleolus
7	Anna	21	Myrtilus		Galeatius
8	Helle	22	Terentius		Euenus
9	Icarus	23	Aeneas	37	Marullus
10	Leander	24	Decius	38	Poetus
11	Cerelia	25	Argyropyl⁹	39	Argynus
12	Aegeus	26	Edimundus	40	Quintianus
	Sappho	27	Aſtorgius	41	Martyres nōnulli
13	Pharao	28	Britona	42	Roxana
14	Ino	29	Cæyx		
	Melicerta		Alcyone		
15	Cęſarius Apher	30	Sigiſmundus		

EXPLANATIO,

1 Hylas

HYlas *Thyodamantis filius cū Hercule (cuius erat amaſi⁹) reliquiſq;* Argonautis Colchos nauigās, dum aquam vellet haurire, vrnę pō= dere ſubmerſus eſt, multiſq; clamoribus ab ipſo Hercule, ſed fruſtra acclamatus. Virg. Aegloga. 6. His adiungit Hylam, nautę quo fon= te relictum Clamaſſent, quum litus Hyla Hyla omne ſonaret. Iuue. Et multum quæſitus Hylas, vrnamq; ſecutus. Item Mantuanus de fortuna Gonza gæ. Quid fruſtra Alcides, puerum per litora et vndas Quæris Hylam, dum te inſa no clamore fatigas, Ille inter dulces vitreo ſub gurgite nymphas Dormit, et affe= ctus ridet mens libera noſtros. Fabulantur poetæ eum a Nymphis ob formam ex cellentem raptum. Propertius Lib. 2.

Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis,
Innixus dextro plena trahens humero.
Cuius vt accenſæ Dryades candore puellæ,
Miratæ ſolitos deſtituere choros,
Prolapſum leuiter facili traxere liquore,
Tum ſonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat reſponſa, ſed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert. Auſonius.
Aſpice quam blandę necis ambitione fruatur,
Lœthifera experiēs gaudia pulcher Hylas,
Oſcula et infeſtos inter moriturus amores
Ancipites patit Nayadas Eumenidas. Bap. Pi. Li. i. Eleg.
Non tantum geminatus Hylas Tyrinthius, vrnam
Thynniacis quondam forte ſecutus aquis.

ORontes Troia diruta cũ Aenea in Italiã nauigans, naufragium fecit. Virg. Lib. 1. Aeneidos. Vnã, quę Lycios, fidumq; vehebat Orõtem, Ipsius ante oculos ingens a vertice põtus In puppim ferit, excutitur, pronusq; magister Voluitur in caput, Ast illam ter fluctus ibidẽ Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex. 2 Orontes

¶ Leucaspis quoq; eadem procella obrut⁹ est, eodẽ Virgilio teste, qui Lib. 6. Aene. inquit. Cernit ibi mœstos, et mortis honore carentes Leucaspim, et Lycię ductorem classis Orontem. Quos simul a Troia ventosa per æquora vectos Obruit Auster aqua, inuoluens nauemq; virosq;. 3 Leucaspis

PAlinurus gubernator nauis Aeneę, dum obrepente somno dormitaret, incautus decidit in mare. Neq; tamen tunc primũ submersus est. Sed quum portui (qui Velin⁹ postea dictus est) adnaret, ab incolis pro belua marina obrutus est. Virg. in fine quinti Aene. O nimium cœlo/et pelago cõfise sereno, Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Idem in sexto. Ecce gubernator sese Palinurus agebat, Qui Lybico nuper cursu (dũ sydera seruat) Exciderat puppi, mediis effusus in vndis. Ouidius in Ibin. Aut vbi ventosũ superaris naufragus æquor, Contacta pereas, vt Palinurus, humo. 4 Palinurus

¶ Aesac⁹ Priami filius ægre ferens hesperiem puellam (quam fugientem insequebatur) morsu colubri in herba latentis fuisse interfectam, in aquas se dimisit, mutatus postea in Mergum, vt poetę fabulãtur. Ouidi⁹ Lib. 12. Meta. Dixit, et e scopulo (quẽ rauca subederat vnda) Decidit in pontum. 5 Aesacus

¶ Iã diximus Tyberinũ regẽ se in Tyberim pręcipitasse, et fluuio (qui prius Albula dicebatur) nomen imposuisse. Ouidius in Ibin. Vtq; vel Euenus torrenti flumine mersus/Nomina des rapidę/vel Tyberin⁹ aquę. Idem Lib. 14. Sed Capys ante fuit, Regnum Tyberinus ab illis Cepit, et in Thusci demersus fluminis vndis, Nomina fecit aquæ. Idem Lib. 4. Fasto. Accipimus regnum, post hunc Tyberinus ab illo. Dicitur in Thuscę gurgite mersus aquę. Tyberin⁹ (inquit Lactãcius) vel Tyberis amni mersus est. 6 Tyberin⁹

ANna soror Didonis se in Numycium fluuium demisit. Causã mortis vide in eorũ historia, qui se occiderunt. Ouidius Lib. 3. fastorum. Corniger hanc tumidis rapuisse Numycius vndis Creditur, et stagnis occuluisse suis. 7 Anna

¶ Helle filia Athamantis regis Thebarum, insidias nouercę cum Phryxo fratre fugiens, arietẽ aurei velleris conscẽdit, vt eo modo Colchos veheretur. Quos quũ per mare ferret aries/contigit, vt Helle puella perterrita in põtum caderet, et Hellesponto imponeret nomẽ. Ouidius Lib. 4. Fast. Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra Fœmina, quum de se nomina fecit aquę. Pene simul perijt, quum vult succurrere lapsæ Frater, & extẽtas porrigit vsq; man⁹. Idem in Epistolis Heroidum. Forsitan ad põtum mater pia venerit Helles/Mersaq; turbatis nata fleatur aquis. Aut mare ab inuiso priuignæ nomine dictum Vexat in equoream versa nouerca deam. Item. Hac Helle perijt, hac ego lædor aqua. Val. Flaccus Lib. 1. Argo. Quis tibi Phryxe dolor, rapido quũ cõcitus æstu Respiceres miserę clamantia virginis ora, Extremasq; man⁹, sparsosq; per equora crines? Seneca i Troade. Quest⁹ est Hellem cecidisse Phryxus, Quum gregis ductor radiãte villo Aureo fratrem/simul et sororem Sustulit tergo, medioq; iactum Fecit in põto. Propertius Lib. 2. Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellem, Aurea quam molli tergore vexit ouis. 8 Helle

¶ Icarus Dædali filius a Creta cum patre fugiens, fret⁹ alarum (quas fecerat pater) 9 Icarus

ter (fiducia, dum alti⁹ in auras euolaret, liquefactis a Sole pennis cæreis / in mare cecidit, quod ab eius ruina Icarium cœpit dici. Seneca in Hercule Oetheo. Sed dum volucres vincere veras Icarus audet, patriasq; puer despicit alas, Phœboq; volat proxim⁹ ipsi, Dedit ignote nomina ponto. Ouidi⁹. Lib. 1. Tristiũ. Dũ petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus, Icareis nomina fecit aquis. Idem Lib. 8. Meta.

10 Leander

Oraq; cærulea patriũ clamãtia nomen Excipiũtur aqua, quæ nomen traxit ab illo.
¶ Læander speciosus puer ex Abydo, quum in Sestum vrbem non multum remotam nauigaret ad amasiam suam Ero nomine, tempestate suborta periclitatus est. Ouidius Lib. 3. Tristium. Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset, Non foret angustę mors tua crimen aquę. Stroza pater Lib. 1. Eroticon. Iãq; procellosa posi⁹tur ĩ æquore vitã, Hei mihi cõgeminat, Sesta puella Vale. Sesta puella vale / clamabat, et ecce loquentẽ Prærupt⁹ vastę supprimit agger aquę. Mãtuanus ad Helisam. Quis natat iflatũ piceis aquilonibus æquor, Naufrag⁹ iratis inter Delphinas in vndis? Est Leãder. Amor iuuenem sic ire coegit. Martialis. Lib. 1. Quũ peteret dulces audax Leandrus amores, Et fessus tumidis iam premeretur aquis, Sic miser instantes effatus dicitur vndas, Parcite dum propero, mergite dum redeo.

11 Cærelia

¶ Cærelia mulier dum Baias nauigaret, aquis obruta est. Martialis Lib. 1. Dum petit a Baulis mater Cærelia Baias, Occidit insani crimine mersa freti.

12 Aegeus Sappho

AEgeus Thesei pater se submersit. Causam vide in precedenti capite. Sappho quoq; e Leucade Epyri promontorio se precipitauit. Statius Lib. 5. Syl. Saltusq; ingressa viriles / Non formidata temeraria Leucade Sappho.

13 Pharao

¶ Pharao rex Aegypti dum Israelitas persequeretur, mare rubrum virga Moysis diuisum ingressus, cum toto exercitu periit et submersus est. Politianus in Nutricia, Vt rubras sicco pede transiit vndas, Demerso insignem cecinit Pharaone triũphũ.

14 Ino Melicerta

INo vxor Athamãtis se cum Melicerta filio demersit. Ratio iam posita. Val. Flac. Lib. 8. Argon. Attonito qualis pede prosilit Ino In freta, nec parui meminit contertita nati. De Melicerta seu Palemone Stati⁹ Lib. 2. Syl. Talis in Isthmiacos ploratus ab æquore portus Naufrag⁹ imposita iacuit sub matre Palemon.

15 Cęsarius Apher Iulian⁹

¶ Cęsarius Apher genere, et Iulianus presbyter apud Terracinam sub Claudio in mare precipitati sunt Calendis Nouembris.

16 Eupolis

¶ Eupolis Athenienſis poeta Comœdiographus, nauigans in Hellespontum, quo tempore Lacedęmones opprimebantur bello, naufragio perijt.

17 Cl. Mar.

¶ Claudius Marcellus missus ad Masanissam in Aphricam, periit naufragio paulo ante tercium bellum Punicum. Author Liuius. Cicero in oratione ad Pisonem.

18 Milo

Marcus Marcellus inquit, qui ter fuit consul, summa virtute, pietate, gloria militari, periit in mari.
¶ Milo Tyrannus Pisę quum subditos multis afficeret tormentis et cruciatibus, ab eisdem in mare demersus est. Ouidius in Ibin. Vtq; Milo, sub quo cruciata est Pisa Tyranno, Viuus in occultas precipiteris aquas.

19 Menãder

¶ Menãder Græcus poeta Comœdiographus, dum in exiguo nataret fluuio, ibidem submersus est. Ouidius in Ibin. Comicus vt liquidis periit (dũ nabat) in vndis, Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.

20 Misenus

¶ Misenus Aeneę tubicen, dum Tritonem deum marinum ad Tubę certamen irritasset, ab eodem in mare deturbatus est. Virgilius Lib. 6. Aenę. Qui tum forte caua dum personat æquora concha, Aemulus exceptum Triton (si credere dignũ est)

eſt) Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat vnda. 21

OEnomaus ab oraculo monitus ſe tunc periturum, quum Hippodamia nu Myrtilus
beret, procis eam petentib⁹ certamen propoſuit, vt cum puella curſu cō=
tēderent, quæ propter Harpynnę et Pſyllę ęquorū celeritatem videbatur
inſuperabilis. Cōuenerat autem, vt victi interfícerētur, victores eam ſibi haberēt.
Quum ergo Pelops puellam deperíret, eius aurigam Myrtílum largitione corru=
pit. Quem propterea Oenomaus in mare (quod ab eo Myrtoum dictum eſt) de=
merſit. Alij volunt Myrtílum ab ipſo Pelope prȩcipitatum, dum ſuę proditionis
mercedem peteret. Ouidius in Ibin. Proditor vt ſęui periſtq; auriga tyranni, Qui
noua Myrtoę nomina fecit aquę. Seneca i Thyeſte. Prodit⁹ occidit Deceptor do=
minę Myrtílus, et fide Vect⁹ qua tulerat, nobile reddidit Mutato pelagus nomine.

¶ De publio Terētio poeta Comœdiographo et Theoxena muliere, vide Hiſto= 22
riam prȩcedentem. Terētius

Licet Virgilius dicat Turnum ab Aenea interfectum, ſunt tamen ar= 23
gumenta, quę inficiantur, immo vero Aeneam a Turno adactum ad Aeneas
mortem inferūt, ſubmerſumq; in Numycio fluuio, dum inſequētem
Turnum fugeret. Quod et apud Virgilium fateri videtur Venus
pro Aſcanio Iouem orans, deſperato iam Aenea, vbi ait. Aeneas ſa=
ne ignotis iactetur ī vndis, Et quācūq; viam dederit fortuna, ſequatur. Incolumem
Aſcaniu m liceat ſupereſſe nepotem. Quem mortem pri⁹ Dido ei imprecata fue=
rat, vbi ait. At bello audacis populi vexatus, et armis, Finib⁹ extorris, cōplexu auul=
ſus Iuli Auxilium imploret, videatq; indigna ſuorum Funera, nec quum ſe ſub le=
ges pacis iniquæ Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur, Sed cadat ante diē, me
diaq; inhumatus arena. Item Iuuenalis de Romulo fulminato, et Aenea ſubmer=
ſo loquens. Alter aquis, alter flammis ad ſydera miſſus. Ouidius quoq; in Meta. ſic
ait. Litus adit Laurens, vbi tectus arūdine ſerpit In freta flumineis vicina Numyci⁹
vndis. Hūc iubet Aeneę quęcūq; obnoxia morti Abluere, & tacito deferre ſub ęquo
ra curſu. Corniger exequitur Veneris mandata, ſuiſq;, Quicquid in Aenea fuerat
mortale, repurgat. Item Tibullus. Lib. 2. Illic ſanctus eris, quum te venerāda Nu=
mycí Vnda, deum cœlo miſerit indigetem.

¶ Decius Imperator a Gothis cum toto exercitu profligatus fugam arripiēs, palu= 24
dis voragine abſorptus eſt, nec poſtea inuentus. Author Sextus Aurelius. Decius

¶ Argyropylus imperator, Zoę vxoris et Michaelis Paphlagonis ei⁹ adulteri do= 25
lo, inter Balneas aquis immerſus obiit. Argyrop.

¶ Atelſtanus Edimundum adoleſcentem Anglorum regem in nauigio ſine remi= 26
ge fluctibus perdendum expoſuit, vno tantum comite. Edimūd⁹

Aſtorgius filius Galeoti Foroliuienſium principis, qum longam obſidionem Cæ= 27
ſaris ab Alexandro pōtifice patre miſſi ſuſtinuiſſet, ad extremum victus et Romā Aſtorgi⁹
ductus, in Tyberim noctu prȩcipitatus eſt.

¶ Britona filia Martis, ſe in mare deiecit, vt ſtuprum Minois regis poſſet effugere. 28
Britona

¶ Cęyx maritus Alcyones ad oraculum nauigans, naufragium fecit, in auem po= 29
ſtea mutatus, vt fabulātur poetę. Ouidius in Ibin. Nec tibi ſit tumidis melior Nep Cęyx
tunus in vndis, Qī cui ſunt viſę frater, et vxor aues. Seneca in Agamēnone. Licet Alcyone
Alcyones Cęyca ſuum Fluctu leniter plangente ſonent. Eo mortuo, Alcyone quo=
q; ſe ſubmerſit.

¶ Clodomyrus Francorum Rex Gundebaldo Burgūdię rege ſuperato, Sigiſmū= 30
dum eius filium vna cum ſorore in puteum demerſit. Sigiſmū=
dus

Sfortia

31 Sfortia ¶ Sfortia Attendulus dum vni e miniſtris in Aterno fluuio periclitãti vellet ſuccurrere, cum eo naufragium fecit. Fuit is pater Franciſci Sfortię.

32 Federicus ¶ Federicus Aenobarb⁹ imperator ad expeditionem Hieroſolymitanam profectus, qnum aliquot Armenię oppida iã cepiſſet, in amnis tranſitu periit.

33 Lycas ¶ Lycas quũ venenatã Herculi tunicam attuliſſet, ab eo in mare Euboicum deiect⁹ eſt. Ouidius in Ibin. Qꝫ qui dona tulit Neſſęo tincta veneno, Euboicaſq; ſuo ſanguine tinxit aquas.

34 Iordanes ¶ Iordanes monachus Theologus Pariſienſis dum ſepulchrum domini viſeret, tẽpeſtate ſuborta / aquis obrutus eſt.

35 Phrony. ¶ Phronyma puella ab Etearcho patre rege Cretę / ſuaſu nouercę, in aquas prȩcipitata eſt, Themiſone quodam ſceleris miniſtro. Author Herodotus.

36 Maelleol⁹ ¶ De P. Malleolo matricida, Galeatio Mantuano, Eueno patre Marpiſſæ (qui omnes ſubmerſi ſunt) iam ſumus locuti in prȩcedente Hiſtoria.

37 Marullus ¶ Marullus poeta Pontani diſcipulus (qui a Politiano æmulo et hoſte ſuo, Mabilius dicitur, et quem ipſe Ecnomum vocat) in amne Cecina ſubmerſus eſt.

38 Pœtus PRopertius Lib. 3. ſcribit Pœtum quendam, in Aegyptum cauſa pecunię comparãdę nauigantem, fluctibus obrutum fuiſſe. Sic enim pecuniam alloquens ait. Tu Pœtum ad Pharios tendentem linthea portus, Obruis inſano, terq; quaterq; mari. Idem. Poſitaq; in gurgite vita / Pœtum ſponte tua vilis arena tegas. Idem. Huic fluctus viuo radicit⁹ abſtulit vngues, Et miſer inuiſam traxit hiatus aquam. Hunc paruo ferri inuidit nox improba ligno / Pœtus vt occcideret, tot coiere mala.

39 Argynus ¶ Argynus puer formoſus (quem Agamẽnon habebat in delicijs) itidem ſubmerſus eſt. Idem propertius Lib. 3. Sunt Agamẽnonias teſtantia litora curas. Qua notat Argyni pœna minantis aquæ.

40 Quitianus QVintianus prȩſes (ſub quo paſſa eſt beata Agatha) dum flumen cum equis tranſiret, ab eorum vno excuſſus, et in aquas proiectus, miſeram exhalauit animam.

41 Martyres ¶ Multi quoq; ex martyribus eodem mortis genere extincti ſunt. vt Aſcla / Anaſtaſi⁹ Aqleiẽſis / Florian⁹ / Heſychi⁹ ſub Diocletiano, Theogenes ſub Licinio, Claudi⁹ Tribun⁹ ſub Numeriano, Calixt⁹ Papa ſub Alexãdro Imperatore, Symphoroſa ſub Adriano. Itẽ Appolloni⁹ / Philemon, Baſſus / Antonin⁹, Protolycus apud Alexãdriã, Calixtus et Cariſius apud Corinthũ / Iocũdianus apud Africam / Palatin⁹ et Maxima virgo / et infiniti alij hac morte cœleſtem meruerunt lauream.

42 Roxana ¶ Roxana & Statyra Darii filia duæ fuerunt Alexandri vxores ſeu concubinæ. Quarum alteram Roxanam prȩgnantem Statyra in puteum demerſit, ſolo ducta liuore, quod Macedones prȩcipuis honoribus eam cumularẽt. Author Plutarch⁹ in Alexandro.

¶ Qui ſuis caſibus aut naufragio nomina aquis impoſuerunt.

Aegeus Athenienſium rex / mari Aegęo.
Erithra rex / mari Erithrȩo ſeu rubro.
Helle ſoror Pryxi / Helleſponto.
Icarus Dędali filius / Icareo
Myrtilus auriga Oenomai / Myrtoo.
Heſperides puellæ / Heſperio.

Tyrrhenus rex Lydorum, Tyrrheno.
Tyberinus Rex/ Tyberi fluuio Thuscorum
Euenus Eueno.
Marsyas tibicen/ Marsyę.
Anius Rex Thuscorum, Anioni, qui et Anienus et Anien dicitur.
Absyrtus frater Medeę, Absyrto Colchorum.

Occisi a diuersis animantibus.

Occisi et Discerpti ab Equis

1	Hippolytus	6	Neocles	11	Licinius Imperator
2	S. Hippolytus	7	Brunechildis	12	Pyrrechmes
3	Glaucus	8	Comminius	13	Abderus
4	Metius	9	Taraxippus		
5	Diomedes	10	Limone		

1 Hippolytus

HIppolytus falso accusatus et suspectus stupri Phędrę nouercæ illati, dum patris Thesei furorem fugeret, arrepta fuga ab equis discerptus est. Ouidius Lib. 15. Meta.

Excutior curru, lorisq; tenentibus artus/
Viscera viua trahi, neruosq; in stirpe teneri/
Membra rapi partim/ partimq; reprensa relinqui,
Ossa grauem dare fracta sonum/ fessamq; videres.
Exhalare animam, nullasq; in corpore partes
Noscere quas posses, vnumq; erat omnia vulnus, Idē Lib. 3. Fast.
Hic latet Hippolytus loris discerptus equorum,
Vnde nemus nullis illud aditur equis. Idem Lib. 5.
Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem.
Dum consternatis diripereris equis. Ididem Lib. 6.
Excíderat curru, lorisq; morantibus artus,
Hippolytus lacero corpore raptus erat. Idem in Ibin. Vel tua (ne pœnę gen⁹ hoc cognouerit vn⁹) Viscera diuersis scissa trahant equis. Sabin⁹ ī Epla Demophoontis ad Phyllidē. Non fratrē Hippolytū: cecidit miserabilis ille Pręceps attonitis per freta raptus equis. Seneca in Hippolyto. Late cruenta arua, et illisum caput Scopulis resultat, Auferunt dumi comas, Et ora durus pulchra populatur lapis, Peritq; multo vulnere infelix decor, Moribunda celeres membra peruoluunt rotæ.

¶ Fuit alter Hippolytus martyr Romanus, qui pro Christi nomine sub Decio prīcipe, indomitis idem equis alligatus et discerptus/ spiritum deo reddidit, 2 Hippolytus

GLaucus filius Sisyphi (qui apud Potniam regnauit) dum equas humana carne aleret, ab eisdem postremo deuoratus est. Virg. Lib. 3. Geor. 3 Glaucus

Scilicet ante omnes furor est insignis equarū, Et mentē Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigę.

¶ Metius Suffetius dux Albanorum quoniā in bello Fidenatium pactū et fœdus societatis cum populo Romano perfide ruperat, captus postmodum viuus qudrigis in diuersa nitentibus laceratus est, iussu Tulli Hostilij. Author Liuius, et post Liuium Gellius Lib. 20. Cap. 1. Vñ. Virg. Lib. 8. Aene. Haud procul inde citæ 4 Metius Suffetius

Metum

Metũ in diuerſa quadrige/Diſtulerant. At tu dictis Albane maneres. Raptabatq; viri mendacis viſcera Tullus Per ſyluas, ſparſo rorabant ſanguine vepres.

5 Diome. ¶Diomedes rex Thracię, dum equos ſuos humana carne aleret, ab Hęrcule illac iter faciẽte equis ipſis dat⁹ eſt ĩ pabulũ. Ouidi⁹ĩ Ibin. Vt qui Threicii quõdã prę ſepia regis Fecerũt dapibus ſanguinolẽta ſuis. Seneca. Suiſq; regem pabulum armẽ tis datum. Claudianus. Diraq; ſanguinei vertit præſepia regis, Et Diomedęos gra mine pauit equos.

6 Neocles ¶Neocles Themiſtoclis filius equi morſu iteriſt. Author Plutar. ĩ Themiſtocle.

7 Brunechil dis ¶Brunechildis Francorum regina, poſt multa flagicia ſpectante Clotharío, indo= mitis equis allígata, et membratim diſcerpta eſt. Hoc ſcribitur in hiſtoria Ado= nis Viennenſis.

8 Commi= nius Comminius a Gidica nouerca ſtupri falſo accuſatus, metu Pomminij pa= tris currum conſcendit, et in fuga more Hippolyti ab equis raptim diſtra ctus eſt. Doſitheus apud Plutarchum

9 Taraxip. ¶Cælius Lib. 11. Lectionum antiquarum ſcribit Taraxippum quendam fuiſſe in

10 Iſthmo/ab equis interremptum.

Limone ¶Limone puella adulterij comperta, ab Hippomene patre data eſt equo famelí= co deuoranda. Ouidius in Ibin. Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam, Et tua dente ferox viſcera carpat equus. Idem in eodem opere. Vtq; nouũ paſſa eſt gen⁹

11 Licinius Hippomeneia pœnę, Tractus in Actęa fertur adulter humo. Sic vbi vita tuos iuiſa relíquerit artus, Vltores rapiant turpe cadauer equi.

12 Pyrrech = mes ¶Licinius Imperator quum Herinam virginem filiam ſuam (q̃ Chriſtiana eſ= ſet) equis dediſſet conculcandam, ab eorum vno/morſu interfectus eſt.

13 ¶Hercules regem Euboiæ Pyrrechmem Eœotijs bellum inferentem, victum equis diſcerpẽdum expoſuit/apud Heraclium fluuium. Author Plutar. in Parall. ¶Abderus vnus fuit eorum, qui ab equis Diomedis Thracię regis intetfecti ſunt et deuorati. Author Aegidius Maſerius in Valerii Argonautica.

Mortui equorum lapſu.

1	Nipheus	3	Thymœtes	7	Bellorophon
2	Leucagus		Amycus	8	Seleucus
	Ligeris	4	Antonius vicus	9	Philippus rex
	Clonius	5	Agenor	10	Falco
	Remulus	6	Bela		

1 Nipheus NIpheus. Virgili⁹ Lib. 10. Quin Ecce Niphei Quadrijuges ĩ equos, aduer ſaq; pectora tendit. Atq; illi longe gradientem et dira fremẽtem Vt vide= re, metu verſi retroq; ruentes Effundũtq; ducẽ, rapiuntq; ad litora curr⁹.

2 Leucagus Ligeris ¶Leucagus. Virg. Excuſſus curru moribundus voluitur aruis. ¶Ligeris frater Leucagi eodem quoq; modo excuſſus eſt. Idem Virgilius ibidem. Frater tendebat inermes Infelix palmas, curru delapſus eodem.

Clonius ¶Clonius. Ibidem. Illum infrenis equi lapſu tellure iacentem Obtruncat.

Remulus ¶Remulus. Idem Lib. 11. Orſilochus Remuli (quando ipſum horrebat adire) Haſtam intorſit equo, ferrumq; ſub aure reliquit. Quo ſonipes ictu furit arduus, altaq; iactat Vulneris ĩpatiẽs arrecto pectore crura. Voluitur ille excuſſus humi.

3 Thym. œ ¶Thymœtes quoq; equo ſuo excuſſus in bello interfectus eſt Idẽ Virg. Lib. 12. Et ſternacis equi lapſum ceruice Thymœtem, Amycus. Idem Virg. in eodem. Turnus equo deiectum Amycum/fratremq; Diorẽ Congreſſus pedes/ hunc ve=

Antonius

nientem cuſpide longa/Hunc mucrone ferit.

¶Antonius Vicus. Pamphilus Saxus. Non equus Antoni ſæua te morte peremit 4
Vice, licet corp⁹ preſſerit ille tuum. Frena trahēs/ſed tu mortis tibi cauſa fuiſti. Nō Antonius
poteras fato candidiore mori.

¶Agenor lapſu equi inſerta ori manu extinctus eſt. Ouidius in Ibin. Vtq; loquax 5
in equo eſt eliſus gutture Agenor, Sic tibi claudatur pollice vocis iter. Agenor

¶Bela rex Pannoniorum, frater Andreæ, et filius Vazulis regum, deceſſit lapſus 6
equo/membris luxatis et dilocatis, anno regni ſui tercio. Bela

¶Stenobæa Prœti vxor quum Bellorophontem ad coitum non poſſet inducere, 7
eum coram marito ſtupri poſtulauit. Stenobeæ verbis fidē adhibēs Prœtus Bel= Belloro.
lorophontem periculis obiecit, ac primum ad ſuperandam Chimeram miſit. Quā
quum viciſſet, elatus victoria in cœlum Pęgaſo equo alato voluit conſcendere. Sed
vlciſcente Nemeſi decidit. Ouidius in Ibin. Quiq; ab equo præceps alienis decidit
aruis, Exitio facies cui ſua pene fuit.

¶Seleucus Calinicus Antiochi cognomento dei filius, & Syrię rex ex equo lapſus 8
exceſſit. Seleucus

¶Lego ī hiſtoriis Gallorū philippū Ludouici Craſſi filiū, equi lapſu itidē perijſſe. 9
¶Fulco Andegauēſium comes, quintus rex Hieroſolymarum, equo in caput ver= Philippus
ſo occubuit, quum regnaſſet annis vndecim. 10
Fulco

¶Occiſi a ſerpentibus.

1	Laocoon	6	Tillo	11	Oreſtes
2	Eurydice	7	Canopus	12	Idmon
3	Heſperie	8	Ampycides	13	Cleopatra
4	Orion	9	Demetrius phal.		
5	Opheltes	10	Euryalus.		

¶Laocoon Troianus percuſſa in vterum fatali machina, pœnā luiſſe dicitur, duo= 1
bus filijs a ſerpentibus occiſis. Quibus dum præſidio eſſe vellet, eadē perijt morte. Laocoon
Virg. Lib. 2. Aene. Illi agmine certo Laocoonta petunt, & primum parua duorum
Corpora natorum ſerpens amplexus vterq; Implicat, & miſeros morſu depaſcitur
artus. Poſt ipſum auxilio ſubeuntem & tela ferentem Corripiunt/ſpiriſq; ligant in=
gentibus, Et iam Bis mediū amplexi, bis collo ſquamea circum Terga dati/ſuperāt
capite et ceruicibus altis. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos, Perfuſus ſanie
vittas, atroq; veneno. Ouidi⁹ in Ibin. Q̃z puer Hypſiphiles, q̃ qui caua prim⁹ acuta
Cuſpide, ſuſpecti robora fixit equi.

¶Eurydice Orphei vxor Ariſteum (a quo adamabatur) fugiens/morſu colubri 2
in herba latentis interfecta eſt. Orpheus apud Oui. Lib. 10. Cauſa vię eſt coniunx, Eurydice
in quam calcata, venenum Vipera diffudit, creſcenteſq; abſtulit annos. Idem. Oc=
cidit in talum ſerpentis dente recepto. Idem in Ibin. Nē ve venenato leuius feria=
ris ab angue, Q̃z ſenis Oeagri/Calliopeſq; nur⁹. Pōtan⁹ Lib. 3. de Stellis. Si quęras
forte Eurydicen, per gramina læta Errantem, atq; anguis de vulnere multa gemē=
tem, Paulatimq; vdo claudētem lumina ſomno. Item Quintian⁹ in Cleopoli. Hic
iacet Eurydice calcato extincta colubro.

¶Heſperie puella Aeſacū Priami filiū (a quo itidem adamabatur) fugiens, ſer= 3
Heſperie

pentis morſu periſt. Ouidi⁹ Lib. 11. Meta. Ecce latens herba coluber, fugientis ad-
4 unco Dente pedem ſtrinxit, vulnuſq; in corpore liquit.
Orion ¶Orion cum ſe iactaſſet, nullum a terra monſtrum produci poſſe, quod non con-
ficeret, terra ipſa peperit/ſcorpionem/a quo interfect⁹ eſt. Ouidi⁹ Lib. 9. Quis fata
putaret Scorpion aut vires maturę mortis habere? Ille minax nodis, et tetro verbe-
re ſeu⁹/ Teſte tulit cœlo victi decus Orionis.
5
Opheltes ¶Opheltes (qui alio nomine Archemor⁹ dicitur) fili⁹ Lycurgi regis Nemeę, dū
negligenter ab Hypſiphile nutrice cuſtodiretur, ſerpētis morſu extinctus eſt. Ouí-
dius ī Ibin. Q̃z puer Hypſiphiles, q̃ qui caua prim⁹ acuta Cuſpide/ſuſpecti robora
fixit equi. Statius Lib. 2. Syluarum. Sic et in anguiferæ ludentem gramine Lernæ,
Pręciſum ſqamis auidus bibit anguis Opheltem. Idem Lib. 5. Theba. Occidis ex-
tremæ diſtrictus verbere caudę Ignaro ſerpente puer.
6
Tillo ¶Xanthus Hiſtoriarum author, tradit apud Plynium Lib. 25. Tillonem a draco-
ne interfectum, ac demum herba (quā Balim dicunt) reſtitutum ſaluti.
7
Canopus ¶Sulpitius ī Lucanum ait Canopum Gubernatorē nauis Menelai, Aſpidis morſu
apud Canopum Aegypti vrbem, occiſum.
8
Ampyci. ¶Politianus in Nutricia ſcribit Ampycidem in Lybia ſerpentis morſu interfectū,
vbi ait. Ampycidemq; pium, Lybicis quā ſtrauit arenis Vipera, fatifero fauces ac-
cenſa veneno.
9
Demetri⁹ Phalereus ¶Demetrius Phalereus auditor Theophraſti, et præfectus Bibliothecæ Ptole-
mæi Soteris, exceſſit ex morſu Aſpidis.
10
Euryalus ¶Ouidius ī Ibin ſcribit Euryalum quēdam fuiſſe, qui a ſerpētibus ſit comeſtus,
vbi ait. Aut velut Euryali, q̃ ſcœptrū cepit ab illo, Sint art⁹ auidis anguib⁹ eſca tui.
11
Oreſtes ¶Oreſtes furore liberatus/quum Thiſamenem filium imperio Mycenarum ſuf-
feciſſet, ſerpentis itidem morſu periſt. Ouidius in Ibin. Vtq; Agamēnonio vulnus
dedit anguis Oreſti, Tu quoq; de morſu virus habente cadas.
12
Idmon ¶Seneca in Medea ſcribit Idmona a ſerpente in Libya cæſum, ibiq; ſepultum, vbi
ait. Idmonem (quamuis bene fata noſſet) Cōſcidit ſerpens Lybicis arenis. Ouí-
dius tamen ſcribit ab apro interfectum, vt poſtea docebimus.
13
Cleopatra ¶Iam diximus Cleopatram ab Auguſto ſuperatā, mordēdum Aſpidi porrexiſ-
ſe brachium, ne in triumphum duceretur, Propertius Lib. 3. Brachia ſpectaui ſacris
admorſa colubris, Et trahere occultum membra ſoporis iter.

¶Occiſi ab Apris.

1	Adonis	3	Idmon	5	Bruthes
2	Dędalus	4	Anceus		

1
Adonis ADonis Cynaræ ex Myrrha filius, Veneri ob formā chariſſimus/dum ve-
naretur, ab apro interfect⁹ eſt. Ouidius Lib. 10. Meta. Fixerat obliquo iu-
uenis Cynareius ictu, Protinus excuſſit pando venabula roſtro/Sanguine
tincta ſuo, trepidumq; et tuta petentē Trux aper inſequitur, totoſq; ſub inguine dē-
tes Abdidit, et fulua moribundum ſtrauit arena. Properti⁹ Lib. 1. Teſtis qui niue-
num quōdam percuſſit Adonim, Venātem Idalio vertice durus aper. Pamphil⁹.
Quē ferox ſyluis aper in iugoſis Dēte peremit. Idē. Nō quē ſęuus aper crudeli dē-
te peremit/Venantē Paphiæ vulnera ſæuą deæ. Auſonius. Cædis Adonęæ ma-
la gloria fulmineus ſus.
2
Dędalus ¶Martialis Lib. 1. ait Dędalum quēdam feris obiectum/ab apro laniatum fuiſſe.
Dędale Lucano quū ſic lacereris ab apro, Q̃z cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

Idmonem

¶Idmonem vatem licet Seneca dícat a ſerpente interfectum, Ouidius tamen in Ibin, et Polítianus in Nutrícia, ab apro occiſũ volunt. Ouidius ſic. Quiq; Lycurgidẽ laniauit ab arbore nactũ/Idmonaq; audacẽ, te quoq; rũpat aper. Sic Polítian⁹. Quid ve loquar te Glauce ſenex, Plenumq; parente Idmona/fulmínei proſtratum dentíbus apri? 3 Idmon

¶Anceus fílius Aſtypaleę Phœnícis & Neptuní fílię, rex Sami/dum vellet occídere aprum agros ſuos vaſtantem, ab eodem eſt ínterfectus. 4 Anceus

¶Bruthem Lycurgi fílium ex arbore detractũ aper laniauit. Ouidi⁹ in Ibin. Quíq; Lycurgidem laniauit ab arbore nactum, Idmonaq; audacem, te quoq; rumpat aper. Volaterranus tamen facit Anceum Lycurgi fílium, Domítius vero Calderínus hoc ad Bruthem refert. 5 Brutes

¶Occíſi a Leoníbus.

1 Hyas
2 Paphages
3 Satyrus
4 Ignatius
Perpetua

HYas Atlantís ex Aethra fílius, dum venaretur, a leęna ínterfect⁹ eſt. Ouidi⁹ Lib. 5. Faſt. Dũq; petit latebras fœtę catuloſq; Leęnę, Ipſe fuit Lybicę prędа cruẽta leę. Mater Hyan, et Hyan mœſtæ fleuere ſorores, Ceruícemq; polo ſuppoſíturus Atlas. 1 Hyas

¶Paphages rex Ambracię, dum occurríſſet Leænæ catulís ſuís ſtípatę, ab eadem ínterfectus eſt. Ouidius ín Ibín. Fœta tíbí occurrat patrio popularis ín aruo. Sítq; Paphagęæ cauſa Leęna necis. 2 Paphages. 3 Satyrus

¶Satyrus et Perpetua martyres, quum nullís tormentis/nulliſq; comminationíb⁹ ab Orthodoxæ fídei cultu díuertí poſſent/Leoníbus deuotí ſunt, et ab eís deuorátí. Valeríani et Galeni temporíbus/ſub preſíde Tarnutío, Perpetua

¶Ignatius Epíſcopus Antiochenus, quũ neglectis tormentis conſtans ín fíde perſíſteret, iuſſu Traíani ímperatorís Leoníbus deſtínat⁹ eſt, et ab eíſdem preſocat⁹. 4 Ignatius

¶Occíſi a canibus

1 Línus
2 Neanthus
3 Euripides
4 Thraſus
5 Conſyngis
6 Díogenes
7 Heracletus
8 Actęon
9 Lucíanus

¶Línus fílius Apollínis ex Pſamata Crotopíj Argiuorũ regís fília, a matre apud Nemeum fluuíum expoſítus, íbídem a canibus laniatus eſt. Ouidius ín Ibín. Quiq; verecundę ſpeculantem membra Díanæ, Quiq; Crotopíadem dírípuere Línum. Statius Lib. 1. Theb. Vírídis nam ceſpite terrę Proiectũ temere/et patulo cœlum ore trahentem, Dira canum rabies morſu depaſta cruẽto Diſſecat. 1 Línus.

¶Neanth⁹ propter chelyn Apollínis temere affectatam, deo vindíce, a canib⁹ díſcerptus eſt. Polítianus ín Nutrícia. Improbus hãc ſtulte chelyn affectare Neanthus Auſus, Apollínea pendentem ſuſtulit æde. Quem tamen índocto ferientem pollíce chordas, Vindíce díſcerpſit ríctu nocturna canum vis. 2 Neanthus

¶Euripides poeta noctu rediens a cœna Archelaí regís Macedoniæ canibus 3 Euripides

a Promero quodam æmulo immiſſis, extinctus eſt. Politianus in Nutricia. Quēq; tegit rabidis lacerum pia Pella moloſſis. Ouidius in Ibin. Vtq; cothurnatum vatē tutela Dianæ/Dilaniet vigilum te quoq; turba canum. De eius morte vide Gelliū. Lib. 15. Cap. 20.

4 Thraſus

¶ Thraſus puer Delius Dianæ chariſſim⁹, a canibus itidem interfectus eſt. Ouidi⁹ in Ibin. Prædaq; ſis illis, quibus eſt Latonia Delos Ante diem rapto non adeunda Thraſo.

5 Cōſyngis

¶ Scribit Plyni⁹ Lib. 7. Conſyngem reginam propter liberiorem cū marito Nicomede rege Bithyniæ ac laſciuiorem iocum, fuiſſe interfectam a regis cane.

6 Diogenes

¶ Diogenes philoſophus deceſſit ex morſu canis eodem die, quo alexāder Macedo in Babylone mortuus eſt.

7 Heraclet⁹

¶ Heracletus philoſophus quum eſſet hydropicus, ad remedium/ſęuo bubulo ſe vnxit, atq; ſoli ſiccandum præbuit. Sepultus itaq; ſomno/a canibus laniatus eſt.

8 Actęon

¶ Actęon filius Autonoes, dum inter venandum Dianam in fonte nudam cōſpexiſſet, dea vlciſcente in Ceruū mutatus eſt, et a canibus ſuis laceratus. Ouidius in Ibin. Quiq; verecūdę ſpeculātem membra Dianę, Quiq; Crotopiadem diripuere Linū. Idem Lib. 3. Meta. Vndiq; circunſtāt, merſiſq; in corpore roſtris Dilacerāt falſi dominū ſub imagine cerui. Seneca in Thebaide. Qua peragrati celer, Per ſaxa montis iacuit Actęon ſuis Noua pręda canibus.

9 Lucianus

¶ Lucianus Sophiſta Samoſatenus, qui Traiani temporibus floruit/a canibns laniatus eſt, non ſine diuinę vltionis ſuſpicione. Nam cum primum eſſet Chriſtian⁹, a Catholica fide poſtea deficiens, religionem inſectari cœpit.

Occiſi a baliis feris.

1	Reuocatus	6	Hatto	10	Flocellus
	Felicitas	7	Euphemia	11	Germanicus
2	Milo	8	Syluanus præſul	12	Pyrene
3	Saturninus	9	Priſcus	13	Gatis
4	Crathis		Malcus		
5	Baſilius		Alexander		

1 Reuocat⁹

¶ Reuocat⁹ et Felicitas martyres, a Leopardis comeſti ſūt, imperātib⁹ apud Romanos Valeriano & Galeno, ſub Tarnutio pręſide.

2 Milo

¶ Milo Crotoniates, dū nimia roboris cōfidentia, arborem in geminas partes vellet diducere, manibus in medio conatu diſtrictis ibidē retētus eſt, et a feris comeſtus. Pauſanias apud Cęlium/ait a lupis fuiſſe deuoratū. Ouidius in Ibin. Vtq; Milo robur diducere fiſſile tentes, Nec poſſis captas inde referre manus.

3 Saturnin⁹

¶ Sarurninus Epiſcop⁹ Toloſan⁹, dum acerrime pro chriſtiana fide pugnaret, ferocis tauri cornibus alligatus/membris confractis et illiſo cerebro domino ſpiritum reddidit.

4 Crathis

¶ Legimus apud Sybarim, paſtorem fuiſſe Crathim, qui quum in libidinem eſſet procliuior, capellam omnium formoſiſſimam deperire cœpit. Quūq; Veneris incendio acrius titillaretur, eam frequēter inibat, ac vti amicam grate amplexabatur, nō ſine multa ſuauiatione, Quinetiam munuſcula ei offerebat, pabulum videlicet lætius ameniuſq;. Molles quoq; ſubſternebat accubitas, quibus velut Nympha decumberet, et molli⁹ quieſceret. Quod contēplatus dux gregis Hircus, Oeſtro Zelotypię agitatus dormientem adortus eſt, eiq; ſinciput alliſit. Hoc ex hiſtoriis Grę cis aduocant Volaterranus et Cęlius.

Baſilius

¶Basilius Macedo Imperator, quum annis.20. imperasset, a ceruo in venatione percussus cornu, interijt. 5 Basilius

¶Hatto Archiepiscopus Maguntinus, a muribus in Rheno fluuio deuoratus fertur, non sine maxima diuinę vindictæ suspicione, ꝙ multitudinem pauperũ (quibus se elemosynam daturũ simulabat) tẽpore famis in horreo fecisset concremari. 6 Hatto 7

¶Euphemia virgo Philophronis senatoris filia, sub Procõsule Prisco vrsis et leonibus obiecta, ab eisdem interfecta est. Euphemia 8

¶Syluanus Tyri pręsul, sub Diocletiano imperatore, amore Christianæ pietatis, non grauatus est feris exponi. Syluanus 9

¶Priscus/Malcus/Alexander martyres apud Cæsaream Palestinæ passi sunt, sub Valeriani persecutione, et pro Christi nomine a bestijs deuorati. Priscus 10

¶Flocellus martyr/tẽporibus Antonij Imperatoris passus est apud Augustudunum, et iussu Valeriani pręsidis feris expositus, a quibus deuoratus est. Flocellus 11

¶Germanicus sub M. Antonio, et L. Aurelio Smyrnę passus est, ac post infinita prope tormẽta, bestijs obiectus, a quib⁹ fractim cõminut⁹/vitã cũ morte mutauit. Germanicus 12

¶Pyrene puella Bebrycis filia, in Pyrenęo monte ab Hercule compressa, atq; a feris ibidem laniata est et sepulta. A cuius nomine monti quoq; impositũ nomen. Pyrene 13

¶Gatis regina Syriæ (quæ postea Atergatis vocata est) piscibus data, et deuorata dicitur. Autho Antipater Tarsensis apud Volaterranum.

¶Fulminati seu fulmine percussi.

1	Enceladus	9	Autolemus	16	Zoroastres
2	Typhœus	10	Salmoneus	17	Adimanthus
3	Gygantes	11	Anastasius	18	Asopus
4	Aiax	12	Menius	19	Aurelius Carus
5	Phaeton	13	Martia	20	Chore
6	Remulus		M. Herennius	21	Prester
7	Semele	14	Tul. Hostilius		Atrax
8	Capaneus	15	Aesculapius	22	Porphyrio

ENceladus gygas terræ filius/a Ioue fulminatus est cum cæteris fratribus/ꝙ Iouem ipsum cœlo detrudere voluisset. Author Aetnę, Gurgite Trinacrio moriẽtẽ Iuppiter Aetna Obruit Enceladũ, vasti quoq; põdere mõtis Aestuat, et petulãs expirat faucib⁹ ignes. Virg. Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingentẽq; insuper Aetnã Impositã. Seneca in Hercule Oethęo. Scindetq; latus mõtis apertí Nõdũ Enceladus fulmine vict⁹. 1 Encelad⁹ 2 Typhœ⁹

¶De Typhœo Gygante. Ouidius Lib. 3. Meta. Nec quo Centimanum deiecerat igne Typhœa, Nunc armatur eo. Lucanus. Vndat apex Cãpana fremens/cui saxa vaporat Conditus Inarimes æterna mole Typhœus.

¶De cæteris Gygantibus Virg. Lib. 6. Aen. Hic genus antiquum terrę Titania pubes Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo. Seneca i Agamẽnone. Quale canebas quum Titanas/fulmine misso fregere dei. 3 Gygãtes 4

¶Aiax Oile⁹ ab expeditiõe Troiana, rediẽs/a Pallade fulminat⁹ ẽ ꝙ i ei⁹ tẽplo Cassãdrã virginẽ stuprasset. Vir. Lib. 1. Aene. Ipsa iouis rapidũ iaculata e nubib⁹ ignẽ, Disiecitq; rates/euertitq; ęquora vẽtis. Illũ expirãtẽ trãsfixo pectore flãmas Turbie corripuit, scopuloq; ifixit acuto. Sylli⁹. Li. 14. Qualis Oilides fulmẽ iaculãte Mi- Aiax

nerua, Surgentes domuit fluctus ardentibus vlnis. Valeri. Flaccus Lib. 1. Argon. Et tortum non a Ioue fulmen Oileus. Ouidius in Ibin. Vtq; ferox perijt, et fulmine & æquore raptor, Sic te merſuras adiuuet ignis aquas. Politian⁹ in Ambra. Diſtectaſq; rates, patriumq; a Pallade miſſũ Fulmen, Oiclidemq; ignes & ſulphura fixo Pectore Proflantem. Seneca in Medea. Fulmine et ponto moriens Oileus.

5 Phaeton

PHaeton Solis & Climenes filius/dum currum patris temere regẽdum ſuſcepiſſet, equis inſolitum aurigam non audiẽtibus, fecit/vt totus cõflagraret mundus. Ac propterea fulmine percuſſus, in Padum cecidit, qui ab eo Phaetontęus dicitur. Lucretius Lib. 5. Ignis enim ſuperauit, & ambiẽs multa peruſſit, Auia quum Phaetõta rapax vis Solis equorũ Aethere raptauit toto, terraſq; per oẽs. At pater omnipotẽs ira tũ percit⁹ acri, Magnanimum Phaetonta tepenti fulminis ictu Deturbauit equis in terram. Claudianus in quartum Conſ. Honorij. Sęuiretq; dies, terramq; et ſtagna propinqui Haurirent radij. Plyni⁹ Lib. 7. Padus a Græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaetontis illuſtratus. Idem Lib. 37. Phaetontis fulmine icti/ſorores mutatas in arbores populos poetę dixere, Ouidius in Ibin. Vt ſoror Autonoes, vt cui matertera Maia eſt, Vt temere optatos qui male rexit equos. Idem Lib. 2. Meta. Intonat et dextra libratum fulmen ab aure, Miſit in aurigam, pariterq; animaq; rotiſq; Exuit, & ſæuis compeſcuit ignibus ignes. Varro apud Fabium Lib. 1. Quum te flagrãti deiectum fulmine Phaeton. Vbi Phaeton poſuit diſſyllabũ nobis non imitandum.

6 Remulus

¶Remulus filius Tyberini regis/fulmine percuſſus eſt. Ouidius. Lib. 14. Remulus maturior annis, Fulmineo perijt imitator fulminis ictu.

7 Semele

¶Semele Bacchi mater Iouiali fulmine tacta eſt, q̃ Iouem ipſum oraſſet/vt ſecum tantus, quãtus cum Iunone iaceret. Propertius Lib. 3. Eleg. Dicam ego maternos Iouiali fulmine partus. Ouidius Lib. 3. Eleg. Tot meruere peti. Semele miſerabilis arſit. Idem in Ibin. Vt ſoror Autonoes, vt cui matertera Maia eſt, Per ſororem Autonoes Semelem intelligit.

8 Capaneus

¶Capaneus maritus Euadnes in bello Thebano fulmine percuſſus dicitur. Quod ideo fingunt poetæ, quoniam quũ ſcalis admotis muros vellet coſcẽdere, iactu lapidum ab inimicis oppreſſus eſt, Ouidius Lib. 4. Triſtium. Quum cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu. Idem Lib. 3. de Ponto. Notior eſt factus Capane⁹ fulminis ictu. Idem ad Liuiam. Hoc fuit Euadne, tunc quum feriẽda coruſcis Fulminibus Capaneus impauida ora dedit. Properti⁹ Lib. 2. Aut Capanei ſummo grata ruina Ioui. Pontanus Lib. 3. de Stellis. Capane⁹ vt turribus altis, Igne Iouis ruit, atq; vſtus deſcendit ad vmbras.

9 Autolem⁹

¶Marullus in Epigrã. mortem Autolemi fulmine percuſſi ſic deſcribit. Dixerat Autolemo flammas cõſult⁹ aruſpex Die cauendas poſtero. Credidit, et rerum dubius/de mane, ſub amnis Delituit Ethruſci vadis. Sed neq; ſic fatum effugit, Nam dum innatat Arno, Ictus crematur fulmine.

10 Salmone⁹

¶Salmone⁹ rex Elidis quũ iouis fulmen ĩ aere mẽtiretur, vt propterea crederetur deus, ab ipſo Ioue fulminat⁹ eſt. Virg. Lib. 6. Aene. Vidi et crudeles dãtẽ Salmonea pœnas, Dum flãmas Iouis, et ſonitus imitatur Olympi. Quattuor hic inuectus equis, et lampada quaſſans, Per Graium populos/medięq; per Elidis vrbem Ibat ouans, diuũq; ſibi poſcebat honores/Demens, qui nymbos et nõ imitabile fulmen Aere/et cornipedũ curſu ſimularat equorũ. At pater omnipotẽs denſa inter nubila telum Cõtorſit. pręcipitẽq; immani turbine adegit. Val, Flac. Lib. 1. Argon. Salmoneus nondum ille furens, quũ fingeret alti Quadrifida trabe, tela Iouis.

¶Anaſtaſius Imperator quum iam ſeptimum et vigeſimum imperij annū age= 11
ret, ictu fulminis percuſſus interijt. Anaſtaſi⁹

¶Menius Lycaonis filius, quum patre in lupum verſo, et domo conflagrante Iouē 12
deteſtaretur, ab eodē fulmine percuſſus eſt. Ouidius in Ibin. Vt ferus Aeolides/ Menius
vt ſanguine natus eodem/ Quo genita eſt/ liquidis quæ caret Arctos aquis. 13

¶Plynius Lib. 2. ait Martiam grauidā partu fulmine exanimato ſuperuixiſſe/ ci= Martia
tra vllum corporis incommodum. Idem ſcribit. M. Herenniū decurionem, ſereno M. Herē.
die, fulmine ictum fuiſſe. 14.

¶L. Piſo apud eundem Plynium Author eſt Tul. hoſtiliū fulmine itidem ſuffo= Tul. hoſti
catum, q̄ quędam parum rite feciſſet, et ſacrificio Iouem ipſum cœlo deuocare vo=
luiſſet. Author etiam Plutarchus in Numa Pompilio.

Aeſculapius Apollinis ex Coronide filius, Iouiali fulmine percuſſus eſt, 15
q̄ Hippolytum mortuum ad vitā reuocaſſet, vt ait Plynius Lib. 29. Cap. Aeſcula.
1. Vnde et Virg. Lib, 7. Aene. Tum pater omnipotēs aliquem indigna=
t⁹ ab vmbris Mortalem infernis ad limina ſurgere vitę, Ipſe repertorem medicinę
talis/ & artis/ Fulmine Phœbigenā Stygias detruſit ad vmbras.

¶Zoroaſtres rex Bactrianorum, Oromaſi fili⁹, et artis magicę repertor, igne quo= 16
q; cœleſti abſumptus creditur. Zoroaſtre

¶Adimanthus rex Phileſiorum, quum Iouē ſuis indignū ſacrificijs iudicaret, ab 17
eodem fulmine percuſſus eſt. Ouidius in Ibin. Quęq; in Adimāthum Phileſia re= Adiman.
gna tenentē A Ioue venerunt, te quoq; tela petant. 18

¶Aſopus Oceani filius, dum propter Aeginam filiā a Ioue ſtupratā bellum ſuis Aſopus
vndis in aſtra vellet gerere, ab ipſo Ioue fulminatus dicitur. Statius. Donec vi to=
nitru ſummotus/ et igne triſulco Ceſſit, adhuc ripis animoſus gurges anhelis, Ful=
mineū cinerē, magnæq; iſignia pœne Gaudet, et Aetnęos in cœlū afflare vapores. 19

¶Aurelius Carus quum biennio imperaſſet, in caſtris ſupra fluuium Tygridē ex= Aurelius
animatus flumine, occubuit. Author Fl. Vopiſcus 20

¶Chore filius Yſuar, cognatus Moſis/ ex leuitarum tribu natus, quum de ſacerdo= Chore
tio cum Aarone contenderet, igne cœleſti perijt. 21

¶Preſter filius Hippomenis quum deos deteſtaretur, itidem fulminatus eſt. Preſter

¶Atrax quoq; quum Doſithoem violatam a Ioue prodidiſſet, deo vlciſcente ict⁹ Atrax
eſt fulmine. De vtroq; meminit Ouidi⁹ i Ibin. Aut Iouis infeſto telo feriare triſul=
co, Vt ſatus Hippomene, Doſithoeſq; pater. 22

¶Porphyrio filius Siſyphi paternam in deos imitatus impietatem, itidem cœleſti Porphyrio
ſuffocatus eſt igne. Ouidius in Ibin. Vt ferus Aeolides, vt ſanguine natus eodem,
Quo genita eſt, liquidis quæ caret Arctos aquis.

¶Mortui ſuſpendio et cruce.

1	CHriſtus	8	Arachne		S. Petrus
2	Diſmas	9	Marſya	15	Dorotheus
3	Achęus	10	Arnulphus		Gorgonius
4	Glumerus	11	Capronia	16	Symeon
5	Hiſtięus	12	Helena	17	Zoe
6	Artayctes	13	Glaucus	18	Petrus Aulanus
7	Amata	14	S. Andreas	19	Bomilchar

20 Hanno
21 Bal. Beſtius
22 Polycrates
23 Sataſpes
24 Leonides
25 Symon puer
26 Daphitas
27 Sindualdus
28 Alexander
Epipodius
29 Claudius
Aſterius
Menon
30 S. Agricola
31 Iulia
Nemeſi⁹
Neſtor
32 Enguerrannus
33 Lymcabes
Biblis
Phyllis
Monyma
Calluce
Anaxarete
Auctolia
Bubalus
Silanus
Iudas
Erigone

1 Chriſtus

OMnium qui cruce perierunt, nemo maiore ludibrio affect⁹ eſt, nemo pluribus tormentis afflictus, nemo frequẽtioríb⁹ plagis mutilatus, q̃ intemeratæ virginis innocẽs filius. Nulla in eo peccati ſcintilla reperta eſt, nihil deliquit vnq̃, mũdus ex munda matre nat⁹ eſt. Mũde vixit, iuſticiam & æquitatem verbo ſemper & opere docuit. Neq; tamẽ puduit verpos illos et recutitos canes/liuore et inuidia tabeſcentes cauſã machinari, qua eum morti traderent. Quam licet nullam reperiſſent, agnum tamen primũ flagellis vbiq; membrorũ mutilauerunt, frontem corona ſpinea perforauerunt, faciem immundis deformauerunt ſputis/colaphis immanibus totum caput cõtuderunt, latronis more vinxerũt, vinctum ad maiorem ignominiam traxerunt compitatim, et ad extremum inter latrones veluti latronem ſuſpenderunt. Quod quũ ad mortem non putarent ſufficere, manus et pedes clauis, latus lancea confoderunt.

Illum ego de Lybica natum iurabo leæna,
Arcadiaſq; inter delituiſſe lupas,
Cui tua crux lachrymas non monerit o bone Chriſte.
Ille erit et ferro durior et chalybe.

2 Diſmas

DIſmas Aegyptius natione, vnus fuit eorum latronum, qui cũ Chriſto patibulati ſunt. Huic autem dominus in cruce pepercit, et ſtatim poſt mortem ſua clementia ad cœlum euocauit.

3 Acheus

¶ Acheus rex Lydię, quũ noua tributa a populo vellet extorquere, in factione populari ſuſpenſus eſt, pedibus ſurſũ verſũ erectis, et capite in aquas Pactoli demiſſo. Ouidius in Ibin. More vel intereas capti ſuſpenſus Acheï, Qui miſer aurifera teſte pependit aqua.

4 Glumerus

¶ Hadingus rex Danorum regreſſ⁹ e bello Suetico, vbi ærarium pecunia ſpoliſq; bellicis furto violatum comperit, cuſtodem eius Glumerum ſuſpendio affecit.

5 Hiſtieus

Author Saxo Grammaticus.

¶ Dario in Grecos bellante, Hiſtieus Mileſi⁹ ab Harpago Darij tribuno captus et crucí affixus eſt. Author Herodotus.

6 Artayctes

¶ Artayctes vir Perſa Seſti prefectus/ab Athenienſibus Xantippo Antiphronis filio duce captus/ſtipiti ſuffixus eſt. Author idem Herodotus.

7 Amata

¶ Amata Lauiniæ mater ægreferens filiam Aeneæ copulatam, quam cõtra votũ patris, Turno nuptam dari volebat, ſeipſam ſuſpẽdit, et vitã laqueo finiuit. Amabat enim Turnum, adeo/vt cum exiſtimaret eum mortuum, ad mortem ipſa cucurrerit. Virgilius Lib. 12.

Infelix pugnæ iuuenem in certamine credit.
Extinctum, & ſubito mentem turbata dolore

Se cauſam clamat, crímenq́; caputq́; malorum.
Multaq́; per mœſtum demens effata furorem/
Purpureos moritura manu díſcindít amictus.
Et nodum informis lœthí trabe nectít ab alta. Sages quoq; Turnum apud eundem ſic alloquítur. Prętera regina tui fidiſſíma, dextra Occidít ípſa ſua/ lucẽq; exterrita fugít.

8

¶ Arachne Lydía puella lanifícíj perítíſſíma /ęgreferẽs op⁹ ſuũ a Pallade (qua cũ certamen ſuſceperat) confractũ, laqueo íugulũ p̃focauít. Ouidi⁹ Lib. 6. Meta. Nõ tulít ínfelíx, laqueoq; animoſa lígauít Guttura/ pẽdentem Pallas míſerata leuauít. Atq; íta vince quídem, pende tamen ímproba/ dixít. Arachne.

6

¶ Marſya tíbícen ab Apolline victus, pependít laqueo. Quod ínnuít Ply. Li. 16. Cap. 45. Ibí ínquít Platanus oſtẽdítur, ex qua pependít Marſya victus ab Apolline. Marſya

10

¶ Arnulphus ſeptímus Gallorum ímperator, Bergamo capta/ Ambroſíum eíus locí príncípem ſuſpendío enecauít. Ambroſi⁹

11

¶ Capronía vírgo veſtalís ſtuprí comperta, ſuſpẽdío affecta eſt. Oportebat enim eas in vírgínítate perſíſteíe/ quę mínıſterío Veſtæ allegabantur. Capronía

12

¶ Helena poſt mortem Menelaí a Megapẽtho et Nicoſtrato fílíjs Oreſtís fugata, In Rhodum ad Polyzo vxorẽ Tlípoleni peruenít, Cuí quum ſuſpecta eſſet ob viri Zelotypíam, eíuſdem mãdato arborí ſuſpẽſa eſt. Author Pauſanías apud Volaterranum. Helena

13

¶ Alexander Macedo mortuo Epheſtíone (quem vnice dílígebat) Medícum ei⁹ Glaucum crucí ſuffíxít. Author Plut. in Alexandro. Glaucus

14

BEatus Andreas et Petrus pro Chriſtí nomíne arboríbus ſuffíxi ſunt. Híc ſub Nerone, ílle ſub Aegea proconſule, Híc capíte deorſum verſum demíſſo, ílle ſurſum verſum erecto. De vtroq; Ioãnes Fran. Mírandula ſic ſcríbít ín hymnís. Extenditq; alacer, fígendaq; brachía lætus Porrígít Andreas, verſaq; ſub arbore pendet. Et caput ín terram ſímílí ſub ſtípíte, Petrus Prębuít, atq; lubens protendít ín aera plantas. S. Andre. S. Petrus

15

¶ Dorotheus et Gorgonius martyres pro Chriſtíana píetate vítam ſuſpẽdío fínıuerunt ſub Dıocletíano ímperatore, mortuorumq; corpora famelícís canib⁹ obiecta ſunt, quę ílłeſa remanſerunt. Dorothe⁹

16

¶ Symeon fílíus Cleophę, poſt Iocabum fratrẽ domíní Híeroſolymarum epíſcopus, ſub Traíano ímperatore, crucís patíbulo ſpírítum emíſít. Symeon

17

¶ Zoe Nícoſtratí martyrís vxor ín furcam erecta, ıbídem cum morte vítam mutauít, partím crucís tormẽto/ partím fumo (quem carnífíces ad arboris radícem poſuerãt) ſuffocata. Zoe

18

¶ Petrus Aulanus tempore Dıocletíaní et Maxímíaní ímperatorum, ſupplício crucís vítam fínıuít, Sub Seuero preſide. P. Aulan⁹

19

¶ Bomílchar Amílcharís fílíus Pœnorum dux, veníens ín ſuſpícíonem Carthagínenſíum, cum Agathocle conſpíraſſe, ín medío foro patíbulatus eſt. Ferũt autem eum crucí íam affíxum magnís clamorıbus/ multíſq; conuícíjs, ſubdítorum íngratítudínem obíurgaſſe, et ínter clamores ſpíritum emíſíſſe. Bomílchar

20

¶ Hanno Carthaginenſís (quí Phílíppí regís Macedonum floruít ætate) quũ ob potentíam/ tyrannum vellet índuere, captus a cíuíbus/ vírgís prímum cęſus eſt, deínde effoſſís oculís, fractíſq; cruríbus et manıbus, crucí affíxus. Author Trogus. Hanno

21

¶ Val. Beſtius a. L Imbrico affíxus eſt cruci, q̃ Ruſcíum ípſíus Imbrící fílíum, ſuę

Val. Beſt.

fidei commiſſum interfeciſſet, vt ei⁹ auro potiretur. Author Ariſtides apud Plutarchum.

22 Polycrates ¶Polycrates tyrannus Samiorum, et frater Siloſōtis, quum tota vita feliciſſimus fuiſſet, ad extremum ab Oroete Perſa compręhenſus, et in furcam erectus, docuit cum Solone nihil omni ex parte beatum. Author Herodotus in Thalia et Strabo Lib. 14. Mantuanus de fortuna Gonzagæ.

Inuenies vnum (toto qui vixerit æuo
Liber ab aduerſis) Samię telluris alumnum,
Ac dominum, tanq̄ illius fortuna fuiſſet
Immemor. At vitę ſupremo in margine, totum
Accepit, plenoq; hauſit cratere venenum.

23 Sataſpes SAtaſpes Perſa Teaſpis filius, a Xerxe rege cruci affixus eſt, q̄ Zopyri filii Megabyſi filiam virginem viciaſſet, quodq; etiam totam Africam non peragraſſet, quod ſe feciſſe ad diluēdū ſtuprū dixerat. Author Herodo.

24 Leonides ¶Idem Xerxes Leonidem Spartanorū regem ac principem, bellica virture clarū iuſſit abſciſſo capite, in crucem tolli. Author Idem Herodotus.

25 Symon puer ¶Symon puer Tridentinus ſedente Sixto quarto Pont. die Veneris (quo Chriſt⁹ pro nobis in cruce immolatus eſt) a Iudęis clam compręhenſus, omnibuſq; tormētis prius affectus, demum cruci affixus eſt.

26 Daphitas. ¶Daphitas Grammatic⁹ quum reges conuiciis aſpergeret, et probris notaret, cōpręhenſus, in Thorace monte itidem erectus eſt in crucē. Vnde eſt adagium. Cauere Thoracem. Strabo apud Eraſmum.

27 Sinduald⁹ ¶Narſes Rex Italiæ Sindualdum Britānorum regem prius victum, donatumq; venia, quum iterum rebellaſſet, captum, in trabe ſuſpendit. Author Paulus Diaconus Lib. 2. de geſtis Longobardorum.

28 Alexāder ¶Alexander et Epipodius martyres paſſi ſunt apud Lugdunum ſub Antonio vero, et pro Chriſti nomine patibulo crucis affixi.

29 Claudiu Aſterius Menon CLaudius quoq;, Aſterius, et Menon, dum Chriſtianam profiterentur religionem, et gentilem infectarentur hęreſim, poſt multa ſupplicíorum genera, tandem in crucem erecti ſunt, eaq; morte ſpiritum domino reddiderunt.

30 S. Agrico. ¶S. Agricola Vitalis magiſter, itidē pro fide Orthodoxa, ſuffixus eſt patibulo, temporibus Diocletiani et Maximiani imperatorum.

31 Iulia Nemeſius Neſtor ¶Iulia virgo Carthaginēſis, dum idola et ſimulachra deorum contemneret, Chriſtianamq; profiteretur religionem, eodem mortis genere animam efflauit. Nemeſius martyr ſententia Aemyliani iudicis apud Aegyptum inter Latrones patibulatus eſt. Neſtor epiſcopus eandem ſubiit mortē ſub Decio imperatore, et Pollione pręſide.

32 Enguerrā. ¶Ludouicus Hutinus Philippi Pulchri filius rex Gallorum, Enguerrānum quēdam inter Gallos authoritate & opibus pollentem crucifigi fecit.

33 Alij PLeriq; alij vitā ſuſpendio et furca clauſerūt, vt Lycambes, Biblis, Phyllis, Monyma Mithridatis vxor, Calluce, Anaxarete, Auctolia, Bubalus, Silanus. T. Manlij filius, Iudas, Erigone. De quibus quoniam iam ſum⁹ locuti, nihil hic repetemus.

¶Mortui ſiti & fame

Eriſicthon

1 Eriſicthon
2 Pauſanias
3 Siſigambis
4 Euriſthenes
5 Vgolinus
6 Neocles
7 Ariſto
8 Chœrilus
9 Ricard⁹ ſecund⁹
10 Cleantes
11 Pomponius
12 Gabinus
13 Orator Fortunatus
14 Felix.
Silinus
Murita
15 Thales
16 Benedictus ſextus
17 Boniface

ERriſicthon, vt iam diximus, propter neglecta Veneris ſacra ad tãtam famem adactus eſt, vt propria mẽbra corroſerit. Ouidius Lib. 8. Sic epulas oẽs Eriſicthonis ora profani Accipiũt, poſcuntq; ſimul. Cibus oĩs in illo Cauſa cibi eſt, ſemperq; locus fit inanis edendo. 1 Eriſicthon

¶ Pauſanias ab Ageſilao patre inedia cõſumptus eſt, quod pecuniam a Xerxe accepiſſet, vt Spartam proderet. Author Chryſermus apud Plut. 2 Pauſanias

¶ Siſigambis Darij Perſarum regis mater inedia extincta eſt, quum cibo aliquã diu abſtinuiſſet. Curtius Lib. 4. de geſtis Alexãdri, ait eã itineris continui labore, animiq; ægritudine fatigatam, iter manus filiarum cecidiſſe. Demum Lib. 9. die quinto extinctam, quo mori ſtatuerat, cibo et luce, dedita opera ſibi ſuſtractis 3 Siſigãbis

¶ Euriſthenes a matre inedia iterfectus eſt, quod male in bello puguaſſet. Ouidi⁹ in Ibin. Obſtrictuſq; famen patiaris limine tecti, Vt legem pœnę cui dedit ipſa parens. 4 Euriſthe.

¶ Vgolinus Piſanorum comes, quum a ſuis expulſus, patriam bello oppreſſiſſet, tãdem captus per proditionem, vna cum liberis fame abſumptus eſt. 5 Vgolinus

¶ Neocles Sicyoniorum tyrãnus, a ſuis ob crudelitatem fame et frigore extinctus eſt. Ouidius in Ibin. Aut vt oliuifera quondam Sicyone profecto, Sit frigus mortis cauſa, fameſq; tuę. 6 Neocles

¶ Ariſto poeta ab Athenienſibus fame extinctus eſt, quod ſuis carminibus eorũ laudes fuiſſet inſectatus. Ouidius in Ibin. Vt ve parũ ſtabili qui carmĩe lęſit Athenas, Inuiſus pereas deficiente cibo. 7 Ariſto

¶ Solent luculenti ſcriptores his multum glorię comparare, quos ſuis dignantur mẏnumentis. Contra vero inepti, qui ſuis modulis ſe nõ metiuntur, et multa ſupra vires audent, tantum probri et ignominię afferunt, quantum illi honoris et famæ. Propterea non verto crimini Alexandro, quod inſulſum verſificatorem Chœrilũ (quem pręconem ſuorum dedignabatur facinorum) inedia ſuffocauerit, dicente eodem Ouidio. Incluſuſq; necem cauea patiaris, vt ille Non profecturæ conditor hiſtorię. 8 Chœrilus

RIcardus Secundus Eduardi filius, puer admodum ab Anglis fame extinct⁹ eſt, q̃ inutilis regno videretur. O durę ceruicis populũ, cui ſemper fuit moris ſecundum aut tertium quemq; regum crudeliter enecare. 9 Ricardus Secundus

¶ Cleantes philoſophus Zenonis diſcipulus, dum cibum ſibi ſuſtraheret, vt cuidam morbo (quo laborabat) mederetur, nimia inedia ſe peremit. 10 Cleanthes

¶ Pomponius Atticus Ciceronis amicus, morbo quodam in ſenectute correptus, ſeipſum abſtinentia cibi itidem ſuffocauit 11 Pompon⁹ Atticus

¶ Gabinus Preſbyter ciuis Romanus, iuſſu Diocletiani imperatoris in carcerẽ cõiectus eſt, ibiq; fame extinctus, q̃ Chriſtianam profiteretur religionem 12 Gabinus

¶ Orator Fortunat⁹, Felix, et Silinus martyres apud Alexandriã pro Chriſti nomine fame et inedia interfecti ſunt. 13 Oratores

Murita

14 Murita
¶Murita martyr ab Elpidephoro quodam Arriano in exilium missus, ibidē fame & frigore extinctus/ vitam cum morte mutauit.

15 Thales
¶Volaterranus ait Thaleta philosophū (dum Gymnicū certamen prospiceret) æstu & siti absumptum fuisse.

16 Benedict⁹
¶Benedictus Sextus pontifex/a Cincio ciue Romano in carcerem detrusus, ibidē fame enectus est, vel (vt alij volunt) strangulatus.

17 Bonifacius
¶Bonifacius Octauus dum inimicitias cum Philippo Gallorum rege exerceret, rex Sciarram Colūnienſem in eū misit, qui captū pōtificē in carcere fame extinxit.

¶Combusti.

1	Perillus	12	Almericus		Dido
2	Macedon	13	Crominus		Euadne
3	Auiola	14	Creusa		Hercules
4	Cęsius Bassus	15	Frotho		Sardanapalus
5	Eustathius	16	Phalaris		Catulus Luctatius
	Theophita	17	Nicias		Asdrubal
6	Plynius secundus	18	Pythagoras		Portia
7	Policarpus	19	Nigrinus		Dędalion
8	Valens	20	Laurentius		Brotheus
9	Ioanna puella		Tyburtius	23	Pleriq; martyres.
10	Alexander Mileſius	21	Emerita		
11	Alcibiades	22	Empedocles		

1 Perillus

PErillus rogatus a Phalaride tyrāno Agrigentino, vt nouum tormēti gen⁹ ad plectendos reos cōminiſceretur, taurum æneum excogitauit, quo iclusi flammis ſuppoſitis perirent. et boum mugitus imitarentur. Quam pœnam primus expertus eſt. Ouidius in Ibin. Aere Perillæo veros imitere iuuencos, Ad formam tauri cōueniente ſono. Idē Lib. 5. Triſtium. Ipſe Perillæo Phalaris permiſit in ære Edere mugitus, et bouis ore queri.

2 Macedon
¶Macedon mulier (a cuius nomine Macedonia dicta eſt) igne cœleſti vna cum marito abſumpta eſt. Ouidius iu Ibin. Vt Macedon icta eſt rapidis cum coniuge flammis, Sic precor ætherei vindicis igne cadas.

3 Auiola
¶Scribit Plynius Lib. 7. Natu. Hiſto. Auiolam cōſularem in rogo reuixiſſe. Sed quoniam ſubueniri non poterat, prędualente flamma viuum fuiſſe crematum.

4 Cſęi⁹ baſ.
¶Fama eſt Cęſium Baſſum poetam lyricum in ſuis prædijs ardente Veſæuo/lateq; vagantibus flammis, cum villa ſua conflagraſſe.

5 Euſtathius Theophi.
¶Euſtathius Traiani aulicus, dum ceruum in venatione ſectaretur, viſo inter ei⁹ cornua/crucis ſimulachro/auditaq; hac voce, Cur me perſequeris, ſtatim conuerſ⁹ eſt vna cum Theophita vxore. Quod vbi poſtea reſciuit Traianus, ambos in tauro æneo comburi fecit.

6 Plynius Secundus
¶Plynius ſecundus quum nihil in maiore negocio haberet, q̄ rerum naturalium cauſas ſcrutari, periit in Veſęui montis incendio/ dum rationem vellet inquirere.

7 Polycarp⁹
¶Policarpus Ioannis diſcipulus et Smyrnæ præſul, pro Chriſtiana pietate palam et ſpectante populo in Amphitheatro cōbuſtus eſt.

8 Valens
¶Valēs Imperator frater Valentiniani, prælio ſuperat⁹ a Gothis, in tugurio (quo ſpe ſalutis confugerat) ab eiſdem crematus eſt.

Carolo

CArolo ſeptimo Gallis principante/dum barbara Anglorum natio bonã Gallię partem furibunda peruagaretur, poſt aliquot calamitates, ſui tandem populi miſertus dominus, puellam ad ſubſidium miſit, tanto ſpiritu puellam, tantaq; virtute, vt inſtar Amazonis armata/et copiarum ductrix, inimicos parta elatos victoria/et iam nihil ſibi non promittentes inuaſerit/repreſſoq; ſupercilio/potenter expugnauerit, factum quidem primis inauditum ſeculis. Quod licet diuina contigerit voluntate, neq; tamen erubuit Ioannes Lucemburgus, viliſſimum ingratitudinis mancipium/eam inimicis prodere, neq; illi flammis impie deuouete. Quod vt ſine odii nota/et liuoris ſuſpicione, ſeruata æquitate viderentur feciſſe, magicę artis fœminam poſtulauerunt, ſubornauerunt q;, qui teſtimonijs et iuramento veneficam et ſortilegam eſſe contenderent/et palam faterentur. Sed haud dubie non eſt mirum gẽtem illam ſęuiſſe in externos/quę ſuorum quoq; vitam nunq̃ pluris quam porcorum æſtimauit. Quid torpetis Gallorum ingenia? Quid Epimenidis ſomnum veſtræ indormitis ignauiæ? Non rependetis beneficium puellæ, quæ magno capitis ſui periculo regni veſtri ſalutem procurauit, quæ tandem ſe flammis expoſuit, vt vos ab hoſtili redimeret incendio? Hãc ei notã ꝓmittetis inuri? Ei⁹ nomẽ a mortalitate nõ vindicabitis? Carnificũ iniquitatẽ nõ inſectabimini? Sepultã relinq̃tis puellę inocẽtiã? Nõne tãtũ laudis apud vos meruit, quãtũ apud Romanos Chœlia? Hec vim Porſenę fugit, illa furias Anglorũ fugauit. Vtrã maiore præconio dignã putatis? Erim⁹ nimirũ ſomnolentiores gliribus, ſi tantũ facinus, tantam virginis virtutem in obliuionem cadere permiſerimus. Habeo tibi gratiã Valerande Varanie vir doctiſſime, tuũq; nomẽ nudo ſẽper capite/& multa honoris præfatione reuerebor, q̃ primus omniũ puellæ patrocinium deſumpſeris, eiuſq; manes ab eorũ rabie (qui mortuos allatrant, et cum laruis luctãt) cõſeruaris potẽtiſſime. Non poteras regno vtili⁹/et apti⁹ tuis muſis moliri negociũ. Alexander Mileſius/Polihiſtor cognominatus/libertus Cor. Lẽtuli grammaticus, apud Laurentes ex icendio crematus eſt Syllæ temporibus. Author Suidas apud Volaterranum. 9 Ioanna puella 10 Alexãder Mileſius

CAlcibiades Clyciæ filius, dũ in Phrygia ab Athenienſibus exularet, percuſſorũ (qui immiſſi fuerant) decreto/viuus in cubiculo crematus eſt. Ouidius in Ibin. Clyciadæq; modo circundatus ignibus atris, Mẽbra feras Stygię ſemicremata neci. 11 Alcibia.

CInnocentius tertius iuſſit Almericum hęreticũ (qui dicebat Ideas in mente diuina creare, et creari) apud Luteciam comburi. 12 Almeric

CClotarius rex Gallorum, cum Conabro Britonum duce bellum gerit, victumq; interfecit/et Crominum eius filium nothum, vna cũm vxore ac liberis cremauit. 13 Cromin⁹

MEdea ægre ferens ſe ab Iaſone relictã, ſibiq; Creuſam ſeu Glaucã Creontis filiam ſuperinductã fuiſſe, nouę nuptæ dona quędã miſit nuptialia, quę eidem & toti domui incẽdium attulerunt. Propertius Lib. 2. Aſpice quid donis Eriphyla iuenit amaris, Arſerit et quãtis nupta Creuſa malis. Nigidius tamẽ apud Maſerium ait Corinthi fontem eſſe Glaucen nomine, in quem ſe illa præcipitauit, quum aduerſus Medeę veneficia igneſq;, id ſibi ſperaret profuturum. 14 Creuſa

CSaxo Lib. 7. hiſtoriarum Danicarum ait Frothonem regem incẽdio conſumptum fuiſſe, & in antro (quo cõfugerat) flamma & fumo fuiſſe ſuffocatum. 15 Frotho

PHalaris tyrãnus Agrigentinus, dum ciues ſuos multis torqueret ſupplicijs, a populo vna cum liberis et cõiuge crematus eſt, et i eodẽ tauro (quo reos puniebat) lege talionis ſuffocat⁹. Ouidius in Ibin. Vtq; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta/More bouis Paphio clauſus in ære gemas. 16 Phalaris

Nicias

17 Nícias ¶Nícias fuit inter venatores quíſpiam venandí ardore cõcitatior, dum feras im-
miſſis canibus ardẽtius ſectaretur, in carbonariam pręceps decidit fornacem. Au-
18 thor Cælius.

Pythago. ¶Plutarchus ſcribit Pythagorã philoſophũ viuum fuiſſe a Cyloníjs exuſtũ. La-
ertius ait hoc factum fuiſſe in Nícoclís Crotoníatę domo, a quodam, quem í diſcí-
19 plínam admittere noluiſſet.

Nígrínus ¶Nígrínum quendam Ammíanus Marcellín⁹ fuiſſe ſcríbít, qui propter excitatũ
20 bellum viuus ſit exuſtus.

Laurenti⁹ Tyburtius LAurentíus et Tyburtíus martyres pro Chriſtí nomine íncendíum volen-
tes pertulerunt. Io. Fr. Mírandula Lib. 2. Hymnorum. Iucunda íncen-
día Laurẽs Suſcípit, Empyrea multum írroratus abvnda, Atq; per arden-
tes prunas illæſus abíbat, Maíores ín corde ferens Tyburtíus ígnes.

21 ¶Emerita Lucíí Anglorum regís ſoror, pro Chriſtíana ítidem píetate flãmis ex
Emerita tíncta / ſpirítum domíno reddídit.

22 FVerũt et alíi permulti, qui íncendio fíníuerũt vítam, vt Empedocles / Dí-
Empedo. do / Euadne / Hercules / Sardana palus / Catulus Luctatíus / Aſdrubal, Por
tía / Dędalíon / Brotheus. Quorum mortem reperíes ín eorum Hiſtoría,
quí ſe occíderunt.

23 MArtyrum quoq; plurimi hoc mortis genere vítam relíquerunt, vt cœ
Martyres leſtem ſíbí compararẽt Lauream, vt Tymeon epíſcop⁹ / Chriſta / Ca-
líxta / Claudíus Caíj papę fratrer / Chíonía Anaſtaſię ancílla / Thedu-
lus / Alexander / Arſení⁹ / Anaſtaſía / Amonius / Aram Tharę fílius /
Apolonía / Agathon Baſſíaní ſocíus / Agape / Antonía vírgo / Amã-
tíus / Getulíus / Cerealís / Aphra meretrix / Barnabas díſcípul⁹ / Creſcẽtían⁹ / Speu-
ſípp⁹ / Seuerianus / Symphroní⁹ / Soſthenes / Victor / Dioſcor⁹ / Eulogí⁹ / Fructuoſ⁹ /
Aemylius / Petrus Díocleciani cubicularíus / Pulío / Potamiena vírgo / Peleus / Fau
ſta / Fauſtínus / Fidentí⁹ / Hero / Heleuſípp⁹ / Hyrene⁹ / Hylaría Aphrę mater / Ní-
cetíus / Nílus / Macarius Lybicus / Meleuſíppus / Moſceus / Mardonius / Muſon /
Macedonius preſbyter / Modeſtía / Machabæí / Marcellíanus / Marcus, et alíí plus
ſexcentí,

¶Pręcipitati.

1	Aſtyanax	6	Lycurgus	Tímagoras
2	M. Manlíus	7	Aeſopus	Meles
3	Theſſalus	8	Nauplíus	
4	Tarpeía	9	Theombrotus	
5	Lycas		Sappho	

1 Aſtyanax TRoía díruta, Troíaníſq; profligatís / ne quid ſupereſſet relíquíarũ, quod
in poſterum / vrbis & populi ruínam vlcíſceretur, Vlyſſes Aſtyanactẽ He-
ctoris fílium ín pręceps dedit / mira quídem ímmanítate. Ouídius Lib. 13.
Meta. Mittítur Aſtyanax illís de turrib⁹, vnde Pugnãtem pro ſe, proauitaq; regna
tuentem Sępe vídere patrẽ mõſtratum a matre ſolebat. Idem ín Ibín. Vt quí The-
ſęæ fallacia vela carínę Vídit, et Iliaca miſſus ab arce puer. Idem. Et vídeas quod
(iam quum flammæ cuncta tenerẽt) Hectoreus patría vídit ab arce puer. Seneca
in Troade. Pręceps vt altís cecídit e murís puer, Fleuit Achíuum turba, quod fe-
cít nefas.

M. Manlíus

M.Manlius (qui Gallos ī obsidione Capitolii obrepētes p̄ ardua depulerat) con= 2
uictus de regno occupādo consilium iniisse, damnatus e saxo Tarpeio pręceps da= M.Man.
tus est. Author apud Gellium. M. Varro. Cor. Nepos scriptum reliquit, eum ver
berando fuisse necatum.

¶ Thessalus (a quo Thessalia nomen sumpsit) Hæmonis filius, ab Euryalo quo= 3
dam aduena ex Ossa monte pręcipitatus est. Ouidius ī Ibin. Vtq; dedit saltus e sū= Thessalus
mo Thessalus Ossa, Tu quoq; saxoso pręcipitere iugo. 4

SAbinis Romam obsidentibus/quum Tarpeia virgo Capitolium prodi= Tarpeia
disset, armillarum et anulorum (quos illi gerebant) pactione/vbi in ar=
cem introducti sunt, obsequij immemores, puellam pręcipitauerunt.

¶ Lycas ab Hercule pręcipitat⁹ est/q̄ ei tunicam cruore Nessi tinctam, et veneno 5
imbutam attulisset. Lycas

¶ Lycurgus (teste Lactancio) a suis ī mare pręcipitatus est, q̄ primus mero aquā 6
miscuisset. Lycurgus

¶ Aesopus fabulator Phrygius quū venisset Delphos/ibidē furti ab æmulis falso 7
accusatus (fialam enim argenteam inter eius sarcinulas clam posuerant) de rupe Aesopus
insons præcipitatus est.

¶ Nauplius Palamedis pater quum intellexisset Diomedē et Vlyssem naufragio 8
liberatos (quibus tamen hoc malum per insidias machinabatur) seipsum pręcipi Nauplius.
tauit. Seneca. Igne fallaci moriturus Argis Nauplios præceps cadit in profun=
dum.

¶ De Theombroto/Sappho puella/Timagora/et Melete, vide in eorum histo= 9
ria/qui mortem sibi consciuerunt. Theomb.

Mortui scalarum ruina.

1 Elpenor 2 Philostratus 3 Asclepiades

ELpenor socius Vlyssis/ebrius apud Circem factus/scalarum casu perijt. 1
Martial. Lib. 11. Pene imitatus obit sæuis Elpenora fatis, Præceps per Elpenor.
longos dum ruit vsq; gradus. Ouidius Lib. 3. de Tristibus. At miser
Elpenor tecto delapsus ab alto/Occurrit regi flebilis vmbra suo. Idem in Ibin. Ne
ve gradus adeas Elpenore cautius altos/Vimq; feras vini/quo tulit ille modo.

¶ Martialis ait Philostratum, quum in balneis Sinuessanis esset, nimio hausto vi= 2
ni in ebrietatem lapsum/scalarum casu/non tūc primum/sed paulo post extictū. Philostra.
¶ Plynius Lib. 7. ait Asclepiadem medicum Prusiēsem suprema in senecta scala= 3
rū lapsu fuisse exanimatum. Sic qui ægrotis mederi consueuerat, qui e funere re= Asclepia=
tulerat mortuum/fati insidias vitare non potuit. des

¶ Absorpti terra.

1 Amphiaraus 3 Val. Torquatus Abyron
2 Curtius 4 Chore
Anchurus Dathan

¶ Amphiaraus vates dum apud Thebas prelíaretur, terræ hiatu cum curru (cui 1
insidebat) absorptus est. Propertius Lib. 2. Nō Amphiareæ prosūt tibi fata qua= Amphia.
drigæ. Idem Lib. 3. Tu quoq; vt auratos gereres Eriphyla lacertos, Delapsis nusq̄
est Amphiaraus

•eſt Amphiaraus equis. Ouidius Lib. 3. de ponto. Notus humo merſis Amphiaraus equis. Politianus in Nutricia. Quid quem impia prodidit vxor, Hoſticaq; hauſit hum⁹? Sabellicus de Inuentoribus rerum. Ignibus Oiclides viſis vētura canebat. Coniugis impulſus fatales viſere Thebas Proditione ſuæ, proh triſtia fata/ ruentem Curribus et bigis hauſerunt Tartara vatem.

2 Curtius Anchurus

¶ Quum ingens vorago Romæ paulatim excreſceret et terram abſumeret, reſpōſum eſt ab oraculo, hiatum non poſſe deſinere/ niſi quis intro ſe demitteret. Quo audito/ Curtius equo inſidens illuc deſilijt. Propertius Lib. 3. Curtius expletis ſtatuit monumenta Lacunis. Ouidius in Ibin. Atq; eques in medij mergare voragine cœni, Dum modo ſint facti nomina nulla tui. Idem fecit Anchurus Mydę regis filius, vt iam diximus in eorum hiſtoria, qui ſe occiderunt.

3 Val. Torquatus

PAulo Aemylio in Pyrrhum Epyrotarum regem rebellante, quū ab oraculo reponſum fuiſſet Romanos fore victores, ſi quis eorum in voraginem ſe demitteret, Val. Torquatus ſponte ſe obtulit. Author Critolaus apud Plutarch.

4 Chore Dathas Abyrus

¶ Chore/ Dathas/ et Abyrus quū inſurrexiſſent in Moyſē et Aaronē, excitaſſētq; populum ad auferēdum huic ſacerdotium, illi principatum, protinus (vt ſcribitur Numeri Cap. 16) dirupta eſt terra ſub pedibus eorum/ et aperiēs os ſum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis et vniuerſa ſubſtantia eorum/ deſcenderuntq; viui in infernum/ operti humo, et perierunt de medio multitudinis.

Mortui et extincti veneno.

1	¶ Claudius Cæſar	13	Lucullus	25	Seneca
2	Lotharius	14	Annibal	26	Victor
	Ludouicus	15	Aratus	27	L. Tubulus
3	Mahometes	16	Theramenes	28	Guills Veronenſis
4	Conſtantinus	17	Alexander	29	Anaxagoras
5	Zimiſces	18	Ladiſlaus	30	Ariſtobolus
6	Carolus	19	L. vectius	31	Conradus
7	Henricus Lucembur.	20	Roſimunda	32	Clemens tercius
8	Britannicus		Helmiges	33	Carolus octauus
9	Diocletianus	21	Antaris	34	Antiochus
10	Ludouicus balbus	22	Coſſinus	35	Themiſtocles
11	Socrates	23	Demoſthenes		Lucreti⁹
12	Biliotus	24	Philopœmen	36	Cleopatra
					Boudicea

1 Claudius Cæſar

COnuenit Cæſarem Claudium imperatorem veneno ab Agrippina vxore occiſum. Vbi autem, & per quem dato/ diſcrepat. Alij ab Haloto ſpadone præminiſtratum/ alij domeſtico per ipſam Agrippinam cōuiuio, quæ Boletum medicatum eidem talium ciborū auido obtulerat. Quod cōfirmare videtur. Martialis Lib. 1. Epigrā. dicens. Boletum qualem Claudi⁹ edit, edas. Et Auſoni⁹. Claudius ambiguo concluſit fata veneno. Item Plynius de Boletis loquens. Optimus inquit eſt is cibus, ſed immenſo exemplo in crimen adductus, veneno Tiberio principi per hanc occaſionē ab Agrippina cōiuge dato. Quo facto illa terris venenum alterum, ſibiq; ante omnes Neronem ſuum dedit. Cor. Tacitus Lib. 12. ait infuſum

fuſum delectabili cibo boletorũ venenũ, nec vim medicaminis ſtatim intellectã.

¶Lotharius rex Gallorũ, Ludouici quarti filius deceſſit ex veneno, ab vxore adul= 2
tera (vt fertur) præminiſtrato. Eius quoq; filius Ludouicus quintus Blanchæ cõ=
iugis opera eodem fato periit.

¶Mahometes ex Arabia ortus/ vaſtata Syria/ expugnataq; Damaſco/ ei9 regionis 3
capite/ quũ Scænitas et Arabas ſuæ adieciſſet ditioni, anno vitę 40. veneno a do=
meſticis dato periit.

¶Cõſtãtinus imperator Heraclii filius, quũ annum vnicũ rebus pręfuiſſet, Mar= 4
tinę nouercę dolo & inſidiis venenum hauſit, quo ſuffocatus eſt.

¶Ioãnes Zimiſces imperator poſt Nicephorum Phocam Cõſtantinopolim pro= 5
fectus, ibidem poſt annum imperii ſextum, et ſex menſes potionatus deceſſit.

¶Carolus Caluus imperator & Gallorum rex veneno a Sedechia medico Iudaici 6
ſanguinis dato interiit, quum Mantuæ in valetudinem incidiſſet.

¶Henricus ex Lucelburgo imperator poſt Albertũ a Clemente Põtifice deſigna= 7
tus, dum ſuperata Hetruria, Florentinis ſalutẽ iam deſperantibus immineret/ ve=
neno in Euchariſtia et precioſo Chriſti ſanguine dato periit, anno imperij quinto.
Illud autem venenum datum eſt opera Roberti Siciliæ regis.

8

IVlius Pollio tribunus, & venefica nomine locuſta. Britãnico/ iuſſu Neronis
fratris venenum dederunt bibẽdum. Quod ita cunctos eius artus peruaſit, vt
pariter & ſpiritus eius raperetur. Author Cor. Tacitus Lib. 13. 9

¶Ferunt Diocletianum e Dalmatia oriundum, poſt annum. 20. imperii ſui vene=
no extinctum. Cuius autem opera, nõ cõſtat. 10

¶Ludouicus Balbus dum biennio cum Carolo Craſſo fratre ſuo imperaſſet, vene=
no ſublatus eſt relictis Carolo ſimplice, et Carolomano liberis. 11

¶Socrates ab Atheniẽſibus iniuſta de cauſa morti deuotus/ tritum in calice vene=
num hauſit. Cuius vis dum in pręcordia et venas ſerperet, iacuit reſupinus. Ouidi9
in Ibin. Sollicitoq; bibas/ veluti doctiſſimus olim, Imperturbato quod bibit ore re=
us. Sidonius. Quid nõ piger hauſit Lumina cõdemnans/ Anyto pallẽte venenum.
Fauſtus in Panegyrico. Quem carcere tetro Sorbitio geli dę rapuit porrecta cicutę.

¶Marullus in Epigrãmatis ſcribit Biliotum Aſtrologum aſperſis veneno boletis 12
inſtar Claudii periiſſe, vbi ait. Dum cauet aſtrologus perituris ſydera nautis, Dum
ſibi boletis nõ cauet, ipſe perit.

¶Lucillum imperatorem clariſſimum amatorio poculo periiſſe teſtis eſt Plynius 13
Lib. 25. Cap. 3.

ANnibal Amilcharis filius poſt multas clades Romanis illatas, tãdem vi= 14
ctus, quũ de Pruſiæ regis Bithyniæ (ad quem cõfugerat) fide dubitaret,
venenum hauſit, quod in anulo gerebat.

¶Arat9 dux Sicyoni9, quũ multos tyrãnos ſua virtute ſuſtuliſſet, Philippo iuniori 15
Macedoniæ regi cœpit eſſe formidoloſus. Propterea veneno lento ac ſenſim dato
ab eo potionatus eſt.

THeramenes Atheniẽſis philoſophus/ iuſſu triginta tyrãnorum inſtar So= 16
cratis in carcerem detruſus/ ibidem venenum hauſit. Quo hauſto, propi=
no (inquit) Critiæ, quoniam is erat, cuius inſidiis moriebatur.

¶Alexander Macedo ab Iola præguſtatore Antipatri ad regnum 17

ei.

aſpirantis filio, veneno potus eſt. Vis autem veneni, quod in Macedonia gignitur, tãta eſt, vt ferrum quoq; exurat, Curtius teſtis eſt venenũ illud per Caſſandrã allatum fuiſſe, traditumq; fratri Iolæ. Conuenit inter ſcriptores Ariſtotelis infamia et maxima nota excogitatũ. Ouidius in Ibin. Nec tibi fida magis miſceri pocula poſſint, Q̃ qui cornigero de Ioue natus erat. Lucanus Lib. 10. Illic Pellęi proles veſana Philippi, Felix prædo iacet terrarum vindice fato Raptus.

18 ¶ Ladiſlaus rex Appuliæ dum Florentinos bello aggredi, ſuęq; ditioni ſubmittere conſtituiſſet, eorum opera & inſidijs veneno ſuffocatus eſt.

19 ¶ L. Vectius a Cæſare ſubornatus, et pręmijs inductus, vt ſe de inferẽda Pompeio nece, a Bibulo, Curione, Catone, Lucullo, et Cicerone (quos oderat) ſolicitatum profiteretur, quum vnum atq; alterum nõ ſine fraudis ſuſpicione nominaſſet, deſperato cõſilij euẽtu, ab ipſo Cęſare interceptus veneno creditur. Author Suetoni⁹.

20 ¶ Roſimunda Cunimũdi Gepidarum regis filia, interfecto primo marito Alboino rege Longobardorum, ſecundum quoq; Helmigem nomine, Rauẽnæ principem veneno præſentaneo perdere conata eſt. Cuius partem quũ hauſiſſet, vbi ſenſit contagium per venas ſerpere, euaginato gladio eam coegit reliquã poculi partẽ bibere. Quo facto ambo ſuffocati ſunt.

21 ¶ Antharis Longobardorum rex, Theolindę maritus, quum ſex regnaſſet annos, inſidijs domeſticorum apud Ticinum extinct⁹ eſt venenato poculo, Nonis ſeptẽbris. Author Paulus diaconus Lib. 4. de geſtis Longobardorum.

22 ¶ Coſſius eques Romanus amicitia Neronis notus, quum Lichene laboraret, vocatus Aegypto medicus, vt eius morbo mederetur, quum Cantharidum potũ prę-paraſſet, interemit. Plynius Lib. 29. Cap. 4.

23 SCribit Eratoſthenes apud Cæliũ, Democritum præſidio vltimorum caſuũ cõſueſſe venenũ geſtare incluſum, quod etiam intrepide hauſerit, ne quid indignum ſua virtute, a Macedonib⁹ pateretur. Nam quum in Antipatri (qui Alexandro ſucceſſit) odium veniſſet, ſanxerat Demades, vt capite plecteretur.

24 ¶ Philopœmen ſeu philopœmenes, magn⁹ Græciæ imperator, quum apud Meſſenios in domicilium ſubterraneum neq; auras neq; lucen exterius excipiens, fuiſſet impactus, hauſto ibidem veneno perijt. Venenũ autẽ porrexit Dinocrates Meſſeniorum dux, parta de illo victoria.

25 ¶ Seneca a Nerone præceptore coactus, vt quod vellet genus mortis eligeret, venas medico præbuit, veneno demum in balneo hauſto perijt.

26 ¶ Victor tercius Pont. Max. quum vnicũ annum ſediſſet, mortuus eſt nõ ſine maxima ſuſpicione dati ab Henrico veneni in calice, dum ſacrificaret.

27 ¶ L. Tubulus ſacrilegus ab exilio (quo propter multa flagicia miſſus fuerat) reuocatus, ne in carcere necaretur, venenum hauſit. Author Aſconius Pedianus.

28 ¶ Guillermus dux Veronẽſium nocte quadam cum Florentinis veronã ingreſſ⁹, a Carrarienſibus captus, et veneno ſublatus eſt.

29 ¶ Anaxagoras philoſophus, quum annis 72. vixiſſet, ab Atheniẽſibus in carcerem cõiectus, q̃ Solem (quem illi reuerebãtur) ignitum lapidem vocaſſet, ibidem epoto veneno interijt.

30 ¶ Ariſtobolus rex Iudęę captus a Gabinio et Romam ductus, in carcere porrectũ hauſit venenum.

31 ¶ Conradus imperator Frederici filius perijt veneno, quod medici a Manfredo (qui imperio ſucceſſit) pecunia corrupti dederunt.

Clemens

¶Clemens tercius quum annis nouem ſediſſet in pontificatu, opera Henrici tercij imperatoris, veneno extinctus eſt. 32

¶Conſtãs fama eſt, atq; etiã Volaterranus ſcribit Carolum octauũ Gallorum regẽ veneno ſuffocatum. Quod a veritate non abhorret, quũ in Sphęriſterio pręter ſpẽ, ac nihil ſibi timens, exanimatus prope cõcidiſſe, ac paulopoſt expiraſſe dicatur. 33

¶Laodice regina Syriæ Antiochum Deum cognomento/maritum ſuum veneno extinxit/ob ſuperinductam ſibi Ptolemęi ſororem Berenicem. 34

¶Themiſtocles quum annum ætatis quintum et ſexageſimũ abſoluiſſet, ſpectantibus amicis epoto ſanguine taurino vitam finiuit. Author Plutarchus in eius vita. Quod eum feciſſe dicunt, ne in patriam (qua tamẽ pulſus fuerat) pugnare ab Artaxerxe cogeretur. 35

¶De Cleopatra/Lucretio/Boudicea Britãnorum regina/et quibuſdam alijs veneno itidem pręfocatis iam ſumus locuti. 36

¶Mortui morte ſubita.

1 Duo Cæſares
2 Q. Fabius
3 M. Orellius
4 Vulcatius Gurges
5 Q. Aemylius Lepidꝰ
6 C. Aufidius
7 Legatus Rhodiorũ
8 Cn. Bebius,
9 A. Pompeius
10 Iuuencius Thalna
11 Seruilius Panſa
12 Bebius iudex
13 Terentius Corax
14 Iulius medicus
15 Man. Torqua.
16 Dutius
17 Saufeius
18 Q. Scapula
19 D. Saufeius
20 Ofilius
21 Caninius
22 Gn. Carbo
23 Sertorius
24 Mithridates
25 Gandericus
26 Alaricus
27 Alphonſus
28 Andebuntus
29 Aegeas
30 Nicanor
31 Andragoras
32 Cleobis
Bithon
33 Agamedes
Trophonius
34 Guilmerius
35 Petrus et Calceonus

VT manę calamitatis argumẽtũ ſatis afferunt tam varij tãq; incerti hominum caſus. At imprimis miraculo ſunt mortes repentinę, quas (ſi de futura animę ſalute cõſtaret) nõ omnino dolẽdas/immo vero mature appetẽdas/& omnium optimas cum Plynio iudicarem. Verum quoniã nemini noſtrum compertum eſt, quo poſt mortem ſit profecturus/vbi anima locum habitura, et alicubi tamen habitura, deum frequente voto multiſq; ſacrificijs debemus auertere, ne tam inſperato mortis genere nos incautos perimat, priuſq; domui noſtræ cõſuluerimus, habitaq; ſcelerũ pœnitẽtia/quãtulãq; veniam exorauerimus. Quid enim de his ſperãdum, qui peccatis obruti/momẽto & in oculi nictu vita ſpoliantur? Nũquid iacta videtur alea? Iacta Hercule nõ minus q̃ de his/qui nunq̃ reuiſuri portum, in Carybdim et Syrtes neſcij impegerunt. Sed ad hiſtoriam, quoniam quãuis dolore paſcantur lachrymæ, nullus tamen hic polilogiæ locus relinquitur. Eos primũ loco ſpeculi nobis proponamus/quos Ply. Lib. 7. Cap. 53. ſeriatim nominat. Nullis (inquit) euidentibꝰ cauſis obiere (dum calceantur matutino) duo Cæſares, pretor et prætura populi Romani functus dictatoris Cæſaris pater, Hic Piſis exanimatus, ille Romę. 1

2 ¶Q. Fabius maximus in consulatu suo pridie Calendas Ianuarij.
3 ¶In cuius locum. M. Orellius paucissimarum horarum consulatum petijt.
4 ¶Itē Vulcati⁹ Gurges, oēs adeo sani atq; tempestiui, vt de progrediēdo cogitarēt.
5 ¶Q. Aemilius Lepidus, incusso pollice limini cubiculi.
6 ¶C. Aufidius, quum egressus in senatum iret, offenso pede in Comitio.
7 ¶Legatus quoq; (qui Rhodiorum causam in senatu magna cū admiratione oraverat) in limine Curiæ protinus expirauit progredi volens.
8 ¶Cn. Bebius Pamphilus, quum a puero quęsisset horas.
9 ¶A. Pompeius in Capitolio, quum deos salutasset.
10 ¶M. Iuuencius Thalna consul, quum sacrificaret.
11 ¶Seruilius Pansa, quum staret in foro ad tabernā hora diei secunda in P. Pansam fratrem innixus.
12 ¶Bebius iudex, dum vadimonium differri iubet.
13 ¶Terentius Corax, dum tabellas in foro scribit.
14 ¶C. Iulius medicus, dum inūgit specillum per oculum trahens.
15 ¶A. Manlius Torquatus consularis, quum in cœna placentam appeteret.
16 ¶L. Dutius medicus, Valla, dum mulsi potionem haurit.
17 ¶Ap. Saufeius scriba, quū a balneo reuersus, mulsum bibisset, ouumq; sorberet.
18 ¶P. Quintius Scapula, quum apud Aquilium Gallum cœnaret.
19 ¶Decimus Saufenis scriba, quum domi suæ pranderet
02 ¶M. Ofilius hilarus hystrio, sumpta post cœnam calida potione.
21 ¶Caninius quoq; primo die sui consulatus interiit. Vnde exiit Ciceronis Iocus. Vigilantem habuimus Caniniū consulē, qui somnum in suo consulatu non vidit.
22 ¶Fuit et Gn. Carbonis mors multū insperata, qui dum ventrem exoneraret, in latrina occisus est.
23 ¶Sertorium inter epulas incautum iugulauit Perpenna.
24 ¶Mithridates quoq; senior rex Ponti, morte repentina interceptus est.
25 ¶Gandaricus rex Vandalorum dum capta Hispali Beticæ vrbe templum vellet profanare, mortuus repente concidit.
26 ¶Alaricus imperator apud Consentiam morte subita defūctus est.
27 ¶Alphonsus septimus rex Hispaniæ in itinere sub arbore quadā repēte excessit.
28 ¶Andebuntus rex Anglorum, in cœna nimio viri hausto cecidit extinctus.
29 ¶Aegeas proconsul post affectum martyrio Andream, a malo spiritu correptus, momento expirauit.
30 ¶Nicanorem Parmenionis filium subita correptum morte scribit. Curtius Lib. 5. de gestis Alexandri.
31 ¶Periit et subita morte Andragoras, Authore Martiale, qui Lib. 6. sic inquit. Lotus nobiscū est hilaris, cœnauit et idem, Inuentus mane est mortuus Andragoras.
32 ¶Argia sacerdos, a Cleobi et Bithone filiis ad Dianę templum in curru vecta, quū deam orasset, vt illis pręmiū daret pro pietate, et quod homini videretur optimū, mortuos in lecto mane reperit. Quod fuit argumēto matura morte nihil esse melius. Author Cicero Lib. 1. Quęst. Tusculanarum.
33 ¶Trophoni⁹ quoq; & Agamedes dū ędificato apud Delphos Apollini templo, deum mercedem laboris postulassent, quodq; homini esset vtilissimum, paulopost itidem mortui inuenti sunt.
34 ¶Ioānes Guilmeri⁹ Corbinic⁹ (Corbinū oppidū est in finib⁹ Eduorū) vir potēs opibus, augusta maiestate, et Catoniana prope grauitate, dū in tēplo ad sacrificiū et

orationem ſe reclinaret, incerta cauſa & inexplorato mortis argumento, repente expirauit, iã plenus annis.

PEtrus Calceonus vnus eorum, qui Ioãnam puellam gallicam Anglorũ expultricem flammis deuouerunt, dum radendam tonſori barbam committeret, in ipſa Tõſtrina, repente deceſſit. Valerãdus Varanius. Sic et Calceonus (qui cenſuit eſſe cremãdam) Pendula dũ tonſor ſecat excrementa capilli, Expirans cadit/& gelida tellure cadauer Decubat, Vltrices ſic pendent crimina pœnas 35

¶Mortui gaudio & riſu.

1	Chilo	3	Mulier Romana	6	Diagoras
2	Sophocles	4	Philippides	7	Philemon
	Dionyſius	5	Philiſtion	8	Polycrata
				9	Iuuencius Thalna

¶Immodica periit lætitia Lacedęmonius Chilo, quum filium in complexibus teneret Olympiæ coronatum. 1

¶Sophocles et Dionyſius Siciliæ tyrãnus/vterq; accepto Tragicæ victoriæ nũcio. 2

¶Lucian⁹ et Sotades apud Crinitum cõtra Plynij ſententiam dicũt Sophoclẽ acino vuę periiſſe. Val. Max. tamen et Volaterranus fouent partes Plynij. Quorum vexillum ſequitur Politianus in Nutricia ſcribens. Quẽq; ſenem meritæ rapuerũt gaudia palmæ. Niſi fortaſſe de Philippide intellígi malis. 3

¶Mulier Romana filio poſt cladem Cannarum incolumi viſo, poſt falſum nũciũ. 4

¶Philippides Comœdiographus, quum in certamine poetarũ p̃ter ſpem viciſſet ac propterea lętiſſime gauderet/inter illud gaudium repente mortuus eſt.

¶Philiſtion Nicæus poeta Comicus (qui Socratis ætate floruit) nimio quoq; riſu mortuus eſt. Politianus in Nutricia. Implicituſq; Sophron/riſuq; Philiſtio tãdem Perditus. 5

DIagoras Rhodi⁹/quum tres filios Athletas eodem die vincere/& victores coronari vidiſſet, populuſq; gratulabundus flores vndiq; in eum iacerent, in ſtadio ſpectãte populo in oculis et manibus filiorum, animã efflauit præ lætitia. Authores Cicero Lib. 1. Quęſt. Taſ. et Gellius Lib. 3. noctiũ Atticarum, quibus in hac re idem eſt conſenſus, prętereq; Cicero duos tantum filios Diagoræ coronatos, tres Gellius dicit. 6

¶Philemon poeta videns aſinum ficus menſę paratas comedentem, tãto diffluxit gaudio, vt eo expirauerit. Author Val. Max. 7

¶Ariſtoteles apud Gellium eſt Author Polycratam nobilem fœminam e Naxo inſula/cognito repente inſperato gaudio animam expiraſſe. 8

¶M. Iuuẽcius Thalna Conſul, dum ſacra diis exhiberet ĩ Corſica (quam ſuis auſpicijs ſubegerat) acceptis literis decretas ei a ſenatu ſupplicationes nunciãtib⁹, dũ intento illas animo legeret, ante focum præ gaudio collapſ⁹, mortuus humi iacuit. Author Val. Max. 9

¶Mortui in actu Venereo.

1	Cor. Gallus	3	Phaon	6	Beltrandus.
	Q. Heterius	4	Speusippus	7	Rodoaldus
2	Alcibiades	5	Tigillinus	8	Ioannes. 12

1 ¶ Cor. Gallus & Q. Heterius eques Romanus in Venere obiere. Author Plynius Lib. 7. Quorsum autem (inquit Valerius) attinet eorum cauillari fata, quos nō libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit?

2 ¶ Alcibiades Athenienſis cum Timandra meretrice a Lyſandro interfectus eſt in actu Venereo/vt credibile eſt, incertum tamen.

3 ¶ Phaon quum eſſet hominum pulcherrimus/a Mitylenęorum mulieribus ardēter appetebatur. Vnde factum, vt in adulterio deprehenſus iugularetur. Author Cælius.

4 ¶ Tertullianus in Apologetico contra gentiles ait Speuſippum philoſophum de Platonis ſchola in adulterio periiſſe.

5 ¶ Cor. Tacitus ait Tigillinū præfectum vigilum et prętorij/inter ſtupra concubinarum & oſcula/ſectis nouacula faucibus inhoneſtam clauſiſſe vitam.

6 ¶ Iouianus Pontanus in opuſculo de Obedientia ait Beltrādum cognomine Ferrerium, Barcellonę (vrbs eſt Hiſpaniæ) in Venere expiraſſe.

7 ¶ Rodoaldus Longobardorum rex, in libidine deprehēſus/cum matrona interfectus eſt.

8 ¶ Ioannes. 12. pontifex in adulterio compræhenſus, itidem interfectus eſt. Cuius mors eo turpior eſt/quo ſanctiorē eū eſſe oportet, qui dignitate cęteros antecellit.

¶ Mortui nimio cibo aut potu.

1	Archeſilaus	4	Valētinianus	7	Childericus
2	Domitianus	5	Iouinianus	8	Anacreon
3	Septimius	6	Andebuntus		

1 ¶ Archeſilaus pytanæus immodico hauſtu vini perijt, anno ſuę ætatis. 75.

2 ¶ Euſebius ſcribit Domitiū Aphrū, cibi ſuperfluitate redundātē in cœna periiſſe.

3 ¶ Septimius Seuerus imperator/dum membrorū omniū, maxime pedū dolorem pati nequiret, loco veneni/cibum plurimę carnis incoctę auidi⁹ deuorauit, Quē dū cōcoquere nō poſſet, crudítatem paſſus/expirauit. Author Sextus Aurelius.

4 ¶ Valentinianus imp. Quadorū legationi reſpōdens, voce impetu ſanguinis amiſſa, ſenſu integer expirauit. Quod ex intemperātia cibi ac ſaturitate/qua artus diffuderat, accidiſſe multi detulere. Idem Author.

5 ¶ Ferūt & Iouinianum imperatorem ciborum in ſtomacho incoctorum crudítate periiſſe. Teſtis Bap. Egnatius.

6 ¶ Iam diximus Anglorum regem Andebuntum in cœna quandoq; tantum vini ſumpſiſſe, vt eo ſuffocatus, repente exceſſerit.

7 ¶ Gregorius Turonenſis ait Childericum Saxonē quum aliquādo ad ambas vſq; aures cibo ſe īgurgitaſſet, eo ſuffocatum fuiſſe, & repertum in lecto mortuum.

8 ¶ Anacreon Teius poeta, dum aliquādo liberi⁹ Baccho indulgeret, acino vuę paſſę ſtrangulatus eſt. Politianus in Nutricia. Tandem acino paſſę cadis interceptus ab vuę.

¶ Lapidibus obruti aut murorum ruina.

Cebrion

1 Cebrion
2 Cycnus
3 Pyrander
4 Cynna
5 Mardonius
6 Neocles
Demopolis
7 Chrysantus
Daria
8 Eusebius
9 Paulina
Candida
10 Polydamas
11 M. Posthumus
12 Vatinius
13 Coes
14 Lycidas
15 S. Stephanus
16 Elphegus
17 Martyres nonulli
18 Pyrrhus
19 Henricus rex
10 Ioannes Pont.
21 Clemens. 5.
22 Athenęus
23 Siluinus
Falconius
24 Alidice
Lycorides
25 Theatri ruina

¶Cebrion Priami filiꝰ a Patroclo in bello Troiano saxo obrutꝰ ē. Author Home. 1 Cebrion

¶Cycnꝰ Neptuni filiꝰ quũ a patre habuisset, vt ferro iuulnerabilis esset, ab Achille apud Troiam lapide extinctus est. 2 Cycnus

¶Athenien sibus in Eumolpum bellãtibus/dum immineret fames, Pyrãder quęstor a populo saxis obrutꝰ est, ꝙ triticum parce suppeditaret. Author Calisthenes apud Plutarchum. 3 Pyrander

¶Romanis in Gallos bellum gerentibus dum annonæ caritas inualescere, Cynna tritici largitionem surripiens/regnum affectasse creditꝰ est, ac propterea saxis obrutus. Aristides apud Plutarchum testis. 4 Cynna

MArdonius Persa (quem Xerxes apud Salaminē victus cum excercitu reliquit, vt belli reliquias confoueret) ab Arimnesto Spartiata saxo obrutus est. Quo fato præmonuerat eum periturum Amphiaraus. Author Plutarchus in Aristide. 5 Mardon.

¶Neocles & Demopolis Themistoclis filij, quum Athenien sium memoriam refricuissent super legibus, quæ aduersus exules fuerant sancitæ, a paternis inimicis lapidibus obruti sunt. Cælius. 6 Neocles

¶Chrysantus Alexandrinus vna cum Daria vxore sub Numeriano imperatore pro Catholica pietate saxis obrutus est. 7 Crysãtus

¶Eusebius Sardus pręsul Vercellensis a Constantino principe factus, ab Arrianis lapidibus oppressus est. 8 Eusebius

¶Paulina virgo Romana Artemij pręfecti filia saxis obruta est sub Diocletiano cum Candida matre, idq; pro Christi nomine. 9 Paulina

¶Polydamas Herculani roboris Athleta/dum sub saxo ruinam minante cum aliquot cõuiuis cœnaret, omnesq; sibi timentes diffugerent, solus virium confidẽtia remansit, fore sperans, vt cadentem molem manibus sustineret, qua tamẽ oppressus est. Author Pausanias apud Volaterranum. 10 Polyda. 11 Posthumus

¶M. Posthumꝰ Regilien sis in Equos Italię populos bellum mouens, dum militibꝰ vrbis prędam spopondisset, ac postea vrbe capta eosdem elusisset, certatim ab omnibus saxis obrutus est. Author Liuius. 12 Vatinius

¶Macrobius author est Vatinium in ludis gladiatoriis fuisse lapidatum. 13

¶Scribit Herodotus Coem vnum ex Alexandri ducibus a Mitylenæis cõprehensum et lapidibus interemptum. Coes

¶Lycidas senator Athenien sis a suis interfectꝰ est, ꝙ pecuniam a Mardonio Persa Athenarum inimico, accepisse crederetur. Author Herodotus. 14 Lycidas

15 S.Stepha. ¶S.Stephanus martyrum primus pro Christi nomine lapidibus oppressꝰ est.Io. Fr.Mirandula.Et lapides Stephano dulces,torrentis amari Mancipijs scelerum.

16 Elphegus ¶Elphegus Cantuariensis archiepiscopus,pro Christiana pietate eandem subiit mortem.

17 Martyres ¶Vitalis quoq; Mediolanẽsis/Onesimꝰ/Metranus/Mãmes/Magnus & Cyriacꝰ martyres eodem oppressi sunt tormento.

18 Pyrrhus ¶Pyrrhꝰ Epyrota dum aduersus Antigonũ Argos obsideret,tegula/vel(vt mauult Trogus)saxo a vetula iacto interfectus est.Ouidius in Ibin.Aut vt Achillidẽ cognato nomine clarum,Opprimat hostili tegula iacta manu. Author Plutarchus in eius vita.

19 Henricus ¶Henricus Alphonsi octaui regis Castellę filius,dum vna cum pueris lusitaret,tegulæ casu perijt apud Palantiam vrbem.

20 Ioannes ¶Ioãnes vigesimus primus Pont.ruina cameræ(quam ędificabat)oppressus est.

21 Clemens ¶Clemente quinto pontifice/Lugduni solẽne sacrificium celebrãte,tantus agminatim confluxit populus, vt Ioãnes Britannię dux cum multis alijs muri ruina occubuerit.

22 Athenęꝰ ¶Atheneus philosophus,quum Romam veniſſet,ruina domus(quã habitabat) oppressus est.

23 Siluinus ¶Siluinꝰ & Falconius famuli Quintiani Siciliæ prefecti,eadem morte perierunt.

24 Alidice Lycorides ¶Alidice Alebæ Larissęi filia vna cum viro Lycoride ruina domus extincta est. Ouidius in Ibin.Lapsuramq; domum subeas/vt sanguis Alebæ. Stella Lycoridæ cui fuit æqua viro.

25 Theatri ruina ¶Tranquillus ait Fidenis Theatri ruina duo & viginti hominum milia perijsse.

¶Iugulati et strangulati.

1	Galba		Gabinus	9	Caudemus
2	Gandulphus		Ceparius	10	Cor.Lentulus
3	Commodus		Lentulus	11	Amalasuntha
4	Lucilla	6	Galsonda	12	Gerontius
5	Cethegus	7	Antistius	13	Apries
	Statilius	8	Dinarchus	14	Albanus.

1 Galba ¶Sergius Galba quum Pisonẽ in conflatæ iuidiæ remedium adoptasset,in medio foro ab Othone iugulatus est.

2 Gandulp. ¶Gandulphus martyr suasu vxoris adulterę (cum qua diuortium fecerat)noctu ab adultero iugulatus est,

3 Cõmodus ¶Cõmodus post tertium decimũ imperij annũ/strangulatus est Lęto Authore & Martia concubina .Sex. Aurelius ait Martiam prius tentasse, vt eum veneno perderet..

4 Lucilla ¶Lucilla Nemesij tribuni filia, Romæ in via Appia sub persecutione Valeriani iugulata est.

5 Cethegus ¶Cethegus/Statilius/Gabinus/Ceparius et Lentulus Catilinarij, in carcere iussu Senatus strangulati sunt.

6 Galsõda ¶Galsonda Athanagildi Gothorum regis filia a Chilperico marito noctu iugulata est,suasu Fredegundę pellicis.

7 Antistius ¶Antistiꝰ authore Plutarcho,in senatu iugulatus est/qꝫ ob Pompeium Syllanam

sequi

ſequi factionem videretur. 8

¶Dinarchus Corynthius iuſſu Polypercontis iugulatus eſt. Plutarchus Author. Dinarch⁹.

¶Darius Caudemum Athenienſem (quem de apparatu ſui exercitus percontatus fuerat) recta monentem, iugulari fecit. Curtius Lib. 3. de geſtis Alexandri. 9 Caudem⁹

¶P. Cor. Lētulus prętor vrbis compręhēſus in coniuratione Catilinę/iuſſu Ciceronis iugulatus eſt in carcere. 10 Cor. Lēt.

¶Amalaſuntha Gothorum regina, Atalarici mater, a Theodato (quem mortuo filio regni ſocium aſciuerat) in balneo iugulata eſt. Paulus diaco. 11 Amalaſū.

¶Gerontius Comes a militibus ſuis iugulatus eſt, qꝙ Conſtantem Cōſtantini filiū feciſſet perimi. Idem Author. 12 Geront i⁹

¶Apries ab Amaſi ſuperatus, datus eſt Aegyptijs iugulandus. Author Herodotus. 13 Apries

¶Albanus martyr a latronibus hoc mortis genere ſuffocatus eſt. 14 Albanus

Sagittis confoſſi.

1	Achilles	4	Anacharſis	4	Sebaſtianus
2	Lycophron	5	Hyrene	8	Procris
3	Acron	6	Chriſtina		

ACchillem poetę fabulantur nullibi membrorum prętercq̄ in talo fuiſſe vulnerabilem/qꝙ eam partem mater Thetis non abluiſſet Stygijs vndis, vt cæteras. Huc ergo iaculatus Paris, euerſorem Troiæ peremit. Virg. Lib. 6. Aene. Dardana qui Paridis direxti tela manuſq; Corpus in Aeacidę magnas obeuntia terras. Ouidius Lib. 12. Meta. Dixit, et oſtendens perdētem Troica ferro Corpora Peliden/arc⁹ obuertit in illū, Certaq; lœthifera direxit ſpicula dextra. 1 Achilles 2 Lycoph.

¶Lycophron poeta iambographus a quodam ęmulo traiectus eſt. Ouidius in Ibi. Vtq; cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis. 3

¶Acron rex Ceninenſium, a Romulo victus et ſagitta confoſſus eſt. Acron

¶Anacharſis Scytha a Sauleo rege eodem modo extinctus eſt, qꝙ alienę gentis ſacrificia imitaretur. Author Herodotus. Sūt tamen qui a fratre interfectum velint. 4 Anachar.

¶Hyrene virgo a Siſinnio pro chriſti nomine hanc oppetiit mortem. 5

¶Chriſtina virgo ſub Iuliano/hoc modo paſſa eſt. 6

¶Beatus quoq; Sebaſtianus ciuis Mediolanēſis/ſub imperatore Diocletiano. 7

¶De Procride ſagitta a Cephalo confoſſa, iam ſumus locuti in parricidis. 8

¶Mortui morbo pediculari.

1	Honorificus	6	Alcman	10	Plato
2	Arnulphus	7	Acaſtus	11	Maximianus
3	Speuſippus	8	Caliſthenes	12	Herodes
4	Sylla		Mumius	13	Pheretrina
5	Pherecydes	9	Ennius	14	Antiochus

¶Honorificus Vandalorum rex cum, octo annis Chriſtianam religionem infectatus fuiſſet, morbo pediculari miſere periit. 1 Honorif.

¶Arnulphus imperator poſt Caroſum Craſſum, quum ad rapinas et templorum ſpoliatiōes animū cōuertiſſet, iuſta numinū ira/paulopoſt pediculari morbo iteriit 2 Arnulph⁹

3 Speusippus ¶ Speusippũ Eurymedontis filiũ/ Atheniensem philosophũ sunt qui dicant mortẽ
Speusippꝰ sibi intulisse. Plutarchus tamen efferuescentibus toto corpore pediculis interijsse.
4 Sylla ¶ Plynius Lib. 7. Natura. Histo. scribit Syllam erodente seipso corpore/et sup-
plicia sibi gignente interfectum. Plutarchus scribit contractam carnis corruptionẽ
in pediculos fuisse conuersam, adeo/ vt tunicę omnes/ thermę/ lauachra, dapes illiꝰ
exundantis sordis implerentur, tanta vis epullulabat. Quocirca per singulos dies
ingrediebatur aquam, sed nulla erat vtilitas. Celeriter enim inualescebat permuta-
tio, et pędoris magnitudo omnia purgamenta superabat.

5 Phericyd. ¶ Pherecydes quoq; rerum diuinarũ scriptor, eodẽ perijt morbo, Pherecydes Sy-
rus (inquit Plynius) copia serpẽtum ex corpore eius erumpente expirauit. De hoc
extat. Q. Sereni carmen. Sed quis non paueat Pherecydis fata Tragœdi? Qui ni-
6 Alcman mio sudore fluens/ animalia tetra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerũt.
¶ Alcman vnus ex clarissimis Græcię poetis hac etiã fœditate perijt, Authoribus
Plynio. Lib. II. Et Plutarcho ĩ Sylla/ scribẽte. Ex posterioribꝰ autẽ, Alcmanẽ (qui
mirificꝰ cõponendis cantilenis artifex fuit) hoc morbo perijsse ferunt. Politianus
in Nutricia. Ipsi etiam patria pressi breuitate Lacones/ Ascitum largo tamen ore
Alcmana recensent. Quem tulit auriferos ostẽtans Lydia fontes, Nunc gemit heu
7 Acastus tineis artus et tabe peręsum.
¶ Ferũt ex antiquissimis Acastum Pelię filium hoc morbi genere (quẽ Phthiria-
8 Calisthe. sim appellant) interijsse. Author Plutarchus.
Mumius ¶ Calistenes quoq; Olinthius dum carceris custodia teneretur, Prętera et Mumi-
us iurisconsultus eadem tabe passim membrorum corrosi sunt.. Idem Author in
9 Eunus. Sylla.
¶ Traditum est (inquit idem Plutarchns) eum qui ĩ Cicilia belli seruilis author
10 Plato fuit, Eunum nomine, captum Romãq; perductum/ ex Phthiriasi mortem obijsse.
¶ Platonem Philosophorum haud duhie principem, sunt qui dicant in celebrãdis
amici nuptijs, quum quietus decumberet, animam de repente exhalasse. Nonul-
li in morbum incidisse/ quem a corruptione pediculorum Phthiriasim vocant. in-
11 Maximia. quit Idem Author.
¶ Maximianus iperator vlcere inguinibꝰ innato/ quũ deessẽt remedia, nec medi-
12 Herodes ci ob hominis immanitatẽ opem ferre auderent, vermibꝰ vndiq; erũpentibus obijt.
¶ Herodes rex Iudęę post trucidatos innocentes/ quum in apostolos domini sęui-
ret, ad extremum tãtę feritatis luit pœnas. Eruperunt siquidẽ in toto corpore ver-
mes, qui dum vniuersum passim corpus eroderent, tyrannum coegerũt, vt despe-
13 Pheretri. rato remedio, gladium arriperet, eoq; finiret vitam.
¶ Herodotus in Melpomene scribit Pheretrinam Barcęorum reginã immani cru-
delitate fœminam deorum vltione, totam vermibus putruisse, eoq; morbo miserã
14 Antiochꝰ. euomuisse animam.
¶ Sunt qui dicant Antiochum Syrię regem, quũ Hierosolymas peteret/ curru de-
lapsum, in hanc sordem incidisse, vermibusq; fuisse absumptum.

¶ Mortui in carceribus.

1 Iugurtha
2 Aldegisius
3 Celestinus quintus
4 Syphax
5 Aristonicus
6 Henricus tercꝰ
7 Agatha
8 Romanus
9 Ioannes primus
10 Ioannes. 14

¶Iugurtha Manastabalis filius noth⁹, Micipsę regis Numydarum nepos/propter Adherbalem et Hyempsalem fratres regni consortes occisos,a Mario, bello petitus/victus et in triumphū ductus,postremo in carcerem coniectus est,vbi expirauit. 1 2

¶Aldegisius Desyderij Longobardorum regis filius a Carolo magno victus,et in carcerem coniectus est,vbi et clausit vitam. 3

¶Celestinus quintus,quum summo pontificatu se abdicasset,a Bonifacio octauo (cui rei summam cōmiserat)successore,i carcerem detrus⁹,et ibidē extinctus est.

¶Syphax rex Numydarum,quum a Romanis ad Carthaginenses defecisset, victus a Scipione/et in triumphum ductus,Tyburi in custodia mortuus est. 5

¶Aristonicus ab Aquilio cōsule i triumphum ductus/et in carcere suffocatus est.

¶Henricus tercius imperator ab Henrico filio captus,et Leodij custoditus/pędore carceris miseram exhalauit animam. 6

¶Agatha virgo Catanensis sub Quintiano consule in carcere extincta est. 7

¶Romanus martyr sub Asclepiade prędecto in carcere præfocatus est. 8

¶Ioannes primus Pontifex a Iustino in carcerem coniectus,ibidē pædore emarcuit,et extinctus est. 9

¶Ioannes quartusdecim⁹ a Romanis inedia et pędore,in carcere itidem interfectus est. 10

Mortui aut occisi in latrinis.

1 Heliogabalus 3 Felicula. 4 Ireneus
2 Cn.Carbo. Abundius 1

¶Lampridius ait Heliogabalum naturę portentum/fato a tali monstro pœnas reposcente/in Latrina occisum fuisse,dum ventrem exoneraret.

¶Cn.Carbo dū in Sicilia vētris onus poneret,iussu Pōpeii i latrina itidē occis⁹ est. 2

¶Felicula virgo quum nullis tormētis aut pollicitationibus a Christiana religione diuerti posset,iussu Flacci comitis in latrinā detrusa est,et ibidem mori coacta. 3

¶Valerianus Ireneum et Abundium martyres in cloacam detrudi,et ibidē emori fecit,ꝙ sanctæ Concordiæ corpus inde extraxissent. 4

¶Excoriati.

1 Marsyas 2 Manes 3 Bartholomęus 1

MArsyas ab Apolline (quem ad tibię certamen prouocauerat) vict⁹ & excoriatus est.Ouidius in Ibin.Mens quoq; sic furijs vecors agitetur,vt illi Vnū qui toto corpore vulnus habet. Idem.Nuda ve direpta pateant tua viscera pelle,Vt Phrygij,cuius nomina flumen habet.

¶Manes hęreticus (qui diuinam solum in Christo naturam ponebat)a rege Persarum cute direpta interfectus est,ꝙ eius filium morbo laborantē interfecisset,quē tamen sanaturum se promiserat.Author Suidas apud Volaterranum. 2

¶Bartholomęus Apostolus regis Syriæ filius iussu Astyagis excoriatus est.Vnde Mirandula in Hymnis.Hinc etiam pellem Ptolemęi filius ardens Deposuit. 3

¶Suffocati vaporibus aut fumo.

Minos

1 Minos Rex 3 Zoe
2 Luctacius 4 Thurinus

1 ¶Minos rex Cretę quū Dædalum ad Siciliam vſq; perſequeretur, a Cocalo eiꝰ loci rege (quem Dędalus multis obſequijs ſibi demeruerat) per proditionem captus, et in thermis ſuffocatus eſt. Ouidius in Ibin. Vel tua maturet, ſicut Minoia fata/Per caput infuſæ feruidus humor aquæ.

2 ¶Q. Luctacius Catulus orator, collega Marii in conſulatu/ab ipſo Mario mori iuſſus/incluſus in cubiculo candentium carbonum vapore ſuffocatus eſt. Author Val. Max.

3 ¶Zoe Nicoſtrati martyris vxor a beato Stephano ad Catholicam inducta pietatem, crinibus ſuſpenſa/fumo ſubter ſuffocante perijt.

4 ¶Thurinum fumi vēditorem fumo necatum fuiſſe ſcribit Eraſmus in illius adagii explanatione, Termeria mala.

¶Mulieres mortuæ partus dolore

1 Tulliola 2 Athena.

1 ¶Tulliola Ciceronis filia Dolobellę primū locata eſt, demum Piſoni Craſſipedi, ſub quo in partu diem obiit.

2 AVthor Cathalogi ſāctoꝝ ſcribit Athenā Cataldi epiſcopi matrē in partu expiraſſe/et infantem natum ſine alicuius auxilio ſe erexiſſe, ſuoq; amplexu ſuſcitaſſe mortuam. Nihil derogo potentię diuine. At hoc fabulæ propius q̄ veritati mihi videtur. Crudelis eſt, qui de pietate Chriſtiana perperam ſentit. Verum etiam ridiculus, et anxie nimis ſuperſtitioſus, qui ſomniorum credulitatē iduit. Reperies paſſim in eo opere mille nugamenta, et delíria maiore excipiēda riſu, & ſolutiore cachino ſuſpēdenda, q̄ Dęmorgonis ortū ex terræ viſceribus/armatos homines ſerpentinis dentibus natos/mutatāq; in ſaxum Niobem aut ſorores Phaetontis in populos. Pium eſt beatorum reuereri ſanctitatem, et miracula cęrimonijs proſequi. Cōtra vero hiſtrionicum, mendacia quędam conſuere, et rerum inauditarum fidem poſteris inculcare. Hoc olet parētem fabularū Gręciam. Erumpamus in præconia ſanctorū, modo nihil cōminiſcamur. Volumus eis gratulari noſtris Mythologijs? Satis erit nobis negocii, eos meritis tenus cōmēdare. Nihil eſt audēdū vltra, Adhuc ſub primo onere fatiſcemꝰ. Quid videtur tibi dicere Turcę/dum legunt tot tamq; prodigioſa in nobis Phantaſmata? Quam in eos tragulam torquemus, eadem nos referiunt. Ridentur a nobis, q̄ Tripodas conſulant, oraculis adhibeant fidē, locutos ſibi fingāt Dæmogorgonas. Et nos nō pudet dicere deū noſtris ſanctis dormiētibꝰ locutū, angelos organicis iſtrumētis cœleſtis gloriæ typum exhibuiſſe, delatam a virgine filii crucē, fluuioſq; quādoq; miraculis exaruiſſe, arbores in media bruma floruiſſe, manſiſſe multos annum integrū ſine cibo & potu ieiunos/alios miniſterio ſerpentum vſos/& quoſdam ſerpentibus imperaſſe. Hęc faciunt, vt religionem ſuam noſtra multo meliorē putent. Dicet aliquis. Putas ſanctiſſimos eccleſię doctores voluiſſe quicq̄ de ſanctis ſcribere, quod non eſſet plane verum? Perfacile eſt reſpōdere. Quemadmodum homines ſuapte natura prænimis meticuloſi, dum per ſyluas trāſeunt, ex foliorum ſtrepitu, apri aut leonis aduentum et inſultum arguunt, ita quoq; ſuperſtitioſe nimis religioſi miraculo

raculo quandoq; et veritati aſcríbunt, quod vel imaginoſũ eſt & phantaſticum, aut fabuloſum plane. Prẽterea ſcitũ eſt ex philoſophorũ líbris, ceruicíbus vacuis ſomnia facile obrepere. Illi boní patres, quí clítellas barbariſmis onuſtas habuernnt, dũ cerebro multis ieiunijs exhauſto noctu dormientes aliquid ſomniabant, experrecti mane vertebant in hiſtoríam. Si per ſomnium vidiſſent/ omnes hortorum lactucas a porcis deuorarí, ſenſu ad arbitrium detorto mane dixiſſent ſe vidiſſe omnes animas a Diabolo abſorberi. A deo ridícula eſt nimia ſanctitas, adeo puerílis credulitas nimia. Neq; hic error a ſomnijs tantũ prodijt, ſed ab his etiã, qui in vna quaq; re nouũ comminiſcuntur ſenſum. Verbí gratia. Sit ſermo de arbore, dícent per ramos intellígí virtutes, per radices vicia. Speculo fractim comminuto/ Chriſti corpus ſimile facient, Geminos fontes in vnũ alueum coeuntes patrí et fílio, ex quorum vtroq; procedit ſpiritus ſanctus. Cauſam percontare, clypeabunt ſe protinus illo Pſalmicinis prophetę verbo. Extendam cœlum ſicut pellem. Tales ſunt hiſtrionum cathedralium ad populum ſermones. Quo fit vt vetulę neq; Tropologicum neq; anagogicũ intelligentes ſenſum/ hoc oraculí habeant loco, Ego hoc genus nugas/ et portentoſa miracula non pluris facio, q̃ meras veneficarum præſtygias. Neq; tamen deteriorem mihi puto q̃ illis eſſe opinionem.

Decollati.

1	Alebas	6	Margaríta	11	Didíus Iulianus
2	Cantharus	7	Sp. Melius	12	Macrínus
3	Philippus Maria	8	Theodora	13	Patricius
4	Sp. Caſſius	9	Timagoras	14	Martyres
5	Iulía	10	Victor		

¶ Alebas rex Lariſſæ vrbis Theſſalię, a ſuis ſatellitibus ob crudelitatẽ obtruncat⁹ eſt. Ouidius in Ibin, Quoſq; putas fidos, vt Lariſſęus Alebas, Vulnere non fidos experiare tuo. 1

¶ Cantharus fuit quíſpiam Athenienſis caupo/ quem Athenienſes ipſi ob malefícia et impoſturas ſupplicio capitis affecerunt. Author Zenodotus apud Eraſmum. 2

¶ Philippus Maria dux Mediolanẽſis Italianum foroliuienſem vnum ex ſuis ducibus ſecurí percuſſit, q̃ cũ Florẽtinis (in quos bellũ gerebat) dícere t̃ clã cõſẽtire. 3

¶ Sp. Caſſius affectatę dominationis ſuſpectus, ſupplicio capitalí affectus eſt, domo eius diruta. 4

¶ Iulía comes Eulaliæ ſub præſide Daciano capite truncata eſt. 5

¶ Margaríta virgo Antiochena ſub Olybrio/ eadem morte affecta eſt. 6

¶ Sp. Melius ordinis equeſtris/ largitione frumentí ex Ethruría aduectí in plebem facta, ad regnum aſpirare credit⁹ eſt/ ac propterea a Seruílio Hala obtruncatus. 7

¶ Theodora virgo Antiochena ſub Diocletíano hac extincta eſt morte. 8

¶ Timagoras Athenienſis capitalí ſupplício affect⁹ eſt, q̃ Darium (ad quem legatus miſſus fuerat) more Perſarum adoraſſet. 9

¶ Victor præſul Carteiæ vrbis Hiſpaniæ ſub Maximiano non procul Mediolanum hoc ſupplício vitam finiuit. 10

¶ Didíus Iulianus impera. a Septimío Seuero ſucceſſore ſuo in abditas palatíi balneas ductus/ extẽta dãnatorũ modo ceruice, decollatus eſt. Author Sext. Aureli⁹. 11

¶ Opilius Macrinus ab Heliogabalo victus, quinquagenario maior obtrũcat⁹ eſt. 12

Patricius

13 ¶Patricius Senenſis in factione vrbis Romæ ſecuri percuſſus eſt.

14 PLeriq; martyrum hoc ſupplicio vitam finiuerunt, vt Anſanus/ Agathon/ Abūdius/ Annonaria/ Argeus/ Audiface/ Anaſtaſius monachus/ Apronianus/ Aquilinus/ Aſterius/ Apollonius Pergamenus/ Antias Eleutheríj mater/ Apollonius ſenator/ Adelbertus epiſcopus/ Antymus/ Andeolus ſubdiaconus/ Antonius, Archileus/ Anolinus/ Anaſtaſius miles/ Abdon/ Antonius cuſtos Agathi/ Admetus/ Antidius epiſcopus Turonēſis/ Antiochus/ Andulph⁹ Apuleus/ Andronicus Epheſius/ Aſclepiades epiſcopus/ Amaranthus, Barbara/ Criſpina/ Baſilius epiſcopus/ Barbarus/ Baſilides/ Bonus/ Tarſon/ Theodora virgo/ Tiburtius, Valerianus/ Tertulinus/ Timotheus preſbyter/ Terentian⁹/ Theonistus/ Porphyrius/ Pelagius/ Calanic⁹/ Citon/ Colūba/ Concordius/ Clerus Diacon⁹/ Cantius/ Cantian⁹/ Cantianilla/ Cyrin⁹/ Cyrill⁹/ Chriſtophor⁹/ Cucuphans/ Carpophor⁹/ Corneli⁹ papa/ Capraſi⁹/ Criſpin⁹/ Criſpinian⁹/ Chryſogon⁹/ Cerber⁹ Adriani pręfect⁹/ Saturnin⁹/ Siſinni⁹/ Satyr⁹/ Sabian⁹/ Seren⁹ monach⁹/ Sulpiti⁹/ Symon archiepiſcop⁹/ Simplici⁹, Suſanna/ Sixtus/ Secūdus, Secūdianus/ Symphorian⁹/ Sabina/ Seraphia/ Darfoſa, Deſyderius epiſcop⁹/ Donatus/ Dionyſius/ Donínus/ Eulalia/ Eugenia/ Emitteri⁹/ Eleutheri⁹/ Epipodi⁹/ Priſca/ Patroclus/ Phyleas/ Phylloronius/ Parmenias/ Primus/ Pancratius/ Pontius epiſcopus/ Procopi⁹/ Piaton/ Plato/ Prothus/ Hyacynthus/ Fuſcianus/ Felix Preſbyter/ Felix epiſcop⁹/ Fabianus papa/ Fauſtinus, Fandilla/ Flora/ Flaccus, Firminus/ Fides virgo/ Felicianus/ Felicitas/ Fauſtina regina/ Georgius/ Gordianus/ Geneſius/ Gurias/ Vincētius/ Valentinus epiſcopus, Hermolaus preſbyter/ Hermes/ Hyacynthus Eunuch⁹/ Iulianus/ Iuliana virgo, Iulius/ Ianuari⁹/ Iacobus minor/ Ioſias/ Iuſt⁹/ Nereus/ Nazari⁹/ Lucian⁹/ Longinus, Lucilla/ Leodegari⁹/ Leonides pater Origenis/ Marin⁹/ Martina/ Narciſſus/ Marius/ Martha/ Marin⁹ miles/ Marcian⁹ Martianus/ Marcellinus/ Mutius/ Martianus/ Margareta/ Marcellianus/ Rufinus/ Romanus/ Reparata virgo, Quirianus/ Largus/ Creſcentianus imperator/ Iuliana/ Euthyan⁹/ Diomedes, Chariton, Philadelphus/ Agapes & alij prope infiniti.

¶Mortui diuerſis morbis.

1 Antipater Sidonius
Antonius monach⁹
Guido petramala
Columbanus
Serena
Tacitus imp.
T. Veſpaſianus
Ant. Pius
Leo
Gotfredus rex
Alexander pont.

2 ¶Traianus
Henricus impe.

3 ¶Septimius impe.
Iuſtinus impe.

4 ¶Heraclius impe.
Michael Paphlago
Crantor

5 ¶Domitius Calderi.
Fatius
Zoe
Cōſtantinus
S. Ludouicus
Alphonſus
Antonius imp.
Michael maurocen⁹
Furius Camillus
Oppianus poeta
Hoſtilianus
Paralius
Xantippus
Io. Andreas
Lucius pont.
Hermolaus

6 ¶Valentinian⁹
Paulus Pont.
L. Annius
Fr. Petrarcha
Caſpar

7 ¶Grimoaldus
Alexander imp.
Attila

8 ¶Lycon
Tyrannion

9 ¶Albertus dux
Theophil⁹ imp.
Michael Balb⁹
Sanſon
Auſtrigildis

10 ¶L. Craſſus
Bonifacius.

Antipater,

Mortui febre.

¶Antipater Sidonius die ſuo natali ſemper febre laborabat, eoq; morbo periit vl- 1
tima ſenectute.

¶Antonius monachus febre itidem correptus quieuit ī domino, ętate beati Gre-
gorij.

¶Guido petramala Vbertinorum princeps, apud Nigrū montem hoc itidem
morbo expirauit.

¶Columbanus monachus cœnobij Luxouienſis itidem.

¶Serena Diocletiani vxor dolore martyrum a marito interfectorum, in febrem
incidit / qua extincta eſt.

¶Tacitus imp. apud Tarſum febri itidem abſumptus eſt. Author Sex. Aurelius.

¶Titus Veſpaſianus in agro Sabino.

¶Antonius Pius duodecim milibus paſſuum ab vrbe / apud Loricos in villa ſua.

¶Leo Conſtantini Capronymi filius eodem perijt morbo.

¶Gotfredus primus rex Hieroſolymę, anno vno poſt ipſam vrbem captam.

¶Alexander Iudęorum pontifex quartana.

Ventris profluuio.

¶Traianus dum rediret ex Syria, ex profluuio deceſſit / anno imperij 20. 2

¶Henricus ſeptimus imperator itidem.

Morbo articulari.

¶Septimus Seuerus imperator deceſſit morbo articulari, ſeptuagenario maior. 3

¶Iuſtinus iunior graui pedum dolore / anno imperij ſui vndecimo.

Morbo intercutis. 4

¶Heraclius imp. perijt intercutis morbo anno imperij 32.

¶Michael Paphlago eo morbo laborans Michaelem Calaphatem hęredē iſtituit.

¶Crantor Solenſis Xenocratis auditor, eadem perijt morte.

Mortui peſte.

¶Domitius Calderinus patria Veronēſis, natus annos 30. deceſſit ex peſtilētia. 5

¶Fatius quoq; Piſanorum comes vir iuſtiſſimus / eodem perijt morbo.

¶Zoe imperatrix, et Cōſtantinus Monomachus, eius maritus eodem fere tempo-
re peſtilentia interierunt.

¶Volaterranus ait beatum Ludouicum a ſecūda expeditione in Sarracenos rede-
untem, peſtilentia paſſim caſtra occupāte vna cum Ioāne filio periiſſe.

¶Alphonſus vndecimus rex Hiſpanię dum Saraut et Zibatar oppida obſideret,
eodem perijt morbo.

¶Antonius imperator deceſſit peſtilentia / ſexta q̄ ęgrotaſſet die.

¶Michael Maurocenus dux Venetorum eodem perijt modo.

¶Furius Camillus octogenarius, peſtilentia Romæ interijt.

¶Oppianus poeta (qui de piſcibus ſcripſit) Roma in Ciliciam patriam reuerſus
ibidem ingruēte peſtilētia ſuffocatus eſt anno ætatis 30.

¶Hoſtilianus Perpēna paulopoſt aſſumptum imperium eodem perijt fato.

¶Cælius ſcribit Paralium et Xantippum eodem ſuffocatos exitio.

¶Ioānes Andreas Ioānis Calderini præceptor deceſſit Bononiæ ex peſte.

¶Lucius ſecundus sūmus pont. anno ſui pōtificatus vndecimo peſte cōsūptus eſt.

¶Hermolaus Barbarus, eodem modo Romæ expirauit, & in fata conceſſit.

Mortui Apoplexia.

¶Valentinianus imp. cōtra Sarmatas (qui Pānoniā occupauerant) profectus, vo 6
ce aliqua

ce aliquandiu amissa/ Apoplexia mortuus est.
¶ Paulus secundus pōtifex/ dum post cœnam cum Architecto Aristotele sermonem haberet, obruente crapula repente ex Apoplexia mortuus est.
¶ L. Annius verus a M. Antonio ad imperij partem accitus/ dum inter Altinum atq; Concordiā iter faceret, Apoplexia itidē extīctus est. Author Sex. Aurelius.
¶ Fr. Petrarcha in agro Patauino/ Apoplecticus itidem mortuus est.
¶ Caspar Theologus, trium Cæsarum cancellarius, mortuus est in Bohemia ex Apoplexia.

Mortui sanguinis fluxu.

7 ¶ Grimoald⁹ decimus Longobardorum rex post Fleubotomiam in brachio factam, dum sagittam in columbā direxisset, erūpente continuo sanguine expirauit.
¶ Alexander imp. Basilij filius erumpente naribus sanguine.
¶ Attila rex Pannonię multo vino potus/ dū quiescēret/ eruptione sanguinis (qui ei de naribus solitus erat effluere) suffocatus est. Author Paulus Diaconus.

Podagra.

8 ¶ Lycon seu Glycon philosoph⁹ Socratic⁹ periit podagrę morbo ānos nat⁹ 74.
¶ Tyrannion Grammaticus (qui tria librorū milia fertur habuisse) decessit iam senex morbo podagrę.

Dysenteria.

9 ¶ Albertus Austrię dux/ Pannonię & Bohemię rex, duma Turcis in Austriā rediret, Dysenterię morbo decessit, postq̄ biennio imperasset.
¶ Theophilus imperator post Michaelem Balbum/ Dysenteria itidem perijt anno 12. imperij sui.
¶ Eodem quoq; morbo perijt eius pater Michael Balbus, seu Thraulus.
¶ Sansonem Chilperici regis filium Dysēteria expirasse testis est Gregorius Turonensis.
¶ Idem scribit Austrigildem reginam eodem modo periisse.

Dolore laterum.

10 L. Crassus orator, quęstor interiit ex dolore laterum, quum i senatu contra Philippum consulem acerrime declamasset.
¶ Bonifacius nonus anno 14. et mense 9. sui pontificatus, eodem perijt fato.

Mortui diuersis aliis casibus.

1	Æschylus	12	Amos	23	Attili⁹ Regul⁹
2	Arrius	13	Anatholia	24	Arcadius
3	Constantinus	14	Gregorius pont.	25	Andronicus
4	Orpheus	15	Leucippas	26	Bassius
5	Pius. 3. pont.	16	Ioānes Scotus	27	Corona
6	Diodorus	17	Psāmenitus	28	Minutia
7	Eupolis	18	Carol⁹ magn⁹	29	Oppia
8	Lacydes	19	Ibycus poeta	30	Hely
9	Pericles	20	Ioāna regina	31	Adrianus
10	Procopius	21	Alexander		
11	Timagenes	22	Dirce		

AEſchylꝰ poeta in Sicilia mœnibꝰ vrbis (in qua morabatur) egreſſꝰ/apri= 1
co in loco reſedit. Super quem Aquila teſtudinem ferens/eluſa ſpendo=
re capitis (quod erat capillis vacuum) eādē ꝓpinde ac lapidi illiſit, vt fra=
ctæ teſtudinis carne veſceretur. Quo ictu mortuus eſt poeta. Author
Val. Max. & Politianus in Nutricia. Aeſchylus aerię caſu teſtudinis ictus.

¶ Arrius Alexandrinus Armodij filius dum ſuam hęreſim (qua filium ab æter= 2
na patris ſubſtantia conabatur abducere) paſſim diſſeminaſſet, acriuſq; ſerperet, &
eundo vires acquireret ipſum contagium, ſuæ tandem impietatis pœnas luit. Et=
enim dum Cōſtantinopoli ſeceſſum peteret, ventris exonerandi cauſa, fluentibꝰ in
foricam inteſtinis/miſeram euomuit vitam, eius poſtea iudiciū experturus/de quo
perperam ſenſerat.

¶ Conſtantinus Capronymus perijt Elephantiaſi/quum annos 35 imperaſſet. 3

¶ Orpheus Calliopes & Apollinis filius/quum propter liberalem formā a mulie= 4
ribus adamaretur, ac nihilominus amore ſui captas auerſaretur, vel ꝙ eſſet caſtiſſi=
mus/aut (vt aliquibꝰ placet) procliuiore in mares libidine, a Męnadibꝰ inter Bac=
chi ſacrificia/occiſus eſt, Quiq; ſaxa & arbores cantu duxerat, et leones exarmaue=
rat, duras mulierum ceruices emollire non potuit. Ouidius Lib. 11. Inde cruentatis
vertuntur in Orphea dextris. Cōijciunt thyrſos non hęc in munera factos/Hę gle=
bas, illę direptos arbore ramos. Pars torquent ſilices.

¶ Pi Tercꝰ pōti Maxi. vlcere cruris (quo diu laborauerat) ad extremū periit. 5

¶ Diodorus Cronus ſapientiæ dialecticæ profeſſor pudore expirauit/luſoria quę= 6
ſtione nō protinus ad interrogationē Stilbonis diſſoluta. Author Ply. Lib. 7.

¶ Eupolis poeta Niciæ Atheniēſis filius primo die nuptiarum ruina lecti vna cum 7
vxore interfectus eſt. Ouidius in Ibin. Sit tibi cōiugij, nox prima nouiſſima vitę/
Eupolis hoc perijt/et noua nupta modo.

¶ Lacydes philoſophus Cyreneus exceſſit ex paralyſi circa Olympiadem, 134. 8

¶ Pericles Atheniēſis Thucididis ęmulꝰ i adminiſtrāda rep. exceſſit morbo lēto. 9

¶ Procopius tyrānus inſurgens contra Valentē principem, apud Natoliā Phrygiæ 10
ciuitatem victus, reflexis per vim arborum trūcis alligatus et diſcerptus eſt.

¶ Timagenes Alexandrinus ſub Pompeio captiuus Romam ductꝰ, perijt ex vo= 11
mitu poſt cœnam.

¶ Amos propheta ab Ozia filio vecte per tempore tranſfixus eſt. 12

¶ Anatholia virgo iuſſu Fauſtiniani prędis gladio per latera tranſuerberata eſt. 13

¶ Gregorius vndecimus Pontifex Max. dū annis octo ſediſſet, intolerabili veſicæ 14
dolore conceſſit in fata.

¶ Cęlius ſcribit Minyæ cuiuſdā filias eo furore percitas, vt humanis carnibꝰ veſce=
rentur/immo etiā filios ad eam rem ſortirentur/ac Leucippam Hippaſum filium
(quem petierat ſors) laniauerint.

¶ Ioānem Scotū Chriſtianæ Theologiæ diſciplina ꝑſtantem (dum erudiendis in 16
Britānia pueris operā daret) facta conſpiratione diſcipuli ſui graphijs occiderunt.

¶ Scribit Herodotꝰ Pſammenitū Aegypti regē poto ſanguine taurino ſuffocatū. 17

¶ Carolꝰ magnꝰ Aquiſgrani (vbi tēplū. S. Martini extruxerat) deceſſit pleureſi. 18

¶ Ibycꝰ poeta a latronibꝰ correptꝰ ſpe predę, dū cultros iugulo vidit inſtare, ꝑter= 19
uolātes grues obteſtatꝰ eſt. Aliquāto poſt tēpore dū homicidę ſederēt in foro, rur=
ſūq; grues ſupuolarēt, per iocū iter ſe ſuſurrabāt in aurē. Adſūt Ibyci vltores. Quo
ſermone audito/homicidij ſuſpectos habuerūt/qui audiuerāt, correptoſq; tormētis
ad verū coegerūt, et ex eo queſtionē exercuerunt. Atq; re comperta ſcelꝰ vlti ſunt.

20 Auſonius. Ibycus vt periit/ vindex fuit altiuolans grus.
¶ Carolus paruus Roberti Sicilię regis filius/ Ioānam fratris ſui Andreæ vxorem
21 puluillo ori iniecto enecauit, q̄ illa maritum ſuum interfeciſſet.
¶ Alexander Macedo Beſſum Bactrianorum ducē bello victum curuatis per vim
arboribus alligauit, quas demum tanto impetu concitatas remiſit, vt laniata paſſim
22 membra diſiecerint. Author Plutarchus.
¶ Dirce mulier dolens maritum ſuū Lycum Antiopæ amore captum, Antiopam
ipſam tauri cornibus alligauit, ad cuius vociferationē protinus acceſſerunt Zethus
& Amphion eiuſdē filij, qui ad vlciſcendā iniuriam matri factam, tauro indomito
Dircem alligauerunt/ eaq; morte extinxerunt. Propertius Lib. 3. Tu reddis pueris
matrem, pueriq; trahendam Vinxerunt Dircē ſub trucis ora bouis.
23 ¶ Attilius Regulus Xantippi ducis Lacedęmoniorū inſidiis ab Aſdrubale capt⁹/
miſſuſq; ad populum Romanum legat⁹, vt ex ſe vno & ſene Carthaginēſiū capti-
ui penſaretur, dato in contrarium conſilio/ ad inimicos iuxta pręſtitā fidem redijt.
A quibus in arcā ligneam coniectus clauis introrſum adactis, efferatā Barbarę gē-
tis ſęuitiam expertus eſt. Demum palpebris oculorum inferne & ſurſum verſū cō-
ſutis/ Soli expoſitus/ alijſq; poſtmodū multis tormētis lento peremptus fato. Clau-
24 dianus. Prorogat æternam feritas tibi Punica palmam Regule.
¶ Arcadio martyri man⁹ primū/ demum pedes/ eoq; modo cętera membra ſeria-
25 tim amputata ſunt.
¶ Andronicum martyrem Maximus pręſes circa ventrē papyris inflammatis fe-
cit exuri, incenſos clauos eius digitis apponi/ ignitum ferrum in os immitti/ dentes
26 exc..ti/ confractis maxillis linguam abſcindi/ ad extremum capite puniri.
¶ Baſſius epiſcop⁹ a Perennio pręſide in eculeo primum ſuſpenſus, demum lami-
nis ardentibus circa latera appoſitis excruciatus, fuſtibus & ſcorpionibus cæſus/ in
ignem miſſus/ duobus poſtremo verubus a talo ad verticem capitis confixus/ ſpi-
27 ritum deo reddidit.
¶ Corona mulier ſub Antonio Impe. arboris ramis per vim reflexis alligata/ eiſdē
28 in aera remiſſis diſcerpta eſt.
29 ¶ Minutia Veſtalis ſuſpecta libidinis ꝓpter elegātē corporis cultū, viua defoſſa ē.
30 ¶ Oppia quoq; veſtalis comperta ſtuprī, obruta eſt terra.
¶ Hely ſacerdos quum in filiorum Ophni & Phinees delictis cōniueret, eoſq; re-
linqueret impunitos, de ſella cadēs/ fracta ceruice expirauit, domino diſſimulatio-
31 nem vlciſcente.
¶ Aprianus quoq; martyr extinctus eſt cruricfragio, ſub Maximiano imperatore.

¶ Mortui qui reuixerunt.

1	Auiola	4	Corfidius	7	Aeſopus
2	L. Lamia	5	Gabienus	8	Palici
3	Cælius Tubero	6	Glaucus	9	Athena.

1 ¶ Auiola vir conſularis/ authore Plynio/ in rogo reuixit. Et quoniam ſubueniri nō
poterat, pręualente flamma viuus crematus eſt.
2 ¶ Idem de L. Lamia traditur.
3 ¶ Cęlium Tuberonem functum pręfectura a rogo relatum idē ait ex teſtimonio
Meſſalę.
4 ¶ Ait & Corfidiū funere locato reuixiſſe/ et locatorem funeris ab eo elatum.

Gabienus

¶Gabienus fortiſſimus claſſiũ Cæſaris a Sex.Pompeio captus/eiuſdem iuſſu in- 5
ciſa ceruice iacuit in litore tota die.Deinde quum adueſperauiſſet,petijt/vt Põpei⁹
ad ſe veniret,teſtatus ſe ab inferis remiſſum/habere,quod nunciaret.

¶Ferunt Glaucum quempiam mortuum prẽter omnium expectationem guſtato 6
mellito pharmaco reualuiſſe.Alij multis accurrẽtibus medicis/herba (quam dra-
conem vocãt) vitę reſtitutum dicunt.Author Eraſmus in explanatione illi⁹ ada-
gij.Glaucus poto melle reſurrexit.

¶Aeſopum ex Phrygia fabulatorem,Tyndareum quoq; & Herculem reuixiſſe, 7
Teſtis eſt Cælius Lib.8.Lectionum antiquarum.

¶Aeſchylus apud Volaterranũ ſcribit Palicos Iouis et Thaliæ filios/mortuos vel 8
iterum reuixiſſe.

¶Athena Cataldi(qui poſtea fuit epiſcop⁹)mater in partu mortua/ ab ipſo Ca- 9
taldo primum nato ad vitam ſolo amplexu reuocata eſt.Quod ſi verum eſt,mirum
in eo futurę ſanctitatis fuit oſtentum.

¶Qui in mortuos ſęuierunt.

1	Septimius Seuerus in Claudium Albinum		
2	Achilles in Hectorem	8	Parthi in Craſſum
3	C.Rabiri⁹ in Apuleiũ Saturninũ	9	Tullia in Seruium Tullium patrem
4	Thomyris in Cyrũ	10	Antonius & Fuluia in Ciceronem
5	Cambyſes in Amaſim	11	Sylla in Marium
6	Cambyſes in Syſamenem	12	Ptolemęus in Cleomenem
7	Amathuſij in Oneſilum	13	Andebũt⁹ in Aroldũ fratrem

¶Septimi⁹ Seuerus Clodio Albino(quem Cæſarem dixerat)tumultuãti caput 1
abſcidit,reliquũq; eius cadauer equo refugienti dedit cõculcãdum.

¶Achilles Hectorem Patrocli ſibi chariſſimi iterfectorem occidit/occiſũ ter cir- 2
cum Troiæ muros raptauit curru.Quũq; inſtar frendentis beluæ immanitatẽ ex-
pleuiſſet,Priamo patri vęnale cadauer expoſuit.Propertius Lib.2. At poſtq̃ ſera
captiua eſt reddita pœna,Fortem illum Hęmoniis Hectora traxit equis.Virgili.
Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.Et alibi.Raptat⁹ bigis vt quondã/
aterq; cruento Puluere,perq; pedes traiectus lora tumentes.

¶Apuleius Saturninus Tribunus plebis/quum Graccorum leges Agrarias vel- 3
let aſſerere,a C.Mario &.L.Valerio cõſulibus in Capitolio obſeſſus, deditionem
tandem facere coactus eſt.Captus autẽ,fuſtib⁹ & ſaxis cooptus ibidem expirauit.
Mortui caput.C.Rabirius ſenator p conuiuia in ludibriũ circũtulit.

CYrus rex Perſarum/quum Sargapiſem Thomyris Scytharum reginę filiũ 4
bello captum ad mortem impuliſſet,irata mulier nõ prius finem fecit
furori/q̃ mortuum vlta ſit.Cõtractis itaq; copijs ita conflixit,vt maximã
inimicorum partem cũ ipſo etiamnum rege occiderit.Nec tamen hoc euentu pro-
pterea emollita eſt animi rabies.Mortui enim caput in vtrem humano cruore ple-
num demiſit,his verbis inſultans.Filij mei ſanguinem hauſiſti/& meum ſitiuiſti
Cyre.At ego te cruore ſaturabo.Author Herodotus.

¶Cambyſes rex Perſarum mortuo Pſammenito Aegypti rege(quem victum ad 5
hauſtum cruoris taurini coegerat)e Memphi in vrbem Sain abijt, ibiq; Amaſis

cadauer e conditorio reuelli/reuulſum verberibus cædi & vellicari/ſtimulis deniq; pungi/ et contumelia infeſtari/ac poſtremo comburi iuſſit. Herodotus Author.

6 ¶Idem Cambyſes Siſamenem iudicem (quod iniuſte pecunia corruptus iudicaſſet) interemit, interempto corium detraxit, detractum in lora concidit/eoq; tribunal (in quo perperam et inique iudicauerat) operuit. Atq; Otanem eius filium ibidem ſedere iuſſit, et periculo patris, ab iniquo iudicio cauere. Idem Author.

7 ¶Oneſilus Gorgij Salaminiorum regis frater, quoniã Cyprios induxerat/ vt Dario ſe ſubmitterent, comprẽhenſus ab Amathuſijs (quibus id volebat perſuadere) obtruncatus eſt. Eiuſq; caput ſupra vrbis portas ſuſpenderunt. Author Herodot⁹.

8 ¶M. Craſſus facile docet inexplebilem hominum auiditatem nullis auri cumulis, nulla bonorum myrmecia aut drachmæ grãdine explerí, ſed creſcere ſemper et augerí copia. Nam quũ eſſet ditiſſim⁹ Romanorum/haberetq; tantum agrí/ q̃tũ nec miluus oberret, ſibi tamẽ modum prẽſcribere, aut temperare non potuit, quin Parthos (quorum opes ſitiebat) aggrederetur. A quibus cum toto exercitu fuſus, immodicæ libidinis dedit pœnas. Non ſolum enim a Pomaxarte occiſus eſt, verum mortuo quoq; inſultarunt inimici. Cauſam ſiquidem agnoſcentes/qua bellũ ſuſceperat/in caput interfecti aurũ liquauerunt, hiſq; irriſerunt verbis. Aurũ ſitiſti Craſſe, Aurum ad ſaturitatem bibe.

9 ¶Tarquinius Superb⁹ Seruium Tullium ſextum Romanorum regem (vt regno ſuccederet) morti dedit/cuius filiam nomine Tulliam in vxorem prius duxerat. Scelerata mulier eadem regnandi libidine qua maritus/pruriens, vbi intellexit patrem interfectũ, vehiculo ſe propere ferri iuſſit, vt interfectori gratularetur. Quũ autem inter eundum, comperto cadauere, equi et auriga cõſtitiſſent/erubeſcerentq; mortuum cõculcare, mulier nefaria currũ ſuper faciem mortui parentis duci iuſſit. Vnde Seneca in Octauia. Dedit infandi Sceleris pœnas cum Tarquinio Tullia coniũx, quæ per cæſi membra parentis/Egit ſæuos impia curr⁹/laceroq; ſeni Violenta rogos nata negauit. Ouidius in Ibin. Infamemq; locum ſceleris quæ nomine fecit, Prẽſſit et inductis membra paterna rotis.

10 ¶Odio Ciceronis vſq; adeo exarſit Antonius, vt mortui caput ĩ mẽſa apponi voluerit, perq; diem illud aſpexerit, quouſq; tali ſpectaculo animum exſatiaſſet. Author Appianus Alexandrinus. Antonij quoq; vxor Fuluia caput ipſum maledictis primum/ac diris execrata eſt. Deinceps inſpuẽs, gremio ſuo appoſuit, acriuſq; deſpiciens/ linguam illi faucib⁹ extraxit, eamq; acicula plerũq; cõfixit. Vnde Quintianus in Cleopoli. Latiam foderet nec Fuluia linguam.

11 ¶Sylla rerum potitus corpus Marij iam defũcti reuellit/atq; diſiecit. Quapropter talionẽ formidãs/corpora cremari iſtituit. Authores Plyn. & Cic. Lib. 2. de Legib⁹.

12 ¶Cleomenes dux Spartanorum fugatus ab Antigono, ad Ptolemẽũ ſe recepit. A quo benigne primum excepꝰ/mox Nicagorę cuiuſdã calumnia/ inſidiarum ſuſpectus, ſe interfecit. Interfectum rex pelle nudauit, cruciq; affixit

13 ¶Aroldus rex Anglorum Cuntonis filius nothus patri ſucceſſit. Quod ægre ferens Andebunth⁹ (qui erat legitim⁹) mortuũ Aroldum refodi iuſſit, refoſſum in mare proijci.

¶De vario inhumandi ritu.

INexpiabile quondam ſcel⁹ creditum eſt ſepulchra violaſſe, adeo/ vt lex ſacrum eſſe locũ iuſſerit/ vbi corp⁹ hominis demortui iaceret, diceretur q; minxiſſe in patrios cineres, cui omnia ſiniſtre cadebant & inauſpicate. Apud nos quoq;, Chriſtianis damnatur cęrimonijs, qui aut lotium in ſepulchretis egeſſerit,

aut

aut aliquid aliud ibidē fecerit immūdum. Neq; hoc ipſum apud nos ſolū religioſū eſt. Nam nulla prope tam efferata gens eſt, quæ non ſenſerit habendā ſepulchrorū rationem, præter paucos Barbaros, qui quum beluino prope ritu inter ſe degāt, nihil mirum, ſi aliorum veſtigijs nequaq̄ inſiſtant. Nunc de vtriſq; loquendū, his ſcilicet/quibus nulla eſt funerum cura/& illis, quibus maxima.

¶ Lothophagi ſuos in mare defunctos abijciunt, aſſeuerantes parū intereſſe, humone/an aqua/aut igne abſumantur.

¶ Albani olim nefas putabant curam mortuorum agere.

¶ Sabæi corpora defunctorū eodem quo ſtercus modo, ducebant. Quinetiā reges reijciebant inter ſterquilinia.

¶ Troglodytæ mortui ceruicem pedibus alligabant, et raptim cum iocis & riſu eferebant, nullaq; habita loci ratione, mandabant terræ.

¶ Scytharū vero mos longe melior, qui mortuos inter epulas vorare cauſa honoris conſueuerant.

¶ Hyrcani non ad alium vſū nutriebant canes, q̄ vt eis functos vita vorandos obijcerent. Author Cicero.

¶ Athenienſibus tanta fuit ſepulchrorum cura, vt ſi quis dux bello peremptos/ſepulchro honeſtare neglexiſſet, capite plecteretur.

¶ Macedonibus nullum fuit tam ſolenne militię mun⁹, q̄ ſuos ſepelire.

¶ Apud Hebręos cautum fuit lege/ne inſepultum hoſtem relinquerent.

¶ Antiquitus nemini licebat in vrbe Roma ſepeliri, niſi his tantū, qui optime de Rep. meruiſſent. Propterea ferunt Adrianum imperatorem/aureorū quadraginta pœnam ſtatuiſſe in eos/qui in ciuitate ſepulchrum feciſſent.

¶ Aegyptij in domorum ędificatione negligētes/miro ſumptu/ſuperbaq; magnificentia cōſtruere ſepulchra cōſueuerant, operęq; prodigioſę Pyramides, q̄ exiſtimarent defunctorum domos ſempiternas. Viuorum vero domicilia/eſſe velut vitæ momento tranſeuntis diuerſoria. Iidem mortuos condiunt/et eos domi ſeruāt. Author Cicero Lib. 1. Queſt. Tuſc.

¶ Perſæ cęra circunlitos itidē condiūt/vt magis diuturna ſint cadauera. Auth. Ci.

¶ Mos erat Magorū, nō humare corpora ſuoꝝ, niſi pri⁹ a feris laniata. Auth. Cice.

¶ Pleraq; Aſſyriorum corpora in locis paluſtribus fuiſſe cōdita feruntur.

¶ Apud Gerros Scytharum populos quum rex fato cōceſſit, corporis auferūt inteſtina, poſitiſq; inibi aromaticis herbis ventrem demum cōſuunt.

¶ Perſarū in luctu mos eſt detondere in lugubri veſte cōiuges ac liberos.

¶ Indi pulchrū putant diem fati prę uenire, immo vero ſe viuos cremari iubēt. Coronatiq; deorū laudes concinūt. Null⁹ honos ſolutis ſenectute corporib⁹ exhibet.

¶ Solebant pleriq; Ethnici diebus nouem mortuos flere, vnde Nouendialium ſacrorum manauit conſuetudo.

¶ Apud Tauros quum rex moritur/chariſſimi quiq; ſponte ſimul cōmoriūtur.

¶ Sindi tot piſces in ſepulchra mortuorum mittūt/quot hoſtes interfecerunt.

¶ Phryges marmoribus pro ſepulchro ſuſpendunt.

¶ Maſſagetę eos qui morbo pereunt, tanq̄ impios canibus dant in prędam. Bello vero interfectos/honore maximo proſequūtur.

¶ Mos fuit pleriſq; populis/mulieres cōductícias (præficæ vocabantur) comparare, quæ in eorū morte lugerent/quib⁹ deeſſent parentes.

¶ Mortuo apud Gręcos vel prīcipe/aut quouis alio magnę authoritatis viro, duodecim hoſtes velut victimæ occidebantur, quēadmodū quoſdam Troianorū Pa-

troclo contumulauit Achilles.

¶Syllius Italicus Lib. 13 varios funerandi ritus describit his versibus.

Tumuli & cinerum sententia discors.
Tellure (vt perhibent) is mos antiquus Ibera,
Exanima obscœnus consumit corpora vultur.
Regia quum lucem posuerunt membra, probatum est
Hyrcanis adhibere canes. Aegyptia tellus,
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, & a mensis exanguem haud separat vmbram.
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virum, et longum myrrhata reponit in ęuum.
Quid, qui recluſa nudos Garamantes arena
Infodiunt? Quid, qui ſęuo ſepelire profundo
Exanimes mandant Lybicis Naſamones in oris?
At Celtæ / vacui capitis circundare gaudent
Oſſa (nefas) auro, & menſis ea pocula ſeruant.
Cecropidæ ob patriam Mauortis ſorte peremptos,
Decreuere ſimul communibus vrere flammis.
At gente in Scythica ſuffixa cadauera truncis
Lenta dies ſepelit putri liquentia tabo.

¶Porro lege fuit olim ſancitum, ne quis ſepulchrum faceret operoſius, q̄ quod decem homines triduo poſſent abſoluere.

¶Demetrius lege ſanxit, vt mortui ante lucem efferrentur.

¶Funerare in bello corpora primus docuit Hercules.

¶In exequijs cupreſſo fores ornare fuit moris, ꝙ hęc arbor ſit Plutoni ſacra.

¶Solon mortem ſuam lugeri iuſſit, contra vero Ennius vetuit.

¶Cyrus apud Xenophontem inhibet, ne corpus ſuũ auro aut argento includatur, ſed terræ mandetur protinus.

¶Thobias ſepeliendis mortuis vacabat.

¶Machabęus inimicorum interfectorum cadauera ſepeliri iuſſit.

¶Alexander Darij interfecti corpus matri tumulandum prębuit.

¶Pauli Aemylij cadauer Annibal hoſtis ſepeliuit.

¶Bruta aliaq; animalia honorata ſepulchris aut ſtatuis.

ALexander equum habuit Bucephalum nomine, qui regio inſtrat⁹ ornatu / nullum alium ab Alexandro ſeſſorem admiſit, alios paſſim reiiciẽs. Propterea rex defũcto duxit exequias, vrbẽq; muro circundedit nomine ei⁹.

¶Cæſaris quoq; dictatoris equus neminem aliũ dorſo recepit. Idem hominis ſimiles pedes habuiſſe fertur, hac effigie locatus ante Veneris genitricis ædem. Author Plyni⁹. Statuam eius graphice deſcribit Statius Lib. 1. Syluarum.

¶Equus Auguſti Cæſaris mortuus, tumulo honoratus eſt.

¶Agrigenti cõplurium equorum tumulis ſuperpoſitæ ſunt Pyramides.

¶Cimon Athenienſis equabus (quib⁹ in Olympico certamine terciũ vicerat) ſepulchra erigi prope ſuum monumentum iuſſit. Author Plutarchus.

¶Romæ fuit Coruus / qui humano ſermoni aſſuefactus / omnibus matutinis euolans in roſtra, Tyberium / Germanicum / & Druſum Cæſares nominatim, mox tranſeuntem populum ſalutabat. Quem quum poſtea neſcio quis ira percitus occidiſſet

occidíſſet/a populo factum ęgreferente,ſaxis obrut⁹eſt,Funuſq; aliti innumeris celebratum exequijs.

¶Xantippus dux Lacedæmoniorũ canes familiares ac domeſticos curauit humãdos. Vnum præcipue in arce,cui loco Cynotaphium extitit cognomentũ. Author Plutarchus.

¶Saxo Lib.5. Danicarum hiſtoriarum ſcribit Arſuitum Biornonis regis filium cum cane et equo fuiſſe humatum.

¶Ceruus Syluiæ (qui vulnere violat⁹, cauſa fuit belli inter Troianos et Latinos) roſis et tumulo ornari meruit.

¶Herodotus ſcribit Feles mortuas magno luctu defleri ab Aegyptijs,demum ad ſacra tecta deferri, vbi ſalſę ſepeliuntur in vrbe Bubaſti. Canes quoq; in ſua quiſq; vrbe tumulãt ſacris in locis. Vrſos qui ſacri ſunt,& lupos non multo vulpibus grãdiores eo ſepeliunt loco/ vbi iacentes inueniunt. Crocodilũ (vbi mortem obijt) ſale conditum ſacris in vrnis ſepeliunt. Viuenti gemmas & inaures appendunt.

¶Lethargus Hippammonis equus mortuus cum mortuo domino inhumatus eſt.

¶Auram Atalãtę canem/quum Calydonia ſus peremiſſet,bruto ab indigenis ſepulchrum erectum eſt.

¶Geryonis canis Gargitios,Cerberi frater,ab Hercule cæſus/in Iberia monumẽtum habuit.

¶Marthes rex Aegypti cornicem habuit impendio mitẽ,adeoq; cicurem,vt quocunq; fuiſſet imperatum/literas deferret,ſciens quo trãſuolandum, vbi ſidendum quieſcendũ ve foret. Propter quod obſequiũ adeo mite/ nulliuſq; ſtipendij indigũ, rex dignam putauit,cui erigeretur tumulus. Quod quoniã apud auditores ęgre capit fidẽ,ſi cui videor hoc finxiſſe, videat Cęlium Lib.13.Cap.58,qui ex Græcorũ monumentis hoc ipſum aduocat.

¶Apud Perſas equi/apud Moloſſos canes ſepulchra et exequias meruerunt. Vnde Statius Lib.2. Syluarum. Gemit inter bella peremptum Parth⁹ equum,fidoſq; canes fleuere Moloſſi,Et volucres habuere rogum,ceruuſq; Maronis. Itẽ Stroza filius. Suos de more Moloſſa vetuſto Condit terra canes/cineres nec lędit opertos.

INgrati qui Columbarum inſtar/parentes roſtris impetunt/et pabulo ſpoliãti quiq; more viperarum pro vita rependunt mortem,hac hiſtoria ſpeculũ ſibi faciãt,diſcãtq; Ciconias imitari,quæ parẽtibus ſenio cõfectis/victũ miniſtrãt inſigni pietate. Proponãt ſuis oculis antiquitatẽ,quæ nullum obſequij genus incõpenſatum ac ſine mercede reliquit,nec ipſis quidẽ brutis animalib⁹ ſuum vectigal derogans. Et ſane crudelis eſt animi,eũ non agnoſcere,cuius opera tibi fuerit emolumento. Propterea Porcius Cato vir alioqui laudatiſſimus,magno crimini ſe fecit obnoxium,multũq; maculæ in tota poſteritate ſibi cõtraxit,q; ſeruos ætate et ſenio cõfectos ablegauerit protinus. Quaſi vero bob⁹ emeritis/pabulo ſit interdicendũ, Aut nulla prorſus eorum ſit habẽda ratio,quos fixis ad Herculis poſtem armis iam donatos Rude,inualida ætas et vires iam defectæ cogunt quieſcere. Aut quaſi ſublata ab hominibus vtilitate,nihil amplius humanitatis tribuẽdum ſit. Atheniẽſis popul⁹ publica alimẽta cõſtituit mulis,quorum opera vſus fuerat in ędificio publico,ſolutoſq; viculis p̃ paſcua libere errare p̃miſit, velut libertate donatos. Quinetiam maximo datum eſt probro,ſi quis bouẽ aratro iam ſenij cauſa inutilẽ, vel reieciſſet vel expoſuiſſet vęnalẽ. Et nos nõ pudebit deo⁹ immortaliũ obliuiſci,quib⁹ tamẽ corp⁹/ip̃ſãq; adeo vitã & animã debem⁹? Pro nihilo habem⁹ parẽtes aſp̃nari,

qui et nos genuerunt, quibus/ vagitibus noſtris (dum in cunis eſſemus) totiens aures obtudimus, totiens interpellauimus ſomnũ, quoſq; tam frequẽter a cibo/ alijſq; delicijs auertimus, et ad cõgregãdas nobis diuitias ante Auroram ſurgere/ veſpertinos lectum petere/ corpus ventis/ vitam periculis exponere/ fraudare geniũ/ ac totos deſyderio habẽdi prurire & inęſtuare fecimus. Quid autem de præceptoribꝰ? quos licet extremo memorem loco, meritis tamen eorum reſponderi poſſe nõ puto. Cur autem non puto? Qui erudiendi munus aliquando profeſſi ſunt, nõ inquirũt cauſam, At rerum imprudẽtes & imperiti, rem putãt eſſe leuiſſimam, neq; pręceptorum vigilias aut labores æſtimant pluris, q̃ edentulas obſtetrices. Qui tamen ſi aures veritati nõ occluderẽt & ſano iudicio, in tota mortalium vita nullã reperirẽt profeſſionem pluribus vigilijs, et maiore animi tędio laborantem. Videbor comminiſci fabulas, niſi verbis amplioribus me verum & velut ex Tripode loqui probauero. Primum omniũ, vt et maiora taceam, & de leuiſſimis tãtum loquar, quot inter legẽdũ ſcrupi & inexplicabiles nodi paſſi occurrũt/ qui nõ ſemitarios modo ludimagiſtros, ſed etiam præcipiendi peritos, rariſſimęq; notæ præceptores, ſuſpẽſos diem perpetuũ remorantur? In quibus ſi nulla pateat ſenſus cõiectura, tunc eos rationem oportet comminiſci, qua coram naſutis auditoribus (ſi quos habeãt tales) ſuam diſſimulent ignorantiam, vt neq; reperiſſe nodum, neq; ſalebram offẽdiſſe videanť. Sed vt ſit plane docti p̃ceptores, Credis propterea nullas habere furias, aut ſemper eſſe pectore curis expedito? Immo vero maniam cæteris grauiorem ſuſtinent. Nam quo excellentiore ſunt ingenio, hoc animo in bilẽ procliuiore. Hoc autem maiorem cõtrahũt bilem, quo certius exploratam habẽt diſcipulorum inſcitiã. Hoc demum certius habẽt exploratam, quo eminẽtioribus florent literis. Pręterea rabiem medullis induunt, dũ vident ignaros priore loco haberi, Et tum ea pene emoriũtur, dum ab ignaris, ſibi vident imperari. Nec ego inexpertus dico. Vidi enim pleroſq; plane inſulſos/ agreſtes/ illepidos/ gemẽtibꝰ Muſis et inuita Minerua natos, qui nec Aeſopum quidẽ triuerant, qui tamen (ꝙ auribus Gymnaſiarcharum probe ſeruiebãt, ac de eorũdẽ crumena videbãtur ſoliciti) alijs egregie literatis/ ſeriaq; doctrina hominibus, ſed caput domini cõfricare neſciẽtibus, habebantur chariores, ac amplioribus cumulabantur obſequiis. Neq; tamẽ huiuſmodi imperiti Didaſcali ſuas nõ habẽt furias. Nã pręterq̃ ꝙ nihil ſciũt (quod eſt tormenti genus inauditum) multo magis torquentur in explicãdis nodis, q̃ qui ſũt claro ingenio, doctrinaq; non vulgari. Mandũt/ remãdunt, ruminant, adhuc tamen crudũ inueniunt, quicquid ſtomacho inculcãt. Vide quomodo cõcoquẽt rudes adhuc pulli, quod aſini iam prouecti nequeunt. Sunt inſuper tyrãnis ſimiles, qui vt potentiſſimos vrbium ſemper habẽt ſuſpectos, Ita quoq; indoctis hoc genꝰ magiſtellis apprime ſunt ſuſpecti, quibus in ſchola amplior eſt ingenij vel doctrinæ theſaurus. Metuunt enim, ſi quãdo aliquod verbũ cõgrue loqui velint, ne tercio quoq;, ſolœciſmi ac barbariſmi comperiantur, et accuſentur. Et quoniam ſuæ ignorantiæ ſunt intus ſibi cõſcij, neminem eſſe putãt, qui de hoc nõ ſomniet, nedũ fabuletur. Adeo ſuam ipſi mẽtem reformidant, furiaſq; vltro ſibi parturiunt. Nec minus cruciãtur animi, dum in media eruditorũ turba ſoli coguntur muſſare, ſoli nihil dicere, ne ſuã barbariem amplius euentilent. Sed quod vtriſq;, doctis ſcilicet et indoctis cõmune eſt malum, non minorem parit crucem. Imprimis furorem affert & mortẽ Crambe bis repetita. Lectiones tot verborũ cumulis explanatę, nec dũ diſcipulis ĩtellectę torquẽt plus culeo et furca. His accedit variꝰ pædagogorũ guſtꝰ, quorũ alius vult alumno ſuo Virgiliũ, hic Horatiũ, Iuuenalẽ ille in ſchola p̃legi. Oĩbus ſatiſfieri nõ

poteſt

poteſt. Acquieſcas vni, impinges in odiũ alterius. Des breuẽ infirmioríb⁹ ingenijs lectionem, reclamabitur a præclaris. Primis rudimẽtis innitere, aderunt protin⁹, qui nõ ſine cõuiciis dolebũt tãdiu liberos ſuos humi ſerpere. Sequare ſemp ardua, non deerunt/qui calumnientur implumes adhuc pullos prouocari ad volatum. Quid in tanta rerum ambiguitate facias? Qua vero fronte ferendæ ſunt parentum querimoniæ? quorum et clamores in finem diuerſum tendunt. Pleriq; patrũ voluntacri cenſura in ſuos animaduerti. Matres lachrymis et adulationib⁹ hoc deprecantur, quarum tamen liberi ea forte ſunt natura, vt ſine ſtimulo nihil omnino poſſint proficere. Demum quum toto triennio nihil aut parum promouerũt, Hic præceptoris furor, atq; vtriuſq; parẽtis, Hinc oritur dura grauior querimonia furca. Accidit item ſæpenumero, vt ſi primoribus digytis ictum (quo nec pereat muſca) puero incuſſeris, accedat protin⁹ mater, dicatq; te in filij caput colaphis grandinaſſe, aut pedibus conculcaſſe ad mortem. Hæc tamen auríb⁹ ſurdis bibenda ſũt. Neq; alia tuis laboribus aderit merces. Quæ omnia mihi ſtomachum non mouerent, niſi diſcipulos erudire, ſordidum plane, et velut mendicitatis quædẽ ſpecies videretur, adeo vt iliberales quædam matronæ et Proſerpinæ vitam præceptoris ſibi deberi putent, ſi viliſſimo hoſpitis Calabri munere eũ donauerint. Abite in malam crucem edentulę/venenatæq; Aſpides, Abite cũ veſtris obolis et quadrantibus. Exiſtimatis perpetuum totius anni laborem veſtris penſari xeniolis, aut nullũ propterea liberis veſtris non deberi ſtudium, quum vnica fortaſſe lecti paleſtra maius præmium iuuenculæ acceperitis, q̃ ad annuam liberorum culturam erogetis? Oppianus poeta ſcripto de piſcibus opere, tot ab Antonio Seueri filio accepit nũmos aureos, quot illic erant carmina. Vendidit Iſocrates orationem talentis viginti. Pamphilus pictor neminem minoris talento docuit. At vos tum egregie et magnifice vobis videmini feciſſe, ſi vel caprinum caſeolũ, aut mellitam dederitis placentam. Mihi tamen propter hoc ipſum non diſplicet erudiendi conditio. Doleo tãtum nullã haberi laborib⁹ gratiã. Neq; aliquid prẽter Cymices et pediculos ibidẽ cõparari. Præceptores aſſiduo clamore exhauriũt pulmonẽ, et ad Rauim vſq; vociferãtur, fuſoſq; Parcarũ improbo quãdoq; labore ſibi accelerãt/et vitã faciũt breuiorem, Apud diſcipulos tamen interim ſtatim gratia. Abſit autem, vt hæc mihi inuratur macula/tantæq; infamiæ carbone/tanta immundicia nigreſcat meum nomen. Ferreus ſim et emoriar, et (vt cum Horatio loquar) merdis caput inquiner albis Coruorum, ſi quis vnq̃ huius ſceleris me conuincat. Si ab eorum recordatione vel vnguem latũ receſſero, qui meipſum doctrina excoluerunt. Nec de iſs tantum loquor, qui ætate iam prouectum docuerũt, Illos etiam includo, ſub quibus ipſa didici elementa, quiq; primis rudimẽtis (quæ ſi ſpreuiſſẽ, non fuiſſet maioribus locus) me more nutricis pauerunt. Ante omnes/q̃diu viuam, habebo & reuerebor loco numinis, puericiæ meæ doctiſſimum Aurigam et impœnitendum præceptorem HVGONEM VITVRELLVM, cui quicquid eſt in me frugis, refero acceptum. Fuit enim artifex fundamentorum meorum in prima ętate, quo tempore Corbini (id eſt oppidũ nõ procul Auguſtuduno) degebam cũ Guillermo Laterano hoſpite meo viro honeſtiſſimo, et amantiſſimo literarũ. Docebat me q̃ta maxima poterat diligentia, neq; patiebatur in ſchola mihi ſomnũ obrepere. Negligentiam meam quandoq; puniebat ferula, Cuius quoniã videbat me timidiſſimum, animaduertebat modice, idq; cum riſu, Verbiſq; frequẽtius terrebat q̃ verbere. Et quod omniũ probo maxime, nõ ſolum mihi proderat eius doctrina, ſed inculpati quoq; mores, honeſtiſſimæ vitæ ſpeculum proponebãt et exemplũ.

Hugo Viturellus

Nullum vnq̃ verbum ex eiꝰ ore prodíbat ímpudícum. Quomodo autem prodíſſet, quum quid eſſet ímpudícítia, nunq̃ periculum feciſſet? Quod ego poſito ín vadímonium capite, affirmare auſim. Nec loquor vt eíns ſeruíam auríbꝰ, ſed quoníam íta ſe habet veritas. Nã multís annís (quos erudiẽdís íuuenibus ímpẽdít hactenus) nũq̃ eíus maculę fuit ſuſpectꝰ. Nec ípſe ſuſpícionís malę prętítít occaſionem. Nemo vnq̃ ſcíntíllam Venerís potuit ín eo augurarí, q̃uis nec vxorem duxerít, nec ſacris ſit ínítíatus. Inculpata eíus víta nullo melíus argumento cognoſcítur, q̃ ꝙ propenſa ín deterius hominum íudícía, et línguæ ín mendacía procliues, nihil vnq̃ ín eo ſordídum et ínhoneſtum potuerint cõmíníſcí, nedum reperíre. Nec porro ſuſpícandum eſt eũ ín alíjs morıbus, eſſe deteríorem. Quoquo te verteris, nihil níſí mũdũ reperíes. Eſt ímprímís honeſta ín díſcípulos grauítate, modeſto ín omnes colloquío, pręcípua ín ſacrís locís religíone. Temperate víuit. Parce ín cõuíuíjs loquítur, nec níſí de vírtute. Parcíſſímus eſt ſomní et epularum, Meſſe tenus víuit. & ſuo ſe pede metítur. Et quũ nemíní detrahat, detractores odío proſequítur Vatíníano. Cæterũ qm̃ authore Plynío, nihil eſt ín rerum natura, quod exemplo dierũ ac noctíum alíquas feríarum víces nõ poſtulet, fatigatũ ſtudíjs et labore ſpírítum, quandoq; refouet ludo, gaudetq; venandí ſtudío et ſagíttandí. Quod mea ſententía non eſt damnandum, quum pleriq; grauíſſímí et multa laude præſígnes vírí, ludís vel etíam puerílíbus quandoq; índulſerint. Ferũt Iouís et Alcmenæ fílíũ Herculem, puerulís ínterdum colluſíſſe. Sed et ab Alcíbíade quãdoq; deprẽhenſus eſt Socrates cum Lamprocle ínfãte íocans. Magnus Ageſílaꝰ cum ínfantulís nõnunq̃ ín arundíne lõga equítabat. Quare nec vertẽdum eſt crímíní, ſí ílle ſería, et quę virum decet, recreatione ínterím oblectetur, et ſe ſíbí reddat, quũ hi nuces etíam repetíuerint. Vt ſemel fíníam, quotíenſcunq; Hugonís mei reminíſcor, vídere vídeor tetrícum íllum cum ſua maieſtate Quintílíanum, vírtutís et eloquẽtię pręcepta dictantem, díſcípuloſq; morıbus paſcentẽ, nõ mínus q̃ doctrína, Reminíſcar tuí Hugo doctíſſíme, tíbíq; aſſurgam vt parentí, Dum memor ípſe meí, dum ſpírítus hos reget artus. Et ſí quando fortuna melíor Copíæ cornu míhí ſuppedítauerít, et me vtraq; mamma lactauerít, tu ambabus (quod aíunt) manıbus, pleníſq; calathís ex meo granarío (velut Alcmęon ex ęrarío Crœſí) hauríes et demetiere. Quod díco, vt íntellígas me nõ eſſe ex eorum numero, quí nõ agnoſcũt beneficía, quíq; vbi primũ nídum relíquerunt, euaneſcẽte ſtatím gratía, pręceptorıbꝰ faciũt, quod calceís et vaſís ſolet, quæ vbí vſu fracta ſunt et attríta, abíiciũtur protínus. Nõ erat anímus huc dígredí, níſí tuliſſem ęgre / operas brutorum melíus olím fuiſſe compenſatas, q̃ nunc ſtudía líterarum.

¶ Peſtílentiæ memorabíles.

1 ¶ Leone Iſauro ímperante, tãta ín vrbe Roma ſęuítum eſt clade, vt trecẽta et amplíus cíuíum mília peſte et fame cõſumpta ſínt.

2 ¶ Anno a vírgínís partu / 1400 / Florẽtię peſtís trígínta hominum mília abſũpſít, Porro ſcríbít Plynius Locrís et Crotone peſtílentíam nunq̃ fuiſſe.

¶ Damnatí Supplícíjs apud Inferos, ſecundum poetas.

1 Tantalus
2 Síſyphus
3 Ixíon
4 Tityus
5 Belídes
6 Prometheus
7 Theſeus

Fabulãtur

¶Fabulantur poetæ Tantalum díjs hoſpitío ſuſceptis/Pelopem fílíum appoſuíſ= 1
ſe comedendum, vt eorum experiretur diuinitatẽ, Ac propterea ad inferos perpe=
tua ſití ac fame torqueri, aquís et pomís orí imminentibus, quę non poſſit arripere.
¶Síſyphus Aeoli fílíus/quoníam ex hoſpitíbus alíos ſaxo perímebat, alíos calce in 2
aquas pręcípítabat, hanc apud ínferos luít pœnam, vt relabentẽ ſemper ſcopulum
ad vertícem montís cogatur voluere.
¶Ixíonem Theſſalum rota perpetua voluí dícunt, ꝙ ſe Iunoní gloríaretur concu= 3
buíſſe.
¶Títhyus Iouís fílíus propter tentatam ſtuprí Latonam/ab Apolline ſagíttis con= 4
foſſus eſt. Hoc autem ſupplícío nunc torqueri dícítur, vt renaſcentes eíus fíbras ie=
cur; vultur ſemper dílanıet.
¶Fílíæ Danaí (quæ ab auo Belo dícũtur Belídes) propter marítos noctu excepto 5
Lino ínterfectos/perforatís vrnís, aquas apud ínferos æternum hauríunt.
¶Prometheus Iapetí fílíus propter ígnem Ioui ſurreptum, formatũq; luto homí= 6
nem, a vulturíbus roditur ſub Caucaſo.
¶Theſeus Aegei fílíus perpetuo damnatur ocío, ꝙ cum Pírithoo Proſerpínã ra= 7
pere voluíſſet. Vírgílíus Lib. 6. Sedet, æternumq; ſedebít Infelíx Theſeus.
¶Supereſt vt omnía teſtímonijs poetarũ confírmemus. Ouídíus Lib. 4. Meta= 8
morphoſeos ínquít.

Víſcera prębebat Títhyus laníanda, nouemq; Ouídíus
Iugeríbus díſtractus erat. Tíbí Tantale nullę
Deprenduntur aquæ, quęq; ímminet/effugit arbor.
Aut petís aut vrges rediturum Síſyphe ſaxum.
Voluitur Ixíon/& ſe ſequíturq; fugítq;.
Molíríq; ſuís lœthum patruelíbus auſæ
Aſſídue repetunt, quas perdunt Belídes vndas. Idem Lib. 1. de Ponto.
Síc inconſumptum Tityj/ſemperq; renaſcens,
Non perít, vt poſſít ſæpe perire iecur. Idem ín Ibín.
Síſyphus eſt íllíc/ſaxum voluenſq; petenſq;/
Quíq; agítur rapídę vínctus ab orbe rotæ.
Quæq; gerunt humerís períturas Belídes vndas,
Exulís Aegyſthí turba cruenta nurus.
Poma pater Pelopís præſentia quærít, et ídem
Semper eget líquídís, ſemper abundat aquís.
Iugeríbuſq; nouem quí ſummus díſtat ab ímo,
Víſceraq; aſſídue debíta prębet auí. ¶Tíbullus Lib. 1. Tíbullus
¶Illíc Iunonem/tentare Ixíonís auſí
Verſantur celerí noxía membra rota.
Porrectuſq; nouem Títhyus per íugera terræ,
Aſſíduas atro víſcere paſcít aues.
Tantalus eſt íllíc et círcum ſtagna, ſed acrem
Iam íam poturí deſerít vnda ſítím.
Et Danaí proles (Venerís quę numína lęſít)
In caua Lethęas dolía portat aquas. Propertíus Lib. 2.
¶Hoc ſí quís vicíum potuít míhí demere ſolus, Properti⁹
Tantaleę poterít tradere poma manu.
Dolía vírgíneís ídem ílle repleuerít vrnís,

Nę

Ne tenera assidua colla grauentur aqua.
Idem Caucasea soluet de rupe Promethei
Brachia, et a medio pectore pellet auem. Idem Propertius Lib. 4.
Sisyphe mole vaces, Taceant Ixionis orbes,
Fallax Tantaleo corripiare liquor. ¶ Horatius in Epodo.

Horatius. ¶ Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus semper dapis.
Optat Prometheus obligatus alíti,
Optat superno collocare Sisyphus
In monte saxum, sed vetant leges Iouis. Seneca in Hercule furente.

Seneca ¶ Rapitur volucri tortus Ixion rota,
Ceruice grande saxum Sisyphia sedet,
In amne medio faucibus siccis senex
Sectatur vndas, abluit mentũ latex,
Fidemq; quum iam sæpe decepto dedit,
Perit vnda in ore, poma destituũt famem,
Prębet volucri Tityus ęternas dapes,
Vrnasq; frustra Danaides plenas ferunt. Idem in Thyeste.
¶ Stat lusus vacuo gutture Tantalus,
Et pendet capiti plurima noxio
Phineis auibus pręda fugacior. Idem in Hippolyto
His repositum degrauet fessas manus
Saxum, senis perennis Aeolij labor.
Me ludat amnis ora vicina abluẽs/
Vultur relicto transuolet Tityo ferus.
Meumq; pœnę semper accrescat iecur.
Et tu mei requiesce Pirithoi pater.
Hæc incitatis membra turbinibus ferat
Nunq̃ resistens orbe reuoluto rota.
Dehisce tellus/recipe me dirum chaos. ¶ Idem in Medea.
¶ Rota resistat membra torquens/ Tangat Ixion humum/
Tantalus securus vndas hauriat Pyrenidas,
Grauior pœna sedeat coniugis socero mei,
Lubricus per saxa retro Sisyphum voluat lapis,
Vosq; vrnis quas foratis ludit irritus labor,
Danaides abite. Idem in Agamennone.
¶ Vbi ille celeri corpus euinctus rotę
Inse refertur. Vbi per aduersum irritus
Redeunte toties luditur saxo labor.
Vbi tondet ales auida fœcundum iecur.
Et inter vndas feruida exustus siti,
Aquas fugaces ore decepto appetit.
Pœnas daturus cœlitũ dapibus graues. Idem in Octauia.
¶ Tantali vincat sitim
Ixioniq; membra rapientem rotam.
¶ Qui suis inuentis
perierunt.

Thrasius

1 Thraſius
2 Perillus
3 Phalaris
4 Pygmalion
5 Diomedes
6 Scyron
7 Icarus
8 Aruncius Paterculus.

THraſius ſeu Thraſillus quum ad exorãdas a Ioue pluuias Buſyrim docuiſſet hoſpites immolare, interfectus eſt omniũ primus. Ouidius in Ibin. 1
Vt qui poſt annos ſacri mõſtrator iniqui,
Elicuit pluuias victima cæſus aquas.
Idem Lib. 1. de arte.
Dicitur Aegyptus caruiſſe iuuantibus arua
Imbribus, atq; annos ſicca fuiſſe nouem.
Quum Thraſius Buſyrin adit, monſtratq; piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.
Illi Buſyris, fies Iouis hoſtia primus,
Inquit, et Aegypto tu dabis hoſpes aquã. Item Claudianus Lib. 1. in Eutropiũ.
Sic multos fluuio vates arente per annos,
Hoſpite qui cæſo monuit placare tonantem,
Inuentas primus Buſyridis imbuit aras.
Et cecidit ſæui (quod dixerat) hoſtia ſacri.

PErillus quoq; in tauro æneo (quem ad reos torquendos excogitauerat) a Phalaride combuſtus eſt. Ouidius in Ibin. Aere Perillæo veros imitere iuuencos, 2
Ad formam tauri cõueniẽte ſono.
Idem Lib. 4. De arte amãdi. Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit author opus.
Idem in Triſtib⁹ Perillum primo, deinde Phalarim ſic inducit loquẽtes.
Vt munus munere penſes, Da precor ingenio munera digna meo.
Dixerat, & Phalaris pœnæ mirande repertor,
Ipſe tuum preſens imbue dixit opus.
Claudianus Lib. 1. in Eutropium.
Sic opifex tauri tormentorumq; repertor,
Qui funeſta nouo fabricauerat ærа dolori,
Primus inexpertum Siculo cogẽte tyrãno
Senſit opus, docuitq; ſuum mugire iuuencum.

¶ Phalaris quoq; tyrann⁹ eodem poſtea tauro incluſus et crematus eſt, quo alios prius ſuffocauerat. Ouidius in Ibin. 3
Vtq; ferox Phalaris lingua prius enſe reſecta.
More bouis Paphio clauſus in ære gemas.

¶ Pygmalion frater Anthei quũ immolationem hoſpitum docuiſſet. deorum aras ſuo ſanguine inſtar cæterorum imbuit. Ouidius in Ibin. 4
Frater vt Anthei quo ſanguine debuit, aras
Tinxit, & exemplis occidit ipſe ſuis.

¶ Diomedes ab Hercule datus eſt in pabulum ſuis equis, quos humano prius ſanguine ipſe pauerat. Ouidius in Ibin. 5
Vt qui terribiles pro gramen habentib⁹ herbis,
Impius humano viſcere pauit equos.

¶ Scyron latro in Attica a Theſeo in mare præcipitatus eſt, quo pri⁹ hoſpites ipſe deturbabat. Cuius oſſa mutata dicuntur in ſcopulos. 6

¶ Icar⁹ pater Erigones, quum Atticos vſum vini docuiſſet, ab eis in ebrietatẽ lapſis interfectus eſt. Ouidius in Ibin. 7
Muneribuſq; tuis lædaris, vt Icarus, in quẽ
Intulit armatas ebria turba manus.

AEgeſta Sicilię fuit oppidum, in quo principatus eſt Aemylius Cenſorin⁹, qui noui tormenti inuentores muneribus cumulabat. Cui quum Aruncius Paterculꝰ, equum ex ere factum ad ſontes perimendos excogitaſſet, eiuſdem iuſſu prim⁹ eo cõiectus eſt, & ibidem enecat⁹. Author Ariſtides Mileſius 8

apud

apud Plutarchum. Vtinã ętate noſtra parí lege in eos animaduerteretur, quí nouorum ſcelerum ſunt rímatores. Nullum eſt mihí frequẽtius votum, q̃ vt latrones íllos pecuniæ publícæ quęſtores, nouercante alíquando Fortuna/& vlcíſcente Nemeſí ſuis inuentis perire vídeam, culeoq; & furca luere/aut mutato proſperitatis Fauonío bonis omnib⁹ ſpoliarí, manum ad ſtípem porrígere, & hoſtíatím victum emendícare, qui credulís & imperitís rerum príncipíbus rodendę plebeculę, exígẽdorumq; nouorũ ſemper vectigalíũ artẽ demõſtrãt, Quos iam hactenus edocuerunt, vt exhauſtís ingeníjs, vltro progredí non poſſint, nec ſi ímponatur nouũ ſtípendíj nomen, populus ſit ſoluendo. Quod enim extorquendi ęrís commentũ dari queat, quo regum aures non caleant, quod nõ teneant tanq̃ ſuos vngues, ſceleratíſſímo horum latronum cõſílío, quíbus nõ eſt horrorí cíues vrbium/& ruris íncolas quouis modo ad cutem vſq; radere, & ad medullas exſuggere, vt priuæ ſtudeãt crumenę, domeſtícumq; theſaurum ſemper adaugeant? Putas ne eos inopum víduarum/aut pupíllorum rationem habere, quos vident laceros/nudos tanq̃ ex matre, ſití & inedía macros, humectarí pluuia/frígore totos tremere, et nullas nõ ſentíre míſerías, nullo nõ languere tormento? Vidẽt rapaciſſímí hoc genus vultures, q̃ta ſit agrícolarum paupertas, q̃ flebílís vita, q̃ modica facultas. Sunt enim quorũ integer theſaur⁹ eſt caſa ſtramínea/fictílís hydría/Abacus lõgo vſutíneis foramínatus /duo aut tres vrceolí, faginus Cantharus, bíníq; nec amplíus porculí. In quos ſæuítur nõ mínus, q̃ in eos, quí drachmę grandíne opertí ſunt, & bonorum habent ſpacioſũ mare. Quí ſí non habeant, vnde ſoluant, prægnantíbus etiã vxoríbus auferetur culcítra lecti. Vídéret hoc Cícero, & nõ exclamaret in tyrãnídem regum? Vídérent Graccí, & ad aſſerendam líbertatem nõ excitarent populum? Vídéret Lycurgus, & ímmoderatum hoc rapínæ genus lege non comprímeret? Níhílomínus oportet patí, neq; eſt quí præ metu hiſcere aut mouere línguam audeat. Et quo líberíus hominum furor ac líbído ſíbí indulgeret, veritatí omnibus locís atq; etíam theatrís et templís interdíctum eſt. Nemo eſt quí potentíorum rapínas & adultería audeat obiurgare, Nemo q̃ ſpolíatę eccleſíę patrocínarí, Nemo q̃ de populi paupertate verba facere, Nemo quí exulãtẽ clerí nutrícẽ Leoní erípere. Et íam Theologí noſtrí, quorũ refert ad rauím vſq; verbís fulmínare, muſſant, relictoq; Theoſophię ſtudío ad grammaticorum nugas redeunt. Omnes enim ad vnum veritatẽ declínare diſcunt, ne iugulũ ínclínent. Propterea qm̃ leges comprímendorũ ſcelerum funditus perierunt, nõ eſt mírum, ſí durius íugum quotídíe incumbat populo, ſí noſtrí quęſtores, ærarijq; publící cuſtodes ífídeliſſímí nouos rapínæ modos annuatím comminíſcantur, et ex aliena míſería ad arbitrium ſíbí ſuiſq; omnibus fortunam fabrícent. Sed íam tacendum eſt, ne quis díẽ perduellíonís míhí dícat, & ín ius me vocet, aut veritas ípſa profeſſorí ſuo detrimentum afferat.

¶Morbi diuersi.

1 Albugo
2 Alopœcia
3 Angina
4 Amphimerinon
5 Apoplex
6 Argema
7 Aurigo
8 Arquatus
9 Alphon
10 Arthritis
11 Apopthosis
12 Amaurosis
13 Amblyopia
14 Apthę
15 Anchurisma
16 Anorexia
17 Atrophia
18 Acrocordona
19 Apostema
20 Branchus
21 Bubonocele
22 Batrachus
23 Bulimus
24 Cęrium
25 Cancer
26 Carbunculus
27 Carcinoma
28 Cephalęa
29 Condyloma
30 Cordapsus
31 Coriago
32 Coriza
33 Cynanche
34 Chiragra
35 Chemosis
36 Crethe
37 Chalazia
38 Cophosis
39 Cion
40 Calculus
41 Cardiacus
42 Cœliacus
43 Cirsocele
44 Catoche
45 Caros
46 Cachexia
47 Comitialis
48 Dysinteria
49 Dysuria
50 Dypsnea
51 Discoia
52 Dracontiũ
53 Diabetes
54 Elephantus
55 Enchantis
56 Epialos
57 Epiphora
58 Epinyctis
59 Ectropia
60 Emphisma
61 Epicauma
62 Epulis
63 Empyema
64 Enterocellę
65 Epneumatosis
66 Emphysima
67 Erotes
68 Ephialtes
69 Febris
70 Ficus
71 Furunculus
72 Gangilion
73 Gemursa
74 Glaucoma
75 Gomiorrhœa
76 Gangrena
77 Heterocranea
78 Hydron
79 Hydrocephalęa
80 Hydrops
81 Herculanus
82 Hydrocellę
83 Hypisphasma
84 Hyptasmus
85 Harpe
86 Hemorrhois
87 Icterus
88 Ileos
89 Impetigo
90 Intertrigo
91 Ignis sacer
92 Lepra
93 Lichenes
94 Lithiasis
95 Lyenteria
96 Lippitudo
97 Lagophthalmia
98 Leucomata
99 Lycantropia
100 Lethargus
101 Leontiasis
102 Mentagra
103 Melathea
104 Nephritis
105 Nausea
106 Narce
107 Ozena
108 Otalgia
109 Pernio
110 Petigo
111 Phrenetis
112 Phthiriasis
113 Pituita
114 Pleuretis
115 Podagra
116 Porrigo
117 Priapismus
118 Pustula
119 Pterigiũ
120 Ptilosis
121 Psorophthalmia
122 Phthisis
123 Polypus
124 Parotides
125 Parulis
126 Paristhmia
127 Pneumonia
128 Phymosis
129 Psora
130 Paralysis
131 Recluuium
132 Ramex
133 Regius
134 Stranguria
135 Sacer

Strophos

136 Strophos
137 Sycoſis
138 Synanche
139 Sonticus
140 Syriaſis
141 Soleropthalmia
142 Synchiſis
143 Sympyſis
144 Spſamus
145 Syntexis
146 Scotoma
147 Satyriaſis
148 Sphacelus
149 Struma
150 Scitrum
151 Therioma
152 Tormina
153 Tuſſis.

QVoniam morbi ſũt famuli mortis (de qua hucuſq; ſum⁹ locuti) optímo iure fiet vt dominã velut ancillarioli a tergo ſubſequãtur. De quíbus propterea ſi quid dixero, mihi quæſo nõ iraſcãtur medici, q̃ falcẽ in alienã meſſem iniecero, q̃q; vltra crepidã ſutor / vltra telam Textor iudicauero. Sola ſubijciam fragmenta ex peritiſſimo naturalium rerum Plynio / aliquotq; alijs nõ pœnitendis ſcriptorib⁹, ne quis calumnietur me priua opinione aliquid cõmẽtum fuiſſe. Sed rem aggrediamur ex ordine literarum.

1 ℂ Albugo eſt macula quędam in oculo, a colore ſubalbido, qui ex glutinoſa pituita procedit. Plynius. Qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

2 ℂ Alopœcia morbus eſt in capite humano ex vicio humorum proueniẽs, dictus a vulpe, quã Gręci Alopœca dicunt, q̃ crebro hoc genus morbi patiatur, vel ex proprietate vrinę eius animalis, qua vt aſperſę herbę areſcunt, neq; renaſcuntur nouæ, ita quoq; pilos decutit hic morb⁹, qui poſtea non ſuccreſcũt. Vocatur aliter Alopœciaſis. Et Alopœcades vafer ſeu vulpio dicitur. Plynius ait hunc morbũ linguę herbæ radice combuſta / et trita emendari.

3 ℂ Angina morbus eſt acutiſſimus fauces occupans et ſtrangulans, qui aliter Tõſæ ſeu tonſillæ dicitur, ab Hippocrate et Galeno Sinanche. Tracto Ethymo ab ango verbo, q̃ hominem angat. Plautus. Vellem me in Anginam verti, vt huic aniculæ fauces pręoccuparẽ. Fit autem quando nec tumor, nec rubor vllus apparet, ſed corpus aridum et vix ſpiritus trahitur, Arethę⁹ medicus dixit morbũ hunc ex frigore frigidiſq; potionibus generari. Anginæ genera tria ſunt, Synãche / Cinanche / Paraſynanche. Iulius modeſtus apud Macrobium teſtis eſt Angeronæ deæ olim ſacrificatum, q̃ populus Romanus hoc morbo, pręmiſſis votis liberatus ſit.

4 ℂ Amphimerinon febris eſt quotidiana, quæ ex humorib⁹ corruptis ac præſertim pituita coaleſcit.

5 ℂ Apoplexia ſeu Apoplexis dicitur ſubita percuſſio, et velut quædam conſternatio, quam qui patiuntur, dicũtur Apoplectici. Hoc morbo periit Valentinus, ſubiti ſanguinis eruptione. Si fiat in parte corporis tãtum, Hemiplagia dicitur, hũc morbum latini ſtuporem vocant. Galenus ait in Aploplexijs totum corp⁹ ſenſu priuari, ac motu, ſolũq; ſupereſſe anhelitum, qui ſi prohibeatur, maxima eſt & acutiſſima Apoplexia. Fit autem hic morb⁹, interdum fulminis ictu, interdum morbo.

6 ℂ Argema ẽ morb⁹ oculorũ, quũ vlc⁹ circulũ oculi infeſtat. Irim Gręci et Leucoma a candore nominant, Latini albuginem. Fit autem quando ex plaga tenui venis fractis ſanguis ſuffunditur toti oculo, deinde nigreſcit.

7 ℂ Aurigo morbus eſt, qui aliter Regius dicitur, nomen habet a colore auri, quem bi lis per totum corpus diffuſa repręſentat. Quo qui laborant, auriginoſi vocantur.

8 ℂ Arquatus morb⁹ dicit a varietate colo⁹ arc⁹ cœleſtis, quos affectorũ facies reddit. Plynius ſcribit hunc morbum et Ictericum eundem eſſe cum regio morbo, ab Icterone aue, quam nos galgulum dicimus. De hoc Lucretius Lib. 4. Lurida præterea fiunt quæcũq; tuentur Arquati, quia luroris de corpore eorum Semina multa fluunt,

ta fluunt, ſimulachris obuia rerum. Multaq; ſunt oculis in eorũ deniq; mixta. Quę contage ſua palloribus omnia pingunt.

¶ Plutarchus ſcribit Alphon morbũ eſſe quẽdam, quo q̃uis laboraret Atoſſa Artaxerxis filia, nihilominus a patre in vxorem ducta eſt. 9

¶ Arthritis dicitur articulorum affectio, ſicut Pleuritis, & coſtarum & Nephritis renum. 10

¶ Apopthoſis dicitur prurítus palpebrarũ, quum pili earũ decidũt, quarũ Diabroſis/ Diſtochiaſis/ Phthiriaſis etiam ſunt vitia 11.

¶ Amauroſis morbus eſt viſum impediẽs incolumi pupilla, fere citra vllũ dolorẽ. 12

¶ Amblyopia idẽ prope eſt cũ amauroſi, quãdo ita premunt oculi, vt exerti perſeuerent, & plus iuſto patentes ſunt, vt contingit athletis in certamine cõpreſſis. 13

¶ Apthę vlcera ſunt in ore ſummo, Infantibus plerũq; peculiaria vicio lactis (quo nuntriuntur) calido humore corrupti. Oriuntur & in prouectis ætate, quando humoribus calidis cõcurrentibus tumeſcunt ora aſpectu ſanguineo. 14.

¶ Ancuryſma tumor eſt arteriæ pręcluſæ e ſanguine & ſpiritu cauſam trahens. Fit autem quum vulnerata arteria pellis nequaq̃ ſuperinducitur. 15

¶ Anorexia eſt morbus quidam, quo affecti cibũ reſpuunt & faſtidiunt, pelliturq; olfactu aceti/ & alijs odoribus acutis. 16

¶ Atrophia morbus eſt maciem contrahens, quãdo corpus non alitur, cõtinuo aliquibus decedentibus & nullis ſuccedentibus. 17

¶ Acrocordona vlcera ſunt verrucis ſimilia, vbi ſub cute coit aliquid durius/ & interdum paulo aſperius. 18

¶ Apoſtemata dicuntur corruptiones carnium, muſculorum/ venarum/ & arteriarum, quæ initio rubra & dura ſunt, demum quum maturuerunt, multam emittunt ſaniem. 19

¶ Branchus ſpecies eſt Catharri guttur arripiens, quando fauces arteriarum aſperitate lęſæ ſunt. 20

¶ Bubonocele morbus dicitur, quando inteſtinum vſq; ad inguen dũtaxat erumperit/ aut decubuerit. 21

¶ Batrachus eſt tumor ſub lingua maxime pueros infeſtans.

¶ Bulimus dicitur morbus, quũ ob famem ſtomachus deficit, paulatimq; adeo frigeſcit, vt extremæ partes deſtituãtur. Curatur autem aceti/ aut panis calidi olfactu, aut ſi extrema membrorum/ calida aqua abluantur. 22 23

¶ Cęrium genus eſt viceris, dictũ a faui ſimilitudine, quam habet. Plynius. Ramorum fici teneri cauliculi cum melle vlceribus (quæ cęrata vocantur) illinuntur. 24.

¶ Cancer canceris, morbus eſt naſcens in omnibus fere corporis partibus, ſed maxime in mammis mulierum, quæ naturali menſtruo non purgantur. Ouidius. Vtq; malum late ſolet immedicabile Cancer Serpere, & illæſas viciatis addere partes. Cato de Re ruſtica Cancer cancri ponit in maſculino. Eadem (inquit) braſſica vulnera putrida, Cancroſq; purgabit. Aliter Carcinoma ſeu carcinus dicitur. Crinitus ait Cancrum differre ab Elephantiaſi, q̃ cancer vnicum dũtaxat membrum occupet, Elephantiaſis vero vniuerſum corpus ſuo paſſim contagio depaſcatur. 25

¶ Carbunculus eſt tuber/ ſeu vicium proueniens ex inflammatione, Diciturq; ab igneo carbone propter inflammationem. Super eum puſtulæ eminent maxime nigræ. Interdum ſubliuidę/ aut pallidę. In quibus ſanies eſſe videtur. Hunc morbum Græci Anthracẽ vocãt. Plynius lib. 26. ait Carbũculum in Italiã primum veniſſe L. Paulo & Q. Martio cenſoribus, ac eſſe peculiare Narbonẽſis prouinciæ malũ. 26

27 ¶Carcinoma ſunt qui idē eſſe putent cū cācro, niſi q̄ maxime in ſuperioribus partibus circa faciē/nares/ & aures prouenit. Cato ait hunc morbū ſanari braſſica trita.

28 ¶Cephalea morbus eſt acutus & peſtilēs, qui totū caput infeſtat. Qui dimidia ſolum capitis parte laborant, hemicranici dicūtur. Cephale caput ſignificat.

29 ¶Condyloma tuberculū eſt inſanabile, naſcēs circa coronam podicis, proueniēs ex inflāmatione. In quo ſunt eminētes tumores, figura rotunda/nūc molles/nunc duri. Tres aūt præcipui podicis morbi ſunt Rhagada/Hęmorrhois/Condyloma.

30 ¶Cordapſus morbus tenuioris inteſtini, quem iuniores Ilíacum nominant.

31 ¶Coriago morbus eſt pecoris bubuli, quum pellis ita tergori adhęret, vt appręhēſa manibus a coſtis deduci nequeat. Prouenit hic morbus, ſi bos ex aliquo languore maciem cōtraxerit/aut ſudans in opere, poſtea refrixerit.

32 ¶Coriza morbus humore naſum obturans, latine grauedo.

33 ¶Cynanche dicit̄ pituita craſſa in fauces & ceruicem delata, qua maxime laborant canes. Vnde etiam tractum Ethymum. Tunc vox nihil poteſt exprimere.

34 ¶Chiragra dicitur manuū morbus, quo qui laborāt, Chiragrici dicūtur. Horatius. Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.

35 ¶Chemoſis morbus eſt oculorum, quando ex tumore vehementi, vtręq; palpebrę connectuntur, vt vix liceat cōniuere.

36 ¶Crethe eſt tuberculum, quod naſcitur in palpebra, hordei ſimilitudine. Vnde & Hordeolum vocatur.

37 ¶Chalazia, morb⁹ eſt præcedēti ſiłis, quādo tuberculū albū mō gradinis innaſcit̄.

38 ¶Cophoſis aurium morbus ſurditatem afferens.

39 ¶Cion ſeu Cionida tumor eſt in gutture, quando ſcilicet excreſcens caro in faucibus ex Rheumate impedit vocem.

40 ¶Calculus morbus eſt in renibus/proueniens ex defectu cōcoctionis. Fit etiam in veſica, tunc appellatur Lithiaſis.

41 ¶Cardiacus morbus eſt in ore ventris, qui accidit cum febre acuta & motu arteriarum frequenti, Recreaturq; flabelli ventilatione.

42 ¶Cœliacus vētris morb⁹, quū emollita aluo, liq̄da egerunt̄ cauſa debilitatis. Cauſa morbi eſt ſup̄fluus & frigidus cibus, cōtinua frigora/aut calores vehementes.

43 ¶Circocele morbus eſt coleorum, quum tumeſcentes venæ ſcrotum implent, ſitq; teſticulorum alter maior altero.

44 ¶Catoche & Catalepſis morbus eſt inter Lethargum & Phreneſim medius, melancholico humore cum febre veniēs, quum affectus oculos quādoq; apertos, quādoq; cōcretos & immobiles habet ſine ſenſu.

45 ¶Caros ſpecies eſt Lethargi vehementem ſomnum inducens.

46 ¶Cachexia eſt malus corporis habitus omne alimentum corrumpens, quādo corpus longo morbo extenuatū refectionem ob debilitatem non accipit. Prouenit etiā quandoq; a retentione excrementi.

47 ¶Comitialis, morbus eſt tantā animi cōſternationem afferēs, affectūq; adeo mēte alienatū & attonitū reddēs, vt tremētibus mēbris, veniſq; palpitātibus in terrā decidat. Vnde & caducus dicit̄. Vocat̄ etiā Herculeus, q̄ eo laborauerit Hercules. Itē morbus ſacer, q̄ in eam maxime partē ſequiat, quæ ſit ſanctiſſima. Comitialis aūt, q̄ primus Romanorū (qui eo laborauit) affectus ſit in comitijs. Huic morbo præcipue ſunt obnoxij, viri qui atra bile vexantur & ingenio clarent.

48 ¶Dyſenteria eſt inteſtinorum exulceratio, qua qui laborant, vocātur Dyſenterici. Latine tormina dicūtur. Prouenit quādoq; ex cibo/aut acuto/aut minime cōcocto.

Dyſura

¶Dysuria vocatur vrinę difficultas, dum vesicę passiones vrinā ipsam supprimūt. 49
¶Dypsłnea est difficultas spirandi. 50
¶Discoia appellatur difficultas auditus. 51
¶Dracontium morbus est apud Indos & ægyptios, proueniens in mēbris musculosis, vt gutture/brachijs/coxis/cruribus. 52
¶Diabetes est morbus renum, qui inueteratus ex paruo humore cōgesto maximā inducit sitim, Curatur superflui humoris euacuatione. 53
¶Elephātus/elephātia/seu Elephātiasis/ morbus est similis lepræ crebras in summa corporis parte gignēs maculas/ac tumores rubore paulatim sese in atrū vertēte. Hoc affectis morbo oēs corporis partes nęuulis quibusdā rubris inflantur. Nomen tractū ab elephāto aiali, cuius cutis vlcerosis vallib⁹ exarat. Scribit Plynius morbū hūc in Italia nō fuisse ante Cn. Pōpeij tēpora, De hoc Lucretius lib, 6, sic inquit. Est elephas morbus, qui propter flumina Nili Gignitur Aegypti in medio, neq; præterea vsq̄. Galenus Elephantiasim inter infantiles morbos numerat. Differt a lepra, quoniam lepra habet cutis impetiginem quandam & velut scabiem. Elephantiasis vero non cutem solum, sed neruos & ossa viciat. 54
¶Encanthis morbus est oculorum, quum in ipsorum angulo tuberculum est, quod palpebras parum diduci patitur. Est autem nautis frequens. 55
¶Epialos species est febris ex pituita frigida procedens. 56
¶Epiphora morbus est oculorum, quum humoris descensu anguntur oculi. Pluuius ait carnem peponum, Epiphoris oculorum prodesse. Columella Magudarim contusam consperſa polenta ipsum morbum supprimere. 57
¶Epinyctis vlcus est aciem hebetās, & in cingulo oculi perpetim humor emanās. Quem morbum ait sanari illitis porri sectiui folijs. 58
¶Ectropia morb⁹ ē oculo: Lagophthalmię cōtrari⁹, dū palpebrę deorsū cōuertūt 59
¶Emphysma seu Sympysis dicitur tumor & inflatio palpebrarum. 60
¶Epicauma vlcus est sordidū, ex cuius purgatione humida, quę sunt intus, effluūt. 61
¶Epulis tumor est iuxta dentem genuinum/quandoq; cum febre & dolore vehemente, adeo vt hiscere hominem prohibeat. 62
¶Empyema morbus est Thoracis, procedens vel ex sanguine cōmaculato/vel alicuius visceris vlcere. 63
¶Enterocellę morbus est intestinorum diffluētium in testiculos. Martialis lib. 10. Enterocellarum fertur Podalyrius Hermes. 64
¶E pneumatosis dicitur ventris inflatio humoribus pituitosis in vapores resolutis ex mediocri calore. 65
¶Emphysma est spūs inflatio sub cute. Fit quandoq; in ventre & in intraneis, 66
¶Erotes morb⁹ est melācholię/ex nimia amoris ægritudine ꝓueniēs, q̄ curat vini potatiōe/balneis/spectaculis/et alijs reb⁹ iucūdis mētē ab eo tormēto auocantibus. 67
¶Ephialtes morb⁹ ē/quo affecti noctu se strāgulari putāt/aut mēbris aliq̄b⁹ detineri/aut ex alto cadere/aut voce & parata venere ꝓhiberi. Hic si iueterauerit, Apoplexiā/aut Epilepsiā afferet. Prouēit ex atra bile/& crassis hūorib⁹ ad cerebrū tēdētib⁹. 68
¶Febres sunt variæ. Quotidiana, quę accidit pituitosis, quandoq; pueris hyemali tpe/& senibus ob nimiū cibū/vel in vita maxime ociosa. Hęc certū habet periodū, et aliqn̄ desinit. Hanc Græci vocāt Aphemerinā. Putris febris cognoscit ex pulsu arteriarū inęquali, calore magno & fumoso. Hęc sanat missiōe sanguinis & humoris euacuatiōe. Cōtinua nō habet remissionē. Febris acuta cognoscit ligua affecti nigra/siccis excremētis/lutea & vehemēte siti/inquiete nocturna/& mētis alienatiōe. 69

Tertiana vno die ꝓstat, tertio postea redit. Habet originē a flaua bile, horrorēq; ac sitim infert ab initio/ac propterea tempore æstiuo plerūq; venit. Curatur alui decoctione, vrinæ prouocatione/ & potione apij. Quartana oritur e frigido humore & atra bili. Calore tertiana inferior est. Propterea plerūq; solet esse autūnalis. Sanatur dieta, vino tenui & albo/ ac tribus piperis granis quotidie ex aqua sumptis. Dicitur autem febris a feritate. Ea affecti dicuntur febrire/febricitare/& febricitari.

70 ¶Ficus vicium est oculis adnascens, quod nō facile potest auelli. Nasciturq; ex nimio pruritu, in his maxime partibus/quæ pilis cōteguntur.

71 ¶Furūculus tuberculū est cum inflāmatione & dolore, ꝙ in pus veniat.

72 ¶Gangilium est morbus in capite, quū humor quidam includitur. Est etiam nerui alicuius contorsio.

73 ¶Gemursam Plynius lib. 26. ait morbū esse inter digitos pedum nascentem.

74 ¶Glaucoma genus est morbi Crystallini humoris mutati in colorē glaucum.

75 ¶Gomiorrhea est emissio vrinę minime voluntaria, ex debilitate proficiscens, cui occurritur abstinentia rerum inflātium.

76 ¶Gangrena est quædam scabies curatu difficilis, quando itidem tumor ingens afficit aliquod membrum.

77 ¶Heterocranea morbus est capitis, quum caput ipsum inęqualiter dolet tumetq;, et inter pilos rotunda & tumida surgunt vlcera.

78 ¶Hydron seu hyderō genus est morbi, quum distenditur aqua cutis.

79 ¶Hydrocephalęa est capitis morbus, vbi humor cutem inflat.

80 ¶Hydrops seu hydropisis est morbus aqueus subcutaneus, qñ scilicet sub cute est aqua, quæ facit ventrem turgescere & inflari. Quo morbo qui laborant, explere sitim nequeunt. Horatius. Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Nec sitim pellit/nisi causa morbi Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor.

81 ¶Herculanus morbus est ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest. Nasciturq;/quoties caro in humorē crassum & spumidū colliquescit. Vocatur aliter diuinus/seu sacer, ꝙ diuinam. i. rationalem animi partem violet.

82 ¶Hydrocellę morbus est, quū intestina defluunt/ac colliguntur. Martialis lib. 12. Omnes quem modo colei timebant Dicentem tumidas in hydrocellas.

83 ¶Hypisphasma dicitur ruptio venę ex ictu & vena plerūq; procedens.

84 ¶Hyptasmus est cōuersio stomachi ex humore imperante.

85 ¶Harpe est humor ex flaua bile ꝓueniens, qui totū corpus late corripit.

86 ¶Hęmorrhois genus morbi/ quo affecti sanguinis fluxū patiūtur. Plynius ait Alium potu/vel cibo/vel illitu priuatim cōtra hęmorrhoidas prodesse.

87 ¶Icterus est diffusio bilis per totū corpus, quæ interdū nigra/interdū flaua est. Dicituq; ab ictero aue, cuius aspectu sanatur. Cognoscitur hic morbus ex colore oculorū, quādo quod albū est/fit luteū. Procedit tam ex splene affecto, q̄ ex hepate. Eo laborans nulla cibi appetētia mouet, alba egerit excremēta. Vocat aliter Regius/arquatus/& aurigo. Martialis lib. 11.. Dicet & icterica si forsitan altera mœcha.

88 ¶Ileos morbus gracilioris intestini, quo affecti dicuntur Ileosi.

89 ¶Impetigo est fœdatio cutis cum pruritu. Affert autem morbū squamosum scabiei simile totū corpus dehonestantē. Serenus. Si vero vicio est/quod ducit ab impete nomen, Hoc matutina poteris cohibere saliua. Aliter Petix/& Petigo dicitur.

90 ¶Intertrigo fit quādo nerui in aliqua corporis parte cōtrahuntur. Cato ait morbū hunc sanari posse, si surculus absinthij pōtici/feratur sub anulo.

91 ¶Ignis sacer numeratur inter mala vlcera. Cuius duo genera. Alterum subrubicūdum, quod

dum,quod fit in pectore/lateribus/aut plantis. Alterũ in ſumma cutis exulceratione,ſed ſine latitudine dicitur ſacer, propter admirationem, q̃ nihil habeat cũ aliis morbis ſimile/vel ab Hercule,qui eo laborauit.

¶Lepra morbus eſt idem cum Elephantia/aut non multum diſſimilis.De quo intellexiſſe videtur Horatius, dicens. Vt mala quem ſcabies/aut morbus regius vrget.Hunc allio exulcerari,ſanariq; cum origano teſtis eſt Plynius lib.20.Similitudinem habet cum Pſora, ſed altius aliquanto penetrat pulmonẽq; adeo corrumpit et putrefacit, vt eo affecti rauceſcant,ęgreq; loquantnr et reſpirent. 92

¶Lychenes maſculini generis dicuntur oris vlcera, furfurem cutis excitãtia,latine Mentagra dicitur.Martialis lib.11.Non vlcus acre/puſtulę ve lucentes.Nec triſte mẽtum,ſordidiq; Lychenes·Fuit hic morbus Romanis ignotus vſq; ad principatũ Tyberii,Authore Plynio lib.26.Cap.1.Aliter etiam vocatur Lychen. 93

¶Lithiaſis vocatur morbus calcularis. Alii oculare faciunt in conuerſis palpebris. Si in renibus accidat/aut veſica,procedit ex defectu concoctionis. 94

¶Lyenteria vocatur inteſtinorum diſſolutio,quum cibus non perficitur,ſed egeritur incoctus.Lyenteriam qui patiuntur,dicuntur lyenoſi. 95

¶Lippitudo vicĩu eſt oculorũ,humorẽ et lachrimas emittẽtium,quo Horatius fatetur ſe laboraſſe,vbi ait.Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere. 96

¶Lagophthalmia morbus eſt oculorum,quando cõtractis ſuperne palpebris apertis dormitur oculis inſtar leporis. 97

¶Leucomata maculę ſunt ꝓfundæ in oculis. 98

¶Lycantropia ſpecies eſt melancholię,quũ more luporum affectus noctu in ſomnis vlulat. 99

¶Lethargus morbus eſt Phreneſi cõtrarius,dormitans,et ex atra bile proueniens. Cui cõſanguineus veternus/alter obliuione/alter ſomno ſemiſepultus. In lethargo præter ſomni appetentiam/eſt quædam mentis alienatio,& rerum prope omnium obliuio.Boetius.Lethargum patitur cõmunem illuſarum mentium morbũ,ſui pauliſper oblitus eſt.Hoc affecti dicuntur Lethargici. 100

¶Leontiaſis capitur pro Elephantiaſi,q̃ hoc morbo affecti frontem Leonis modo corrugatam habeant. 101

¶Mentagra eſt faciei morbus, nomen ſortitus a mẽto,a quo oritur. Occupatq; interdum totos vultus, oculis tantum immunibus. Deſcendit nonnunq̃ in colla, pectuſq;/ac manus,fœdo cutis furfure. Vocabulo græco Lychen ſeu Lychenis dicit̃. Mentigo vero morbus eſt pecorum. 102

¶Melatheam Plutarchus in Phocione ait eſſe morbum, quo laborauerit Dimarchus Corinthius.Morbi tamen non exprimit qualitatem. 103

¶Nephritis eſt renum morbus,qui inter acutos numeratur,de quo forte intellexit Horatius, dicens. Si latus/aut renes morbo tentantur acuto.Nephritici dicuntur omnes,qui hoc morbo laborant. 104

¶Nauſea vocatur ſtomachi faſtidium, ob circunſtantem prauum humorem. Cui propeſimilis Anorexia.i.ciborum inappetentia. 105

¶Narce eſt alicuius mẽbri torpedo/ſeu labore/ſeu frigore ſtupeſcentis.Narcodes dicit̃/qui hoc patit̃.A narco piſce hoc malũ inferente,qui et torpedo appellatur. 106

¶Ozenia morbus eſt,quum multa vlcera/ac cruſtę ſunt circa nares, quę fœtidum reddunt odorem,et olfactum impediunt. 107

¶Otalgia eſt aurium morbus,quum intus fiunt quidam ſoni. 108

¶Pernio morbus eſt pedũ ex frigore ꝓueniens, & maxime calcaneum infeſtans, 109

quem rapo domeſtico, ſi feruens imponatur, ſanari teſtis eſt Plynius.

110 ¶ Petigo maculoſus eſt morbus, totum plerũq; vultũ præter oculos occupans. Aliter vocatur impetigo ab impetendo.

111 ¶ Phrenetis morbus eſt cõturbans mẽtem, & inſaniã plerũq; excitans. Fit aũt quũ quis vanas imagines accipit. Poſſidoni⁹ ſcripſit Phreneſim tumorẽ eſſe mẽbranorũ circa caput cũ febri acuta, qui mẽtem alienat. Prouenit aũt ex flaua bile. Si humida eſt, ſommos facit, pfundos. Si ſicca, vigilias. Si humida cum paruo frigore, ſtultitiã.

112 ¶ Phthiriaſis appellatur morbus pedicularis, quo Sylla, Pherecydes & alij plerique (vt iam diximus) perierunt.

113 ¶ Pituita eſt morbus capitis proueniens ex Catharro. Græce Phlegma dicitur. Eſt autem origo omnium languorum, qui ex diſtillatione fiunt. Quum expirat extrinſecus, varios tumores producit. Intrinſecus vero cohibita, vrentes edaceſq; morbos parit. Horatius in epiſtolis. Præcipue ſanus, niſi quum pituita moleſta eſt. Pituitoſi hoc morbo affecti.

114 ¶ Pleuritis ſeu Pleureſis eſt dolor Laterum, quo affecti dicuntur pleuretici. Quo morbo periit. L. Craſſus eloquentium iuriſperitiſſimus. Affert plærũq; febrem, tuſſim, & anhelitus difficultatem.

115 ¶ Podagra eſt dolor pedũ, quo affecti dicunt podagrici. Martialis. Litigat & podagra Diodorus Flacce laborat. Plynius ait hũc morbũ rarũ fuiſſe in Italia patrũ auorũq; memoria, ſuaq; etiã ætate. Nec eſſe incurabilem. Nam in multis ſponte deſinit, et in pluribus curatur. Vide remedia. lib. 20. cap. 11. Quis Ouidius lib. 2, de Ponto dicat, Soluere nodoſam neſcit medicina podagrã. Si eſt in genu, vocat Gonagra ab Hippocrate.

116 ¶ Porrigo genus eſt morbi, qui creſcẽdo porrigitur et extẽditur, Vnde nomen traxit. Naſcitur in capillo, barba, et ſupercilio. Lucilius. Triſtem et corruptum ſcabie et porrigine plenum. Qui hoc infeſtantur, dicuntur porriginoſi.

117 ¶ Priapiſmus morbus eſt, quo genitale membrum citra rei venereę cupiditatẽ extenditur. Cui rebus frigidis occurritur.

118 ¶ Puſtula, eſt tuberculum naſcens in ſummitate cutis. Plynius. Puſtulas vocat eruptiones pituitæ. Quandoq; tamen puſtula ſignificat bracteam argenti. Martialis lib. 8. Et niueum felix puſtula vincit ebur.

119 ¶ Pterygium membranula eſt neruoſa, oriens ſub angulo oculi, quæ interdum ita augeſcit, vt pupillam operiat. Si inueterata ſit, Chirurgi manu indiget. Si mediocris tantum, collyrijs.

120 ¶ Ptiloſis oculorum morbus, quum pili ſuperioris palpebrę connectuntur, vel quũ decidũt, aut ordine duplici ſupernaſcuntur ex craſſitudine palpebrarum.

121 ¶ Pſorophthalmia dicitur pruritus palpebrarum.

122 ¶ Phthiſis morbus itidem oculorum, quando pupilla anguſtior fit, aut latior ex aliquo capitis morbo, ex quo obiecta apparẽt eſſe maiora q̃ ſint. In hoc morbo fit exulceratio pulmonis, ex pituita diſtillante a capite.

123 ¶ Polypus eſt narium morbus, ita dictus a ſimilitudine Polypi animalis. Qui vt acetabulis venantes inuadit, ita quoq; nares iſte occupat vſq; ad ſermonis et anhelitus impedimentum. Ponitur inter Carcinomata pene incurabilia. Polypoſi ſunt, quorum naſus polypo morbo in fœdam magnitudinem excreſcit. Martialis. Naſutum volo, nolo Polypoſum.

124 ¶ Parotides morbi ſunt narium, qui naſcuntur ex capitis humore huc deſcendente et aggeſto. Sunt et quandoq; ſine tumore.

Parulis

¶Parulis dicit tumor gingiuarũ,cui niſi per pharmaca occurratur, in pus veniunt. 125
¶Pariſthmia morbus eſt gutturis et faucium,quãdo loca gulę anguſta pręcludun- 126
tur,aut nimia vini potione,aut hauſtu ſubito alicuius rei acorem habentis,
¶Pneumonia morbus eſt pulmonis, quando tumeſcit, proueniens interdũ ex ve- 127
hementi Catharro, vel pleuritide
¶Phymoſis viciũ eſt mẽbri genitalis,qñ nudũ eſt,aut contectũ nudari non poteſt. 128
¶Pſora ſpecies eſt leprę,quæ in ſumma pelle verſat. Hac qui laborant, vlcera ſiue 129
puſtulas ſupramodum contingere et ſcalpere cupiunt.
¶Paralyſis dicit neruorũ diſſolutio et viriũ defectus,aliter pareſis. Hoc morbo q̃ 130
laborant,vocantur Paralytici. Arguitur autem in hominibus, quũ rectum ſeruare
inceſſum non valent,et crura velut ardua conſcendentes attrahunt, et in ſiniſtrum
quandoq; dextra circunferunt,quandoq; e diuerſo.
¶Recluuium morbus,quum circa vngues cutis ſe ſoluit. Huic ſimilis eſt Rediuia, 131
quam lana ſuccida ſanat,ex aqua frigida.
¶Ramex ſpecies eſt hernię. Hoc affecti morbo vocãtur Ramicoſi. Sanatur ſylue- 132
ſtri ruta cum Axungia,authore Plynio lib.10.
¶Regius morbus idem eſt cum Arquato/Aurigine,et Icterico, vide in pręceden- 133
tibus. Appellatur autẽ Regius, q̃ eo morbo affecti, apparatu regio, vt cõclaui cul-
tiore,ludiſq; et laſciuia ſanentur.
¶Stranguria vocatur vrinæ difficultas, quando guttatim egeritur, Latine dicitur 134
ſubſtillum. Author Cato de re Ruſtica.
¶Sacer morbus vocatur comitialis ſeu caducus,q̃ eo laborauerit Hercules. 135
¶Strophos appellatur inteſtinorum dolor. 136
¶Sycoſis morbus eſt, qui aliter ficus ſeu Mariſca dicitur. Vide in dictiõe ficus. Fit 137
quando caro excreſcit.
¶Synanche morbus eſt ſpiritum/et fauces occupans/ & ſtrangulans. Angina lati- 138
ne dicitur. Demoſthenes pecunia a Mileſijs corruptus,quum poſtridie a concione
flagitaretur,vt in eos orationem haberet,excuſauit Synanchen. Vnus autem e tur-
ba ſuſpicatus, id quod erat,exclamauit non ſynanchen eum pati, ſed argyranchen,
quaſi dicas argentanginam. Quibus verbis ſignificauit ſilentium Demoſthenis pe
cunia a Mileſijs emptum.
¶Sonticũ morbũ veteres pro vehementi/ac grauiſſima ęgritudine acceperũt, quã 139
Plyni⁹ ait ſuffitu lapidis(qui vocatur Gagates)deprehẽdi. Habet aũt vim nocẽdi
grauiſſime. Nã Sontire verbũ,eſt vehemẽter nocere, Hinc et Sontes rei appellant.
¶Syriaſis morbus eſt puerorũ et inflãmatio circa cerebrum, vnde ſequitur ſyncipi
tis et oculorũ incuruitas,cũ pallore & ſiccitate corporis. Plynius lib.22.ſcribit He- 140
liotropii folia,infantium diſtillationibus,quod Syriaſim vocãt,illita mederi.
¶Solerophthalmia eſt oculorũ morbus, quando prę duricie palpebrę vix e ſomno 141
aperiuntur,et ſordes in oculis ſiccę remanẽt,oculiq; ꝓpterea fiunt ſubruffi.
¶Synchyſis eſt oculi confuſio,ob plagam aliquam,ex qua pupilla turbatur, 142
¶Sympyſis tumor eſt et inflatio palpebrarum. 143
¶Spaſmus morbus eſt,qui cõcreto fere toto corpore,naſcit e frigido humore ma- 144
xime circa ſpinam muſculorũ. Ex anteriore corporis parte Hemproſtotõ et poſte-
riore Epiſtoton. Signa morbi ſunt, difficultas anhelitus, motus arteriarũ paruus/ac
tenuis,Rubor in vultu,oculi tumidi,vrina fere aquea/vel ſanguinea. Spaſtici dicũ-
tur,quibus aliquid intus cõuulſum eſt. Et Spaſmus nihil eſt aliud/ q̃ neruorum di-
ſtentio ſiue rigor procedens e ſiccitate nimia in euacuato corpore.

145 ¶Syntexis morbus eſt ventris, quãdo humoribus eo deſcendentibus, ſimile quíd= dam flauę bilis excreatur. Generatur a febre, vrente omnem intrinſecus humorẽ. Hoc qui laborant, dicuntur Syntectici

146 ¶Scotoma eſt morbus, quem nos vertiginem appellamus, quum tenebrę ob ocu= los voluuntur. Procedit autem ex vaporibus ad cerebrum delatis. Affectis ſolet eẽ oculorum hebetudo, aurium ſonitus, ſemiſurditas. Accidit plęrumq;, quum ſurgí= tur eſomno/ Vel quum fit circũactio corporis, aut ex ebrietate nimia & ſaturitate.

147 ¶Satyriaſis morbus eſt deſpecie Elephantiaſis. Quo affecti, vlceribus ſcatent, te= tro ſunt aſpectu, ore ſqualenti/ non ſine dolore & pigricia Neq; vlla cibi aut potus voluptate mouentur. Sic autem dicitur, vel q̃ laſciuis hominibus (quales ſunt ſaty= ri) eueniat, vel q̃ ora ſatyrorum pictorum referant.

148 ¶Sphacelus morbi genus eſt, quod ex immodica defatigatione ſolet accidere. Qui dam putant eſſe tormina articulorum, quidam oſſium tabem, quum ſcilicet mẽbrũ aliquod vſq; adeo ſcabie corruptum eſt, vt ſine ſenſu maneat.

149 ¶Struma eſt tumor, ſub quo concretę quędam ex ſanie & ſanguine quaſi glandulę naſcuntur, maxime in ceruice/ ſub alis/ & vnguibus manus.

150 ¶Scirrum tumor eſt prędurus, inſenſibilis/ vixq; curabilis.

151 ¶Theriomavlcus eſt virilium, interdum etiam aliarum partium, dum multo ac ni gro ſanguine mali odoris/ atra fit caro et corroditur.

152 ¶Tormina morbus a torquendo ſumpſit nomen, quum dolore torquentur inteſti na, exulceratione. Ex his cruor manat, frequens deiiciendi cupiditas/ dolor ẽ in ano. Signum tunc eſt mortiferum, ſi carnes egerantur. Nonius Tormines dixit in ma= ſculino. Medici dicunt Tormina nõ eſſe aliud, q̃ quum permordetur aluus in inte ſtinorum anfractibus. Si circa vmbilicum affligit & lumbos, neſcit medicinam.

153 ¶Tuſſis morbus eſt arteriarum, qui gignitur vel ex frigore/ vel ex pituita in pulmo nem deſcendente. Prouenit quandoq; ex vehementi conatu vocis. Interdum & ex calore febris. Inueterata difficile tollitur. Sanatur herba, quę propterea vocatur tuſſilago.

154 ¶Trichiaſis eſt eruptio pilorum pręter naturam in ordine palpebræ ex Reumate procedens.

155 ¶Trachoma vocatur palpebrarum aſperitas.

156 ¶Tonſillę morbus eſt faucium, carne durata circa guttur. Dicuntur tonſillę In ho mine, in ſue glandulę. Authore Plynio.

157 ¶Tympanites morbus eſt dę genere Hydropiſis, quo affectus tumet, et tympa ni modo inflatur.

158 ¶Veternus morbus eſt/ ſomnum & marcorem inducens ex nimio ocio & torpore. Hinc propigricia & ſomno plęrumq; ponitur. Affecti dicuntur veternoſi.

159 ¶Vnguis morbus eſt oculorum, qui a Grecis pterygium dicitur.

160 ¶Vomica tumor eſt excreſcens in corpore, ſaniẽ plęrumq; emittẽs. Vomicã plau tus crumenam vocauit plenam pecunia.

161 ¶Vredo morbus herbarum/ arborum/ fruticum, qui in vitibus dicitur carbunculus, in cęteris rubigo. Plynius. Adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore car bunculum vocant.

162 ¶Vermina ſunt dolores corporis, qui quodam minuto motu & quibuſdã veluti ſti mulis vermium inſtar ſcindere & pungere videntur. Verminare eſt vermibus ſca= tere. Celſus. Nihil pernicioſius pueris, dum verminant.

163 ¶Verrucę ſunt tumores in vultu, quos Græci myrmecias vocant. Feſt⁹ Coſſos ap

pellat,

pellat. Serpunt vſq; ad ceruicem, quandoq; dolorem afferentes et prurítum.
¶Xerophthalmía eſt oculorum prurítus, tracto nomine a ſiccitate. Eſt enim arida 164
lippitudo. quum nec tument/nec fluunt oculi, ſed graueſcunt.

Auctarium.

ALii ſunt morbi numero prope infiniti, qui non doctrinã tantum et elegantiam in ſcriptore poſtulant, ſed experientiam quoq;. Nam plęríq; omnes qui de his loquimur, fumum ſolum attingímus, et nebulas pingímus in pariete. Non eſt hęc noſtra meſſis. Et dum hoc ſcribendi argumentum ſumimus, níhil aliud aſſequimur, q̃ q̃ peritorum linguas in nos ipſos acuímus. Multi dum ſuę doctrine ac famę dílatare volunt pomœría, mínus multo merentur laudís, q̃ ſi quos nouerunt, remos impellerent. Quo fít, vt his relictís ad mea licia redire velim. Neq; hoc ipſum de morbis (q̃tulũcunq; ẽ) delibaſſem, níſi fuiſſet animus his quadam tenus ſatiſſacere, qui ex omní dolío alíquid ſtudent pitiſſare, quiq; níhil indiſcuſſum relinquí ſibi volunt. Pergamus ergo, & fínem facturí, breue auctarium conſuamus.
Morbis indũtur nomina quandoq; ab affecto membro, vt pleuritís a latere. Peripneumonía a pulmone. A cauſís, vt manię/melancholię. A ſimilitudíne, vt elephas/Leo/Cãcer. Ictericus. Polypus. Ab artífice, vt Chironium vlcus. Ab his qui laborarunt, vt Tyloſís, Herculanus.

¶Appellatíones eorum, qui variís laborant morbis.

APoplectící Auriginoſí, Anorectící, Apoſtematící, Aſmatící, Alſioſí, Aluíní, Carbunculoſí, Carcinomatící, Chiragrící, Chalaziací, Calculoſí. Cardíací, Cœlíací, Comitíales, Colící. Dyſenterící, Elephantíací, Epíphoretící, Ectropící, Emphyſmatící, Entherocelli, Erotící. Elioſí, Febriculoſí, Glaucomatící, Hydropící, Hydrocephalí, Icterící, Impetiginoſí, Iſchídíací, Iſchíací, Leproſí, Lyenterící, Lippi, Lagophthalmi, Leucomatící, Lycamtropící, Lethargici, Lymphatici, Mentagrici, Melãcholici, Narcodes, Opiſtonící, Orthopnoící, Phrenetící, Phthiſici, Pituitoſí, Pleuretící, Pedícoſí, Podagrící, Porrigínoſí, Puſtuloſí, Pſorophthalmi, Polypoſí, Pneumonící, Paralytící, Perípneumonici, Suſpirioſí. Splenetící, Stomachící, Strãgurioſí, Sontící, Spaſtící, Syntectíci, Scotomatící, Strumoſí, Torminoſí, Tetanící, Veternoſí, Verminoſí. Verrucoſí, Xerophthalmí.

¶Qui morbis aliquíbus infecti & affecti fuerunt.

1	Funomíus pręſul.	12	C. Mecœnas.	23	Liuius Druſus.
2	Galla.	13	Antípater.	24	Io. Venetus.
3	Plotínus.	14	Manilíus Cornutus.	25	Theopompus.
4	Froíla.	15	Seruius Clodíus.	26	Diodorus.
5	Ariſtarchus.	16	Ennius.	27	Amedeus.
6	Andragaſína.	17	Coſmus.	28	Carolus rex.
7	María.	18	M. Craſſus.	29	S. Genouefa.
8	Iulíus viator.	19	Vatinius.	30	Beniamí anachoreta.
9	Medeius.	20	Cambyſes.	31	Heracletus.
10	Metrodorus.	21	Hercules.	32	Matthęus Aquílanꝰ.
11	Pto. philadelphus.	22	Cęſar.		

1 ¶Eunomius præſul Cyzicenus Arrianę hæreſeos ſectator (quí ſub Valente ímpe
ratore floruit) Lepra et morbo regío laborauit.
2 ¶Galla vídua Romana Symmachí virí patricíj fílía, laborauít ex Carcínomate ín
mamílla.
3 ¶Plotínus philoſophus Platonícus, natíone Aegyptíus, morbo ſacro fuít obnoxi⁹
4 ¶Froíla ſecundus, Alphonſi magní fílíus, Lepra correptus, ærumnoſa morte ví
tam clauſit.
5 ¶Arístarchus grammatícus Alexandrínus (quí floruit ſub Ptolomęo Phílometo
re) Hydropíſí laborauit.
6 ¶Andragaſína vírgo vxor Auſbertí cuíuſdam, quí fuerat domeſticus Vandegí=
7 ſílli comítís palatíní, Lepra laborās, Cœnobío ſe ícluſít. ¶María fília Amedei Sa
baudíæ ducís vomica Laborauit, ac propterea Phílippo Marię vice comití marito
ſuo nunq̄ congreſſa eſt.
8 ¶Iulíus víator eques Roman⁹ coætaneus Volaterraní, laborauít morbo íntercutís.
9 ¶Medeius vnus ex íís, quí Ioannam puellam Gallícam anglorum domítrícem flā=
mís adiudícauerant, Lepra ínfectus míſere expírauít. Valerandus Varanius. lib. 4.
Medeius ſíquídem longo ſermone profatus Aſtruit eſſe ſcelus flammís et morte
píandū, Multaq; adulandí ſtudío confíngít, vt Anglos Sic ſíbí concíliet, ſed pau=
cís índe díebus Corpus tabífico reſpergítur vlcere Leprę.
10 ¶Metrodorus Phílosophus, Epícurí ſocius, laborauit Tympaníte. Eſt autē Tym
panítes ſpecies Hydropíſeos, vt íam díxímus,
11 ¶Ptolemęus Phíladelphus rex Aegypti podagrico morbo fuit obnoxius. Plyní⁹
lib. 7. ait et vomica laboraſſe, vulneratoq; pectore, (quum mortem ín acíe quę=
ret) medicínam ínueníſſe.
12 ¶Idem Plynius ſcribit perpetuam fuíſſe febrem. C. Mecœnatí, cui etíam triennío
ſupremo, nullo horę momento contígerit ſomnus.
13 ¶Antípater Sidonius poeta omnibus annis vno díe Natalí tantum corrípiebatur
febre, et ea conſumptus eſt ſatís longa ſenecta.
14 ¶Manílius Cornutus Mētagra laborauit. Ad cuíus remedium ínueníendum ducē
ta ſeſtercía elocauit.
15 ¶Seruius Clodius eques Romanus Podagra laborauít, cuius dolore coactus eſt ve
neno crura perungere. Q uo facto ſenſu protinus caruit.
16 ¶Enní⁹ poeta ítidem fuit Podagrícus, neq; tamen propterea abſtínebat a muſís.
17 ¶Coſmus Florentínus morbo podagræ coactus eſt domí ſe cōtinere.
18 ¶Ferunt. M. Craſſum ſurdaſtrum fuíſſe. Author Cícero líb. 5. Quęſt. Tuſ.
19 ¶Vatínius authore Macrobío, q̄uís podagra laboraret, volebat tamen víderi vící
um díſcuſſiſſe, et mílle paſſus ambulare ſe gloríabatur.
20 ¶ Cambyſes ab íneunte ætate morbo ſacro afflíctatus, nunq̄ poſtea ſatís conua=
luít. Nam plęroſq; ſíbí familíares per ínſaníam occídit.
21 ¶In eundem morbum (quí propterea dictus eſt Herculanus) íncídit Hercules
vel propter ímmenſos labores, aut ímmittente Iunone, adeo vt in ípſa aními demē
tia fílios ínterfíceret.
22 ¶Iulius Cęſar extrema ætate, anímo línqui conſueuít, atq; etíam per ſomníū exter
reri. Comítialí quoq; morbo bis ínter/res gerendas corrept⁹ eſt Authore Trāq̄llo.
23 ¶Liuius Druſus Tribunuſpl. quum eo morbo laboraret, Anticyrā profect⁹, ſum=
pto ibídem Helleboro conualuit, Author Gellíus.
24 ¶Ioannes Venetus díſcípulus Theodorí Gazæ Podagra plęrumq; laborabat.

Theompompus

¶Theompompus Phthiſi morbo laborans,ab Aſclepiade medico,ſanatus eſt. 25
¶Diodorum podagricum fuiſſe docet Martialis dicẽs. Litigat,et podagra Diodo 26
rus Flacce laborat.
¶Amedeus ſecundus filius Ludouici Sabaudię ducis,morbo Comitiali ad mor= 27
tem vſq; laborauit.
¶Carolus rex Pãnonię articulari morbo plęrunq; affíciebatur. 28
¶Volaterranus ait Beatam Genouefam,ob vitæ abſtinentiam multis annis ex le= 29
pra laboraſſe. Quod ego impiũ et fabuloſum puto.
¶Beniamin Anachoreta (qui annis.80.durauit in Eremo)fuit hydropicus. 30
¶Heraclęs Philoſophs hydropiſi quoq; laborauit. neq; tamen vti voluit medicis 31
¶Pontanus ſcribit Matthęum Aquilanum pedibus et manibus captum fuiſſe,Ne 32
q; tamen a Theologię et Philoſophię profeſſione deſtitiſſe.

¶Muti.

1 Q.Pedius. 3 Zoe.
2 Atys 4 Aegles.

¶Q.Pedis nepos Q.Pedij cõſularis fuit natura mut9.Quẽ ꝓpterea Meſſala ora 1
tor pictura docendum cenſuit. Author Plynius Lib.35.Capi.4.
¶Atys Crœſi filius a principio mutus, vbi vidit irruentẽ in iugulũ patris ſui Cyrũ, 2
O hõ iqt,ne interficias patrem, Author Herodotus et Gellius Lib.5.Capi.9.
¶Zoe vxor Nicoſtrati martyris ſeptem annis muta fuit ex morbo. Demũ a Beato 3
Sebaſtiano curata.
¶Aegles Athleta, quum ſortitione inter pugiles facta vidiſſet fucum ſibi fieri,ac 4
dari verba,repente in eum qui id faciebat,ſeſe videre quid faceret, magnum incla=
mauit. Author Gellius.

¶Homines male Olentes.

1 Euripides. 2 Gorgonius. 3 Ruffinus.

¶Euripides poeta oris graueolentia laborauit,Quod quum ei obiectum fuiſſet a 1
Dechãnico Archelai aulico,excanduit poeta grauius,q̃ opinaretur quiſpiam.
¶De Gorgonio et Ruffino,Martialis. Paſtillos Ruffinus olet,Gorgonis hyrcum. 2

¶Lippi.

1 Eurytus. Ariſtodemus. 2 Horatius.

¶Herodotus in Polyhymnia ſcribit Eurytum et Ariſtodemum ob extremam lip 1
pitudinem e caſtris a Leonida remiſſos.
¶Horatis Flaccus varijs ĩlocis lippum ſe fuiſſe docet, vt Satyra.5.Hic oculis ego 2
nigra meis collyria lippus Illinere. Item. Luſum it Mecœnas,dormitũ ego, Virgi=
liuſq;. Namq; pila lippis inimicum et ludere crudis.

¶Quatuor complexionest (vt dicitur)
humani corporis.

¶Phlegma.Cholera ſeu Bilis,Sanguis,Melancholia.

¶Strabones luſci et
Monoculi.

1 Polyphemus. 3 Phylenis. 5 Philippus macedo.
2 Cocles. 4 Acatius.

¶Polyphemus Neptuni ex Thoſa filſus,quum duos Vlyſſis comites deuoraſſet, 1
ab ipſo Vlyſſe ſimulata amicitia inebriatus eſt vino,et altero (quia prius erat mono
culus) priuatus oculo. Tibullus. lib.4. Ceſſit et ætnęę Neptunius incola rupis,
Victa Maronęo fœdatus lumina Baccho. Virgilius. Lib.3. æn. Et telo lumen tere
bramus

bramus acuto, Ingens quod torua ſolum ſub frõte gerebat. Idem. Mõſtrum horrẽ dum, informe, ingens, cui lumen ademptum. Sidonius. Atq; Ithaci ingenio frau= datum luce Cyclopam.

2 ¶ Cocles Romanus alterum in bello oculum amiſit, nomen propterea inde ſortit⁹.

3 ¶ De Phileni luſca, Martialis lib. 1. ſic inquit. Oculo Philenis ſemper altero plo= rat. Quo fiat iſtud quæritis modo? Luſca eſt.

4 ¶ Acatius orator ſocius Lybani ſophiſtæ vnico tantum vidit oculo.

5 ¶ Philippus macedo ab Aſtere milite ſagitta percuſſus, alterum amiſit oculum. Vn de et Ariſtides Philippum ipſum hoc ridebat ſcommate. Arimaſpis cognatus es. Arimaſpi enim populi ſunt monoculi.

¶ Cęci & excęcati.

1	Tyreſias.	20	Pheron.	39	Conſtantinus alter.
2	Antipater.	21	Amyſis.	40	Irene
3	Appius Claudi⁹	22	Anchiſes.	41	Haraldus.
4	C. Druſus.	23	Salaberga.		Gormo.
5	Gn. Aufidius	24	Phœnix.	42	Ariberthus
6	Diodorus.	25	Oedipus	43	Nautulphus.
7	Aſclepiades.	26	Phineus.	44	Beliſarius.
8	Democritus	27	Phinidę.	45	Lipp⁹ florentinus.
9	Hypſea.	28	Polymneſtor.	46	Ilus.
10	Thamyras	29	Polyphemus.	47	Metellus.
11	Steſichorus	30	Iſacius imp.	48	Val. Beſtius.
12	Aſconius pedianus.	31	Polirelus.	49	Epizelus.
13	Daphnis.	32	L. Metellus.	50	Keilla.
14	Didymus.	33	P. Cornelius.	51	Endra.
15	Lucilla.	34	Phanus.	52	Bela.
16	Homerus.	35	Timoleon.	53	Colomanus.
17	Cedonius.	36	Ophioneus.	54	Fara virgo.
18	Xenarchus.	37	Callinicus.	55	Maiolus.
19	Seſoſtris.	38	Cõſtãtinus.	56	Lycurgus.

1 ORta inter Iouem & Iunonem ludicra quęſtione, vtri ſcilicet maior eſſet li bido, Viro ne an fœminę, Tyreſias Thebanus iudex electus / quum pro Ioue ſententiam tuliſſet, dixiſſetq; mulierem eſſe laſciuiorem ab irata Iu= none excæcatus eſt. Indignatus Iupiter cęcitatem vaticinio penſauit. Ouidius in Ibin. Qualis erat, poſtq̃ iudex de lite iocoſa, Sumpt⁹ Apollinea clarus in arte ſenex Idem lib. 3. Meta. Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa, Dicta Iouis firmat, Gra uius Saturnia iuſto, Nec pro materia fertur doluiſſę, ſuiq; Iudicis æterna damnauit lumia nocte. Politianus ſcribit eum ideo excęcatum fuiſſe, q̃nudam vidiſſet Miner uam, vbi in Ambra ait. Baculum dat deinde potentem Tyreſiæ magni, qui quon= dam Pallada nudam, Vidit et hoc raptam penſauit munere lucẽ. Seneca in Oedipo de. Tyreſias tremulo tardus accelerat gradu, Comeſq; Manto, luce viduatum tra= hens,

2 ¶ Antipater Cyrenaicus fuit pariter defioculus. Cuius cęcitatem quum muliercu=

3 læ lamentarentur, Quid agitis inquit? An vobis nulla videtur voluptas eſſe no= cturna. Author Cicero lib. 5. Quæſt. Tuſ.

¶ Appius Claudius q̃uis cæcus eſſet, tamen in illo ſuo caſu, nec priuato, nec publi=

co muneri

co muneri defuit. Author Cicero.

¶Cæcus fuit C. Druſus. Tamen domus eius implebatur conſultoribus, qui in ſuis cauſis, cæcum adhibebant ducem. Idem Author. 4

¶Gn. Aufidius prætorius in cæcitate, ſententiam in ſenatu dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & græcam ſcribebat hiſtoriam, & videbat in literis. 5

¶Diodorus Stoicus, itidem viſu priuatus eſt. Verſabatur tamen in philoſophia, & fidibus Pytagoræorum more vtebatur, munuſq; tuebatur Geometriæ, diſcentibus præcipiens/ vnde/ quo/ quamq; lineam ſcriberent. 6

¶Aſclepiades nobilis philoſophus interroganti cuidam/ quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondit, vt puero vno eſſem comitatior. 7

DEmocritus quum exiſtimaret animi aciem impediri aſpectu oculorũ, oculos ipſos ſibi eruit, vt Philoſophiæ & rerum naturalium cauſas profundius meditaretur. Lucretius lib. 3. Deniq; Democritum poſtq̃ matura vetuſtas Admonuit memores motus langueſcere mentis, Spõte ſua Lœtho caput obuius obtulit ipſe. Tertulianus ait ideo democritum ſe excęcaſſe, q̃ mulieres ſine cõcupiſcentia aſpicere nõ poſſet. Gelli⁹ lib. 10. De cęcitate democriti ex Laberio Mimographo citat hos verſus. 8

Democritus Abderites Phyſicus philoſophus, Clypeum
Conſtituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere vt poſſet ſplendore æreo, ita radijs
Solis aciem effodit luminis, malis bene eſſe
Ne videret ciuibus.

¶Hypſea mulier fuit notæ cęcitatis. Vnde horatius lib. 1. Sermonum. Ne corporis optima Linceis Contemplere oculis, Hypſea cęcior illa. 9

¶Thamyras Philamonis filius excęcatus eſt a muſis, quas ad certamen cantus prouocauerat. Propertius lib. 2, Me licet & Thamyræ cantoris fata ſequantur, Nunq̃ ad formoſas inuide cæcus ero. Politianus in nutricia. Iam Thamyram cantu doctas anteire ſorores. Fretum mox citharæ damnatum & luminis orbũ Quis neſcit? Pontan⁹ lib. 3. de Stellis. Capti oculis lucem in tenebris ſine lumine ducẽs, Vt Thamyræ inuideant. Pauſanias apud Cælium teſtis eſt, Thamyrę oculos morbo fuiſſe corruptos. 10

¶Steſichorus Poeta quum Helenam ſuis carminibus infamaſſet, excęcatus eſt. Vbi tamen Palinodiam cecinit, recepit viſum. Politianus in Nutricia. Et damnans Helenam, laudanſq; viciſſim Amittit recipitq; oculos, tuus Imera ciuis Steſichorus. 11

¶Aſconius Pedianus anno ſuæ ætatis. 73. captus eſt oculis. Duodecim tamẽ poſt ea vixit annis. 12

¶Daphnis paſtor (qui carmen Buccolicum inuenit) luminibus captus eſt, q̃ ebrius cum quadam fœmina concubuiſſet, Author Suidas apud Volaterranum. 13

¶Dydimus Alexandrinus, pręſul Cęſarienſis, cęcus fuit a puero. Nihilominus dialecticam & Geometriam didicit, ſcripſitq; commentarios in Pſalmos. 14

¶Lucilla virgo filia Nemeſii tribuni, cęca fuit primo, Demum a Stephano pontifice recepit viſum. Hęc ſub Valeriano paſſa eſt. 15

¶Homerum cęcum fuiſſe fatentur omnes. Vnde autem cęcitatem illam contraxeris, non ſatis conuenit. Sunt qui dicant hoc ei ex morbo contigiſſe, Alij ex longa ſenectute. Ouidius in Ibin, apum aculeis excæcatum ſcribit dicens. Inq; tuis opifex (vati quod fecit Achęo) Noxia luminibus ſpicula condat apis. Vt cunq; acciderit, 16

varij de hoc

varij de hoc ſcripſerunt. Pontanus lib. 5. de Stellis. Muſarum ne quis prolem putet, Author Apollo Eripuit puero lucem, & caua lumina cõdit, Vnde oculis capto nomen permanſit Homero.

17 ¶ Cedonius vnus ex diſcipulis Chriſti cæcus natus eſt.

18 ¶ Xenarch⁹ Philoſoph⁹ peripateticus, paulo ante mortem viſu orbatus eſt.

19 ¶ Seſoſtris rex Aegypti in extrema ſenectute oculis captus mortem ſibi conſciuit. Michael Anglicus. Nilíaca tali cęcus regione Seſoſtris, Vltus adulterij eſt facta nephanda grauis.

20 ¶ Herodotus in Euterpe ſcribit Pheronem huius Seſoſtris filium, caſu fortuito excęcatum fuiſſe.

21 ¶ Herodot⁹ itidem ſcribit Anyſim regem fuiſſe ægypti oculis captũ. Prõ quo Tortelius Amaſim legit.

22 ¶ Anchiſam Boccatius cęcum fuiſſe ſcribit ex Seruij teſtimonio, ac propterea Troianorum conſilijs non interfuiſſe. Cęcitatem autem contigiſſe ait, ꝙ gloriaretur ſe Veneri concubuiſſe.

23 ¶ Salaberga puella ex agro Lugdunenſi (quę temporibus Dagoberti Francorum regis vita & ſanctitate floruit) cęcitatem ab vtero matris attulit.

24 ¶ Phœnix Amyntoris filius, oculis caruit. Vnde Ouidius in Ibin. Id quod Amyntorides videas, trepiduſq; miniſter. Prætentes baculo luminis orbus iter.

25 ¶ Oedipus vbi agnouit ſe Iocaſtę matri concubuiſſe, et patrem Laium dediſſe morti, ſceleris horrore, oculos ſibi eruit. Ouidius iu Ibin. Nec plus aſpicias, q̃ quem ſua filia rexit, Expertus ſcelus eſt cuius vterq; parens. Seneca in Oedipode. Scrutatur auidus, manibus vncis lumina Radice ab ima fundítus vulſos ſimul Euoluit orbes.

26 ¶ Phineus ira numinum excęcatus eſt, ꝙ filios ſuaſu Harpalices excęcaſſet. Sunt q̃ dicant phineum Idę filię Dardani, Scytharum regis amore vſq; adeo captũ fuiſſe, vt eius ſuaſu filijs ex Cleopatra ſuſceptis oculos euulſerit. Ouidius in Ibin. Qualis et ipſe fuit, quo pręcipiẽte, columba Eſt data Palladię pręuia, duxq; rati. Martialis lib. 9. Phineas inuites, affer et Oedipodas.

27 ¶ De Phinidis a Phineo patre excęcatis. Idem Ouidius inquit. Vt duo Phinidę, q̃ bus idem lumen ademit.

28 ¶ Polymneſtor rex Thracię quũ Polydorum Priami et Hecubę filium, fidei ſuę tẽpore belli Troiani creditũ auri (quod ille habebat) cupiditate occidiſſet, indignata mater Hecuba eidem per ſimulatam amicitiam conuocato oculos eruit. Ouidi. in Ibin. Quiq; oculis caruit, per quos maleviderat aurum, Inferias nato quos dedit orba parens.

29 ¶ Polyphemus quum prius eſſet monoculus, ab Vlyſſe prorſus excęcatus eſt. Cauſam iam diximus. Ouidius in Ibin. Paſtor vt ætnęus, cui caſus ante futuros Telemus Eurymedes vaticinatus erat.

30 ¶ Iſacius Angelus imperator ab Alexio fratre (quem prius magna pecunia a Turcis redemerat) excęcatus eſt & in carcerem coniectus.

31 ¶ Polirelus Athenienſis in bello cõtra Dachum ducem Perſarum, incerto caſu cęcus factus eſt. Author Plutarchus in Parall.

32 ¶ L. Metellus orbã luminibus exegit ſenectutem, amiſſis incendio, quum veſtem raperet ex æde Veſtę. Author Plynius lib. 7.

33 ¶ P. Cornelius Ruffus, Manij Curij in conſulatu collega, dormiens oculorum viſum amiſit, quum id ſibi accidere ſomniaret. Author Plynius.

34 ¶ Phanus fuit vſurarius quiſpiam cęcus, De quo Eraſmus meminit in illo adagio.

Phani oſtium.

¶Timoleon Corinthius (qui expulſo Dionyſio Syracuſas redemit ſeruitute)æta te iam prouectus,morbo cœpit laborare,quo cęcus factus eſt. Author. Plutarchꝰ in eius vita. 35

¶Ophioneũ Meſſeniorũ vatem Pauſanias apud Cęlium ſcribit ſemper a Natali ſtatim die luminibus captum,& priuatim & publice vaticinia peregiſſe,& poſt vehementem capitis dolorem videre cœpiſſe,ac mox relapſum ad cęcitatem denuo. 36

¶Iuſtinus imperator ante Leontium Callinico Patriarchæ (cuius dolo prius imperio fuerat detruſus)oculos eruit. 37

¶Conſtantinus Copronymos imperator Artabaſdum primæ nobilitatis hominem,imperatorem ab Orthodoxis creatum,biennio poſt captum,oculorum viſu cũ liberis priuauit. 38

¶Conſtantinus imperator Leonis et Irenes filius,Nicephorum imperatorij ſtemmatis hominem (in quem ſuffragia multorum inclinabant) oculorum et linguæ vſu priuauit. 39

¶Irene poſtea imperatrix rerum potita filium Conſtantinum in poteſtatem redactum excęcauit. 40

¶Haraldum quendã principẽ fuiſſe ſcribit Saxo q̃ prę ſenio amiſerit viſum. Quod etiam de Gormone teſtatur lib.9. 41

¶Ariberthus rex Francorum Sigibrandum Aſprandi filium oculis priuauit,omneſq; eius propinquos, varijs tormentis affecit. 42

¶Nautulphus puer natura cęcus precibus Sancti Senoch viſum recepit. Author Gregorius Turonenſis. 43

¶Beliſarius prefectꝰ copiarũ iuſtiniani imperatoris,deletis vandalis,acto de Perſis triumpho,italia a Barbaris non ſemel liberata,propter proſperos ſucceſſus ipſi imperatori formidoloſus & ſuſpectus factus eſt,ac propterea ab eodem oculis priuatus. Quo facto tuguriolum in via frequenti ſibi ſtatuit,vbi victum a prętereuntibus mendicabat his verbis. Viator da obolum Beliſario,quem virtus extulit, cæcauit inuidia. Author Procopius. 44

¶Pontanus de fortitudine bellica ait Lippum florentinum oculis captum fuiſſe,ac nihilominus in cæcitate Rhetorum ac philoſophorum auditoria frequentaſſe. 45

¶Quum in Troia Mineruę templum arderet,Ilus demiſſum cœlo Palladium eripuit,ſtatimq; oculis captus eſt. Poſtmodum placata ira deæ/priſtinũ recuperauit viſum. Author Decyllus apud Plutarchum. 46

¶Metellus quoq; templum Veſtæ incenſum conſpicatus,Palladium eripuit, ſtatimq; oculis captus eſt. Poſtmodum dea placata viſum recepit. Idem Author. 47

¶Valerius Beſtius dum Ruſcium. L. Imbrici ſoceri ſui filium fidei ſuæ creditum, cupiditate auri interfeciſſet,ab ipſo poſtea Imbrico correptus & excęcatus eſt. Author Idem Plutarchus. 48

¶Herodotus in Erato ait Epizelum Athenienſem in bello incerta cauſa luminibꝰ captũ fuiſſe,neq; ſaucĩ vlla corporis parte,neq; ictũ. 49

¶Keilla Pannonię regina maritum ſuũ Vazulem exoculauit. 50

¶Endra filius Bazulis Pannonię regis Petro itidem Pannonię regi oculos eruit. Author Volaterranꝰ. 51.

¶Bela ſecũdus Almi filius,rex Pannoniæ a Boricho filio notho Colomani itidẽ Pannonię regis,excæcatꝰ eſt. 52

¶Colomanus rex Pannonię poſt Ladiſlaum, Almo fratri oculos eruit,& eundem occidit. 53

occidit.

54 ¶Fara virgo (quę ſub Heraclio Imperatore floruit) dum ab Hagerrico patre ad nuptias compelleretur, in tantas prorupit lachrymas, vt inde cęcitatem contraxerit.

55 ¶Maiolus patria Aruernenſis, Archidiaconus Matiſcenſis, ex morbo luminibus orbatus eſt. viſum tamen cõpluribus prodigioſe reſtituit.

56 ¶Lycurgus a Thracibus (quibus principabatur) excęcatus eſt q̃ fœminas quaſdã ſequentes Bacchum ſimulata cũ deo amicitia interfeciſſet, Author Diodorus.

¶Claudi.

1	Epictetus.	5	Cocles.	9	Perdix.
2	Colomanus.	6	Philippus macedo.	10	Artemon.
3	Damon.	7	Nicomedes.	11	Lambda.
4	Androclides.	8	Ariſtogiton.	12	Vulcanus.

1 ¶Epictet⁹ Philoſophus Hierapolitanus, claudus fuit. Vnde apud Macrobiũ hoc modo inducitur loquens. Seruus Epictetus genitus ſum corpore claudus/ Pauperta te Irus/ diis & amicus ego.

2 ¶Colomanus rex Pannonię dicitur fuiſſe luſcus/ claudus/ gibboſus/ Lingua bleſus/ & ore improbo.

3 ¶Damon Pædotriba fuit quiſpiam claudicãs, qui quũ crepidas furto amiſiſſet, im precatus eſt, vt furis pedibus maxime congruerent. Erant autem hæ non rectę nec accommodæ, Illi tamen pro pebum deprauatorum ratione imprimis aptę. Author Cælius.

4 ¶Idẽ Cęlius ait Androclidẽ Laconẽ debilẽ crure & inutilem fuiſſe.

5 ¶Cocles accepto vulnere claudus factus eſt. Cui quum cruris vicio obiectaretur, p̃ ſingulos inquit gradus admoneor triumphi mei.

6 ¶Philippus Macedo, accepto in coxa lanceę ictu, incidit in claudicatem, quod laudi ſibi vertebat aduerſus calũniatores.

7 ¶Nicomedẽ Cęlius ait fuiſſe quendam claudũ, aliũ a rege Bithynię.

8 ¶Ariſtogiton Athenienſis fuit ſycophanta, cuius conciões nihil non martium ſpirabant, adeo vt ventoſa ſua lingua populum in diſcrimina plęrumq; conijceret. Proinde quum die quadam exercitum parari, & milites deligi intellexiſſet, inixus bacu lo claudicatem ſimulauit, ne ad bellum vocaretur. Vnde adagium fluxit in vulgus Ariſtogiton claudicat. De his, qui morbum ſimulant, ne militiam aut aliud oneris genus ſubeant.

9 ¶Perdix caupo fuit q̃ ſpiã claud⁹, cui⁹ claudicatas prouerbio locum fecit. Perdicis cru ra. in loripedes et diſtortos. Ariſtophanes apud Eraſmum.

10 ¶Artemon faber fuit machinarius tẽpore Periclis, qui quũ claudus eſſet, ſuas paſſim machinas circunferebat.

11 ¶Lambda mulier Corinthia, Amphionis cuiuſdam filia et Eetiõis vxor fuit etiam clauda. Author Herodotus.

12 ¶Vulcanus a Ioue pręcipitatus ob deformitatem, vel q̃ matri opem ferre vellet, in cidit in claudicatẽ. Ad quod alluſit Vale. Flaccus lib. 2. Argon. Accliuem ſcopulo inueniunt, miſerentq; fouentq; Alternos ægro cunctantem poplite greſſus. Pontanus in libro Meteororum. Vulcanum fama eſt cœlo quũ pulſus ab alto, Sub terris ſine honore diu, ſine munere claudum Vixiſſe, et Sicula exilium traxiſſe ſub ætna, Item Martianus Capella. Quidam etiam claudus faber venit. Lactantius. Tum faber claudus Mineruę nuptias poſtulauit. Germanus Brixius. Deumq; loripedem ſimulatarma

mul arma ad coniurata vocaſſe.

¶Balbi.

1 Battus 3 Poggius Florẽtinus. 5 Michael Thraulus.
2 M.Fundus. 4 Alcibiades.

¶Herodotꝰ i Melpomene ait Battum Polymneſti inter Therẽos opulẽti & Phronymę filium balbum fuiſſe/ac propterea conſuluiſſe Apollinem,qui hoc modo reſponderit. Batte venis vocis cauſa,Dux te iubet ire Lanigeram in Lybien habitatũ, Phœbus Apollo. 1

¶Cicero tertia Philippica ſcribit M,Fundum neſcio quem cognominatum Bambalionem ab hęſitantia linguę. 2

¶Eodem nomine Fr,Philelphus Poggium Florentinum ob vicium Linguæ inſectatus eſt. 3

¶Euripides apud Cęlium ſcribit Alcibiadi in dicendo Balbutiem fuiſſe,quę vocii lius ſplendorem & ſermoni gratiam afferre videbatur. 4

¶Michael Imperator (qui leoni Armenio ſucceſſit)lingua fuit balbus,dictꝰ propterea Thraulus a græcis. 5

¶Furioſi & Maniaci.

1 Oreſtes. 10 Aiax. 18 Sparſus.
2 Pentheus. 11 Cleomedes. 19 Filię Minyę.
3 Milo. 12 Cleomenes. 20 Thimantes.
4 Athamas. 13 Prœtides. 21 Acco,
5 Agaue. 14 Chares 22 Piſander.
6 Lycurgus. 15 Gallus Vibius. 23 Cambyſes.
7 Marſias. 16 Euagoras. 24 Aio.
8 Hercules. 17 Lucretius. 25 Harthbenus.
9 Alcmęon.

ORestes Agamennonis & Clytemneſtræ filius/ propter interfectam matrem furioſus factus eſt,donec ad aram Dianę Tauricę expiauerit ſcelus. 1
Virgi.lib.3.Aen.Et ſcelerum furiis agitatus Oreſtes.Ouidius li.1.de Triſtibus.Vt foret exemplum veri Phocęus amoris/ Fecerunt Furię triſtis Oreſte tuę, Item libro.4.Quo poſtq̃/ dubium eſt/pius an ſceleratus Oreſtes/ Exactus Furiis venerat ipſe ſuis,Lucanus lib.7.Haud alios nõdũ Scyhica purgatus in ara/ Eumenidum vidit vultus Pelopeius Oreſtes.Horatius.lib.2.Sermonũ.Nec ferro vt demens genitricem occidit Oreſtes/ An tu reris eũ occiſa inſaniſſe parente.Stroza pater.lib.1.Eroticon.Arſit in Aegyſtho furioſi mater Oreſtis.Statius li.1.Theb.Vel inanẽ mentis Oreſtẽ,Oppoſito rapidã Pylade vitaſſe Megęram.Cęlius ſcribit Oreſtem vi furoris,ſibi digytum arroſiſſe & voraſſe.Eoq; facto,Eumenidas illi albas ſe ingeſſiſſe,quum prius nigro colore occurrerent formidoloſę.Adagiũ eſt apud Eraſmum.Oreſti pallium texere ,In eum/qui parat munus abuſuro/Nam Oreſtes per inſaniam veſtes dilacerabat.Virg.li.4.Aen. Aut Agamenonius ſcænis agitatus Oreſtes Armatam facibus matrem & ſerpentibus atris,Quum fugit, vltriceſq; ſedent in limine diræ.

¶Pentheus dum ſacra Bacchi deſpicaretur/ vlciſcente numine in furorem raptus ẽ. 2
Virgilius libro.4.Aeneí.Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et ſolem geminum,et duplices ſe oſtendere Thebas.Lucanus libro ſeptimo.Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus/ Quum fureret Pentheus/aut quum deſciſſet Agaue.

3 ¶Milo Epyrota quum haſtã in Laodomiã filiã Pyrrhi coniecíſſet/quę ad arã Diænæ velut ad Aſylum confugerat,dea vindicante/in furorem raptus eſt/quo intra duodecimum diem perijt.

4 ¶Athamas Aeolí filius furijs a Iunone immiſſis, vſq; adeo correptus eſt & agitatus,vt Learchum filium interfecerit.Ouidius libr.6. Faſtorum. Hinc agitur furijs Athamas/ſub imagine falſa,Tuq; cadis patria parue Learche manu.

5 Gaue Cadmi et Hermiones filia,Bacchico furore correpta/Pentheũ filium interfecit.Lucanus libro primo.Ingens vrbem cingebat Erymnis,Excutiens pronam flagranti vertice Pinum,Strídenteſq; comas/Thebanam qualis Agauem Impulit,aut ſęui contorſit tela Lycurgi Eumenis.Idem libro.7.Nec magis attonitos animi ſenſere tumult⁹, Quum fureret Pentheus,vel quum deſciſſet Agaue,Horatius lib.2.Ser.Quid? ca put abſciſſum demens quum portat Agaue Nati infelicis,ſibi tum furioſa videtur. Seneca in Oedipode.Peior hac genitrix adeſt,Furibunda Agaue.

6 ¶Lycurgus Dryantis filius rex Thracię a Baccho(cuius numen aſpernabatur) in furorem verſus,crura ſibi amputauit.Lucanus.Thebanam qualis Agauen Impulit,aut ſęui contorſit tela Lycurgi Eumenis.Ouidius in Ibin.Vtq; Dryantidę Rhodopeia regna tenenti,Ingenio diſpar/cui pede claudus erat.

7 ¶Marſyas dum Apollinem ad tibię certamen prouocaſſet/in furorem verſus & ab ipſo deo excoriatus eſt.Ouidius in Ibin.Mens quoq; ſic furijs vecors agitetur,vt illi Vnum qui toto corpore vulnus habet.

8 ¶Hercules viſa apud inferos Megęra,in furorem verſus eſt.vnde regreſſus,filios imprudens occidit.Lucanus lib.1.Aut qualem iuſſu Iunonis iniquę Horruit Alcides viſo iam Dite Megęram.

9 ¶Alcmęon Amphiarai & Eryphiles filius,propter interfectam matrẽ/furijs itidẽ agitatus eſt.Propertius lib.3.Aut Alcmęoniæ furię/aut ieiunia Phinei.Politianus in Nutricia.Oenideq;facem/furijs Alcmęona pulſum.

10 ¶Aiax Telamonis filius,propter arma Achillis mortui,data Vlyſſi in virtutis prę mium,dolore animi et inuidia in furorem verſus,armenta loro cędebat,exiſtimãs ſe interficere Græcos.Apuleius lib.3.Meta.In inſani modum Aiacis armatus,non vt ille viuis pecoribus infeſtus tota laniauit armenta.

11 ¶Cleomedes Aſtypalenſis,prodigioſis homo viribus/dum Lachum Epidemniũ athletam ictu pugni interfeciſſet/interfecti aperuiſſet latera,ac propterea iudices tãtam peroſi feritatem/in eum vellent animaduertere,indignatus et in furorem verſus columnam(qua ludi literarij dom⁹ fulci ebatur)diſiecit,eaq; ruina pueros omnes adobruit.Sunt qui dicant hunc furorem eidem irrepſiſſe/q victoriæ præmio fuiſſet fraudatus.

12 ¶Fuit alter Cleomedes ſeu Cleomenes/quem Herodotus in Erato ſcribit a Lacedęmonijs(q b⁹ iperabat)primo expulſum/demum priſtinę dignitati reſtitutũ fuiſſe.Nec multo poſt in tantã inſaniã incidiſſe/vt vnicuiq; obuio ſceptrum in faciem impingeret.Quod eum faciẽtẽ propinq ſoleis ligneis illigauerunt et in carcerẽ coniecerunt.Vbi arrepto cuſtodis et Ergaſtularii gladio ab ima corporis parte ad verticem capitis ſeſe diſſecuit.

12 ¶Prœtides ſeu filię Prœti Argiuorum regis, dum Iunoni ſe pręferrent,in furias verſę ac poſtmodum mutatę in vaccas finguntur a Poetis.Vir. Prœtides implerũt falſis mugitibus agros.

¶Plutarchus in vita Artoxerxis ſcribit,Charẽ fuiſſe quendam,qui in bello Cyrum vulnerauerit

vulnerauerit ſucciſa poplitis vena, quem ait inſania poſtmodum fuiſſe correptum/ nimia illati Cyro vulneris arrogantia.

¶Gallus Vibius vir fuit magnę eloquentię, qui dū inſaniam mentiretur, quod aſſi- 15
mulabat/ad verum redegit.

¶Celiꝰ ſcribit Euagoram regem Cypriorū repentino furore correptū fuiſſe. 16

¶T. Lucretius poeta Phyſicus/ſumpto amatorio poculo, in furiā lapſus ē, qua im- 17
pellente mortē ſibi conſciuit. Statius. Et docti furor arduus Lucreti.

¶Sparſus fuit quiſpiam/quem Seneca ſcribit inter ſcholaſticos inſanū, inter iſanos 18
ſcholaſticum fuiſſe.

¶Timanthes Cleonęus athleta/quum ſenio confectus arcum non poſſet complica 19
re/quem intendebat iuuenis/dolore animi in furorem lapſus eſt, ac propterea ſe in-
terfecit. Author Idem Celius.

¶Acco mulier iam decrepita/quū facie (quā ad ſpeculū explorabat) ſenio defor- 20
matā cōſpiceret/animi ęgritudine in inſaniā lapſa eſt. Alij aliter ſentiūt. Aiūt enim
ipſam conſueſſe alloqui ſuam imaginem in ſpeculo, eiq; ſubridere/comminari/pro-
mittere/ſubland ri, & quicquid confabulātes ſolent dicere. Idē Author.

¶Piſander eo veſanię lapſus eſt/vt timeret/necubi animę ſuę occurreret, a qua vi- 21
uus eſſet deſtitutus.

¶Cambyſes quum Apim (quem Aegyptij pro deo colebant) violaſſet, vlciſcente 22
numine/lapſus eſt in furias. Quibus agitatus, vniuerſam prope familiā deleuit. Au-
thor Herodotus in Thalia. Poſtremo furore victus ſeipſum interfecit.

¶Aio filius Arichis ducis Beneuenti miſſus a patre ad Rhotharē Longobardo- 23
rū regē, in Italia veneno potus eſt. Cuius virtute cœpit inſanire. Author Paulꝰ dia-
conus de geſtis Longobardorum.

¶Harthbenus fuit athleta quiſpiam ex Helſyngia/nouem cubitis procerus/quem 24
Saxo grammaticus/in tantas furias teſtatur cecidiſſe, vt ſummas Clypei partes corro
ſerit, igneos carbones, ventri mandauerit, Raptas ore prunas in viſcerum ima tranſ
fuderit, crepitantia flammarum pericula percurrerit/& ad extremum iſex Athleta
rum ſuorū prę cordia/furente manu ferrum cōuerterit.

¶Vlyſſes quum eſſet Grę corum prudētiſſimus, inſaniam tamen ſimulauit, ne ad 25
bellum Troianum proficiſceretur. Vt autem perſuaderet ſe eſſe vere inſanum/ ſa-
lem ſeminabat/variiſq; animalibus aratra iungebat. Aſtum hominis explorauit Pa
lamedes, qui arāti Telemachum filium obiecit. Quem ne lęderet ipſe Vlyſſes pater,
aratrum ſuſpendit.

¶Furiæ tres.

1 Alecto. 2 Theſiphone. 3 Megęra.

FVrias poetæ Acherontis ex nocte filias vocāt. Virgilius. Dicuntur gemi-
næ peſtes, cognomine diræ, Quas & Tartaream nox intempeſta Megerā
Vno eodēq; tulit partu. Propterea Galterus in Alexandreide, decēti Epi
theto eas vocat Noctigenas libro decimo, vbi ait, Hoc ego ſi dea ſum, qua nulla po
tentior inter Noctigenas, ſi me veſtrā bene noſtis alūnā. Eadē ratiōe Mantuanus
eas vocat Acherontigenas. Apud inferos dicuntur Canes. Lucanus, Iā vos ego no-
mine vero Eliciam, Stygiaſq; canes in luce ſuperna Deſtituā. Apud mortales vocā
tur furiæ, q furoris ſtimulos hominum præcordiis inculcent. Propterea etiam
finguntur iis colubros immittere, quos ad Maniam trahunt. Vnde Virgilius.

Cęruleis vnum de crinibus anguem Conijcit/ inq; ſinu pręcordia ad intima fubdit,
Quo furibunda domum monſtro permiſceat omnem. Dicuntur & Eumenides ſen
ſu contrario & per Antiphraſim. Eumenis enim Beneuolens dicitur. Ouidius. Eu=
menides tenuere faces de funere raptas. Feruntur & capillorum loco, redimitæ ſer
pentibus & colubris. Catullus. Quare facta virum mulctantes vidice pœna, Eume
nides/ quibus anguineo redimita capillo/ Frons expirantes pręportat pectoris iras/
Huc huc aduentate, meas audite querelas. Statio lí. 12. Et Anguicomę ducẽt vexilla
ſorores. Mantuanus in Apolonia. Exibant de ſede Erebi teterrima monſtra Teſi=
phone, furiæq; aliæ multo angue comãtes/ Quippe qb9 dominabãtur Plutonides
vmbre. Appellãtur etiã dirę. Vir. At proculvt dirę ſtridorẽ agnouit & alas, Infelix
crines ſcidit Iuturna ſolutos. Idẽ lib. 4. Aen. Vltriceſq; ſedẽt ĩ limine Dirę. Itẽ ĩ eo
dẽ. Et dirę vltrices, et dij morientis Eliſę. Claudian9 lib. 2. de Raptu. Sũt tibi defor=
mes Diræ/ ſunt altera Lethes. Flumina. Earum autem officium Virgilius his ver=
bis aperit.

Hę Iouis ad ſolium/ ſęuiq; in limine regis
Apparent, acuuntq; metum mortalibus ægris.
Si quando Lœthum horrificum/ morboſq; deum rex
Molitur meritis/ aut bello territat vrbes. Lactantius libro. 6. de vero cultu, de his in
hunc modum ſcribit. Tres ſunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites
agunt. Propterea pœtę tres furias eſſe dixerunt, quę mentes hominum exagitent,
Ira vltionem deſyderat, Cupiditas opes, Libido voluptates.

1 ¶ Furiarum prima eſt Alecto. quam Virgilius hoc modo depingit libro ſepti=
mo Aenei.

Luctificam' Alecto dirarum a ſede ſororum
Infernisq; ciet tenebris/ cui triſtia bella,
Irę q;/ inſidięq;/ & crimina noxia cordi.
Odit et ipſe pater Pluton, odere ſorores
Tartareę, Monſtrnm tot ſeſe vertit in ora,
Tam ſęuę facies/ tot pullulat atra colubris.
Item paulo poſt ſubiungit.
Tu potes vnanimes armare in prelia fratres/
Atq; odijs verſare domos, Tu verbera tectis
Funereaſq; inferre faces, Tibi numina mille,
Mille nocendi artes.

¶ Qz autem ſit Noctis filia, teſtis eſt apud eundem Virgilium Iuno hoc mo=
do loquens. Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem.
Item Mantuanus in Lucia. Surge, et quicquid ſata nocte profunda Conſulit Ale
cto, vome.

2 ¶ Theſiphone ſeu Thyſiphone ſecunda Acheherontis filia, hoc modo ab Ouidio
deſcribitur. Nec mora/ Theſiphone madefactam ſanguine ſumit Importuna fa=
cem/ fluidoq; cruore rubentem Induitur Pallam/ tortoq; incingitur angue, Egredi=
turq; domo/ Luctus comitatur euntem/ Et pauor/ et terror/ trepidoq; inſania vul=
tur. Item Claudianus. Centum illi ſtabant vibrantes ora Ceraſtæ, Turba mi=
nor diri capitis, Sedet intus abactis Ferrea lux oculis, qualis per nubila Phœ=
bes Atracia rubet arte color ſuffuſa veneno. Item Statius, Suffuſa veneno.
Tenditur/ ac ſanie gliſcit cutis/ igneus atro Ore vapor, quo longa ſitis/ mor=
biq;/ fameſq;/ Et populis mors vna venit. Ouidius lib. 4. Triſtium, fecit inde adiecti

uum Theſiphoneus,

uum Theſiphonęus, vbi ait. Cupiaſq; eradere vitę, Tempora (ſi poſſis) Theſipho=nęa tuę, Hanc filiam eſſe noctis docet Syllius lib. 2. dicens. Et palmas tendens / hos inquit noctis alumna, Hos muros impelle manu, Populumq; ferocem Dextris ſter=ne tuis / Iuno iubet. Colubris inſtar cęterarum armatam eſſe docet Mantuanus lib. 4. Agelariorum dicens. Ite, canes adſunt Herebi / Crinita colubris Theſiphone, ſpi=ranſq; venenum / ignemq; Megæra / Et ſoror / atq; mali manes et Cerberus ipſe.

MEgeram tertiam Acherontis & Noctis filiam, Claudianus de laudibus Sti liconis deſcribit, Improba mox ſurgit triſti de ſede Megęra, Quam penes 3
inſani fremitus / animiq; profanus Error / & vndantes ſpumis furialibus irę
Non niſi quæſitum cognata cęde cruorem, Illicitumq; bibit, patrius quem fuderit enſis / Quem dederint fratres, Hæc terruit Herculis ora. Hæc defenſorum terra=rum polluit artus, Hec Athamanthęę direxit ſpicula dextræ / Hęc Agamennonios inter bacchata penates Alternis luſit iugulis, Hac auſpice tędę Oedipodem matri / natę iunxere Thyeſtem. Serpentibus eſſe redimitam docet Mantuanus libro. 2. de Cala. Temporum. Per medias vrbes colubris crinita Megęra / Sanguineiſq; caput vittis intorta / flagello In ſcelera & culpas homines vrgere laborat / Criminis & pœ=nę dux / hortatrixq; malorum.

¶Stulti et inſipientes.

1	Corœbus.	5	Amphiſtides	9	Mydas
2	Bagas.	6	Accon.	10	Pſylli.
3	Melitides.	7	Cippius	11	Claudius princeps.
4	Māmachutus.	8	Zenophantus		

¶Corœbi filij Mygdonis Phrypij ſtultitia vulgi fabulis celebrata eſt / qui maris vn 1
das numerare conabatur / quum non poſſet vlrra quinq; numerare. Authores Euſta thius et Lucianus apud Eraſmum.

¶Bagas fuit quiſpiam ſtupidę mētis et attonitę. Author Plutarch⁹ in Collectaneis. 2
Vnde ortum adagium. Vt Bagas conſtitiſti.

¶Melitides fuit ſtultus / ab Homero celebratus / qui euerſa iam Troia, veniſſe legi=tur auxilium laturus Priamo. Lucianus apud Eraſmum. Melitidem aut Corœbum 3
meputas per deos?

¶Enthuſiaſmus eſt quidam mentis ſtupor, quo laborauit Mammachutus quiſpiā 4
ſola inſignis fatuitate. Vnde Mammachuti dicuntur hiātes et ſtupidi. Author Ari ſtophanes apud Cęlium.

¶Amphiſtides tantę fuit ſtulticię, vt ignoraret, vtro ex parente prognat⁹ eſſet. 5

¶Accon vetula eo laborauit delirio (ſicuti iam diximus) vt ſolita ſit ad ſpeculum 6
cum imagine ſua / perinde ac cum alia muliere confabulari. Authores Cęlius et Eraſ mus ex aduocatis Grecorum teſtimonijs.

¶Cippius ſimulabat ſe dormire et ſtertere, quo facilius eius vxor mœcharetur. 7
Quod arguit eum a Zelotypia longe fuiſſe alienum. Vnde natum videtur Ada=gium Ciceroni in quadam ad Fabium Gallum epiſtola poſitum. Non omnib⁹ dor mio. Author Lucilius apud Beroaldum.

¶Zenophantus fuit quiſpiam ſtult⁹ / qui quo magis riſum cohibere nitebatur / hoc 8
ridebat profuſius.

9 ¶Mydas Gorgij filius / quum agreſtem Panos dei Cantilenam Apollinis carmi
nibus prętuliſſet, indignatus Apollo aſininas auriculas eidem indidit, quib⁹ poſtea
abijt in riſum. Vide Ouidium lib. 11.

10 ¶Pſylli populi dum Auſtrum ventum plus nimio haberent inuiſum / vt ſibi et ſuæ
terrę noxium, ſumptis armis in eum hoſtiliter profecti ſunt, ceu viuum aliquem ho
minem, & non rem incorpoream peterent.

11 ¶Inter ſtultos numeratur Claudius prīceps / q̄ Domitium Neronem adoptauerit,
quū Britannicum legitimo thoro natum haberet.

¶Medici pharmacopolæ & Chirurgi.

1 Apollo.
2 Aeſculapius.
3 Acron.
4 Ariſtogenes.
5 Ariſtogenes.
6 Aſclepiades.
7 Aceſias.
8 Arabs.
9 Anto. muſa.
10 Caſſius.
11 Amythaon.
12 Apollodorus.
13 Artemon.
14 Attalus.
15 Alcon.
16 Agron.
17 Baſilius.
18 Chiron.
19 Cor. Celſus.
20 Chriſtobolus.
21 Cleophantus.
22 Chryſippus.
23 Crinas.
24 Charmis.
25 Caſtor.
26 Cherias.
27 Chryſermus.
28 Cleomporus.
29 Democides.
30 Dexippus.
31 Dioclides.
32 Democrates.
33 Democritus.
34 Daſius.
35 Epicharmus.
36 Eraſiſtratus.
37 Euphorbus.
Eribotes.
Galenus.
38 Glaucias.
39 Hippocrates.
40 Hermogenes.
41 Iulianus.
42 Lucas.
43 Lycus.
44 Menecrates.
45 Martion.
46 Mycon.
47 Machaon.
48 Melampus.
49 Meges.
50 Nicias.
51 Nicomachus.
52 Nicerotes.
53 Oribaſius.
54 Ocularius.
55 Philippus.
56 Pęon.
57 Petriclius.
58 Prodicus.
59 Philiſtion.
60 Philon.
61 Podalyrius.
62 Sinalus.
63 Themiſon.
64 Theombrotus.
65 Theſſalus.
66 Vectius valens.
67 Alij plęriq;.

1 ¶Apollo Aeſculapij pater medicinę vſum prim⁹ dicitur attuliſſe, ac propterea me
ruiſſe deitatem. Ouidius lib. 1. Meta. Inuentum medicina meū eſt, opifex q; per or=
bem Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis. Idem lib. 1. de Remedio. Te pre
cor o vates, adſit tua laurea nobis / Carminis et medicę Phœbe repertor opis. Calen
tius. Phœbe compertor medicę ſalutis. Macrobius. Virgines (inquit) veſtales ita
indigitant, Apollo medice, Apollo Pęan. Nec aliam ob cauſam Alexicacus, i. ma=
lorum expulſor dictus eſt.

2 ¶Aeſculapio Apollinis filio plæriq; etiam inuentum medicinæ referunt acceptū.
In qua adeo excelluit. vt mortuum Hippolytum fingatur ad vitam reuocaſſe, et
Androgeum Minois filium ab Athenienſibus interfectū. Properti⁹ libro ſecūdo.
Et deus extinctum Creſſis Epidauri⁹ herbis Reſtituit patriis Androgeona focis.

3 ¶Acron Agrigentinus medicus / Athenis philoſophatus eſt cum Empedocle.
Fuit antiquior Hippocrate / Scripſit de medicina librum vnum.

4 ¶Ariſtogenes Thaſius medicus floruit temporibus Antigoni Macedonię regis
ad quem

ad quem libros plurimos ſcripſit de medicina.

¶ Ariſtogenes alter Guydius Chryſippi philoſophi ſeruus fuit itidem medicus, q̄ magnā adeptus eſt famā ex curatione Antigoni Gonatę cognomento. 5

¶ Aſclepiades Pruſienſis, Cn. Pompeij familiaris/rationem primus reperit, quavi num ægris mederetur, relato e funere homine & conſeruato. Dicebat ſalutem cōſta re cibi potuſq; abſtinentia/pręterea geſtatione/ambulatione/& fricatione. Scripſit ad Mithridatem volumina. Authore Plynio. Mortuus eſt ſcalarum lapſu in extre= ma ſenectute. Idem blandimenta & lenocinia commentus eſt ad ægrorum gratiam & iucunditatē. Si quidem & balneorum conſuetudinē fecit/primuſq; lectulos exco gitauit ſuſpēſiles/quorū molli iactatiōe irritaret et obreperet ſōn⁹. Author Plyni⁹. 6

¶ Aceſias fuit imperitus medicus, qui dum cuidā podagrico mederi vellet, morbū & dolorē auxit. Vnde natum adagiū. Aceſias medicatus eſt/vbi res ī deteri⁹ vergit 7

¶ Arabs Apollinis fuit filius et Babylonis, quem Plyni⁹ lib. 7. medicę artis apud ægyptios repertorem dicit. 8

¶ Antonius Muſa medicus fuit Auguſti, de quo Horatius meminit lib. I. Epiſt. di cens. Nam mihi Baias Muſa ſuperuacuas Antonius. 9

¶ Caſſius hemina apud eundem Plynium teſtis eſt Archagathum Lyſanię filium Peloponenſem/primum e medicis veniſſe Romam. L. Aemylio. et M. Liuio cōſu libus. Eiq; ius quiritium datum/et tabernam in cōpito Acilio emptam. Obid publi ce vulnerarium fuiſſe eum tradunt vocatum, mireq; gratum aduentum eius ab ini= tio, Mox a ſęuitia ſecandi vrendiq;, nomen carnificis meruiſſe. 10

¶ Amythaon Melampodis pater inter claros medicos olim habitus eſt. 11

¶ Apolodori duo fuerunt Scylleus et Tarentinus ambo medici. De quibus Plyni⁹ lib. 20. Cap. 4. loquitur. 12

¶ Artemon fuit medicus/qui calua interfecti igneq; cremati propinauit aquā e fon te noctu comitialibus morbis, Authore Plynio. 13

¶ Attalus medicus apud Plyniū affirmat ſcorpione viſo ſi quis dicat duo. cohibe= ri nec vibrare ictus. 14

¶ Alcon ſeu Alcontius medicus fuit vulnerum, centum ſeſtercijs a Claudio condē natus/et exul miſſus in Galliam/demum reſtitutus. Neſcio an is ſit, de quo loqui= tur Martialis libro. 6. Oſtendit digitum ſed impudicum Alconi/Daſioq;/Symma choq;. Auſonius de alio Alcone itidem medico loquitur, qui Diodorum aruſpicē vaniloquum fecit. 15 16

¶ Agron medicus fuit, qui peſtilentia Athenas paſſim occupante, affectorū plęriſ q; opē intulit ſalutarem accenſis in proximo ignibus. 17

¶ Baſili⁹ Ancyran⁹ profeſſiōe fuit medicus, Floruitq; īperāte Cōſtantino. 18

¶ Chiron Saturni filius ex Phillyra/herbarum naturas primus inueniſſe, Achillem q; et Aeſculapium docuiſſe fertur, Phœnici Amyntoris filio oculis capto viſum re= ſtituit. Propertius lib. 2. Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon, Phœnicis Chiron lumina Phillyrides. Virgilius libro. 3. Georgico. Quęſitæq; nocent artes, ceſſere magiſtri Phillyrides Chiron/Amythaoniuſq; Melampus. Ab eo nomen ſū pſit herba, quę Centaurea dicitur. 19

¶ Corne. Celſus libros de medicina ſcripſit oratorio more. Floruit pauloante Fa= bium Quintilianum. 20

¶ Chriſtobol⁹ medic⁹ fuit/cui ſingularē pepit laudē ſagitta ex oclo Philippi Mace donis/citra oris deformitatem euulſa. De quo abunde Curtius meminit. libr. 8. de geſtis Alexandri. 21.

21 ℂCleophantus Authore Plynio medicus fuit, qui vini rationem illuſtrauit. Hic apud Plyniũ ait ſemen paſtinacę erraticæ Dyſentericis prodeſſe.

22 ℂIdem Author ſcribit Chryſippum Eraſiſtrati præceptorem medicum fuiſſe, q̃ Hippocratis, æſculapij & Prodici medicorũ placita ĩgẽti garrulitate mutauerit.

23 ℂCrinas Maſſilienſis fuit medicus, qui ad ſyderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dabat, horaſq; obſeruabat. Plynius ſcribit hunc centum ſeſtercia reliquiſſe, muris patriæ non minore ſumma extructis,

24 ℂCharmis ex eadem Maſſilia fuit medicus, qui priores medicos & balnea damnauit. Frigidaq; hibernis algoribus lauari perſuaſit / Merſit ægros in lacus, adeo vt Plynius dicat ſe vidiſſe conſulares ſenes vſq; in oſtentationem rigentes.

25 ℂCaſtor medicus docuit Piperitim herbam (quam alij Siliquaſtrum vocant) bibi contra morbos comitiales. Author Plynius lib. 20. Idem ſcripſit ſuccum radicis ferularum, oculorum claritati multũ conferre.

26 ℂCherias Athenienſis fuit medicus, qui apud Plynium teſtis eſt radicem cardui ex aqua decocta potatoribus ſitim facere, ſtomachum corroborare, et vuluis aliquid conferre, vt mares gignantur.

27 ℂChryſermus fuit medicus, qui Bulbi radice in vino decocta Parotidas curabat.

28 ℂCleempum Plynius ſcribit fuiſſe medicum, cui Pythagoræ librũ de magicis herbis nonnulli aſcripſerunt.

29 ℂDemocides medicus Polycratem Samiorum tyramnum curauit talentis duob⁹, ſcripſitq; librũ de medicina. Herodotus in Thalia ſcribit Democidem Taliphontis Crotoniẽſium principis medicum fuiſſe / atq; duobus aurearum compedum paribus a Dario donatum.

30 ℂDexippus Cous Hippocratis fuit diſcipulus / qui ſcripſit librũ vnũ de medicina.

31 ℂDiocles Caryſtius floruit tẽporib⁹ Darij Hiſtaſpis. Reliqt commẽtarios.

32 ℂDemocrates Seruili⁹ citatur a Plynio lib. 25. Primuſq; medentiũ herbã dicitur inueniſſe / quam appellauit Hiberidam.

33 ℂIdem li. 24. ait Democritum fuiſſe medicum / qui in valetudine Conſidię. M. Seruilij, Conſularis filię omnem curationẽ auſteram recuſantis / diu efficaciter vſus ſit lacte caprarum.

34 ℂDaſius medici nomen eſt, cuius meminit Martialis lib. 6. dicens. Oſtendit digitum, ſed impudicum, Alconi, Daſioq;. Symmachoq;.

35 ℂEpicharmus Cous fuit auditor Pythagorę. Scripſit de rerum natura ac medicina commentarios, quos adhuc extare in Bibliotheca Vaticana ſcribit Volaterranus.

36 ℂEraſiſtratus medicus fuit, qui primus cognouit morbum Antiochi ob amorem Stratonices nouercę. Plynius ſcribit hunc fuiſſe diſcupulum Chryſippi / ex Ariſtotelis filia genitum, cui Antiocho rege ſanato / centum talenta donauerit filius eius Ptolemæus. Hunc citat Gellius lib. 16.

37 ℂEuphorbns medicus, Euphorbiæ herbæ nomen impoſuit Authore Plyniõ. libro. 25. Eribotes Teleontis fuit fili⁹ medicinæ peritiſſimus, vt qui Oilei vulnus a Stymphalidibus illatum ſanauerit. Teſtis Orpheus apud ægidium maſerium in Argonauticis,

ℂGalenus medicus e Pergamo ciuitate Aſiatica floruit Traiani temporibus. Hũc Auicenna cæteriq; omnes medicorum principem fatentur. Scripſit de medicina libros complures / & in opera Hippocratis.

38 ℂGlaucias medicus fuit in cognoſcenda cadauerum natura diligentiſſimus. Author Plynius.

Hippocrates

¶Hippocrates Cous Democratis fuit auditor, vixit in ſumma familiaritate apud Perdicam Macedonũ regem. Suſcepit filios Theſſalum & Draconem. Hunc Artaxerxes magna mercede ſummiſq; honoribus in familiã ſuam inuitauit Authore Valerio. Familiaris fuit Democrito, quẽ vt inſania curaret, plerũq; ad eũ ſcripſit. Amauit Græciã, ex qua nunq; egreſſus eſt. Mortuus eſt Lariſſę natus annos. 104. 39

¶Hermogenes fuit medic⁹, qui Adriano ĩperatori ſe ĩterficere volẽti circũſcripſit locũ ſub mamilla, quo lœthaliter ꝑcuſſo/celerius expiraret. Author Dion Caſſius. 40

¶Iulianus fuit quiſpiam Pharmacopola/herbariæ artis peritiſſimus/ quem Volaterranus ætate ſua floruiſſe ſcribit. 41

¶Lucas Antiochenſis medic⁹ fuit Pauli Apoſtoli ſectator, a quo edoctus ſcripſit Euangelium & actus apoſtolorum. Exceſſit natus annos. 84. 42

¶Lycus Neapolitanus/ Atriplicẽ (nomen eſt herbæ) contra Cantharidas bibendum cenſet, apud Plynium. 43

¶Menecrates Syracuſanus medicus/ nullam ab his mercedem accipiebat/ quibus medebatur. Curabat imprimis morbũ ſacrum/hac lege, vt liberati ſe eſſe ipſius ſeruos faterentur, eũq; Ionem appellarent. Feruntq; in id tumoris fuiſſe euectum, vt qñq; ad Ageſilaũ Spartæ regẽ hoc modo ſcriberet. Menecrates Iupiter Ageſilao regi ſalutem. Subridens Ageſilaus reſpõdit. Ageſilaus Menecrati ſanitatem. 44

¶Martion Mitylenęus de ſimplicibus effectibus ſcripſit. Idẽ apud Plynium rumpi Scolopendras marinas ſputo, Rubetas item aliaſq; Ranas ſcribit. 45

¶Mycõ apud eũdẽ teſtis eſt aduerſus ſerpẽtes nihil eẽ efficaci⁹ Hippomarathro. 46

¶Machaon Aeſculapij filius/& frater Podalyrij, medicus fuit clariſſimus. Baptiſta Pius lib. 4. Eleg. Cura Machaonia maior & iſta manu eſt. Hic Philoctetẽ Pęãtis filiũ Herculis ſagitta Hydrę veneno tincta/vulneratũ ſanauit. Propertius lib. 2. Tarda Philoctetæ ſanauit crura Machaon. 47

¶Melãpus. Amythaonis fili⁹, filias Prœti Argiuoꝝ regis ab inſania purgauit. De hoc Virgilius lib. 3. Georgico. Ceſſere magiſtri, Phillyrides Chiron, Amythaoniuſq; Melãpus Meminit & Herodotus in Euterpe. Et Plynius lib. 25. 48

¶Meges fuit Chirurgus quiſpiam, quem Volaterranus citat in Philologia. 49

¶Nicias Pyrrhi medicus fuit, qui ad Fabricium veniẽs, promiſit ſe domino mortem illaturum, Quod flagitium auerſatus Fabricius, Pyrrhum q̃uis inimicum litteris monuit, vt a Nicia caueret. Gellius videtur hoc aſcribere Timochari, apud Gellium Quadrigarius Nicię. Vter vter fuerit/parum refert de nomine. Claudianus lib. 3. in Ruffinum ſic inquit. 50

Romani ſcelerum ſemper ſpreuere miniſtros.
Noxia pollicitum domino miſcere venena,
Fabricius regi nudata fraude remiſit.
Infeſto quem marte petit/bellumq; negauit
Per famuli patrare nefas.

¶Nicomachus Stragyrites Machaonis fuit filius & Aeſculapij nepos. Scripſit de medicina libros ſex. Fuerunt eius nois duo alij Pater & filius ambo medici. Quorum filius ſcripſit Commentarios in Phyſicam patris, & octo libros Ethicorum ad Eudemum. 51

¶Nicerotes vnguẽtarius fuit Syrius, a cuius nomine Martialis vnguẽta vocat Nicerotiana lib. 6. dicẽs. Quod ſemper Caſia/Cynnamoq;. Et nido niger alitis ſuperbę Fragras plũbea Nicerotiana. Idem lib. 10. Felix lectulus & lucerna vidit, Nymbis ebria Nicerotianis. Laberi⁹. Et quęcũq; Syrus Nicerotes ſolet, Quicqd Croci/ 52

Caſiæq; Cynnami, quod vdus Cæſarie ſpirat delicatus Arabs. Hoc totũ vobis nũc ad ſcænam affero.

53 ¶ Oribaſius Sardianus Iuliani principis familiaris, ſcripſit libros medicinę. 72. ad ipſum Iulianum.

54 ¶ Ocularius medicus fuit in Aegypto pręſtantiſſimus, qui floruit ſub Amaſi rege. Author Herodotus in Thalia.

55 ¶ Philippus medicus fuit Alexandri, eiq; ſumma familiaritate & amicitia iunctus. Nam quũ Parmenio literas ad Alexandrum dediſſet, quibus eum monebat, vt ab inſidijs Philippi velut ab hoſte Darío corrupti ſibi in ęgritudine caueret, Alexãder exploratã habens medici fidem, poculũ ab ipſo Philippo datum hauſit, demum literas Parmenionis eidem legendas conceſſit.

56 ¶ Pęon vir fuit medicinæ artis peritiſſimus, a cuius nomine Pęonia herba nomen ſumpſit. Architrenius lib. 2. Pęoniis animo medicina potentior herbis.

57 ¶ Plynius ait lib. 20. Petriclíũ fuiſſe medicũ, qui Ophiaca ſcripſerit.

58 ¶ Eodem authore Prodicus fuit medicus, Aeſculapij diſcipulus, Selymbrię natus, qui medicinã inſtituit, quã Iatralepticen vocant.

59 ¶ Philiſtion Locrenſis fuit medicus, quẽ Gellius lib. 17. Capi. 11. citat.

60 ¶ Philon medicus fuit nobilis, qui quum medicamẽta quædã ad medẽdi vſum exquiſitiſſima concinnaret, & regias quaſdã Alexipharmacas, poteſtates, eas deorum manus appellabat, velut diuinas & ſalutares.

61 ¶ Podalyrius filius fuit Aeſculapij & frater Machaonis, medicę artis peritiſſimus, qui cum Græcis ad Troiam profectus dicitur. Baptiſta Pius lib. 4. Elegi. Depoſito non præſtat opem Podalyrius ægro

62 ¶ Sinalus fuit medicus quiſpiã, De quo Syllius Italicus lib. 5. ſic inquit.

Ipſe olim antíquo primum Garamanticus Ammon
Scire pater dederat Sinalo morſuſq; ferarum,
Telorumq; graues ictus ſedare medendo,
Atq; is deinde ſuo moriens cœleſtia dona, Monſtrarat nato.

63 ¶ Themiſon medicus fuit magni nominis, Aſclepiadis diſcipulus Authore Plynio, quẽ plęriſq; in locis citat Plynius ipſe. Iuuenalis. Quot Themiſon ægros Autumno occiderit vno. Baptiſta Pius lib. 4. Elegiar. Omnibus hoc anno morbis, noxaq; carebis, Contẽneſq; piam ſic Themiſonis opem. Fuit eius nominis alter, quem Martialis ſcribit cõſuetudinem Veneris habuiſſe cũ ſorore, vbi lib. 12. ait. Quare non habeat Fabulle quæris Vxorem Themiſon, habet ſororem.

64 ¶ Theombrotus fuit medicus, quẽ Ptolemęus rex Megalẽſibus ſacris donauit centum talentis ſeruato Antiocho rege. Author Plynius lib. 7.

65 ¶ Theſſalus eodẽ authore, medicus fuit Neronis tẽporibus, qui cuncta maiorum placita trãſiliuit, & rabie quadam in omnes æui medicos perorauit.

66 ¶ Vectius Valens adulterio Meſſalinæ Claudij Cæſaris nobilitatus, pariterq; eloquentiæ affectator, ſuo tẽpore nouã medicorum inſtituit ſectam.

67 ¶ Sunt & plęriq; alij, quorum nomina & Placita, quãdoq; aduocantur a Plynio, vt Ariſtogiton, Athamas, Callimachus, Cleopolemus, Damion, Diuces, Diodorus, Petronius, Dorotheus, Dionyſius, Saluſtius, Heſius, Hiceſius, Herophilus, Icethidas, Iollas, Lais, Leneus, Metrodorus, Nymphodorus, Opion, Praxagoras, Pliſtonices, Seſtius, Simus, Soſimenes, Sotacus. Q. Stertinius. Quorum nuda nomina ad nos peruenerũt. Porro multiplex eſt medicina. Pharmaceutice, quæ medicamẽtis curat. Empœrice quæ ſolum experimẽtis conſtat. Iatraleptice, quæ vnguentis,

Clinice

Clínice, quæ victu & venenis corporibus medetur.

¶ Vnguenta quędam & Pharmaca.

1	Elaterium.	15	Pardalium.	29	Dropax.
2	Crocinum.	16	Balanus.	30	Cęroma.
	Crocomegma.	17	Melinum.	31	Panchreſtum.
3	Epílima.	18	Suſinum.	32	Collyrium.
4	Malobathrum.	19	Cyprinum.	33	Apyron.
5	Mendeſium.	20	Telinum.	34	Atharis.
6	Mithridaticum.	21	Megalium.	35	Botryon.
7	Nardínum.	22	Cynnamomum.	36	Irium.
8	Narciſſinum.	23	Cynnamum.	37	Euhemon.
9	Nicerotianum.	24	Myrrha.	38	Oporice.
10	Odontoſtímma.	25	Balſamum.	39	Stomachice
11	Oenanthinum.	26	Amomum.	40	Diapaſma.
12	Panatheniacum.	27	Pſilotrhum.	41	Magma.
13	Amaracinum.	28	Thalaſſomeli.	42	Regale vnguentum.
14	Metopium.				

¶ Elaterium Plynius ait eſſe medicamentum, quod fit ex Cucumere ſylueſtri, ſuc- 1
co expreſſo e ſemine.

¶ Crocinum ſpecies eſt vnguẽti, quod efficitur Croci cõmixtione. Propertius. Sit 2
menſæ ratio/ voxq; inter pocula currat. Et Crocino nares murrheus vngat Onyx. Alio noĩe Crocomegma dicitur. Fiebat aũt ex croco trito & víno dulci. Hoc Romani non ſolũ corpora delíbuebãt, ſed & ſpargebant pulpita. Vnde ídem Propertíus. Pulpíta ſolennes non oluere crocos. Crocínum Authore Plynío ín ſola Cilícia díu maxíme fuit laudatum/ mcx Rhodí,

¶ Epílima vnguẽtum eſt viliſſimũ, quo paſſim vtebãtur veteres. 3

¶ Malobathrum vnguẽtum eſt odoris fragrãtiſſimi, quod afferebatur ex Aſſyría. 4
Eo Romaní ſuos capíllos vngebant ín delicíjs, vt videtur ínnuere Horatius lib. 3. Car. Ode. 7. ſcribẽs. Cum quo morãtem ſæpe díem mero Fregi/ coranatus nitentes Malobathro Syrío capíllos. Malobathrus a Sidonío vocatur, qui hoc vnguento delíbutus eſt. Malobathrũ teſte Plynío vrínã cít/ Oculorũ Epíphorís/ víno expreſſum vtíliſſime ímponitur. Item frõtibus dormire volentíbus.

¶ Mendeſium eſt vnguentũ, quod fiebat ín Mendeſo Aegyptí vrbe. 5

¶ Mithridaticum ſeu Mithridatíos vocatur Antidotũ, quo Mithrídates rex Põti 6
aduerſus inſídias venenorũ cõſueuerat ſe tutarí. Eius cõpoſitío fit e duabus nucíbus ſiccis, Itẽ ficis totidẽ & Rutæ folíjs viginti ſimul tritis, Addito ſalis grano. Quod qui ieiunus ſumet/ eũ veneno ſecurũ fore toto díe promittit Plynius lib. 23. Cap. 8. Antídoti nomen adhuc noſtra manet ætate,

¶ Nardínum dícit vnguentũ, quod fit ex Nardo, quod alío noĩe vocatur Foliatũ. 7
Eſt aũt Nardus ſeu Nardũ frutex odoris optími. Tibullus. Illius puro diſtillẽt tẽpora Nardo. Frequens eſt in Perſide. Vnde ab Horatío ín exodo vocat Achęmenium, vbí ait. Nunc & Achęmenío Perfundí nardo iuuat Indicũ Plyní lib. 12. vocat. Inuẽta ínquit nuper ín Thracía herba eſt, cuius folia níhil ab Indico Nardo diſtant. Põtanus Arabum vocat, Hieronymus Balbus Aſſyrium. Lucretius lib. 2. Et nardi florem/ nectar qui naribus halat. Aliter foliatũ & ſpicatum dicitur. Conſtat Omphacio/ Iunco/ Balano/ Coſto/ Nardo/ Amomo/ Myrrha/ Balſamo.

¶ Narciſſinum vocatur vnguentum, quod componitur ex Narciſſo flore delíca- 8

tiſſimo, Conſtat generibus odorum, Sed iam cõponi deſijt Authore Plynio lib. 13.

9 ¶ Nicerotianum vocatur vnguentum odoratiſſimum, cuius author fuit Nicerotes Pharmacopola. Martialis lib. 6. Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib. 10. Felix lectulus & lucerna vidit, Nymbis ebria Nicerotianis. Item alibi. Laudas ebria Nicerotiana.

10 ¶ Odontoſtimma eſt vnguentum, quo confricantur dẽtes, vt albeſcant, & exuant rubiginem.

11 ¶ Oenanthinum eſt vnguẽtum, quod fit ex Oenanthe. i. Labruſcæ flore. Laudabile fuit in Cypro, Deinde in Aegypto præpoſitum, Author Plynius.

12 ¶ Panatheniacum fuit vnguentũ Atheniẽſibus peculiare/ a quibus nomen ſumpſit Plynius lib. 13. Panatheniacum ſuum Athenæ perſeueranter obtinuerunt.

13 ¶ Amaricinum/ Amaraco flore odoratiſſimo cõficitur. Vnde adagiũ natũ. Nihil cum Amaricino ſui. Lucretius. Poſteſq; ſuperbos Iũgit Amaracino, & foribus miſer oſcula figit. Idẽ lib. 2. Sicut Amaracini blandũ, Stactęq; liquorem. Idem lib, 6. Deniq; Amaracinũ fugitat ſus/ & timet omne Vnguentum. Porro Sampſucinum aliter vocat̃/ quoniã Sãpſucus eadẽ eſt herba, quę & Amarac⁹, De qua Virgi. lib. 1. æneï. Vbi mollis Amarac⁹ illũ Florib⁹, & dulci aſpirãs cõplectit̃ vmbra. Amaracus fuit puer regius Vnguẽtarius, qui caſu lapſus/ dum ferret vnguenta, maiorem ex confuſione odorũ/ creauit odorem, inquit Seruius. Vnde optima vnguẽta dicuntur Amaricina. Laudabile fuit hoc vnguẽtum in Co Inſula. Poſtea eodem loco prælatum eſt Melinum. Optimum eſt & Mitylenis & in Cypro, vbi plurima eſt ſampſucus, Authore Plynio,

14 ¶ Metopium fuit vnguentum/ cuius præcipuam laudem meruit Aegyptus. Mox abſtulit Phœnicia.

15 ¶ Pardalium laudabile in Tharſo/ cuius cõpoſitio & mixtura obliterata eſt. Dicit̃ autem a Pardali animali, cuius odorem reddit.

16 ¶ Balanus herba eſt vnguẽtaria, cuius ſucco vnguentum cõponitur Balaninũ, quod expeditiſſimũ olim fuiſſe, ſcribit Plyni⁹, Reſinaq; ſolitũ miſceri. Balanatus a Perſio dicit̃ hoc oleo delibutus, vbi ait. Tum cũ maxillis Balanatũ Gauſape pectis. Mixobalanum vocat Martialis, vbi ait. Quod nec Virgilius/ nec carmine dixit Homerus. Hoc ex vnguento conſtat & ex Balano. Glans autem qua conficitur/ præcipuæ bonitatis eſt in Troglodytis/ Thebaide/ & Arabia.

17 ¶ Melinum vnguentũ fit e malis Cotoneis/ & ſtruteis/ admixtis. Omphacio/ Cyprino/ Samio/ Iunco/ Caſia/ Ambrotono,

18 ¶ Suſinum conſtat ex Liliis/ Balano/ Calamo/ Mello/ Cynnamomo/ Croco/ Myrrha/ & eſt omnium tenuiſſimum.

19 ¶ Cyprinum vnguentũ ex Cypro fiebat Omphacio/ Cardamomo/ Calamo/ Aſpalatho/ / Ambrotano. Fuit optimum in Sidone/ mox in Aegypto.

20 ¶ Telinum fit ex oleo recenti. Cypro/ Calamo/ Meliloto/ Fœnogræco/ melle/ mello/ Oraro/ Amaraco. Fuit ætate Menãdri poetæ celeberrimum.

21 ¶ Megalium ſucceſſit ex oleo Balanino/ Balſamo/ Calamo/ Iunco/ Xylobalſamo/ Caſia/ Reſina.

22 ¶ Cynnamomũ vnguẽtorum omnium eſt craſſiſſimũ. Vocatur ab eiuſdem nomínis frutice, qui in Aethiopia/ Sabęis/ & Auſtrali India/ frequens eſt. Huic vnguẽto adijciuntur Balanínum oleum, Xylobalſamum/ Calamus/ Iuncus/ Balſamiſemína/ Myrrha/ mel odoratum.

23 ¶ Cynnamum eadẽ eſt arbuſcula quæ & Cynnamomũ, qua etiã conficitur vnguẽtum eiuſdem

tum eiuſdem nominis. Hoc videntur habuiſſe Thraces, quoniam Claudianus de Nuptijs Honorij & Mariæ Cynnama vocat Pāgęa a Pāgęo Thracię mōte, vbiait.

In medio glebis redolentibus area diues
Prębet odoratas meſſes. Hic mitis Amomi/
Hic Caſiæ matura ſeges/Pangęaq; ſurgunt
Cynnama/nec ſicco frondeſcunt vimina coſto/
Tardaq; ſudanti prorepūt Balſama ſucco. A Cynnamo fit adiectiuū Cynnameus, quo vſus eſt Baptiſta Pius. Cynnameos nimium lacerate pharetriger artus.

¶Myrrha per ſe vnguētum facit/ſine oleo, Stacte dūtaxat. i. diſtillatione. Nā Stacto verbū græcū. i. diſtillo. Vnde Cataſtagmos morbus a Græcis dicitur, quē nos diſtillationē dicimus. Et Lucretius lib. 2. Myrrham appellat Stactā. i. diſtillaticiā, vbi ait. Sicut Amaricini blādum Stactęq; liquorem. Eſt aūt Myrrha genus arboris odoriferæ, de qua ſuccus emanat fragrantiſſimus. Ouidius lib. 10, Eſt honor & lachrymis/ſtillataq; cortice Myrrha Nomē herile tenet/nulloq; tacebitur ęuo. Idem lib. 1. Faſto. Nōdum pertulerat lachrymatas cortice Myrrhas. Hac abundāt Arabia/Achaia/Orontes/Aſſyria. Propterea Virgi. Myrrham vocat Arabā/Achaiā Columella/Orōtidem Sidonius, Orontęam Bap. Pius. A Myrrha fit adiectiuum Myrrheus, Horatius lib. 3. Car, Dic & argutæ properet Neęræ Myrrheum nodo cohibere crinem. 24

¶Balſamū arbuſcula eſt ſoli Iudęę conceſſa, frequens in collibus, vt vinea. Suſtinet ſe ſine adminiculis. Trima iam fructifera eſt. Proceritatem habet duorū cubitorū. Eius lignū vocat Xilobalſamū, ſuccus (qui habetur vnguēti loco) Opobalſamum/lac coagulans/& in veſte nullas faciēs maculas. Carpobalſamum vocatur eius arboris fructus. Hoc vnguentum viris conuenire ſcribit Martialis, quū Aſſyria vnguenta magis deceant mulieres. Sic autem ait. Balſama me capiunt, Hæc ſunt vnguenta virorum Delicias Nini/vos redolete nurus. A Balſamo fit adiectiuum Balſameus/quo vſus eſt Sidonius. 25

¶Amomum etiā arbuſcula eſt venoſo frutice, Palmi altitudine/cuius quoq; ſuccus inter magni precij vnguēta numerat. Frequēs eſt in Aſſyria. Vnde Virgilius Aſſyrium vulgo naſcetur Amomum. Syllius lib. 11. Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet Amomo. Habet & Armenia. Mantuan⁹ in Catharina. Circūfluus aer Fragrat, & Armenio carcer luſtratur Amomo. 26

¶Pſilothrum vnguentum erat ad depilandū corpus. Fiebatq; ex varijs rebus, modo ex Thini ſanguine/felle & iecore. Modo ex ſanguiſugis coctis in vaſe fictili & aceto illitis. Prius tamen euellebātur pili, Authore Plynio. Poſt adhibebatur Pſilothrū, ne renaſcerētur/ac repullularēt. Martialis ad Gargilianum. Pſilothro faciēq; lauas/& Dropace caluam. Nunquid tonſorem Gargiliane times? 27

¶Thalaſſomeli vnguētum, quod fit ęquis portionibus Maris/Mellis/Imbris. Fictiliq; vaſe & depicato conditur. 28

¶Dropax vnguētuum depilatorium/ſeu euellēdis pilis idoneum. Martialis lib. 3. Pſilothro faciēq; lauas/& Dropace caluam. 29

¶Cęroma erat vnguētum, ex oleo & cœno/quo vtebantur iuuenes ad robur lacertorum. Hinc Cęromatici eo delibuti vocātur. Martialis lib. 4. Seu lentū Cęroma teris/tepidūq; Trigona. Idem lib. 7. Vara nec iniecto Cęromate brachia tendis. 30

¶Panchreſtum genus eſt medicamēti. De quo Cicero actione quarta in Verrem. Quum (inquit) omnes eius comites iſte ſibi ſuo ille Panchreſto medicamēto amicos redemiſſet. 31

32 ¶ Collyrium dicitur oculorum medicamentum. Horatius. Hic oculis ego nigra meis Collyria Lippus Illinere.

33 ¶ Apyron vocatur vnguentum ex auro. Author Plynius lib. 21.

34 ¶ Atharis medicamentum est vtilissimum infantibus, quod fit Olyra herba decocta. Idem lib. 22.

35 ¶ Botryon erat medicamentũ cõpositum ex cinere excrementorũ, quo Aeschynes Atheniẽsis Anginis medebatur & Tonsillis. Author Plynius lib. 28.

36 ¶ Iriũ Plynius vnguentũ fuisse scribit, quod diu Corinthi placuerit, postea Cyzici.

37 ¶ Idem lib. 12. ait medicamẽtum esse, quod a Græcis Enhemon dicitur singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus.

38 ¶ Oporice medicamentum est, quod fit ad Dysentericos/ stomachiq; vicia/ in cõgio musti albi/ lento vapore/ decoctis malis Cotoneis quinq; cũ suis seminibus. Punicis cum totidem & Sorborum sextario. Author Plynius lib. 24.

39 ¶ Stomachicæ medicamẽtum est vtilissimum oris vicijs / narium/ aurium/ oculorũ caligini., Pterygijs & genitalibus. Plynius lib. 23.

40 ¶ Diapasmata dicuntur vnguenta ex siccis odoribus. Martialis lib. 1, Quid ꝙ olet grauius mixtum Diapasmate virus?

41 ¶ Magmata vero dicũtur fęces vnguentorũ, vt scoria ferri/ Amurca olei.

42 ¶ Regale vnguẽtum vocat Plynius, quo Parthorum reges vtebãtur. Fiebat autem Myrobalano/ Costo/ Amomo/ Cynnamomo/ Comaco/ Nardi spica/ Maro/ Myrrha/ Casia/ Styrace/ Ladano/ Opobalsamo/ Calamo/ Iunco/ Syrico/ Oenanthe/ Malobathro/ Sericato/ Cypro/ Aspalathro/ Panace / Croco Cyprio / Amaraco/ collato melle/ vino.

¶ Auctarium.

POrro vnguenta quãdoq; fiunt ex floribus, vt Rosaceũ/ Leucoion/ Susinũ. Aut ex folijs, vt Myrrhinũ/ Oenãthinum/ Aut ex radicibus, vt Nardinũ/ Amaricinũ. Vnguẽtis veteres multis modis vsi sunt. Ad salubritatem, vt natãtes & lauantes, Ad necessitatẽ, vt certãtes Cęromate vngebantur. Ad luxuriã, vt delicati, causa Veneris & mensarũ. Græci mixtum vnguẽto vinũ bibere nõ erubescebãt, quod dicebatur Myrites. Bathilli populi vnguẽtis madẽt. Huius luxuriæ inuentũ Persis refertur acceptũ. Vnde Horatius. Persicos odi puer apparatus. Eius reifidem facit scrinium vnguẽtorum laudatissimorum, quod expugnatis Darij castris reperit Alexãder. Cy prij quoq; Cyziceni/ & Corinthij/ eadem mollicie effœminati sunt. Constat vsum vnguentorum aliarũq; rerum ad delicias repertarũ vsq; ad Iulij Cęsaris tẽpora Belgis fuisse ignotũ, quũ imperator ipse Belgas fortissimos dicat, ꝙ ad eos non cõmeent mercatores/ qui quę ad effœminãdos animos pertinẽt/ illuc cõportent. Inuasit hic luxus totam paulatim Italiã, adeo vt. M. Otho Neroni monstrauerit vestigia pedũ vnguẽtis tingi, hisq; balnearũ parietes quãdoq; aspersi sint. Caiun quoq; principẽ ferunt vnguẽto solitum lauari. Anno post vrbem cõditam. 565. P. Licinius Crassus & Iulius. Cęsar censores edixerunt, ne quis venderet vnguẽta exotica. L. Plotius/ Plotij bis Consulis frater ꝓscriptus a Triũuiris/ in Salernitana latebra vnguenti odore proditus est. In confesso est Heliogabalum imperatorem triclinia quandoq; lectos & porticus omni flornm genere strauisse, vt Lilijs / Violis / Hyacinthis / & Narcissis/ ac per eos ambulasse, seq; vnguentis omnium fragrantissimis nudum sæpenumero perunxisse. Quem secuti imperatores prope nullam mollicíem sibi non permiserunt / nullum voluptatis poculum reliquerunt inguſtatum. Quod ego in Romanis principibus/ q̃uis dãnem plurimum,

non tamen

non tamen admodum miror, quum etiam apud eos abiectiſſimi homunculi, idem ſibi indulſerint. Rideo magis & cum lachrymis interim maxime deploro hoc vanitatis contagium ab Alpibus ad noſtrates deſcendiſſe, non ad abiectos quidem, ſed principes ipſos, qui nunc toti fere vnguentis madẽt/nec aliam (vt credibile eſt) ob cauſam, q̃ vt trãſeuntes fœminas odor inuitet. Hoc ab Italis accepimus lucri, Nec hoc ſolũ/ſed alia permulta, quæ regno noſtro maximum diſpẽdium & incolis probrum attulerunt. Vnde & a quibus didicimus, promiſſas hircorum barbas nutrire, quas odoribus, vt ſuauiora videãtur oſcula, frequẽter delinimus? Quis docuit noſtros Aulicos, laruas oppidatim ferre, vt ſtuprorũ culpam/& adulteriorũ, ludi nomine prætexant? Quis nitorẽ cutis fuco/& ceruſſa prouocare? Quis venena miſcere poculis? Sed forte falſum eſt venena apud nos pręminiſtrari. Qui fit ergo, vt tot epiſcopi quotidie moriãtur, alijs (qui prædã expectant) inſidiãtibus? Nunc paucis diuitibus ſecuris eſſe licet. Parum fuerat nos Carolo Octauo Italiã peruagãte, cancroſam neſcio quam lepram ab illis hirquitallis cõtraxiſſe, niſi nouum quotidie infortunium, noſtro capiti aſſueremus/nouãq; vanitatem regno noſtro pararemus. Atq; illi quum tot vlceribus nos deformauerint, tantũq; ex graueolentibus ſuis excrementis & latrinis ſterquiliniũ nobis iniecerint/non erubeſcũt tamen morbũ vocare Gallicũ, quem a Neapoli & Capua/antiquiſſima luxurię parente ipſo etiãnum Plynio teſte contraximus. Non ſufficeret mihi totus Archilocus, non Iambographorum conuicia, ad deteſtãdam diriſq; imprecationibus deuouẽdam horã illam/ac diem, qua ſuperãdarum Alpium/viſendęq; Italiæ nobis inceſſit libido & cupiditas. Hinc fluxere nobis mille peſtes. Neq; toto decẽnio tãtum illinc aſportamus lucri, quantum iacturæ facimus vno momento. Illic eſt noſtrorum militũ ſepulchretum. Illic ara noſtra. Nec quiſq̃ ibidem ſecure poteſt quieſcere. Nunq̃ eni machinari deſinent. Q̃ ſi victi quãdoq; arrideant noſtratibus, ſimulatior eſt ille riſus lachrymis & clamoribus præficarum. Eorum verba labiorũ tenus ſunt humana. Videntur pellace vulpe benigniores/nec oculis tantum & vultu applaudũt, ſed etiam erectis humeris adhinniũt illi beneuoli trucidatores. Prudenter faceremus, ſi hanc exueremus ambitionem/cõtentiq; noſtris pomœrijs viueremus. Nam vt ad inſtitutum redeam, nihil ibidẽ aliud proficimus, q̃ q̃ nouæ luxuriæ imbibimus doctrinam/& obbruteſcere diſcimus.

¶De oleo.

REperit & portentoſa hominum luxuries in Oleo voluptatem/quo plęriq; ad nitorem cutis, Alij ad confirmãdas corporis vires ſe perunxerunt. Fuit aũt multiplex. Amygdalinũ quod ex amaris nucibus arefactis & in offam contuſis aſperſum aqua, et iterum tuſis exprimebatur. Mollit corpora/cutem erugat/nitorem cõmendat. Varos cũ melle tollit a facie. Prodeſt auribus cũ Roſaceo et melle/et punici mali germine decoctũ. Author Plynius. Vide alias virtutes apud eundem lib. 23. Cap. 4. ¶Oenanthinum fiebat ex Oenanthe herba. ¶Cicinũ bibebatur ad purgationes ventris cum pari Caldæ mẽſura. ¶Laurinũ vtilius eſt, quo recẽtius et viridius colore, Illinitur Paralyticis/Spaticis/Iſchidiacis, et plęriſq; alijs morbis. ¶Cupreſſinum a Cupreſſo arbore, vt Myrteum a Myrto. Citreum a Citro. ¶Balaninum ex Balano glande, De qua iam diximus. Repurgat Varos/furũculos/Lentigines/Gingiuas. ¶Omphacium ꝓdeſt Gingiuis. Si cõtineatur in ore, colorem dentiũ cuſtodit/magiſq̃ aliud, et ſudores cohibet. ¶Narciſſinum dicitur a Narciſſo flore. ¶Raphaninum a Raphano. Phthiriaſes tollit, ſcabricias cutis in facie emẽdat. ¶Seſaminum auriũ dolores ſanat et vlcera, quę ſerpunt. ¶Balſami-

num contra omnes ſerpẽtes eſt efficax. ¶Lilinum renibus vtiliſſimum eſt ſudoríbuſq; euocandis. ¶Seleucicum neruis vtile eſt. ¶Picenum prodeſt ad quadrupedum ſcabiem. Hæc omnia & multo plura his docet Plynius.

¶Potiones diuerſę.

1 Amyſtis.
2 Oxyhalme.
3 Oxyſacaron.
4 Promulſis.
5 Pyratium.
6 Bua.
7 Zythum.
Celia.
Cęrea.
Ceruiſia.
8 Ptyſana.
9 Sabaia.

1 ¶Amyſtis erat quędã potio apud Thraces, quę clauſis oculis bibebatur. Horatius lib. 1. Car. Nec multi Damalis meri Baſſum Threicia vincat Amyſtide.

2 ¶Oxyhalme erat potio, quæ fiebat ex ſale & aceto recenti aduerſus ſerpentes.

3 ¶Oxyſacaron potio ex ſacaro et aceto. Sacarum autem eſt mel in arundinibus collectum, gummi inſtar candidum/ac fragile.

4 ¶Promulſis potio ex mulſo cõdita. Cicero. Non eum quẽ tu es ſolitus Promulſide conficere. Hinc Promulſidaria vaſa, quibus mulſum continetur.

5 ¶Pyratiũ fiebat ex Pyris, & loco vini ſumebatur. Hieronymus contra Iouinianũ. Timotheo dolenti ſtomachum vinum ſuadet bibere, non Pyratium.

6 ¶Bua infantulorũ potio, a ſono fictũ vocabulum. Cato. Quum cibũ/ac potionem papas & Buas vocent/& matrem mãmam/& patrem tatam.

7 ¶Ex frugibus inquit Plynius lib. 22. fiunt potus Zithum in Aegypto/Celia et Cęrea in Hiſpania, Ceruiſia & plura genera in Gallia, quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit. Idem lib. 14. Aegyptus inquit e fruge ſibi potus ſimiles excogitauit. Nullaq; in parte mundi ceſſat ebrietas. Bibitur Ceruiſia mera non diluta/inebriat inſtar vini.

8 ¶Ptyſana eſt itidem potio a Græcis inuenta, quæ ex Hordeo fieri ſolet. Martialis lib. 12. Frumẽtum, milium/Ptyſanãq;/Fabãq; ſolebas Vendere.

9 ¶Sabaia eſt potus in Illyrico paupertinus, ex Hordeo & Frumẽto in liquorem cõuerſus. Author Ammianus Marcellinus lib. 25.

¶Denominationes a Variis Artium Profeſſionibus.

1 Abietarij.
2 Acupictores
3 Acupedij.
4 Alutarij.
5 Amphorarij.
6 Apiarij.
7 Argentarij.
8 Aſinarij.
9 Agaſones.
10 Auiarij.
11 Aurarij.
12 Aurifices.
13 Architecti.
14 Atrienſes,
15 Argyrognomones.
16 Arcarij.
17 Aquarij,
18 Aurigæ.
19 Aucupes.
20 Arcularij.
21 Aliptæ.

1 Abietarij dicuntur fabri lignarij, ab abiete arbore, Abiegnæ trabes abiete factæ.

2 ¶Acupictores vocantur phygiones, qui aurum & colores veſtibus intertexunt.

3 ¶Acupedarij optimi curſores, a pedum acumine.

4 ¶Alutarij ſutores coriarij, ab Aluta. i. pelle, quæ a luteo colore dicitur.

5 ¶Amphorarij pincernæ/ſeu pocillatores/ab amphora vaſe vinario.

Apiarij qui

¶Apiarij qui curant apes. Aliter vocantur mellatores. 6

¶Argentarij dicuntur cãpsores/seu nũmularij. Budęus. Argentarij Romæ taber= 7
nas in foro publico conductas habebãt. Aliter vocantur mensarij/mensularij/Tra=
pezytæ/Colybistæ/monetarij.

¶Asinarij qui asinos pascunt. Hoc vocabulo vtitur Cato de Re Rustica. 8

¶Agasones equorum ductores. Horatius. Si patinam pede lapsus frãgat agaso. 9

¶Auiarij qui auium curam gerunt. Colu. Sic tamen vt illustria sint loca, quæ com= 10
modius habitet Auiarius.

¶Aurarij qui aliquid inaurant. 11

¶Aurifices dicuntur aurarii. Aurificina aurificis taberna. 12

¶Architectus primarius faber. 13

¶Atrienses custodes atriorum/seu vestibularii. 14

¶Argyrognomones minutuli nũmularii, quasi pecuniæ spectatores. 15

¶Arcarii arcarum fabri. Author Cælius. Appellãtur & Scriniolarii. 16

¶Aquarii qui aquam circũferunt vęnalem. Idem Author. 17

¶Aurigæ curruum & vehiculorum ductores. 18

¶Aucupes qui aues capiunt. 19

¶Arcularii arcularum & scriniorum fabri. 20

¶Aliptes, corporum vnctor. Idem fere significant Vespillo/Sandapilarius/Libi= 21
tinarius.

1	Bractearii.	13	Cęroplastæ.	24	Crocatarii.
2	Bubulci.	14	Ciniflones.	25	Cęmentarii.
3	Balneatores.	15	Cosmetæ.	26	Calceolarii.
4	Cellarii.	16	Condi.	27	Capsarii.
5	Copiarii.	17	Carnicoctores.	28	Carnarii.
6	Coronarii.	18	Crepidarii.	29	Carpentarii.
7	Celeustes.	19	Calones.	30	Caupones.
8	Conchyliarij	20	Clitellarii.	31	Cistiferi.
9	Codonophori.	21	Cupedinarii.	32	Dulciarii.
10	Colybistæ.	22	Cubicularii.	33	Decupa.
11	Chirurgi.	23	Cinerarii.	34	Dardanarii.
12	Cinclidarii.				

¶Bractearii, qui Bracteas faciunt, quiq; aurum malleis tusum/& ad quãuis tenuita 1
tem ductile rebus inaurandis reducunt.

¶Bubulci/& Bubsequæ boum custodes. 2

¶Balneatores balneorum ministratores. Vnde & apud Erasmum est adagium. 3
Asinus balneatoris.

¶Cellarii qui asseruando penu præsunt. 4

¶Copiarii, qui legatis foras profecturis pecuniam suppeditant necessariam. 5

¶Coronarij qui coronas conficiunt. Plynius lib. 21. Coronarii quidem & spinę flo 6
re vtuntur.

¶Celeustes, qui remiges hortatur, quasi nauigatiõis moderator. Et Celeuma nau= 7
ticus clamor dicitur. Budæus.

¶Conchyliarii, qui conchylia in mari conquirunt. 8

¶Codonophori. i. atrati anteãbulões & ferales pcones/titinabula gestãtes. Budę. 9

¶Colibystæ dicuntur nummularii, Nam colybus dicitur nummus. 10

¶Chirurgi medici vulnerarij. 11

12 ¶Cinclidarij,quibus atrij & veſtibuli cõmittitur cuſtodia. Cinclidas enim Græci appellant valuas duplices/aut foramen,quo immittitur clauis.

13 ¶Cæroplaſtę,cęrearum imaginum artifices.

14 ¶Ciniflones,qui modum docent criſpandorum capillorum.

15 ¶Coſmetæ dicuntur vnguentarij a Coſmo medico,vt opinor ſicut Coſmiani.

16 ¶Condi,qui recondunt in cellam penuariam bona domeſtica.

17 ¶Carnicoctores,qui coctas carnes exponunt vęnales.

18 ¶Crepidarij,qui crepidas confíciunt. Aliter vocantur Calceolarij.

19 ¶Calones militum ſerui, qui clauas ligneas/haſtas & fuſtes ferũt a tergo dominorum. Horatius. Hunc perminxerunt calones atq; caballi.

20 ¶Clitellarij,qui ſarcinas ferunt clitellis. Aliter vocantur muli Mariani.

21 ¶Cupedinarij,venditores ciborum lautiorum,qui vocantur Cupediæ.

22 ¶Cubicularij,cubiculorum famuli. Suetonius in Iulio. Manſitq; apud eos non ſine ſumma indignatione prope. 40. dies cum vno medico & cubicularijs duobus.

23 ¶Cinerarij & Ciniflones/dicuntur tonſores, A conflandis calamiſtrorũ cineribus. In quibus calamiſtra ad iuuenem puellarũq; capillos vibrandos calefaciebant. Catullus. Nunc tuum Cinerarius tondet os.

24 ¶Crocatarij,qui Crocino colore veſtes inficiunt. Plautus. Qui incedunt infectores Crocatarij.

25 ¶Cæmentarij dicuntur Cæmentorum. i. ędificiorũ (quę ex lapidibus fiunt) ſtructores. Hieronymus vocat fabros murarios.

26 ¶Calceolarij,qui calceos conſuunt/& conficiunt. Vocantur aliter Alutarij/Coriarij/Crepidarij/Sandaliarij.

27 ¶Capſarij,capſarum/& crumenarum cuſtodes vel artifices.

28 ¶Carnarij,carnium venditores.

29 ¶Carpentarij,fabri lignarij,qui carpenta confíciunt.

30 ¶Caupones,eſculentorum/poculentorumq; venditores.

31 ¶Ciſtiferi,vaſculorum/aut capſarum vectores.

32 ¶Dulciarij dicuntur piſtores placentarij,quos paſtillarios dicimus.

33 ¶Decupa,qui vinũ quotidie minutatim vendit,Cicero. Vinum a decupa & propola quotidie ſumit.

34 ¶Dardanarii,dicuntur propolæ,qui omnia prędemunt,vt carius poſtea vẽdant. A Dardanio quodam mago,qui hoc facere conſueuerat.

1	Epibatæ.	7	Ferramentarij.	13	Herbarii.
2	Eſſedarii.	8	Flamearii.	14	Helciarii.
3	Fœniſecæ.	9	Furnarii.	15	Hamiotæ.
4	Ferales prędones.	10	Gamgabæ.	16	Horrearii.
5	Fullones.	11	Gemmarii.	17	Inſtitores.
6	Fartores.	12	Hoſtiarii.	18	Inſularii.

1 ¶Epibatæ dicuntur,qui ob hoc tantum ſunt in nauí,vt vehantur. Author Budęus.

2 ¶Eſſedarii dicunt fabri eſſedorũ vehiculorũ. Suetonius in Auguſto. Quũ eſſedario (pro quo quattuor filii deprecabãtur) magno omnium fauore indulſiſſet rudẽ.

3 ¶Fœniſecæ,qui ſecant fœnum. Columella vtitur.

4 ¶Ferales præcones,dicũtur atrati illi anteambulones,qui cadauera (quæ efferuntur) cum tintinabulis prędedunt.

5 ¶Fullones,dicuntur qui maculas e pannis detergunt. Eorũ ars vocatur Fullonica. Martialis lib. 7. Tam male Thais olet/q̃ nõ fullonis auari Teſta vetus.

¶Fartores,qui

¶Fartores.qui farcimina faciunt,ex inſecta carne & adipe. Terentius. Cupedinarij omnes/cetarij/lanij/Coci/fartores. 6

¶Ferramentarius ferramentorum confector. Iulius Firmicus vtitur. 7

¶Flamearij dicuntur infectores flamei coloris/violæ luteæ,quę flameola appellatur. Hinc flamea coloris lutei veſtimenta. 8

¶Furnarij,qui ex furno paniſq; coctura quęſtum faciũt. Vocant etiã fornacarij. 9

¶Gamgabæ a Perſis dicuntur, qui humeris onera portant. Author Curtius lib.3. de geſtis Alex. 10

¶Gemmarij gẽmarum vẽditores. Cælius. Gemmarius quidam vitreas gẽmas,vt legitimas veraſq;,Imperatoris vxori magno precio vendiderat. 11

¶Hoſtiarij cuſtodes hoſtiorum. Ply. lib. 12. Natu. Hiſto. Cap. 15. Sed pręter has et cuſtodes ſatellitesq;/& hoſtiarii & miniſtri populantur. 12

¶Herbarii,qui vires herbarum noſcunt/ aut ex his cõficiunt vnguenta. Idem Ply. lib.13,Herbarii in vtraq; pauca his & alia aliis miſcent. Item lib.21. Scelus herbariorum aperitur in hac mentione. 13

¶Helciarii qui naues deducunt/ſubducũt ve ad officia inuicem adhortãtes, & rudentibus corpori ſuo inuolutis trahunt inſtar equorum. Martialis lib.4. Quẽ nec rumpere nauticum/nec clamor valet Helciariorum, 14

¶Hamiotæ dicuntur piſcatores/ab hamis,quibus vtuntur ad capiendos piſces. 15

¶Horrearii appellantur horreorum cuſtodes. 16

¶Inſtitores proprie dicuntur rerum delicatarũ venditores/& negociatores/q̃ gerendis inſtẽt negociis. Propertius lib.4. Mundus demiſſis inſtitor in tunicis. Ouidius. Inſtitor ad dominam veniet diſtinctus emacem. 17

¶Inſulariinquit Budęus dicuntur ab inſula,qui lingua vernacula Conciergi vocãtur. Eiuſmod homines eſſe ſolẽt,in domibus principum,quæ inſulæ plęrũq; ſunt.i. a priuatorum domibus diſtinctæ. 18

1	Lactarij.	12	Lecticarii.	23	Mangones.
2	Lachanopoles.	13	Lenobates.	24	Multores.
3	Lanarii.	14	Limborarii.	25	Mellatores.
4	Lixæ.	15	Linthearii.	26	Machęropij.
5	Libitinarii.	16	Lucernarii.	27	Machęrophori.
6	Lintheones.	17	Metallici.	28	Margaritarii.
7	Lathomi.	18	Meſonautæ.	29	Medicamentarii.
8	Lenones.	19	Mediaſtini.	30	Melliſones.
9	Librarii.	20	Menſarii.	31	Mercenarii.
10	Libratores.	21	Muliones.	32	Myropolæ.
11	Lanii.	22	Manſuetarii.		

¶Lactarii qui cibos ex lacte conficiunt. Spartianus in Heliogabalo. Dulciarios & lactarios tales habuit. 1

¶Lachanopoles olerum venditor,qui & olitor & olerarius dicitur. 2

¶Lanarii qui lanas curant. Plautus. Stat fullo/Phrygio/aurifex/lanarius. 3

¶Lixę dicuntur,qui aquas hauriunt. Seneca in Thebaide. Humiliſq; ſocerum lixa dominantem ſequar. Syllius. Et inutile Martí Lixarum vulgus. 4

¶Libitinarii dicuntur qui ex rebus funeralibus & exequiis quęſtum faciunt. A Libitina dea ſepulchrorum/aut ſepulchro ipſo. 5

¶Lintheones,qui linthea conficiunt. Vocabulum eſt Vegetii. 6

¶Lathomi dicuntur lapicidę,& Lathomiæ dicũtur lapidicinæ, vbi eruũtur & cæ- 7

duntur lapides. Thomos enim græce ſectío dícitur latine.

8 ¶Lenones dícũtur íllectatores & productores meretrícum, ab allícíẽdo. Et eſt cõmunís generis, q̃uís etiam dicamus lena.

9 ¶Libraríj quí líbros vẽdunt. Aliter bíblíopolæ. Catullus. Nam ſí luſerít ad líbraríorum Curam ſcrínia.

10 ¶Líbratores, quí aurum/aut alíquid alíud ad líbram expendunt. Theoderítus per zenobíum Acciaolum. Ille (inquit) quí ſcire amet, quot pondo cenſenda ſunt/vel aurea vaſa/vel argentea/vel numíſmata/quę piam/pendẽda ea líbratoríbus defert.

11 ¶Lanius/ſeu lanío, quí carnes vendit in carnarío. Aliter dící poteſt bouícida.

12 ¶Lecticaríj/lecticarum curatores. Seruíus Sulpícius. Meíſq; lecticaríjs eum ín vrbem referre.

13 ¶Lenobates appellatur vuæ calcator.

14 ¶Límborarij, quí límbos conſuunt. Plautus. Textores límboraríj. Eſt autem límbus veſtimentum, purpuram ínferne cõſutam habens.

15 ¶Línthearíj, quí línthea vendunt & cõfícíunt, vt Líntheones.

16 ¶Lucernarij anteambulones & tędíferi. Appellantur & lucerníferí.

17 ¶Metallící, quí metalla eruunt/aut confícíunt. Ply. líb. 13. Cap. 16. Lauãt eas auenas metallící, & quod ſubſedit/coquunt in fornacíbus.

18 ¶Meſonauta nomen eſt vílis mancípíj in nauí, díciturq; ís/quí iubente Nauarcho quæq; munía ſubíre cogítur.

19 ¶Mediaſtínus eſt mancípium abiectũ, quod víliſſíma/& ſordidíſſíma miníſteria obíre domi cogítur, vt domũ verrere/purgamenta efferre/ligna cõgerere, & huíuſmodi alía facere. Ita aũt dícitur, q̃ ín media domo ad imperia omníũ nutuſq; excubare ſoleat. Horatíus in Epíſtolís. Tu mediaſtínus tacita prece rura petebas.

20 ¶Menſaríj/& menſularíj dícuntur colybíſtæ/ſeu monetaríj & trapezítę.

21 ¶Muliones, quí mulorum habent curã. Apud Martíalem mulío capitur pro eſſedarío, vbí líb. 9. aít. Nec pígrí rota quaſſa mulionís.

22 ¶Manſuetaríj, quí ſylueſtría animalía manſuefacíũt & cícurant/& ex ferís domeſtícos reddunt. Aliter exarmatores dící poſſunt.

23 ¶Mangones dícebantur magíſtrí & comptores formæ puerorum & puellarum, quos exponebant vęnales. Solebant enim artífício colorem corporis pulchrífícare, quo facílíus venderent/quos volebat. Hínc mangonízare eſt alíquid ornare ad alíciendos emptores.

24 ¶Multores qui frumenta molunt ín píſtríno. Alíter píſtrínaríj dící poſſunt.

25 ¶Mellatores, quí curam mellís & apum gerũt. Alíter vocant Apiaríj. Volaterranus. Ad hæc propellenda dílígens mellator remedíjs inſtabit.

26 ¶Macheropíj dícũtur fabrí gladíorũ, quo nomine dictus eſt Demoſthenís pater, q̃ cultellos factítaret. Machęra Græce latíne dícitur ſíca/ſeu gladíus.

27 ¶Machęrophori dícuntur haſtílíferí. Cuíuſmodí ſunt regíj ſtípatores. Cícero ad Q. fratrem. Machęrophorís centum ſequentíbus míros ríſus nobís edídere.

28 ¶Margarítaríj margarítarum aliarumq; gemmarum venditores/& negocíatores. Dícuntur & gemmaríj.

29 ¶Medícamentaríj & medící a medendo dícunt, quí morbís afferunt remedía. Plynius. Herbarías et medícamentarías artes díxit.

30 ¶Mellíſones/ſeu mellaríj qui mella et apes curant. Alíter mellatores et Apiaríj, vt iam díximus.

31 ¶Mercenaríj, quí cauſa mercedís operam nobís preſtant A mercede hoſtímẽto.

¶Myropola

¶Myropola vnguẽtoꝝ vẽditor, & Myropoliũ officina vnguẽtoꝝ & pharmacoꝝ. 32

1	Nautę.	14	Pęgaſarij	26	Prȩcones
2	Nouacularij.	15	Purpurarii	27	Plumarij.
3	Organici.	16	Pollinctores	28	Panifices
4	Oeconomi.	17	Piſcinarii	29	Pecuarij
5	Obſtetrices	18	Piſcatores	30	Pelliones
6	Odorarij.	19	Piſcarii	31	Phrygiones
7	Oenopolę	20	Propolę	32	Popinones
8	Olitores	21	Pigmẽtarii	33	Porcarij
9	Oſtiarij.	22	Promi.	34	Portitores.
10	Oxyporopoli.	23	Pocillatores	35	Placentarii.
11	Oenopolę		Propinatores	36	Quadrigarii.
12	Putearij	24	Piſtores	37	Quęſtores
13	Proretę	25	Pharmacopolę	38	Ratiarii.

¶Nauta ſeu nauita magiſter & ductor nauis. Eodem ethymo vocat nauclerus. 1

¶Nouacularii, qui nouaculas ſeu cultros Raſorios conficiunt. 2

¶Organici & Organarii dicuntur organorum artifices. Lucretius Lib. 2. Organici 3
quę Nobilibus digitis expergefacta figurant.

¶Oeconomi dicuntur cuſtodes et diſpenſatores frugũ, pecunię, et omnium rerũ, 4
quas domin⁹ poſſidet. Vnde Oeconomia rei domeſticę adminiſtratio.

¶Obſtetrices et obſtetriculę, quę parturientium curam habẽt, q̃ ſua peritia dolori 5
obſtent. Vnde obſtetricare eſt partum adiuuare.

¶Odorarii, qui odores cõficiunt et vendunt. A Græcis vocantur Aromatopolę. 6

¶Oenopola vini venditor. Oenopolium taberna vinaria. Plautus. Quum a piſto= 7
re panem petimus, vinum ex Oenopolio.

¶Olitores, qui hortum olerib⁹ cõſitum exercent & curant. Aliter vocantur Hortu 8
lani, Olitor etiam dici poteſt qui vendit olera.

¶Oſtiarii cuſtodes oſtiorum. Vocant aliter Atrienſes, ædituí/ædituẽtes, æditimi/ 9
clauſtrarij/clauſtritimi/ianitores/liminarij/liminiarchæ/veſtibularij.

¶Oxyporopoli, qui cibos vendunt aceto cõfectos. Plynius. In eo vſus eſt & Oxypo 10
ropoli ſeruant addito dulci ad crementum aceti temperantes. Et oxypora dici poſ=
ſunt eſculenta cibo condita. Vnde Idem Plynius. lib. 20. Cap. 23. Idipſum condi=
mentis prope omnibus inſeritur. Oxyporis etiam aptiſſime.

¶Oenopolę dicuntur, qui in taberna vinum exponunt vęnale. 11

¶Putearij qui puteos excauãt. Ply. lib. 31. Cap. 3. Depreſſis puteis ſulphurata/vel 12
alumino ſa occurrẽtia putearios necat. Puteorum excauatores Grȩci Phreorychos
vocant. Eorum inſtrumentum dicitur Teureſis. Organum quo ex puteo haurítur
aqua, Celonium vel Ciconia. Puteos aperire apud iureconſultos eſt excauare.

¶Proreta dicit, q̃ prorę p̃fectus eſt, quẽadmodũ gubernator, qui puppi. Plautus in 13
Rudẽ. Si tu proreta iſti nauí es/ego gubernator ero. Refero acceptum Budęo.

¶Pęgaſarii dicuntur curſores, qui ſtatis locis manſiones ſuas poſitas habent, quo= 14
rum diuerſoria Stathmi vocantur. Debeo Budęo.

¶Purpurarij purpuratum piſcium piſcatores, qui et conchyliarii dicuntur. Poſſunt 15
etiam dici infectores purpuræ.

¶Pollictores dicũt funeꝝ curatores. Pollincere eñ ẽ mortuũ curare. Plautus in pro 16
logo Pœnuli. Eorũ alter viuit/alter eſt mortu⁹. Propterea apud vos dico cõfidẽti⁹,
quia mihi pollinctor dixit, q̃ eũ pollixerit, Ftĩ Sthico. Hodie pollinctura eſt.

17 ¶Piſcinarii q̃ piſcinas curãt. Cuiuſmodi fuerũt/Sergi⁹ Aurata/et Licini⁹ Murena/ q̃ captorũ piſciũ lætabant vocabulis. L. quoq; Philipp⁹ et Hortẽſi⁹ piſcinas habuerũt p̃cioſiſſimis piſcib⁹ refertas/quos ꝓpterea Cicero piſcinarios appellat.

18 ¶Piſcatores/qui piſces inquirunt. Aliter vocantur Hamiotę/ab Hamis/quib⁹ eſca operti piſces decipiuntur.

19 ¶Piſcarij qui piſces vendunt. Varro. Inter piſcarios nemo vendebat.

20 ¶Propolę a Græcis dicuntur/qui a nobis reuenditores/qui aliquid prę emunt, vt carius poſtea vendant. Lampridi⁹. Imitatus propolas circũforaneos/equos curules ſibi comparauit. Vocantur aliter dardanarii, vt iam docuimus.

21 ¶Pigmẽtarii, q̃ pigmẽta vẽdunt aut cõficiũt. Hieronym⁹ in Exo. Cõpoſuit et oleũ et ſctificatiõis vnguẽtũ/et Thymiamata de mundiſſimis Aromatib⁹ opere pigmẽtarii. Cæli⁹ inter eos q̃ corporis curã agũt, recẽſet/tonſores/balneatores/ pilicrepos/ Alipilos/Mediaſtinos/Mangones/Coronarios/Coſmetas/et id gen⁹ alios.

22 ¶Promi dicũtur, qui proſunt promendis cibariis/aliiſq; reb⁹ domeſticis. Auſoni⁹. Promus q̃ condus magis.

23 ¶Pocillatores, dicunt pincernę et p̃guſtatores, qualẽ poetę fabulãt eẽ Ganymedẽ aſſiſtẽtẽ Ioui. Aliter ꝓpinatores dicunt. Nã q̃ uis propinare plerũq; ſignificet p̃bibere, aliq̃n tñ ẽ dare bibere. Ply. lib. 21. Ca. 20. Medici in vino decoquunt recẽs vel aridũ, illinũtq;/ vel Speneticis propinãt exaceto. Idẽ li. 28. Artemon ꝓpinauit aquã e fonte noctu Comitialibus morbis. Vbi (vt in plęriſq; aliis locis) propinare pro dare bibere ponitur. Sunt tamen neſcio qui ridiculi/qui nihil probant/niſi quod in putidis quibuſdam authoribus legerint, quaſi vero linguę Latinę copiam debeant aut poſſint circumſcribere pomœriis ſuę ignorantiæ.

24 ¶Piſtores ſeu piſores dicuntur furnarii panifices/a pinſendo, qui proprio et decenti epitheto vocantur farinulenti.

25 ¶Pharmacopolę medicamẽtorũ vẽditores. Et pharmacopoliũ amuletorũ officina

26 ¶Pręcones, enũciatores publici, q̃ iuſſu magiſtrat⁹/ publice aliquid enũciãt. Horat. Vt pręco, ad merces turbã q̃ cogit emẽdas. Domeſtic⁹ pręco dicit, q̃ ſeipſũ laudat.

27 ¶Plumarii q̃ acu pigũt. Alr vocãt Polymitarii. Op⁹ plumariũ acu factũ. Vitruni⁹ li. 6. de Architectura. Ca. 6. Nõ min⁹ iq̃t pinacotheca & plumariorũ textrinę/ pictorũq; officinę vti colores eorũ i opę propt cõſtatiã luminis, imutata maneãt q̃ litate.

28 ¶Panifices ſeu Panifici, qui panem conficiunt. Panificium panis confectio dicitur.

29 ¶Pecuarii/ pecorum cuſtodes, qui & armentarii vocantur, Pecuariam rem facere, ẽ armenta gregeſq; alere.

30 ¶Pelliones qui veſtes pelliceas, aut alia quęuis opera pellibus conficiunt.

31 ¶Phrygiones dicuntur, qui acu pingunt, aut veſtes auro ĩtexunt. Phryges enim primi inuenerunt aurum telę intertexere.

32 ¶Popinones, ſunt quos tabernarios dicim⁹, vel luxurioſi, qui popinas amãt, qualẽ. Horatius villicum ſuum arguit, q̃ rure velit redire Romam, deſyderio popinæ. Budęus decenti epitheto delicias vocat popinales.

33 ¶Porcarii dicũtur porcorum cuſtodes. Alio nomine dicũtur ſuarii. Porculatio porcorum nutritio.

34 ¶Portitores dicuntur tranſfretatores, a portu. Virg. lib. 6. Portitor has horrend⁹ aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon. Vocãtur aliter Telonarii. Portorium merces & ſtips, quam merentur.

35 ¶Placẽtarii, q̃ placẽtas et cibos dulciarios cõficiũt. Vocãtur etiã alicarii.

36 ¶Quadrigarii, qui quadrigas agunt. Aliter vocantur aurigę & eſſedarii.

Queſtores

¶Quęſtores, pecunię publicę collectores, & q̃ curã habẽt ærarij. Magiſtratꝰ vocãt quæſtura. 37

¶Ratiarij a rate, vt nauicularij a naue, dicũt negociatores/q̃ ex ip̃a rate q̃ſtũ faciũt 38

1	Salſamẽtarii.	11	Solearii	21	Viſceratores
2	Sandapilarii.	12	Statuarii	22	Vulnerarii
3	Scripturarii.	13	Suffarranei	23	Vaſcularii
4	Suarii.	14	Sutores	24	Vinarii
5	Sagarii.	15	Sphęriſtici	25	Vinitores
6	Salarii.	16	Thermularii	26	Vehicularii
7	Scoparii.	17	Tonſores	27	Vexillarii
8	Segmentarii.	18	Telonarii	28	Veſtiſpici
9	Sellularii	19	Veſpillones.	29	Veteramẽtarii
10	Sericarii.	20	Vnguẽtarii		

¶Salſamẽtarii dicuntur vẽditores ciborum ſale conditorum. Alio nomine Salarii. 1

¶Sandapilarij dicunt̃ reꝫ funebriũ & exequiaꝝ curatores. Aliter vocãt̃ vepillones Libitinarij/necrophori/& funerarij. Eſt enim Sandapila Authore Fulgẽtio, feretrũ ſeu loculus mortuoꝝ, quo nõ corpora nobiliũ, ſed plebeiorũ atq; dãnatoꝝ cadauera portabant̃. Sidoniꝰ. Hãc nõ veſpillonũ ſandapilariorũq; miniſteria ominoſa ſimulauere. Suetoniꝰ ſcribit cadauer Domitiani ppłari ſandapila p̃ veſpillones exportatũ. 2

¶Scripturarij dicuntur tabelliones/quos clericos et cõmiſſarios vocant, 3

¶Suarij/qui ſues paſcunt. Aliter vocantur porcarii, vt iam diximus. 4

¶Sagarii dicũtur/q̃ vẽdunt ſaga. Eſt aũt ſagũ, veſtis militaris, vt poſtea docebimꝰ 5

¶Salarius/qui cibos ſalſos vendit. Martiał. Quod viles pueri Salariorum. 6

Scoparii dicũt̃ miniſtri/quorũ itereſt pauimẽta ſcopis deuerrere et mũdare domũ. Propterea Hiero. Aq̃lonẽ viaꝝ ſcopã appellauit, q̃ diffãdo perpurget/quicquid in via puluerulentum obiacet. 7

¶Segmẽtarii, q̃ auꝝ veſtibꝰ itertexũt, a ſegmẽtis. i. bracteolis orbiculiſq; varieganti bus. Oui. lib. 3. de arte. Quid de veſte loquar? nõ iam ſegmẽta requiro, Nec quę de Tyrio murice Lana rubet. 8

¶Sellularii dicuntur/qui opus aliquod ſedendo conficiunt. 9

¶Sericarii textores Sericorum. Sericati homines, pannis Sericis induti. 10

¶Solearij/ſoleaꝝ ſutores/q̃ et Crepidarij dicunt̃. Plautꝰ in Aul. Solearii aſtant. 11

¶Statuarii qui ſtatuas fingunt. Græce Idoloplaſtę vocãtur. Quales fuerunt Lyſippus/Praxiteles/Myron/Polycletus. 12

¶Suffarranei dicuntur/qui farra et frumenta in caſtra conuehunt, crebris et vilibus inſtitorum vecturis. 13

¶Sutores dicũt̃ calceolarii/aut veſtimẽtoꝝ artifices, q̃ meliꝰ Sarcinatores appellãt̃. 14

¶Sphęriſterici et Sphęriſtę dicũt̃ ſtudioſi ludi pilę et periti. Sphęrizo. 1. Ludo pila. Sphęriſteriũ ludus pilę. Lampridius in Alex. Poſt lectionem, operã paleſtræ/aut Sphęriſterio/aut curſui/aut luctaminibus mollioribus dabat. 15

¶Thermularii dicũtur/qui thermis pręſunt//et ex his quęſtum faciunt. 16

¶Tonſores, lanę aut capillorum dicuntur inciſores. Horatius in Epiſtol. Si curtatus inęquali tonſore capillos Occurri, rides. Hinc culter tonſorius dicitur. 17

¶Telonarii dici poſſunt tributorum collectores, qui et telones vocantur. 18

¶Veſpillones dicuntur funeratores et curatores cadauerum. Suetonius in Domitiano. Cadauer eius populari Sandapila per veſpillones exportatum. 19

¶Vnguẽtarii/qui vnguẽta exponũt vęnalia aut conficiunt. Plyni. Libro. 12. Ipſiq; 20

vnguentarij digerunt/haud difficulter. Idem lib. 31. Et vnguentarij propter colorem eo maxime vtuntur.

21 ¶Viſceratores dicuntur carnium diſtributores. Et viſceratio ipſa diſtributio.

22 ¶Vulnerarij, qui vulneribus medentur, vt Chirurgi.

23 ¶Vaſcularij, qui vaſa conficiunt & vendunt aurea/& argētea. Nam inter aurifices numerantur vaſcularij, Cælatores/Inauratores/& Bractearij.

24 ¶Vinarij vini vēditores, A Græcis Oenopolę dicuntur. Suetonius. Quum de vinarijs/aut lanijs ageretur, exclamauit in curia.

25 ¶Vinitores ruſtici vinearum cultores. Virgi. Aut cuſtos gregis/aut maturę vinitor vuæ.

26 ¶Vehicularij vehiculorum ductores, Carrucarii/carrucę, Eſſedarii/eſſedorum.

27 ¶Vexillarii qui in exercitu ferūt vexillum, dicūtur etiam anteſignani/ primipili/& vexilligeri.

28 ¶Veſtiſpici famuli, quorum intereſt mundare veſtes dominorum. Et veſtiſpicæ ancillæ eodem modo dicuntur.

29 ¶Veteramentarij dicuntur ſutores Crepidarij, qui veteres calceos reficiūt. Plautinus Euclio multa eiuſmodi cōmemorat in Aulularia, vbi ait.

Stat fullo/Phrygio/aurifex/lanarius/
Caupones/Patagiarii/Induſiarii/Flamearii/
Violarii/Carinarij/Manulearii/Myrobrecharii/
Propolæ/Lintheones/Calceolarii/
Sedentarij/Sutores/Diabathrarii/
Solearii aſtant/aſtant molochinarii/
Petunt fullones/Sarcinatores petunt.
Strophiarii aſtant/aſtant ſemizonarii
Terceni quum ſtant Phylaciſtæ in atriis
Textores/Limborarii/Arcularii ducuntur.

¶Denominationes a Naturalibus/ ſeu accidentarijs caſibus.

1 Agrippæ.
2 Vopiſci
3 Planci
4 Panſæ.
5 Syllæ.
6 Burri.
7 Scauri,
8 Opiter.
9 Cordus.
10 Poſthumi.
11 Cottæ.
12 Scipiones.
13 Lęnates.
14 Marcipores.
15 Vari.
16 Vaciæ.
17 Valgi.
18 Varicoſi.
19 Plauti.
20 Pilumni.
21 Piſones.
Fabii.
Lentuli.
Cicerones.
22 Bubulci.
23 Coclites.
24 Lucinii.
25 Petauri.
26 Labeones.
27 Ectapeli.
28 Chilones.
29 Cylones.
30 Simi.
31 Aquili.
32 Bene naſati.
33 Luſcioſi.
34 Luſci.
35 Cęci.
36 Balbi.
37 Blęſi.
38 Atypi.
39 Ancylogloſſi.
40 Vacii.
41 Tragomaſchali.
42 Ventrioſi.
43 Cæſares.
44 Androgyni.
45 Achili.
46 Anci.
47 Bronci.
48 Buccones.
49 Epigryphi.
50 Lanii.
51 Gibboſi.
52 Gutturoſi.

52 Gutturoſi
53 Hoſſimi.
54 Mactici.
55 Monogrãmi.
56 Myopes.
57 Nyctilopes.
58 Obſtipi.
59 Spatici.
60 Neruę Hala.
Capella.
Feneſtella.
Columella.
Naſicę.
Statij.

AGrippę dicuntur abęgro partu, qui naſcũtur in pedes, quod eſt cõtra naturam. Authore Plynio. Quo modo genitum ferunt M. Agrippam. 1

¶Vopiſcum dixerunt vnum ex geminis/qui recenti vtero naſceretur alio interempto abortu. 2

¶Planci/qui ſupramodum pedes planos habẽt. Et plancę tabulę dicuntur planę. 3

¶Panſę a latis pedibus & apertis. Panſum enim apertum ſignificat. 4.

¶Syllę vnde originẽ ſũſperit, Macrobi⁹ lib. 1, Satur, ſic refert. Bello punico hi ludi primum ex Sybillinis Libris ſunt inſtituti ſuadente Cor. Ruffo, qui propterea ſybilla cognominatus eſt. Et poſtea corrupto nomine primus cœpit Sylla vocari. 5

¶Burria colore Ruffo/Pyrrhi Græce dicuntur. 6

¶Galbæa colore auis quę galbula dicitur. 7

¶Scauri qui eminẽtib⁹ ſunt talis. 8

¶Opiter appellatur/qui patre mortuo & auo viuo gignitur. 9

¶Cordus qui ſero naſcitur. Vnde Corda frumenta/quę ſero naſcũtur Et autũnale fœnum/Cordum dicitur. 10

¶Poſthumi/qui naſcuntur patre humato. 11

¶Cottę ab iracundia et oris toruitate dicti ſunt. 12

¶Scipiones a baculo, qui Scipio dicitur. Quoniam qui primus hoc meruit nomen/ innitębatur baculo. 13

¶Lęnates a frequenti vſu Lęnę veſtis. 14

¶Marcipor puer ſeu famulus marci, vt publipor Publij. 15

¶Vari dicuntur, qui crura habent obtorta/quiq; ſunt pedibus incuruis/& in ſe contractis. Vnde etiã varę manus. Ouid. li. 9. Tenuiq; a pectore varas In ſtatione manus. i. decuruas. Horatius lib. 1. Ser. Hunc varum diſtortis cruri⁹. Martialis libr. 7. Vara vocat brachia paleſtritarum/quum aduerſarium amplectũtur/vbi ait. Vara nec iniecto Cęromate brachia tendis. 16

¶Vacię dicuntur, quibus pedes & crura in exteriorem partẽ flectuntur, Cuiuſmodi fuiſſe legitur Seruilius Vacia vir prætorius/Senecę temporibus. Varro libr. 1. de Re Ruſtica. Cruribus rectis/ac potius varis q̃ vacijs. Hinc etiam Vaciennorum cognomina fluxerunt. 17

¶Valgi dicũtur, qui diuerſas ſuras habent, hoc eſt in diuerſum actas/vt ſunt Lacertorum pedes, quorum pars intra conditur, pars extra procedit. Valgi contrarij ſunt varis. Habent enim ſuras altrinſecus prominentes/et in diuerſum actas, vt Cancri/et Lacertę ipſę. Authore Ariſtotele. 18

¶Varicoſi/qui venas habent plus æquo intumeſcentes in temporibus/ventre/teſtibus/inguine/ſed maxime in cruribus. Quod ex nimio labore ſolet naſci. 19

¶Plauti et ploti dicuntur a planis pedibus. 20

¶Pilũni qui pilum piſtrinis inuenerunt. 21

¶Piſones a piſis Leguminibus, quæ optime ſerebant, vt fabij a fabis/Lentuli a Lente, Cicerones A cicere. 22

¶Bubulci/qui Bubus optime vtebantur. Authore plynio. 27

¶Coclites vocãtur, qui altero lumine orbi naſcuntur, vt ille Horatius Cocles.

24 ¶Lucini/ſeu Lucinij, qui paruos vtrinq; habent oculos.

25 ¶Petauri dicuntur homines agiles, qui per circulos ſe immittunt, naſcunturq; ſub Delphine. Huiuſmodi ſunt Hiſtriones/funãbuli/funerepi/& ſaltatriculi. Vocãtur et Petauriſtæ.

26 ¶Labeones/Labieni & Labroſi a prominentioribus labris. Lucretius lib. 4. Simula Silene, At ſatura eſt labroſa Philœne.

27 ¶Ectapeli dicuntur, quibus aliquid accidit pręter cõmunem naturæ modum. Cuiuſmodi fuit Eutymenis filius, quem Plynius ſcribit in tria cubita triẽnio adoleuiſſe/inceſſu tardum/ſenſu hebetem/& iam puberem factũ voce robuſta/abſumptum contractione membrorum ſubita, triẽnio circũacto.

28 ¶Chilones dicuntur, qui ſunt maioribus labris. Aliter labeones dicuntur.

29 ¶Cylones qui ſunt fronte prominentiore, & quaſi extante. Sinonymice frontones appellantur.

30 ¶Simi & Simones, qui habẽt nares introrſum reflexas. Quod genus homines facilius cęteris fiunt polypoſi.

31 ¶His contrarij ſunt Aquili, qui ſunt naſo forinſecus extento.

32 ¶Bene naſati homines a Lampridio dicuntur mutoniati/ac bene mentulati.

33 ¶Luſcioſi, qui propter vicium oculorum parum vident. Plautus in milite. Aedepol tu quidem cæcus es/non Luſcioſus.

34 ¶Luſcus, qui altero captus eſt oculo, qualis fuit Anníbal. vnde Iuuenalis. Quum Getula ducem portaret belua luſcum.

35 ¶Cæcus qui vtroq;. Aliter defioculus. Hinc cæcare & cęcutire verba deſcendunt.

36 ¶Balbi qui linguam habent impeditam/nec verba debite enunciãt, vt qui laborant labdacíſmo/& Iotacíſmo.

37 ¶Blęſi itidem dicuntur, qui lingua hærent, quum ſyllabã ſyllabæ iungere propere non poſſunt. Dicuntur a Græcis Thrauli. Porrum Blęſitas non ſolũ vicium eſt linguæ, ſed etiam eorum, qui oblęſum greſſum habent. vnde & Blęſi pro Valgis poſſunt accipi.

38 ¶Atypi, qui non ſatis expedito plectro linguæ vtuntur, quaſi aerem non ferientes/vel quaſi verba non exprimentes.

39 ¶Ancyloglóſſi, qui linguam habent aſtrictam mẽbranulis quibuſdã duriuſculis/et breuioribus, quod vicium Ancyloglóſſum dicitur/tũcq; naturale eſt. Eſt & accidentarium, quũ vlcus ſub lingua cicatricem duriorẽ obduxit. Author Budæus. Eſt autem vinculum neruoſum, quod filum vulgariter nuncupatur.

40 ¶Vacij qui pedes extrorſus obtortos habent. Dicuntur & Vatiæ.

41 ¶Tragomaſchali, qui virus alarum olent. Aliter Hircoſi. Eſt enim Hircus fœtor alarum, quem Plynius alarum graueolẽtiam appellauit, & aliquando virus alarum, A Græcis dicitur tragos. vnde Tragizontes pueri.

42 ¶Ventrioſi dicuntur, qui ſunt ventre propẽſo & extante, dicuntur etiam ventroſi/et ventricoſi.

43 ¶Cæſares hoc nomẽ traxerũt ab Africano Scipione, qui prim⁹ Cæſar a cæſo matris vtero dictus eſt. Deſiſtant allucinari, qui dicunt Iulíũ Cæſarem a cæſo matris vtero uũcupatũ. Nam quo tpe ſubigelat Gallias, matrẽ ipam amiſit Aureliã noie, quę ſuperuiuere nequiuiſſet, ſi cæſo eiuſdem vtero natus fuiſſet.

44 ¶Androgyni dicuntur vtriuſq; ſexus homines. Aliter vocantur Hermaphrodíti.

45 ¶Achili dicuntur, qui ſunt ſine labris. His contrarij ſunt labeones.

Ancus, qui

¶Ancus,qui aduncum habet brachium/nec exporrigi poteſt. 46
¶Bronci,qui ſunt ore producto/& dentibus prominentibus. Author Nonius. 47
¶Buccones,qui ſunt tumidioríbꝰ buccis. Plautus. Stulti/Stolidi/Fatui/Fungi/Bardi/Blemi/Buccones. Solus ego omnes anteeo ſtultícia 48
¶Epigryphi dícuntur,qui habent naſum aduncum. 49
¶Flauíj a flauo colore capíllorum nomen traxerunt. 50
¶Gibboſi/ſeu Gibberoſi,qui tuber & tumorem habent in dorſo. Tumor aũt gíbbus & gíbber díci poteſt. 51
¶Gutturoſi,quorum guttur tanꝙ ſpongía quædam intumeſcit, aquarũ (quæ potantur) plęrũq; vício. 52
¶Hoſſimi,qui naſcunt̃ ſine naríbus, quarũ loco habẽt foramína. Alíter Simones. 53
¶Mactíci,qui habent magnas malas & ob patens. 54
¶Monogrãmi vocantur tenues/macri/& decolores. A píctura,quę príuſꝙ colorí=bus corporetur,líneis fíngitur. Monogrãmos enim píctura dicitur Línearis. 55
¶Myopes,qui in luce parum vidẽt,Latine luſcioſi. Myopía dícitur hmõi vícium. 56
¶Nyctílopes,qui vídent interdíu,Sole occídente parum,Occaſo nihíl. 57
¶Obſtípi qui ſunt breui collo,quibuſq; colla in humerum inclínata ſunt. 58
¶Spatíci,qui malígno ſpíritu ſunt correpti,quiq; eodẽ in loco nequeunt ſubſíſtere. 59
¶Neruæ a fortitudíne neruorum & veſtígiorum dícti ſunt. Hala a fœdo oris ha=lítu. Capella a capíllorũ hírſutie. Feneſtella a caluície. Columella a proceritate. Naſicę ab obuncis naríbus. Statius nomen eſt ſeruíle. 60

¶Denominationes a genere.

AVus pater patrís/proauꝰ aui pater, Abauus pater proaui, Auía patrís/ vel matrís mater, Proauia/abauía/Tritauia, vt Proauus/abauus/tritauus ſe habent. Pater qui genuit/mater quę peperit, Patruus frater patrís, patrueles fratres, fílíj duorum patruorũ, Sorores patrueles fílię duorum patruorũ. Matertera ſoror matrís. Fratría vxor fratrís / Fratrueles duorum fratrũ fílíj, qui & fratres patrueles vocant̃. Socer vxorís meę pater. Socrus vxorís meę mater. Gener fíliæ meę marítus. Nurus fílíj meí vxor. Nepos natus ex fílío meo/ vel fília mea. Neptís fília fílíj meí/ vel fílię. Nouerca ſecũda vxor, quã pater ducit mortua prima/ex qua líberos habuerat. Priuígni natí ex príma patrís vxore, vt Hippolytus Phædrę nouercę priuignus. Amíta patrís ſoror. Conſobrini geníti ex duabus ſororíbus, quaſi conſororíni. Leuír leuíri/frater maríti mei. Marítus vir vxorís, Marita vxor víri. Opíter cuíus pater mortuus eſt auo adhuc víuente. Pappus. i. auus. Auſonius, Pappos auiaſq; tremẽtes. Patrícius ſenatoris fílius.

¶Officinę artificum.

SVtrína dícit̃ Sutoris officina. ¶Tõſtrina tõſoris. ¶Textrína textoris. Plynius. Ipſa per ſe tenax ratío textrinę. ¶Vſtrina metallící. Plynius líbro. 36. Cap. 21. In vſtrína ter ſíccantur, íta vt torreãtur carbone puro. ¶Oenopolíũ officina vinarij. ¶Laniena laniorum / & bouicídarum. ¶Myropolium vnguẽtaríorum/& pharmacopolarum. ¶Thermopolium officína, ín qua eſculenta/& poculenta calída venduntur. Plautus. Semper vídeas bibentes ín thermopolío. ¶Pínotheca/ſeu pinacotheca píctorum eſt tabula, ín qua pictæ tabulæ reponuntur. Vítruuius líb. 6. Non minus pinacothecæ & plumaríorum textrínæ/pictorũq; officínę, vti colores eorum ín opere propter conſtantiã lumínis ímmutata maneant qualítate.


¶Repoſitoria díuerſarum rerum.

VEſtíarium dícitur veſtímentorum repoſítorium. Plynius líb. 15. Veſtíarium contra teredines/ac noxía animalia amurca aſpergí. ¶Dactylotheca gemmarum repoſítorium. Plynius líb. 37. Dactylothecam ínquit prímus habuít Romæ, príuignus Scyllæ Scaurus. ¶Panarium panís repoſítoriũ. Statíus líb. 1. Syl. Hí panaría candidaſq; mappas Subuectant, epulaſq; lautíores. ¶Granarium. i. horreum/ſeu repoſítorium granorum. Varro de língua latina, Panarium vbí panem ſeruabant. Granarium vbí granũ, ín quo alíqua conduntur horreum. ¶Armamentorium repoſítorium armorum. ¶Bibliotheca líbrorum. ¶Atramentorium atramentí. ¶Calamarium calamorum. ¶Caſtería ínſtrumentorum nauticorum. Graphiarium theca, ín qua ſtylí reponuntur. ¶Myrothecium vbí vnguenta conduntur.

Joannis Rauiſij Textoris

NIVERNENSIS CORNVCOpiæ, quo continentur Loca diuerſis rebus abundantía, ſecundum ordínem literarum.

CLARISSIMO VIRO.D.CLAVDIO a Cruce,Baroni Planceyaco,Ioannes Rauiſius TEXTOR Salutem.



ECIT OMINOSA quædam noſtri huius ſæculi vel iniuria, vel certe malignitas,nobiliſſime Claudi/ vt iam nō ſolum nō arridea= tur illis,qui ſuis operibus demerentur ſibi poſteritatem,at (quod eſt acrius dolendum) ridiculi ſint omnibus et ſuſpendantur naſo, habean turq; loco morionum. Contra vero conſulte et prudenter feciſſe dican tur,qui nihil omnino ſuo marte pepererunt,aut protulerunt ī publicum,vel ſi quid ſaltem pepererint,ſuis egredi foribus non permiſerunt,ſed in ſcrinijs non alium in vſum,q̄ ad paſcendas blattas continuerunt,quaſi vero laudabili⁹ ſit vltra Endymio nem indormire negligentiæ,ferijſq; perpetuis conſumere vitam,q̄ aliquid frugis parere. Et iam in tantum faſtigij adoleuit hoc malum,vt nemo ſine maximo famæ ſuæ periculo,quicq̄ audeat euentilare,idq; propter licentioſam et importunam quo rundam hominum garrulitatem,a quibus nemini ſecuro eſſe licet,quiq; totos ocu= los videntur adieciſſe ad inferendam Reip.calamitatem,ne bonæ literæ (quibuſ= cum aliquot ab hīc annos maiores noſtri nugarum tenus docti,diuortium fecerūt) iure quodam poſtliminij redeant ad tribunal,et ſedeant in Orcheſtra. Quæ res mi hi aliquid ſcripturienti magnum haud dubie terrorem attulit,et in animum prope induxit,vt vel nihil facerem omnino,porrectiſq; pedibus dormirē ocioſus,vel miſ= ſo literis ipſis repudio ad aliud negocium me conuerterem,Feciſſemq; vt opinor,ni ſi (dum hac in re aqua mihi hæreret) hominum quorundam alterius notę veniſſet in mentem,qui adeo fauent et patrocinantur literis,vt eas cum haſta et clypeo ad li bertatem et pileum vocent,poſſintq; victoriam ſperare,ſi pari iugo aliquādiu hoc onus traxerint. Arrepta hac occaſione,me mihi reſtitui,reſumptiſq; viribus (quas prius ſtupefecerat hic metus) animum indui ad ſcribendum,et eo vehementiorem, quo certo ſciebam fauorem tuum hac in re mihi non defuturum. Prius enim pericu lum fecerā/te propenſa in literatos eſſe beniuolentia,bonaſq; artes plurimi æſtima re,præter q̄ ꝙ eius quoq; rei ſpem promittebat indubitatam illa tuę iuuentutis indo les,ex qua maximam ſpem certiſſimumq; ingenij lumē nemo non arguebat futurū. Nec ſane ſpē hominū fefellit exitus. Nam vbi ętas creuit,creuit ſimul ſtudiū virtu= tis et amor literarum,quas (niſi me decipit cōmunis rumor) adhuc quoq; vſq; adeo diligis,vt earum ſtudio nequeas tibi interdicere,q̄ tumcunq; imperioſæ te reuocent occupationes. Bene hercle agis,et bene quidem audies Claudi nobiliſſime,qui ſum mam in virtute felicitatem cum Stoicis,non cum Epicuręis in voluptate reponas, quando (vt dicebat Callimachus) nihil eſt,quod citra virtutem extollat hominem. Qua in re eo maiorem promereberis laudem,q; in tanto diuitiarum pelago (quæ abunde tibi ſuppetunt) nulla te corruperit voluptas, quæ tamen omnes fere diuitū domos populatur/nulli fere non inſidiatur opulentiæ. Et q̄uis philoſophorū teſti monio,obiectis deliciis titillentur ſenſus/et quibuſdam velut blandimentis irriten= tur,ſic tamen ſemper tibi temperaſti,vt ratio non permiſerit te ſuccumbere, q̄uis drachmæ grandine (vt ita dicam) opertum. Pulchram dij boni conſtantiam, que nec arbitrum liuorem,nec iudicem Momum recuſauerit. Et ſane (dabis veniam,ſi liberius loquor) magno crimini tibi daretur,ſi aliter faceres. Atq; ego ipſe omnium

primus vocarem te ſpurium / & nothum, ſi a tam prę̃ſtante viro Godefredo a Cruce Regio quondam theſaurario patre tuo degenerares, quem virtutis amantiſſimum fuiſſe, adeo explorata et certa fatetur veritas, vt homines nihil habeant in ore frequentius, trimiq; iam infantuli hoc dicant. Solet quidem ex rerum copia naſci libido / & maior earum cupiditas. Nullis tamen opibus hanc contraxit maculam. Quin potius quantum apud eum creſcebat theſaurus, tantum augebatur liberalitas, adeo vt nunq̃ haberet manum in ſinu (quod dicitur) ſed ambabus ſemper manibus largiretur. Et (quod hæreditario iure videtur tibi reliquiſſe) literis in tantum fauit, vt ſcholaſticos inopia laborantes ſua qnandoq; nutriret pecunia. Quid, ꝙ publicam illam regni quę̃ſturam (in qua paucis admodũ caſtæ ſunt manus, & non piceatæ) tanta æquitate ac diligentia adminiſtrauit, vt iã inculpati quę̃ſtoris nomen apud omnes meruerit? Quem vtinam imitarentur, quibus incumbit ærarii publici cura. Optime regno et iam raſo ad cutem popello cõſuleretur, nobiſq; caderet opportune, ſi omnes proxime atq; ille, boni publici, non priuę vtilitatis ſatagerent. Pulchrũ certe noſtrę dactylothecę carbunculum amiſimus, grauemq; fecimus iacturam, dum conceſſit fato. Sed eo miti⁹ iactura ipa ferenda eſt, ꝙ hæredem te dimiſerit virtutum ſuarũ, quę me impulerunt, vt modum percontarer, quo in beniuolentiam tanti viri poſſem introrepere. Tandem ergo vtile factu viſum eſt, vt hoc opuſculum dominationi tuę nuncuparem, vt dum ſerias occupatiões quã doq; interrumperes / hoc interdum tua dignareris manu, & interim addictum tibi Textorem reuocares in memoriam. Breuis eſt quidem libellus, ita vt primo intuitu videatur indignus, qui Cornucopię inſcribatur, nec forte ſine multorũ conuiciis, qui dicant plura in fronte promitti, quam receſſus habeat. At vbi a vertice ad calcem quis perlegerit, nomen ſi non tutetur, ſaltem non impugnabit. Dum liminarem hanc leges epiſtolam, ita legas, vt excuſes, et demas ſupercilio nubem. Coactus ſum enim ſcribere raptim et tumultuarie, propter alia negocia / quæ me perprimebant. Nam oportebat totam ferme operam dare Typographis, qui eodem tempore (quo hoc meum Cornucopiæ ſeorſum ac ſeparatim imprimebatur) habebant prę manibus & diuiſim qnoq; excudebant, reliquam Officinę molem. Qua in re multum vereor, ne quis me arguat temeritatis, ꝙ pumilus ego et vix dum ab ignorantię tenebris expeditus tanta eodem momento nõ dubitem moliri. Quod ſi fiat, partem calumniæ, & opprobrii mecum hauriet vir egregie literatus, et non vulgaris eloquentię LVDOVICVS MILETIVS huius Parrhiſienſis Academię Rector meritiſſimus, qui dum ſperat bonas literas aliquid incrementi ex meis nugis habituras, ſtudia mea non prius interpellare deſiit, q̃ hoc ipſum a me extorſerit, verius q̃ exorauerit. Cui etiam (ſi quę̃ſiſſet vitam) nihil potuiſſem denegare, propter ſingularem viri humanitatem & doctrinam, procliuemq; affectum in bonas literas, quarum deſyderio hactenus prurit, vt totam inſumpſiſſe operam videatur in extirpanda illa barbarie, quam paſſim diſſeminauerunt neſcio qui Vandali, pœnitediq; grammatiſtę, quibus amurca melius olet, q̃ alabaſter vnguenti plenus. Et feciſſet iampridem, ſi in ſuo vexillo multos habuiſſet ferentarios milites. Nec vnq̃ quieſcet ex animi ſententia, quin attigerit ſcopum, et hanc ſpuricitiam foras eliminauerit. Sed iam ſaluebis a tuo TEXTORE, qui commendat ſe tibi de meliore nota.

Ludouic⁹ Miletius Rector Academię Parrhiſien ſis.

¶Ad doctiſſimum virum Blaſium Madronetum Rauiſij TEXTORIS Epigramma.

MVlla ne librorum poterit ſatiare ſupellex,
Nulla tuam Blaſi bibliotheca ſitim?
Non adeo feruet, quem lęſit aquatica dipſas,
Aut bibitis Hydrops inſaturatus aquis,
Vt tibi perpetuis ſtudijs furioſa cupido
Creſcit, et ad Muſas impetuoſus amor.
Si facis hoc, multo vt poſſis diteſcere lucro,
Magnarumq; tibi creſcat aceruus opum,
Deſine, te noſter poterit ſaturare libellus,
Sis licet immani Craſſus auaricia.
Omnia munifico dabit hæc tibi copia cornu,
Et Phrygio poteris ditior eſſe Myda.
Vis aurum et gemmas? Eſt gemmis diues et auro.
Vis ferrũ et Chalybẽ? ferrũ habet et chalybem,
Fingere vis ſtatuas? bimaris dabit æra Corinthi.
Quęris habere roſas? floret vbiq; roſis.
Vis armenta? dabit Spartani armenta Galeſi.
Quęris mella? dabit quicquid Hymettus habet.
Vngere vis crines vel corpus aromate? plena eſt.
Quęris aues? auibus plena et operta ſonat.
Quęris opes alias? Rhodium tibi proferet imbrem.
Vis Ceraſos? Ceraſis plurima vbiq; rubet.
Vis menſas? Mauri citrum tibi mittet Atlantis,
Pruna? dabit quicquid priſca Damaſcus alit.
Dat cedros Libani, dat quas parit Ida, cupreſſos,
Cynnama, quæ mittit diues odoris Arabs.
Lucrini conchas, Graiæ Sicyonis alutam,
Hic dabit Argos equos, India diues ebur.
Electrum Aethiopes, fruges Cerealis Eleuſis,
Hybla fauos, flores Enna / vetuſq; Samos.
Oſtrum antiqua Tyros / lanas imbelle Tarentum,
Saſſina lac, Memphis ſtamina / Sparta canes.
Ne tua maiores remorentur ſeria nugę,
Hoc / licet exiguo / munere diues eris.
Non tot opes habuit Babylon, non priſca Corinthus,
Non tot ſcœptriferi poſſidet arca Iouis.

¶Alphagitę Caltini in Cornucopię Rauiſii Textoris inſcriptionem, Tetraſtichon.

ABiice / qui ſubito marceſcunt / Copia flores,
Nec repleant cornu putida poma tuum.
Ecce ferens / quicquid profert natura per orbẽ,
Serta tibi Textor non peritura dicat.

¶Iacobi Albi Epigramma ad Rauiſium
Textorem Niuernenſem.



N cum Parrhiſiis audax Niuernia certat.
Arbitrio Rauiſi lis dirimenda tuo.
Patria te repetit, docuiſſe Lutecia iurat,
Quæreris a multis, alter Homerus ades.
Hanc niſi veniſſes patrijs de finibus vrbem,
Dic, teger et ne ſacrum laurus opima caput?
Parrhiſijs debet Niuernia, Mœuius eſſes.
Lar procul Aonio fonte paternus abeſt.

¶IOANNIS RAVISII TEXtoris Niuernenſis Cornucopiæ.

Loca diuerſis rebus abundantia.
De Litera A.

1 VRO Hiſpania, Iberia, Celtiberia, Toloſa, Dalmatia, Dardę, Pangæus, Capitalia, Italia Inſulæ maris Aethiopici, Lauríos, Suani, Dathus, Thaſus, Ganges, Hermus, Tagus, Pactolus, Iberus, Idaſpes, Hytanis, & alia quędam loca.

2 ¶Argento & argentifodinis, Alyzones, Alyba, Setę, Praſi, Chryſę, Argyræ, Sardinia, Saxonia, Chitriacum, Mayerium, Boquinium.

3 ¶Aere, Themeſe, Corinthus, Caryſtos, Dodona.

4 ¶Armentis, Galeſus, Britannia, Italia, Calabria, Thracia.

5 ¶Aſparagis, Rauenna, Germania.

6 ¶Aſinis, Arcadia, Reate, Antron, Africa

7 ¶Aluta, Sicyon,

8 ¶Amomo, Aſſyria, Armenia, Mœdia, Pontus.

9 ¶Arboribus, Fortunatæ inſulę, India, Atlas mõs, Cyrene, Hircinia, Caucaſus.

10 ¶Apibus. Hybla, Hymettus,

11 ¶Apris, Erymanthus,

12 ¶Auibus, fortunatæ inſulæ, Peneus.

13 ¶Arcubus, Armenia, Ithyra, Cydon, Gortyna.

14 ¶Arenis. Aethiopia, Hammanientes.

15 ¶Arundinibus, Tybris, Gnydos, India, Aceſines.

16 ¶Aulęis, Babylon, Sarra, Pergamus, Britannia,

17 ¶Augurio & Aruſpicio, Ethruria,

18 ¶Aceto, Aegyptus.

19 ¶Atagenis, Ionia.

20 ¶Aromate, Perſis.

21 ¶Abſinthio herba, Pontus, Abſinthus, Macedonia.

22 ¶Aſpidibus, Aegyptus.

23 ¶Attilis piſcibus, Padus,

24 ¶Anguillis, Bænacus, Ganges, Timauus, Syracuſæ.

25 ¶Auratis piſcibus, Actium.

26 ¶Anthijs piſcibus, mare rubrum.

Aſteriadib⁹,

¶Aſpalacis animalibus, Bœotia/Orchomenos. 28
¶Alcibus, Germania. 29
¶Alumine, Aegyptº/Melo/Ethruria. 30
¶Acacia herba, Aegyptº/Cappadocia 31
¶Aconito, Acco, Italia. 32
¶Alypio herba, Africa. 33
¶Aneſo, Syria. 34
¶Arinea fruge, Gallia/Italia. 35
¶Aloſis, Tybris. 36
¶Aloe, India/Arabia. 37
¶Aſphalto furtice, Iſter/Nyiſrus. 38
¶Agarico, Cilicia. 39
¶Achate gemma, Achates. 40
¶Artificibus, Meroe. 41
¶Alabaſtro, India, Thebæ, Damaſcus 42
¶Auripigmento, Syria. 43
¶Amarantho, India/Syria. 44
¶Arctione herba, Creta.
¶Amphitane gemma, India.
¶Acere arbore, Iſtria.
¶Alica, Picenum oppidum.
¶Ambrotono, Sicilia.
¶Amaraco, Cyprus.
¶Accipitribus, Maſſilia.
¶Aſſaro vnguento, Pontus.

¶PRAEFATIO.

MOn video, vnde ſequens opuſculum (quod a rerum multitudine Cornu Copiæ appellare libuit) commodius ac decenter magis auſpicari liceat, q̃ ab Auro, Quod licet inexplebilem hominum auiditatem et Hydropiſim non ſaturet / ſed adaugeat ſemper vehemẽtius, omnium tamen appetitur voto. Huc certatim itur ab omnibus, Omnes incubant & excubant, vt ei inſidientur. Omnes maciem contrahunt / fraudant genium naturæ / antelucana expergiſcuntur diligentia / lucro inflammantur/ modice aut etiam minus q̃ Luſcinia dormiunt/ vt aurum ipſum (quod eſt velut tyrannus in propugnaculo) ſuis viribus expugnent & ducant captiuum. Neq; eſt hominum genus, quod eius habendi cupiditate non intabeſcat. Reges ergo eius rei Pomœria ſuæ ditionis proferre ſtudent/ Nouum ſtipendij nomen tunicato popello/nec hiſcere/nec murmurare/nec my quidem facere audenti/imponunt. Quæſtores paſſim et ab omnibus rapiunt, & omnia conuerrunt cum puluiſculo. Senatores & iudices muneribus & largitione corrupti, iuſticiam velut meretricẽ proſtituunt, et cum eo deterius agunt/qui non habet obolum, vnde reſtim emat, Raptiſq; in carcerem columbis, coruis impunitatem libere concedunt. Cauſidici crebris clamoribus et tonitribus verborum pulmonem ſibi exhauriunt, vt aliquid trahant in ſuam naſſam. Corruptiq; pecunia, tunc æquitatem nequeunt tutari/quoniam Argentanginã patiuntur. Milites vulneribus et iaculis/ nautæ ventis et aquis

vitam committunt, Fabri ferrarij labore improbo incudem malleis tundunt, Agricolę ſuis inſiſtunt vomerib⁹. Mercatores peregre proficiſcuntur, & ſolum mutant. Ne multis agam, omnes crucem ſibi figunt. Nec aliam ob cauſam, q̃ vt aurum habeant. Quod quum multis conatibus arripuerunt, nonnulli benignius/pleriq; acerbius in captum animaduertunt, Qui ſunt egregię & generoſę naturę, miſerentur captiui protinus/neq; capſulis diu retinent incluſum/ſed cito eueutilant/& donant libertate. Quinetiam ſui ludi ſuarumq; voluptatum particeps faciunt adeo, vt ſi lautiores epulas habere/alea/fritillo/taxillis/et ſphęriſterio ludere/eleganti forma puellã inescare velint/aurum ſemper habeant paratum, velut miniſtrum anteambulonẽ, cui primos concedunt accubitus, & ſine quo genialiter viuere nequeunt, aut etiam vel non audent/vel erubeſcunt in medium prodire. Hi ſunt liberales et munifici, quorum fores omnibus patent & apertæ ſunt, quiq; ipſo horreo dant ingenue, neq; rerum expectatione ſuſpenſos hæredes retinent. Contra vero ſunt plærique malignantis adeo naturæ, vt aurum perpetuis carceribus captum teneant, & ęterna damnent caligine velut ſanguinarium parricidam, quum tamen nihil deliquerit, prętereq; p nimio ſui deſyderio q̃ plurimos excęcauerit. Hi ſunt, qui inmoriuntur lucro, quibuſq; nullus ſatis eſt theſaurus. Omnia congerunt, vndecunq; poſſunt expilant/furantur/ęruſcant, et a ipſis etiamnum ſtatuis exigunt farinas. Quumq; ad ſenium peruenerunt, et iam alterum pedem habent in cymba Charontis, nondũ tamen ſuæ libidini præſcribunt modum, ſed auidius ſemper eſuriunt, & adhuc manum porrigunt in morte, exactaq; via maius viaticum parant. In quorum theſauros vtinam mihi meiq; ſimilibus aliquando liceret irrumpere. Q̃ probe, q̃q; potenter diſſiparem, quod multis annis famelici et ieiuni in globum congeſſerunt. Ego præcone compitatim acclamante accerſi iuberem mendicos / leproſos/paralyticos/podagricos/vlceroſos/et aliis morbis laborantes, hiſq; omnia viritim elargirer, quæ illi ventroſi vultures multis latrociniis accumularunt. Et ſi deeſſent pauperes, darem potius Mimis et hiſtrionibus, q̃ hoc tãtum aurum in fornace & tenebris captiuum relinquerem. Maxime a vobis vellem percontari, O auari rapinatores, quem in vſum tantam bonorum Myrmeciam congeritis? Perpetuam vobis vitam pollicemini? Quotidiana (quæ veſtris obſeruantur oculis) diſſuadent pericula. Vultis vermes auro paſcere? Malunt veſtros ſeſquipedales & ampulloſos ventres. Vultis hęredi futuro cõſulere? Parc⁹ ob hæredis curam nimiumq; ſeuerus Affidet inſano, inquit Horatius. Et qui nepotibus tantam auri farraginem cumulat, quid aliud facit, p vt rerum omnium negligẽtes, iam tum cum lacte voluptatem imbibãt et luxui innutriãtur? Demum quum adoleuerunt, cancrum facilius recte docebis ingredi, q̃ eos ad virtutem reuoces, quos paratus ante cunas & Serperaſtra theſaurus corrupit, & Spadonibus fluxis reddidit euiratiores. Mirum eſt, vnde tantũ auro ſit ĩgenitũ virus, vt hanc ſui habendi rabiem/tamq; vehemẽs deſyderium induca t, vt omnes terrarum fibræ ad ipſum exquirendum inquirantur. Videmus (inquit Plynius) ſuperexcauatos mõtes mirãtes dehiſcere, & interdum intremiſcere, quod etiã iratæ parẽtis argumẽtum eſſe poteſt, nihilominus imus in viſcera eius, & in ſede maniũ opes quęrimus. Q̃ innocẽs & beata eſſet hęc vita, ſi nihil aliud, niſi quod eſt ſupra terrã/cõcupiſceret, eaſq; tantũq; opes noſceremus, quas natale ſolũ pturit, neq; terras alio calẽtes ſole/quęrerem⁹. Sed quid eſt, pdigioſis hominũ ĩgeniis nõ tẽtatũ? Eſt etiã nobis pugna cum Elemẽtis. Fecim⁹ pontum pati verbera, & in pcurrẽdis piſciũ habitaculis vires exercuim⁹. Nec ſatis fuit naturã irritaſſe. Voluim⁹ etiã ſcrutari, eẽnt ne vlli i terrę viſceb⁹ iferi, vt parẽtẽ diuitiaꝝ Plutonẽ ſuis

detruderemus

detruderemus latebris. Iam non eſt, quo humana ingenia progrediantur vlterius, niſi forte ſua ipſi viſcera rimentur, inquirantq; ,ſit ne intus aliquid, quo nouũ luxuriæ genus queat reperiri, ſeu vero non eſſet alio nobis commigrandum, nudis etiam & modico panno inuolutis, Sed iam pergamus dicere de auro, quæ ſuperſunt.

SCribit Plynius ſenatum Romanum longo tempore exiguum habuiſſe aurũ, adeo vt quum a Gallis capta vrbe pax emeretur, non plus q̃ mille Pondo dari potuerint. Homerus ſcribit viros olim crinibus aurum implicuiſſe, vt nunc frequens eſt & peculiare Anglis aureas catenas collo inuolutas oſtentare. Gallos cum auro pugnare ſolitos Torquatus eſt indicio. In Quintiorum familia aurum nec fœminas quidem habere moris fuit. Romani, auxiliares externos torquibus aureis donauere, ciuicos non niſi argenteis. Creuit paulatim omnium rerum luxuria, quum homines guſtato voluptatis ſucco lapſi ſunt in ebrietatem. Nam Bruti temporibus / mulieres pedibus aurum geſtare cœperunt, nedum collo & digytis. Poppea neronis vxor ſoleas aureas ſuis equis feciſſe legitur.
¶ Antonius Triumuir corporis excrementa non niſi vaſis aureis excipiebat. Ferunt Agomencelum Alexandri magni præfectum, aureis clauis crepidas ſuffixiſſe. Aureus nummus poſt annum. 62. percuſſus eſt q̃ argenteus. Spartacus interdixit caſtris ſuis, ne quis aurum haberet aut argentum. In Tygris alueo oppidum eſt Babytace, cuius incolę mortalium ſoli aurum in odio contrahũt. Heſſeni quoq; (vt idem teſtatur Libro quinto) ab occidentali litore ſine vlla fœmina et ſine pecunia degunt. Quod vtinam imitarentur noſtrates. Non tot inſidijs humana vita circumueniretnr. Non eſſet tam frequens Venenorum vſus. Omnes maiore animi tranquillitate viuerent, et profundiore dormirent ſomno. Ceſſarent, quæ inde enaſcuntur, belli contagia. Neq; aliena proſperitas retorto limaretur oculo. Sed ſurdis cano. Si me rupero, quod iam inualuit malum non ſolum non abolebo, ſed nec minuam quidem. Auro nihil igne deperit. Propterea tutum eſt ab incendiis, et rogis durante materia. Quinimmo quo ſæpius arſit, proficit ab bonitatem. Aurum vbi igne probatum eſt, vocatur obrizum et putum. Si auro liqueſcenti Gallinarum membra miſceantur, conſumunt illud in ſe, ita hoc venenum auri eſt. inquit Plynius. Verrius apud eundem teſtis eſt Tunica aurea triumphaſſe Tarquinium Priſcum. Nunc veniendum eſt ad inſtitutum, dicendumq; de ijs locis, in quibus plurimum auri quondam repertum eſt.

¶ Auro et Aurifodinis.

I Hiſpania

HISPANIAM Metallis omnibus nedum auro abundare, docet Plynius. Metallis (inquit) Plumbi/æris/argenti/ Auri/ tota ferme Hiſpania ſcatet, Et Lib. 33. Vicena (inquit) millia pondo auri, adhũc modum annis ſingulis Aſturiã, atq; Galleciã et Luſitaniam præſtare quidam crediderunt, ita vt plurimum Aſturia gignat. Et li. 4. Omniſq; dicta regio a Pyrenęo Metallis referta auri/argenti/ferri plumbi/nigriq; albiq;. Item lib. 33. Cap. 4. Cetere inquit montes Hiſpaniæ aridi, ſterileſq;, et in quibus nihil aliud gignatur, huic bono cogũtur fertiles eſſe. Itẽ Strabo, Aure (inquit) argentum/æs/ferrum/nuſq̃ terrarum/neq; tãtum, neq; tam probatum generari ad Tyberii vſq; tempora compertum eſt. ¶ Iberia pars eſt Hiſpaniæ, quę intra Ibere fluuiũ cõtinetur, quã Aurifodinis claram eſſe præterquę iam diximus, docet etiã carmen Papinii Libro. 3. Syl, ſcribẽtis. Quicquid ab auriferis eiectat Iberia foſſis. Iberia

Celtíbería ¶Poſſídoníuſcríbit.M. Marcellum exegiſſe tríbutum ex celtíbería Híſpaníæ parte ad talenta.600. Ex quo conjecturam facere eſt (inquit noſter Budæus) Celtíberínam gentem numeroſiſſimam fuiſſe,& pecunía abundantem. Eandem ob cauſam Catullus Certíberiã vocat Cunículoſam ídeſt Cunículís ſeu fodinís re=

Toloſa fertam, vbi ait. Cuniculoſæ Celtíberiæ fili. ¶Quis inficiabitur Toloſanum Italiæ oppidum auri plurímum habuiſſe,quum Trogi teſtímonio,in eo reperta ſint auri centum et decem míllía pondo, Argenti quínquies decies centena míllia? Quæ ſumma quanti ſit ęſtimanda, hinc licet obſeruare, q; ſingula pondo minoris cẽtum aureis ſolatis æſtímarí nequeant. Hoc autem oppidum quum. Q. Cepio. Conſul díripuiſſet, quiſquis ex ea direptiõe aurum attígit, miſero/cruciabílíq; exítu períit, inquit Gellius. Vnde natum Adagium. Aurum habere Toloſanum, in Calamíto=

Dalmatia ſos. ¶Dalmatía regio eſt Illyrica, in qua aurum inuentum eſt príncípatu Neronís/ tanta quidem copía, vt quinquagenas quotídíe líbras effunderet. Martialís Líbro decímo Epígrãmatũ. Felix Auríferę colone terræ, ídeſt Dalmatiæ. Et Statius Lí=bro primo Syl. Robora Dalmatico lucent ſati ata metallo. Item Michael Anglic⁹.

Dardæ Líbríq; nítore Dalmatícum ſuperes aurum/Scythicoſq; lapíllos. ¶Dardæ populi ſunt Indíæ/auro fertiliſſimi, Vt Sętę populi argenti. Author Idem Plynius Líbro ſexto. In eorum regione formícæ aurum ex cauernis egerunt, cuius raptores ſi corri píant, lacerant.

Pangæus  Angæus mon eſt Thracíæ, quem auri fertilem eſſe docet Herodotus in Polyhymnía. Hac iter (inquit de Xerxe loquens) præter eos mon=tes, a manu dextra relinquens montem Pangæum/magnum atq; excel ſum, in quo aurea ſunt et argentea metalla. Plynius ſcríbit Auri metal=la et conflaturam a Cadmo Phœnice in Pangęo monte reperta.

Capitalía  Apitalía mons eſt Indíæ, auri ítidem ferax. Plynius Líbro ſexto de Indo loquens. Narcę inquit, deinde quos claudit mons altíſſimus In dícorum/Capitalía. Huius incolę alio latere auri et argenti metalla effodiunt.

¶Italiam auri fertiliſſimam fuiſſe contendit Virg. Li. 2. Georgíco.

Italía dícens. Hæc eadẽ argẽti ríuos/æriſq; metalla Oſtẽdit venis, atq; auro pluríma flu=

Inſulęma xit. ¶Clítarchus apud Plynium teſtis eſt Aethíopící maris ínſulas adeo fuiſſe opu

ris Aethío lentas, vt in earum vna íncolæ equos talentis auri permutarent. ¶Laurios eſt regio

pici Atticę, auri venis frequens, Vnde natum adagíum. Noctuę Lauríoticę, de pecunia rũ copía, quoniam nomiſmatis Laureis Noctuæ figura inſculpebat. Hoc debem⁹

Suani Eraſmo. ¶Plyni⁹ Li. 33. Ca. 3. ſcríbit. Suanorum gentem auri copía vſq; adeo abũ=dare, vt regnũ ipm vellerib⁹ aureis/trabibuſq; et columnis aureis et argẽteis vbiq;

Dathus ſcateat. ¶Dathus fuit Thaſiæ colonía, q̃ q; auri venas habuerit, puerbio ſequenti

Thaſus locũ fecit, Dath⁹ bonæ. De cõferta reę opulẽtia, inqt Eraſm⁹. ¶Thaſ⁹ inſula(cu i⁹ ícolæ Thaſíi dicunt) aurea quondã vocata ẽ/a copia auri, qđ ibidẽ effodiebatur. ¶Inter loca auri feracia/nõnullí etiã fluuií numerant, vt Tag⁹ Híſpaníę/ Pad⁹ Ita líę/Hebr⁹ Thracię/Pactol⁹ Aſię/Gãges Indię. Authore Plynio Lib. 33. Cap. 4.

Ganges Quib⁹ addũt Herm⁹/Iber⁹/Idaſpes. ¶De Gãge, Pãphíl⁹ Sax⁹ de laudib⁹ Vero=nę. Sic Benacę tuos equãt pater optĩe píſces, Diuitís vt fuluas marmora Gãgis opes.

Hermus Bęnac⁹ nomẽ ẽ lac⁹. ¶De Hermo. Martía, Li. 8. Nõ illí ſatis ẽ turbato ſordíd⁹ au=ro Herm⁹. et Heſperío quí ſonat ãne Tagus. Itẽ Stroza filius Líbro. 1. Amorum

Non vt

Non vt Erithręi cumularem munera ponti, Quodq; Metalliferis egerit Hermus aquis. Hinc opes Hermæę dicuntur a poetis. Pontanus in Eridano. Felices Hermi ripæ ditante metallo, Feliceſq; Tagi quas rigat vnda ferax.

¶De Tago. Claudianus Libro primo. in Ruffi. Non Tartheſſiacis illum ſatiaret arenis Tempeſtas precioſa Tagi. Et pontanus Libro ſecundo de Stellis. Dum Tagus aurifluo vectatur gurgite, Item Mantuanus Libro quarto. Agelariorum. Ad mare proripitur Tagus auricoloribus vndis. Item Plynius Libro quarto. Capite. 22. Tagus inquit auriferis arenis celebratur. Martialis Libro ſeptimo. Qꝫ me⁹ Hiſpano ſi me Tagus impleat auro. Tagus

¶De Pactolo, Claudianus de Conſulatu Probi. Quantus per Lydia culta Deſpumat rutilas dives Pactolus arenas. Tibullus Libro tertio, Nec me regna iuuant, nec Lydius auriſer amnis. Item Quintianus in Cleopoli. Sequana Parrhiſios ditans precioſior Hermo/ Pactoloq;/ ſuis voluunt qui fluctibus aurum. Seneca in Thebaide. Et qua trahens opulenta Pactolus vada Inundat auro rura. Pactolus

¶Iberus quoq; Hiſpaniæ fluuius auri ramenta quandoq; fertur habuiſſe. Vnde Claudianus de Conſulatu Manlij Theodori. Lentus Arar/ Rhodanuſq; celer/ & dives Iberus, Ricardus Bartholinus Libro nono Auſtriados. Regna ſub aurifero deſerta relinquet Ibero. Iberus

¶De Idaſpe, Statius Libro octauo Theba. Ceu modo gemmiferum Thyrſo populatus Idaſpem. Et Claudianus Libro ſecundo in Ruff. Auriferum veniam poturus Ipaſpem. Idaſpes

¶Hytanis flumen eſt Carmaniæ portuoſum & auro fertile, inquit Plynius. Libro ſexto. Capite. 23. Hytanis

¶De fluuijs, & plęriſq; alijs locis auriferis, Politianus in Ambra ſic ſcribit. Plęraq; loca aurifera

Quo nunc diuitias animoſi carminis ore
Exequar? haud illi plena ſe conferat vrna
Hermus, & aurata radiãs Pactolus arena,
Et Tagus/ & Durius, latebris quodq; eruit audax
Dalmata, quodq; procul Beſſus rimatur/ & Aſtur,
Fuſile Callaica quodq; in fornace liqueſcit,
Decolor in toto quodq; inuenit Indus Idaſpe,
Quemq; Rhodos fuluis hauſit de nubibus imbrem,
Quodq; manu dea cæca tenet prędiuite cornu.

Item Claudianus Lib. I. in Ruff.

Plenus ſæuiciæ/ lucriq; cupidine feruens.
Non Tharteſſiacis illum ſatiaret arenis
Tempeſtas precioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea pactoli. Totumq; exhauſerit Hermum,
Ardebit maiore ſiti. Item paulo poſt ſubiungit.
Quo vęſane ruis? Teneas vtrumq; licebit
Oceanum/ laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Iungantur ſolium Cyri/ Crœſiq; Thyaræ,
Nunq̃ dives eris.

¶Strabo ait Turditanorum Hiſpaniæ populorum gentem fuiſſe opulentiſſimam, vt quæ a Carthaginenſibus quondam inuenta ſit præſepibus vtens argenteis.

¶Aſtures populi ſunt Hiſpaniæ Calęcis proximi, Aurifodinis quondã nobilitati. Syllius. Sed ſcelerum cauſas aperit deus, improbus Aſtur Viſceribus lacerę telluris mergitur imis, Et redit infelix effoſſo concolor auro.

Argento & argenti fodinis,

Alyzones ¶Præter quæ iam diximus loca, ſunt & alia venis argenti memorabilia. Strabo ait Alyzones populos eſſe iuxta Pharnaceam inſulam, qui habent venas argenti, & ferri. Interpres Strabonis. Hinc et Alyzonas/Odiuſq; et Epiſtrophus vna Longin

Alyba qua ex Alyba ducunt, argenti vbi vena eſt. ¶Alyba regio eſt non procul Myſia,

Sætæ in qua Homerus ait eſſe Argentifodinas. ¶Sætas Indiæ populos argento abundare docet Plynius Libro ſexto. Fertiliſſimi (inquit) ſunt auri Dardæ, Setę argenti. Sed omnium in India prope non modo in hoc tractu potentiam claritatemq; vincunt Praſi ampliſſima vrbe/ditiſſimaq; Palibotra. ¶Chryſas & Argyras idem

Praſi

Chryſę Plynius Indię populos facit auro et argento fertiles. Quod etiam vtriuſq; dictio-

Argyre nis Ethymologia comprehenditur, ¶Sardiniam argento fertilem eſſe, docet Ar

Sardinia chitrenius illo carmine. Inda ebore/argento Sardinia/et Attica melle.

Saxonia ¶In Saxonia Salinæ ſunt vberrimæ, Præterea argentifodinæ apud Goſtardam oppidum, ab Othone primo inuentæ. Author Volaterranus.

Cithriacũ ¶In Auguſtudunorum ſeu Eduorum Diœceſi pagus eſt Cithriacum nomine, fre

Mayeriũ quentibus argentifodinis clarus. Cuius rei teſtis ſum non auritus, ſed ocultatus.

Boquiniũ Nam quum in Corbino oppido/quod vnico tantum diſtat miliari, prima literarum biberem rudimenta, memini me nonnunq; illuc iuiſſe luſum et ſpaciatum cum collega meo in primis elementis, Ioanne Regio, qui adhuc ibidem agit Hypodida ſcalum ſub Hugone Viturello Gymnaſiarcha. Eodem in loco eſt non parua foſſorum multitudo, qui terram excauant/et mineralia exhauriunt, que ad Ionam fluuium propinquum in pecuniam conflant, et ibidem perpurgant, Cuius tamen non omnimodum percipiunt emolumentum. Sunt enim ſtipendarij regi, cui pecunię partẽ exoluunt, homines alioqui inelegantibus adeo et inurbanis moribus, vt a Centauris, aut Cyclopibus originem duxiſſe videantur. Vidi quas effoderãt ſcaptenſulas. At non poteram oculos intro demittere, quin eorum profunditas, aſpicienti horrorem incuteret. Sunt et loca eidem agro vicina, itidem argenti venis laudatiſſima, vt Mayerium, Calcimontium, quę ſi haberet Italia magis tumeſceret, ac ſuperbiret q̃ ſua Cerere glorietur Sicilia: Eſt & ibidem alius locus argenti feraciſſimus Boquinium nomine, cui nũc preſunt et dominantur duo noſtratium vt ditiſſimi, ita et

3 probatiſſimi viri Iacobus et Germanus Perreli fratres.

Aere.

Amyclę POlitianus in Nutricia Amyclas vocat Aeriſonas, q̃ Aere (vt coniſcio) claruerint. Sic autem ſcribit. Ceu maximus ille Aeriſonas pedibus q̃ quondam inductus amyclas.

Themeſe ¶Themeſe oppidum eſt Cypri, in quo preſtantiſſima Aeris metalla fuiſſe docet carmen illud Papinii Libro primo Syl. Et queis ſe totis Themeſe dedit hauſta metallis. Item in eodem. Nuſq̃ Themeſęa notabis Aera. Et libro tertio. Achille. Aere ſonat Themeſe. Fuit et eiuſdem nominis oppidum in Brutiis Italię, conditum ab Auſoniis (Latinis Tẽpſa dicitur) cui hanc metallorum laudem aſcribunt nonnulli.

Corinthus ¶Corinthus vrbs Achaięa Siſypho latrone condita, vſq; adeo Aeris preſtantia nobilitata eſt, vt eo facta vaſa in deliciis haberentur, auriq; et argenti precium tranſcenderent. Vnde Corinthiarius a Tranquillo in Cæſare Auguſto, vocatur amator huiuſmodi vaſorum immodicus. Ouidius Libro ſexto. Metamor. Orchomonoſq; ferox/et nobilis ęre Corinthus. Plynius ait celebritatem æris eſſe in Aſia, fuiſſe quondam in Campania, nunc eſſe in Bergomatium agro. Sene.

Caryſtos in Medea, Precioſa ſonent æra Corinthi. ¶Idem Plynius ſcribit in Caryſto inſula marmoris optimi ferace æs primum repertum fuiſſe.

In Dodona

¶In dodona Moloſſorum ciuitate fuit oraculum et officina æris preſtãtiſſimi, qđ quum optime reſonaret, fecit locum prouerbio. Aere Dodonęo loquacior. Dodona

Armentis. 4

GAleſum fluuium Calabrię, armentis abundare arguit Statius Libro ſecundo. Syl. dicens. Et Lacedęmonii pecuaria culta Galeſi. Galeſus

¶Britanniæ (quæ nunc Anglia dicitur) terra eſt frugifera, pecore abundans, auro/auro/argento/ferro/plumbo/pellibus/mancipiis/canibus etiam venaticis, vt inquit Strabo. Cicero tamen in epiſtola ad Trebatium/ei tantam ſterilitatis notam inurit, vt ne ſcrupulam quidem argenti in ea reperiri dicat. At nunc res aliter ſe habet. Britannia

Andreas Ammonius de ea ſic ſcribit.

Illic quę armenta aſpicio, q̃ mitia, q̃q;
Grandia/& extentas crurum tenus vbera vaccas,
Occurrunt et oues imitantes tenuia Serum
Vellere fila ſuo, vel quod Pagaſęus Iaſon
Rettulit in patriam rapta cum Phaſide quondam.
Miror, vt omne pecus nullo cuſtode vagetur,
Laſciuiq; procul vituli ſine matribus errent.

¶Gellius Lib. 10. Noctiũ Atti. Cõiectare (inquit) ob eandem cauſam poſſumus, q̃ Italia olim eſſet armentoſiſſima, mulctamq; (quę appellatur ſuprema) inſtitutam in ſingulos dies/duarum ouium et. 30. boũ, pro copia ſcilicet boum/proq; ouiũ penuria. Italia

¶De Calabria, Horatius Lib, 1. Ode. 3. Non æſtuoſæ grata Calabrię Armenta, non aurum/aut ebur Indicum. Calabria

¶Thraciã abundare armentis docet Seneca in Troade dicens, Meliorq; fœtu, Fortis armẽtis lapidoſa Thrace. Thracia

¶Augies Apollinis filius fuit, armentorum multitudine ditiſſimus. Vnde natum Adagium, Augię ſtabula repurgare. Habuit Iob Idumęus, ſeptẽ millia Ouium/tria Camelorum/Quinquaginta iuga boũ, quingentaſq; aſinas.

¶Erithręa inſula eſt Hiſpanię. quam Strabo ait tãtę fœcunditatis eſſe, vt pecudes pabuli copia ſit neceſſe excreatione ſãguinis purgari.

Aſparagis. 5

¶Aſparagus dici poteſt virgultum ſeu herba in virgulta et caulem creſcẽs/ab aſperitate, vel Aſparagus externa lingua ſignificat fruticẽ. Hoc aũt frutice Rauẽnam & Germaniam abũdare docet Plyni⁹ Lib. 19. De Rauenna Martialis in Xeniis. Mollis in ęquorea quæ creuit ſpina Rauenna, Non erit incultis gratior Aſparagis. Sueto nius ſcribit Cæſarem ad exprimendam rei alicuius velocitatẽ conſueſſe dicere. Velocius q̃ Aſparagi coquãtur. Hic frutex a plynio vocatur Corruda. Rauenna Germania

Aſinis. 6

¶Aſinos optimos Arcadia/& in Italia Reate mittunt, Authore Plynio. Quos propterea Peloponnenſiaci illinc ſibi emebant. De Arcadia fidem facit illud Perſianũ Satyra. 3. Arcadię pecuaria rudere credas. Plautus in Aſinaria, Meminiſtin aſinos Arcadicos/mercatori pelleo noſtrum vendere Atrienſem? Varro Lib. 2. de re Ruſtica Capite. 1. Hoc enim (inquit) nomine aſini Arcadici in Gręcia nobilitati/i Italia Reatini vſq; eo, vt mea memoria aſinus vænierit ſeſtercijs milibus, 60. et vnæ quadrigæ Romę conſtiterint quadrigentis milibus. Columella Libro vndecimo. Arcadia Reate

Hinc caput Arcadici nudum cute fertur Aſelli. ¶Antron fuit Theſſalię ciuitas nomen inde ſortita, q̃ cauernis et ſpecubus abundaret. Illic aiunt aſinos inſigni quondam magnitudine fuiſſe. Vnde prouerbium effluxit. Antronius Aſinus. Africa

Africa ¶Plynius Libro.8.Capite.30.ſcribit in Africa multitudinem eſſe Aſinorũ ſylueſtrium. Idem ait Aſinos cornu armatos in India reperiri.

7 ¶Aluta.

Sicyon ¶Sicyon vrbs fuit in Achaia non procul Corintho, in qua teſte Cicerone, calcei molles & muliebres fieri ſolebant. Vnde aluta Sicyonia dicitur. Bap. Pius Lib. 4. Elegi. Aut ſibiſi modicos Sicyonia vinxet Aluta. Aethereos pellis aut heredoſa pedes. Eſt autem Aluta coriũ, quo calcei fiunt. Hinc Alutarii dicuntur calceolarij.

8 ¶Amomo.

Aſſyria Armenia Mœdia Pontus ¶Amomum herba eſt ſeu arbuſcula odoris ſuauiſſimi, in Aſſyria frequens et Armenia. Virgilius. Aeglo. 4. Aſſyrium vulgo naſcetur Amomum, Syllius Lib. 11. Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet Amomo. Item Mantuanus in Catharina Libro tertio. Fragrat et Aſſyrio luſtratur carcer Amomo. Amomum Armenium eſt optimum, deinde Mœdicum/poſtea ponticum. Ply. Naſcitur (inquit) in Armenię parte vocatur Ocenę/ & in Mœdia, et in Ponto.

9 ¶Arboribus.

Forrunatę Inſulæ ¶In Fortunatis inſulis arbores ſunt tãtę procerĭtatis, vt ad. 144. pedes inoleſcãt. Teſtis Plynius Libro ſexto. Cap. 23. ¶Sunt et in India arbores adeo procerę, vt ſagittis ſuperari nequeant, Hęc facit vbertas ſoli/temperies cœli, aquarum abundantia. Plynius Libro ſeptimo. ¶Idem Libro quinto ait imas Atlantis radices denſis altiſq; repletas ſyluis incognito genere arborum, quarum enodi nitore ſpectabilis ſit proceritas/Frondes cupreſſis ſimiles/tenuiq; lanugine opertæ/quibus addita arte veſtes Bombyci ſimiles confici valeant. ¶Cyrenaicus quoq; ager arboribus fertilis habetur, inquit idem Plynius Libro quinto. ¶In Hyrcinia ſylua tanta eſt arborũ multitudo, tanta roborum vaſtitas, vt idem Plynius Libro decimoſexto, dicat colles occurſantium inter ſe radicum attolli repercuſſu. ¶Caucaſum montem arboribus abundare innuit Propertius Libro primo. Et nemus omne ſatas intendat vertice ſyluas, Vrgetur q̃tis Caucaſus arboribus.

Atlas Cyrenæ Hyrcinia Caucaſus

10 ¶Apibus.

Hybla Hymettus ¶Peruulgatum eſt ex lectione poetarum, Hyblam Siciliæ, Hymettum Atticæ montes apibus & mellis optimi copia abũdare. De Hybla Ouidius. Quod lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla. Martialis Libro ſeptimo. Paſcat et Hybla meas, paſcat Hymettus apes. Esdem ratione Hymettus florens Lucretio, dulcis Iuuenali, et. V. Flacco, Olens Statio dicitur. Martialis Libro decimotertio, Hanc tibi Theſæi populatrix mittit Hymetti Pallados a ſyluis nobile nectar Apis.

11 Apris.

Erymãth9 ¶Hoc argumento poetę Erymanthum Arcadiæ montem Apris abundare dicunt, qꝫ ibidem Hercules furioſum illum et memorabilem aprum interfecerit. Vnde Stroza filius in venatione. Amphitrioniades in monſtrifero Erymantho Fulmineum ſic preſſit aprum.

12 Auibus.

Inſulæ Fortunatę Peneus ¶Scribit Plynius Libro. 6. Fortunatas inſulas, & copia põmorum/et auium omnis generis abundare. Vide Capite. 32. ¶Peneus fluuius eſt Theſſaliæ vndis lucidis amenus, viridanti riparum gramine, & canoro auium concentu.

13 Arcubus.

Armenia Ithyra ¶Omnes fere populi Orientales arcu, & ſagittis claruerunt, quibus annumerantur Scythæ, Getæ/Cretęnſes. De Armenia Lucanus libr. 8. Armenioſq; arcus, Scythicis itẽdite neruis. De Ithyra vrbe Parthię in Tauro ſita, Idẽ Lucan9 Libro ſeptimo.

Tunc &

Tunc & Ithyræi/Mœdiq;/ Arabesq; soluto Arcu turba minax/ nusq̃ rexere sagittas. ¶De Cydone vrbe Cretę. Horatius lib. 4. Car. Primus ve Teucer tela Cydonio Direxit arcu. Item Virg. in Buc. Ire libet/ Partho torquere Cydonia cornu Spicula. De Gortyna vrbe Cretæ. Ouidius lib. 7. Meta. Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu. Cydon. Gortyna.

Arenis. 14

¶Aethiopia scatet arenis iuxta Marulli testimonium dicentis. Nec te perusti minuit/ aut feruor soli. Diuesq; arenarum Aethiops. ¶Hammanientes Cyrenaicæ regionis populi, vndiq; arenis circundantur. Authore Plynio lib. 5. Cap. 5. Aetiopia. Hammanientes.

Arundinibus. 15

¶Ouidius lib. 5. Fastorum vocat Tybrim arundiferum/ ab Arundinibus, vbi ait. Tybris arundiferum medio caput extulit alueo. Eadem ratione Catullus vocauit Gnydon arundinosam. Quęq; Ancona Gnydonq; arundinosam Colis. ¶Scribit Plynius lib. 7. in India esse arundines tantæ proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Idem Arundini (inquit) Indicæ arborea amplitudo. Nauigiorum etiam vicem pręstāt singula internodia. Circa Acesinem amnem maxime nascuntur. Diodorus in tertio ostendit Indorum regis Staurobatis potētiam in nauigijs non paruā constitisse, quæ ad. 4. milia ex arundinibus fluuio accōmodanda aduersus Semiramidis vires cōfecit. Ferunt enī (inquit idē Author) flumina/ locaq; palustria arūdinum copiā, ita crassarum habere, vt nequaq̃ eas homines vlnis amplecti queant, Ex his naues optimæ fiunt propter arundinum robur. Tybris. India. Acesines.

Aulęis. 16

¶Babylonij primi omnium diuersos colores picturæ intexuerunt, vnde & Plautus Babylonica vocat Peripetasmata. Et Iosephus Aulæū Babyloniū. Martialis quoq; lib. 8. Non ego prętulerim Babylonica picta/ superbe Texta, Semiramia quę variātur acu. ¶In Sarra Phœniciæ vrbe (quæ alio noīe Tyros appellatur) claruit vsus purpurę, vnde & Virgil. Sarranum vocat Ostrum lib. 2. Georgi. Vt gēma bibat/ & Sarrano dormiat Ostro. Eadē ratione Iuuenalis Aulæa vocat Sarrana. ¶Claruit et Aulæis Pergamus vrbs Asię, quę eius loci rex Attalus reperisse dicitur. Vnde & Attalica dicūtur. Syllius lib. 14. Quæ radio celat Babylon/ vel murice picto Læta Tyros, quęq; Attalicis variata per artem Aulæis scribuntur acu/ aut Memphitide tela. Item Propertius. Porticus Aulæis nobilis Attalicis. Idem. Nec sit in Attalico mors mea nixa thoro. De his intellexit Horatius dicens. Attalicis conditionibus Nunq̃ dimoueas, vt trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta secet mare. Lucretius quoq; Aulæa cōmendat Britannica. Babylon. Sarra. Pergamus Britannia.

Augurio & Aruspicio. 17

¶Apud Ethruscos augurij primū & Aruspicij disciplina fertur claruisse, eiusq; inuentor extitisse Tages. Quam postea Romani ab eisdē susceperunt. Sido. in. 3. Panegyri. Quid rogo bisseno mihi vulture Thuscus aruspex Portendit? Mantuanus in Martio. Nil tamen inter pres cœli/ nil Thuscus aruspex, Nil magus inuenit. Vitruuius lib. 1. de Architectura. Id aūt Ethruscis arupiscibus disciplinarum scriptis, ita est dedicatum. Ehruria.

Aceto. 18

¶Acetum in Aegypto ex Mareotico vino fiebat, tāta quidem præstātia, vt in maiore precio/ q̃ ipsum vinum esset. Martialis. Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti, Esset quū vinū, vilior illa fuit. Eādem ob causam Codrus Vrceus lib. 2. Syluarū, Aegyptus

acetum vocat Pharium, dícens. Hic ſalis/hic Pharij ſeruatur copia aceti.

Attagenis.

19 ¶ Attagena/ſeu Attagen auis eſt inter raras quondam epulas habita, ſed prę-
cipui in Ionia ſaporis. Authore Plynio. Vnde & Martialis. Inter ſapores fertur alitũ pri-
Ionia. mus, Ionicarũ guſtus Attagenarũ. Fuit aũt hæc auis frequẽs in Ionia. Plynius. At-
tagen maxime Ionius celebrat, vocalis alias/captus vero obmuteſcẽs, quondã exí-
ſtimatus inter raras aues. Hieronymus. Attagen & Ficedula/Mulus & Scarus in
delícijs computantur. Horatius in Epodo. Non Afra auis deſcendat in ventrem
meum, Non Attagen Ionicus iucundior.

Aromate.

20 ¶ Abundat Perſarũ regio Aromate. Vnde Quintianus in Cleopoli. Perſica Aro-
Perſis. matibus/validis germania fabris. ¶ Abſinthium herba eſt amara/vim habens ca-
21 lídam & ſtypticam. Potũ ſtomacho prodeſt ad dolores corporis. Laudatiſſimum
Pontus. naſcitur in Ponto. Quare ob Ouidío conſulte dictum eſt. Turpia deformes gignũt
Abſinthía cãpi, Terraq; de fructu/q̃ ſit amara, docet. Idem lib. 5. de Triſtibus. Ca-
Abſinthia na prius gelído deſint Abſinthia Ponto. Argumẽtum eſt ab impoſſibili. ¶ Abſin-
thus vrbs eſt Thraciæ, quæ nomen ſumpſit a copia Abſinthij ibidẽ creſcentis, quo
Macedo- oues paſcuntur in regione Pontica felle carentes. ¶ Naſcitur quoq; Abſinthiũ lau-
nía. datum in Macedonía & Tauro monte. Eſt & vnum genus, quod Santonicum dící-
tur, a Gallię ciuitate. De quo videtur intellexiſſe Martialis. Santonica medicata de-
dí mihí pocula virga. Plynius ait laudatiſſimum reperiri in Thapoſyri Aegypti.

Aſpidibus.

22 ¶ Aſpides ſerpentes ſunt frequentes in Aegypto/hebetibus oculis/eiſdẽq; in tem-
Aegyptus poribus fixis. Venenum habent, quo ſiquis percuſſus fuerit, nunq̃ euadit niſi vulne-
re altius reſciſſo. Earum imagine vtebãtur Aegyptij reges in ſuis Diadematibus.
Vnde V. Flaccus lib. 4. Argon. Iamq; Aſpíde cincta comas/& ouãti pſona ſiſtro.
Lucanus lib. 4. Pharías vocat Aſpídas id eſt Aegyptías, vbí ait. Aſpidas vt Pha-
rías cauda ſolertior hoſtis Ludit, & íratas íncerta prouocat vmbra.

Attílis piſcibus.

23 ¶ Attíli ſunt píſces, quí inertia pingueſcunt. Sunt autem frequentes in Pado, adeo
Padus. vt ad mille quãdoq; libras capti ſint, quí niſi iugís boum extrahi potuerunt.

Anguillis.

24 ¶ Anguillę píſces ſunt admodum lubrici & volubiles, qui octonis viuunt annis, du-
Bęnacus. rantq; ſine aqua ſenis diebus Aquilone ſpirante. Capiuntur plurimæ in lacu Bęnaco
hyemato/& in tm̃ mirabili multitudine, vt in excipulis eiꝰ fluminis ob hoc ipſum fa-
Ganges. bricatis ſingulorum milium globi reperiãtur. ¶ Scribit Plynius Anguillas in Gãge
reperiri/tam inuſitata magnitudine, vt tricenos pedes impleãt. Cuius teſtimonium
Timauus. confirmat Solinus. ¶ Aelianus apud Volaterranum ſcribit in Timauo optimas/ac
præpingues capi. Alij palmam lacui Vulſinienſi tradunt. ¶ Scribit Plutarchus in
Syracuſæ. Timoleone in limoſis locis iuxta Syracuſas ingentem Anguillarum multitudinem
paſci, adeo vt piſcari volentibus lata adſit præda.

Auratis piſcibus.

25 ¶ Aurati píſces ſunt, qui a Græcis Chryſophries appellãtur. In maris refluxu fre-
Actium. quentes veniunt ad Actium Epyri oppidum, ibiq; in locis arenoſis ad ſubnaſcen-
tium arborum radices & latebras occultantur. & a peritis facile capiuntur. Horum
piſcium viuaria primus inſtituit Sergius Orata, nomen inde conſecutus.

Anthijs piſcibus.

26 ¶ Anthiæ ſunt

¶Anthiæ ſunt piſces naſo adunco / teſtudíneo corpore / qui pennas habent, quas auium more, & volanti ſímiles pãdunt. Reperiuntur autem in marí rubro / lupi magnitudine. Sunt & frequentes prope Cheledonías inſulas Aſíæ. Mare rubrum.

Aſteriadíbus. 27

¶Aſterías auis eſt docílis humanæ vocís, & verborum imítatrix / quam plurímam habet Aegyptus. Aegyptus

Aſpalacis animalíbus. 28

¶Aſpalacus eſt animal, quod ſola Bœotíorum terra fert. A qua tranſlatum ſtatím períre dícunt. Frequens eſt tamen apud Orchomenios, Bœotía.

Alcíbus. 29

¶Alces ſunt animalía, fígura & pellíbus capris ſímilía, verum maiora alíquanto. Crura habent ſine nodís & artículis, Quare arboríbus ſtantes adhærent in ſomno. Reperíuntur in ſyluis Germanorum. Germanía

Alumíne. 30

¶Alumen dícitur terræ ſalſugo / a lumíne, q̃ lumen coloríbus tingẽdis præſtet. Inuenítur nígrũ / & albũ, líquidũ / & ſpíſſum. Inuenit̃ in Aegypto / ac in Melo inſula / et Macedonía. Volaterranus ait fodi in Ethruría, in agro Maſſano & Volaterrano. Aegyptus Melo. Ethruría.

Acacía herba. 31

¶Acacía herba eſt, membrís medens luxatís, quæ naſcítur in Aegypto / Cappadocía / & Ponto. Cappado.

Aconíto. 32

¶Aconítum herba eſt, quæ (vt fabulantur poetæ) ex Cerberí ſpuma venenũ contraxit effícaciſſimum, quo tempore Hercules monſtrum ab ínferis ad ſuperos eduxit. Alíqui dictum putant ab Acone portu Heracleę, qui prouẽtu malorum gramínum vſq; adeo celebris fuit, vt noxíæ herbæ Aconíta íllic nominata ſint, licet alías deríuationes ponant plurími. Volaterranus ait naſci in Italía. Aco. Italía.

Alypío herba. 33

¶Alypiũ herba eſt frutícoſa & ſubruffa / flore nígro, q̃ naſcit̃ in maritímis Africæ. Africa.

Aneſo herba. 34

¶Aneſum ſemen eſt Apío ſímile vim habens calefactoríã. Frequens eſt in Syría. Syría.

Arínea fruge. 35

¶Arínea Volaterranus inter fruges enumerat, quam ait frequẽtem eſſe in Gallía & Italía. Arínea. Gallía. Italía.

Aloſís. 36

¶Aloſæ píſces ſunt oblongí / de genere Clupearum, qui alío nomine Chryſſæ dícuntur. Ferunt laudatíſſimas eſſe in Tyberí. Tybrís.

Aloe. 37

¶Aloe herba eſt ſucci amariſſimi. Vnde Iuuenalís. Plus Aloes / q̃ mellís habet. Naſcitur in Indía pluríma. Eius quoq; Gummi venit etiam ex Arabia & Aſia ad conglutinanda vulnera vtiliſſimum. Idía. Arabía.

Aſphalto frutice. 38

¶Aſphaltus frutex eſt ſpínoſus & odoratus, quo vtuntur vnguentarij / ad vnguentorum ſuccum. Naſcitur apud Iſtrum et Niſyrum in Syría & Rhodo. Iſter. Niſyrus.

Agaríco. 39

¶Agarícum frutex eſt ítidem odoratus, frequens in Cilícia, & apud Sarmatas. Cilícia.

Achate gemma. 40

¶Achates gemma eſt vario colore / partim retinens Iaſpidis vitreum / partim Sar= Achates.

di ſanguineum/partim Smaragdi fulgidum. Dedit autem nomẽ Achati fluuio Siciliæ,q; frequens ibidem reperiatur.

Artificibus.

41 Meroe. ¶Plynius lib.6.de Meroe loquens, Cæterum (inquit) quum potirentur rerum Aethiopes/inſula ea magnę claritatis fuit. Tradũt armatorum.200.milia dare ſolitam, Artificum.4.milia alere.

Alabaſtro.

42 India. ¶Alabaſtrum genus marmoris perlucidi, quo antiquitus vaſa fiebãt vnguẽtaria. Naſcitur autem in India circa Thebas Aegyptias/ & Damaſcum Syriæ. Habebat et Sparta viride cũctis hilarius. Dicimus & Alabaſter. Cicero lib.2. Quęſt. Acad. Quibus etiam Alabaſter plenus vnguenti putere videtur. Item Alabaſtrites. Plynius lib.36. Hunc aliqui lapidem Alabaſtritem vocãt,quem cauãt ad vaſa vnguẽtaria. De Alabaſtro Martia.lib.11. Quod Coſmi redolẽt Alabaſtra/ fociq; deorũ.

Auripigmento.

43 Syria. ¶Auripigmentum foditur in Syria ad vſum pictorum,in ſumma tellure,auri colore,ſed fragili/lapidum ſpecularium modo. Author Plynius lib.33.Cap.4.

Alijs rebus.

44 ¶Amarãthum Plynius lib.17.ait laudatiſſimũ naſci in India/ & in Syria. ¶Arctionem herbam reperiri in Creta. ¶Amphitanem gemmam in India. ¶Acerem arborem in Iſtria. ¶Abietem in Vogeſo monte/Corſica/Bithynia/Ponto/Macedonia. Sunt & abietes in Cypro.130.pedum lõgitudinis. Craſſitudinis vero ad triũ hominum complexum. Germaniæ prædones ſingulis abietibus cauatis nauigant, quarum quædã.30.homines ferunt. ¶Alica ſpecies eſt panis, quã ex Piceno probat Ply.. ¶Ambrotonum herbæ genus, laudatiſſimum habet Sicilia,deinde Gallia. ¶Amaracum Cyprus. ¶Accipitres Maſſilia. ¶Aſſarum vnguentum/Pontus/& Phrygia.

¶Loca diuerſis rebus abundantia.

¶De littera B.

1 BVxis/Cytorus/Olympus/Pyrenęi/Corſica/Aſpagones.
2 Baccis fructibus,Sicyon/Idume/Arimpęi populi.
3 Baccis gemmis,Ganges.
4 ¶Bombyce,Orontes/Aſſyria/Arabia.
5 ¶Beluis,Oceanus/Dyardenes.
6 ¶Bobus,Celaduſa/Tauromiriũ/Phœnicia/Campania.
7 ¶Balſamo,Iudęa.
8 ¶Bitumine,Is vrbs/Aſphaltites/Soſingites/Babylon/ Nympheus.
9 ¶Beryllis,India/Phœnicia.
10 ¶Byſſo,Iudęa/Elis.
11 ¶Bulbis,Megaris/Baleares inſulę/Ebuſus inſula.
12 ¶Balenis.Indicum mare.
13 ¶Balano,Troglodytæ
14 ¶Biſontibus,Scythia/Germania.
15 ¶Bubalis,Africa.
16 ¶Bonaſis.Pęonia.
17 ¶Alijs rebus,alia quædam loca.

1 ¶Buxis.

Cytorum

CYtorum Paphlagoniæ/Olympum Macedoniæ/Pyrenęos item & Corſicã Buxis abũdare docet Ply.lib.6. Cap.17, Buxus inquit plurima Pyrenęis/ ac Cytoro mõtibus/ac Berecynthio tractu. Craſſiſſima in Corſica florẽ nõ ferendo. Hæc in Olympo Macedoniæ gracilior, ſed breuis. De Cytoro, Virgilius lib.2. Georgi. Et iuuat vndantem Buxo ſpectare Cytorum. Catullus. Nam Cytorio in iugo loquẽte ſæpe ſibilum edidit coma Amaſtri Pontica/ & Cytore buxifer. Amaſtris nomen eſt vrbis eidem monti vicinę. Propterea pecten (quo diſcernuntur & comuntur capilli) proprio Epitheto appellatur Cytoriacus, q̃ Buxo fiat, quã in Cytoro frequentem eſſe diximus. Ouidius lib.4. Met. Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines. Politianus in Albieram. Compta Cytoriaco eſt pectine viſa Venus. Cytorus. Olympus. Pyrenęi. Corſica.

¶Aſpagones populi ſunt in India, quos Plynius lib.6. Cap.2. ſcribit Vitis/Lauri/ Buxi/& pomorum omnium eſſe fertiles. Aſpagones.

Baccis fructibus. 2

¶Bacca dicitur fructus Lauri/Oliuæ/ Myrti/& aliarũ eiuſmodi arborum, quo Sicyonem vrbem Achaiæ abundare docet. Ouidius lib.4. de Ponto, dicens. Africa quot ſegetes/quot Tmolia terra racemos/Q̃ot Sicyon baccas/quot parit Hybla fauos. Item Politianus in Ruſtico. Et meditata nouos Sicyonia bacca ſapores. Virgilius lib.2. Georg. Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis. ¶Idume vrbs Syriæ, Baccis & arboribus baccas ferẽtibus abũdat. Pontanus de hortis Heſperidum. Quęq; & Idumęas mittũt palmaria baccas. ¶Arimpęi populi ſunt vltra Riphęos montes, apud quos tanta eſt baccarum copia, vt illis etiam viuãt. Sicyon. Idume. Arimpęi.

Baccis gemmis. 3

¶Eſt & Bacca nomen Gemmæ frequentis apud Gangem Indiæ fluuium. Pontanus in Lepidina. Dona ferunt auro grauida, & Gangetide bacca. Ganges.

Bombyce. 4

¶Bombyx dici poteſt ſubtiliſſima tela, quã eiuſdem nominis vermes in India conficiunt Aranearum more. Reperitur autem apud Orontem fluuium laudatiſſima, Salmonius. Alter Orontęa radiat ceruice decorus. Alterius roſea fronte coruſcat Onyx. Bap. Pius lib.3. Elegi. vſus eſt in maſculino genere, dicẽs. Protegit obſcurus radiãtia tempora Bombyx. In hoc Propertium imitatus. ¶Plynius laudat Bombycem Aſſyriam, qua viri fœminis ceſſerũt, quum viros etiã non puderet, has veſtes induere propter onera æſtiua. In tãtum (inquit ille) a lorica geſtanda diſceſſerunt mores, vt oneri ſint veſtes. ¶Arabia (quã ab omnium deliciarum vbertate felicẽ vocamus) Bõbyce quoq; abũdat. Propertius lib.2. Nec ſi quæ Arrabia lucet Bombyce puella, Hinc Bombycinæ vocantur veſtes illæ molliſſimæ. Iuuenalis. Cuius Delicias & pãniculus Bombycinus vrit. Orontes. Aſſyria. Arabia.

Beluis. 5

¶Horatius lib.4. Carminum vocat mare Beluoſum a beluarum (quibus abũdat) multitudine, vbi ait. Te Beluoſus, qui remotis Obſtrepit Ocean⁹ Britãnis. ¶Dyardenes fluuius (inquit Curtius libro.7. de geſtis Alexãdri) minus celeber auditu, quia per vltima Indiæ currit. Cęterum non Crocodilos modo, vt Nilus, ſed etiam Delphines/ignotaſq; alijs gentibus beluas alit. Oceanus. Dyardenes.

Bobus. 6

¶Celaduſam Plynius lib.3. Cap.26. facit inſulã Meſię intra Surium, bobus & capris laudatam. ¶Taurominium mons eſt Siciliæ bobus plurimis abundans, qui propterea Tauromitani dicũtur, vt Carybdis Tauromitana. ¶Aelianus apud Volaterranum ſcribit boues eſſe in Phœnicia tanta magnitudine, vt a ſtãtibs mul- Celaduſa. Tauromi-nium. Phœnicia et alia loca

geantur. Idem ait apud mare rubrum boues cornibus flexibilibus esse, apud Mysos sine cornibus nasci, in India cursu cum equis contendere publico spectaculo, In Lybia boues esse agrestes equis nō inferiores cursu, Apud Crathera, item Clitumnum Vmbriæ fluuium armenta ex nigris alba fieri. In Euboia omnes fere boues albos nasci. Tauros Aethiopum agrestes cornua aurium modo mouere. ¶ Campania albos & exiles gignit. Vmbria vastos. Ethruria albos & ad opera fortes. Apœninus vegetos ac labori aptissimos.

Cāpania.

7 Balsamo.

¶ Balsamum arbuscula est Aromatica, cuius lignum xylobalsamū/ succus opobalsamum dicitur. Plynius lib. 12. Omnibus inquit odoribus prefertur Balsamum vni terrarum Iudee cōcessum. Producitur & in valle Syriæ, arbore mali punici magnitudine/ Ramis multis/ folio Rutæ simili, cādido tamen & perpetuo virente. Fructu simili Terebintho.

Iudea.

8 Bitumine.

¶ Is vrbs est distās a Babylone itinere octo dierum, apud quā fluuius est eiusdem nominis, ex quo bitumen toti Babyloni quondā subministrabatur. ¶ De Asphaltite Syrie lacu Plynius lib. 27. Quin & bituminum (inquit) sequax alioqui & lenta natura in lacu Iudeæ, qui vocatur Asphaltites, certo tēpore anni supernatās, nequit sibi auelli, ad omnem contactum adherens, præterq̄ filo, quod tale virus infecerit. Item lib. 2. Nihil inquit in Asphaltite Iudeæ (qui bitumen gignit) mergi potest. Et lib. 5. Asphaltites nihil præter Bitumen gignit. ¶ Ammianus Marcellinus lib. 22. Citra omnes (inquit) propinqua est nobilis Assyria, Nunc omnis appellatur Syria, vbi inter baccarum/ vulgariumq; abundātiam frugum, Bitumen nascitur prope lacum Sosingitem, cuius alueo Tygris voratus fluensq; subterraneus percursis spacijs lōgis emergit. ¶ Inter cætera laudatur Bitumē illud, quo Semiramis coctiles Babylonis muros construxit. Vnde Ouidius lib. 4. Meta. Vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbē. Ricardus Bartholinus lib. 7. Austriados. Ille Semiramio calefacta Bitumine tela Torquet in aduersum. ¶ Nympheus mons est ardens, cuius crater Bitumen egerit omni bitumine dilutius.

Asphaltites.

Sosingites

Babylon.

Nymphe⁹

9 Beryllis.

¶ Beryllus lapillus est pallidus & trāsparens Smaragdo similis, qui semper sexāgula figura, artificum opera politur, quoniā hebescit, nisi color repercussu angulorum excitetur. Vnde Iuuenalis Satyra. 5. Beryllos inæquales vocat, vbi ait. Ipse capaces Heliadum crustas, & inequales Beryllos Virro tenet Phialas. Beryllos India gignit, raro alibi repertos, preterq̄ in Phœnicia, vbi etiā adinueniuntur.

India.

Phœnicia

10 Byssо.

¶ Byssus dicitur genus lini subtilissimi, quo preciosissimæ fiunt vestes, quæ Byssinæ appellātur. Byssus in Iudea præcipuus nascit, teste Iosepho. Secundus in Elide Græciæ ciuitate/ colore inferior Iudaico, sed tenuitate præstātior.

Iudæa.

11 Bulbis

¶ Bulbus a Romanis dicitur Allium agreste. Alij Allium marinū vocāt. Caulem et folia habet Lilio similia. Venerem excitare fertur. Martialis in Distichis. Quum sit anus coniunx, & sint tibi mortua membra, Non aliter Bulbis q̄ satur esse potes. Nec aliā ob causam bulbos salaces vocat lib. 3. dicēs. Sed nihil Erucæ faciunt/ bulbiq; salaces. Columella lib. 11. Q uęq; viros acuunt, armātq; puellas. Iam Megaris veniāt genitalia semina Bulbi. Bulbi Megarēses pręcipuā obtinent palmā, quos propterea Cato Megaricos vocat, & multum celebrat, teste Plynio lib. 19. Capi. 5.

Megaris.

¶ Idem

¶Idem Plynius ibidem ait Bulbos ſponte naſci & copioſiſſime in Baleariſbus, Ebuſoq; inſulis/ac per Hiſpanias, Poſt hos in Africa nati maxime laudantur. Sed & in Prę neſtinis cāpis ſponte naſcuntur/ac ſine modo/in Remorum aruis. Baleares. Ebuſus.

Balenis. 12

¶Balenas alit Indicum mare quintuplo Elephātis magnitudinem excedētes. Plynius lib.9.Cap.3.ait quaſdā reperiri quaternum iugerum. Indicum mare.

Balano. 13

¶Balanus arbuſcula eſt/ſeu herba vnguentaria & aromatica, frequens in Troglodytis/Thebaide/& Arabia. Troglodytæ.

Biſontibus. 14

¶Biſon animal eſt deforme iubarum ,plixitate/& reliquo corpore. De quo Martialis lib.1.Illi ceſſit atrox Bubalus atq; Biſon. Et alibi. Turpes eſſeda quod trahunt Biſontes. Hoc animal gignit Scythia & Germania,quę tamen fructuū inopia pauciſſimis abundat animalibus. Scythia. Germania

Bubalis. 15

¶Bubalus animal eſt ceruicem habens vitulo ſimilē, vnde & nomen ſumpſit. Reperitur autem in Africa. Africa.

Bonaſis. 16

¶Bonaſus animal eſt iuba equina.cætera tauro ſimilis. Cornibus inte inter ſe adeo reflexis, vt pugnæ ſint inutilia, Gignitur hoc animal in Pęonia,& monte Meſapo. Volaterranus ait Bonaſorum venationem hodie cerni in Luſitania.

¶Habet Buccardiā gemmā Babylon. ¶Buteones aues,Baleares inſulæ. ¶Bedellium arborem Scanthrum mons Scythiæ. 17

¶Loca diuerſis rebus abundantia.

¶De litera C.

CRoco,Corycus/Cilicia/Lycius/Olympus/Timolus/Sicilia. 1
Canibus,Canaria/Amyclæ/Moloſſia/Epyrus/Vmbria/Sparta/Melita. 2
¶Creta,Creta/Cymolus. 3
¶Crocodilis.Nilus/Indus/Bambotus/Darat. 4
¶Cannabe,Scythia. 5
¶Capris,Capraria/Cinyphs/Fortunatæ inſulæ/Africa/Syria/Caſpia/Sardinia. 6
¶Corylis,Auella. 7
¶Cupreſſis,/Ida/Creta/Cyllene/Erymanthus/Lycęus/Cypariſſus/Aſcalon. 8
¶Coſto,Arabia/India/Syria/Patale/Perſis. 9
¶Caſeis.Luna vrbs/Veſtini/Trebula. 10
¶Culicibus,Meſopotamia. 11
¶Cynnamis,Panchaia/Arabia/Pangæus. 12
¶Calamis,Aegyptus/Gnydos/Anethicus/Nigris/India/Rhenus. 13
¶Cæra,Hymettus/Hybla/Mantua. 14
¶Columbis,Chaonia/Dodona/Syria/Pęonia/Illyria. 15
¶Conchis,Lucrinus/Bibaga/Mare rubrum. 16
¶Cochleis,Mare rubrum. 17
¶Cedris,Libanus. 18
¶Cycnis,Cayſter/Anglia. 19
¶Chalybe,Norici. 20
¶Ceraſtis,Lybia. 21
¶Chelydris,Calabria. 22

23 ¶Colossis, Rhodos.
24 ¶Crateribus, Corinthus.
25 ¶Citro, Mauritania/Atlas.
26 ¶Cæpis, Cumæ.
27 ¶Colocasia, Aegyptus.
28 ¶Corruda, Germania.
29 ¶Carduis, Hispania/Carthago.
30 ¶Cappari, Alexandria.
31 ¶Conserua, Alpes.
32 ¶Casia, Arabia.
33 ¶Cerasis, Cerasus vrbs.
34 ¶Cotoneis malis, Cydon.
35 ¶Cancris, Phœnicia.
36 ¶Cuniculis, Baleares.
37 ¶Calceamentis, Sicyon.
38 ¶Chrysocolla, Cyprus.
39 ¶Coticula gemma Tmolus.
40 ¶Carbunculis, India.
41 ¶Calce, Tybur.
42 ¶Cotono, Calabria/Maltha/Syria.
43 ¶Carpionibus, Bęnacus.
44 ¶Cocco, Asia/Valentia.
45 ¶Chalbana, Syria.
45 ¶Cercopythecis. Taxila.
47 ¶Callitrichibus. Aethiopia.
48 ¶Cynoprosopis, Aethiopia.
49 ¶Catoblectis. Africa.
50 ¶Chenalopœcibus, Britannia.
51 ¶Cinnamulgis, Arabia.
52 ¶Cephalis piscibus, Cephalenides.
53 ¶Cytharœdis piscibus, Mare rubrum.
54 ¶Coronis, Elis.
55 ¶Castaneis, Petragorici/Tarentum.
56 ¶Cetis, Arabia,
57 ¶Alijs rebus, diuersa loca.

¶Croco.

Corycus. Cilicia. Lycius. Olympus. Corycus oppidũ est Ciliciæ, vbi Crocus nascitur rara bonitate & felicitate, qui propterea Corycius vocat. Horatius lib. 2. Sermo. Corycioq; Croco sparsum stetit. Plynius lib. 21. Prima nobilitas inquit, Cilicio croco, & ibi in Coryco mõte, deinde Lycio mõte/Olympo/mox Centuripino Siciliæ, Aliqui Phlegręo secũdum locũ dedere. Virgilius in Battarũ. Et hic Cilico Crocus editus aruo. Item Matialis lib. 1. Festinauit arabs, festinauere Sabęi, Et Cilices nymbis hic maduere suis. Propertius lib. 4. Terq; lauet nostras spica Cilissa comas. Lucanus lib. 9. Vtq; solet pariter totis se effundere signis Corycij pressura Croci. Martialis lib. 11. Vltima Corycio quæ cadit aura Croco.

Tmolus. Item Virgilius Portus. Madidus croco Cilix ferusq; Sarmata. ¶In Tmolo quoq; monte Ciliciæ/vel (vt alijs placet) Lydiæ, Croci & quidem optimi copia esse me=

Virgilius

moratur. Virgil. libro. 1. Georgic. Nonne vides, croceos vt Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi? De hoc intellexit Lucretius libro secũdo dicẽs. Et quum Scęna Croco Cilici perfusa recens est. ¶Habet & Sicilia Crocũ pręstantissimum, licet Corycio fortasse viliorem. Vnde Statius libro secundo Syluarum. Et tenues Arabum respirant gramine syluæ, Sicanijsq; crocis. Idem libro quinto. Nam Sicanij non mitius halat Aura Croci. Sicilia.

Canibus. 2

¶Canaria vna est earum insularum, quas fortunatas a rerum copia vocamus. Hæc a multitudine canum ingentis magnitudinis nomen sumpsit. Authore Plynio libro sexto. ¶Amyclis (quæ ciuitas est Laconiæ) canes optimi fuisse dicũtur. Virgilius libro tertio Georg. Armaq; / Amyclęũq; canem / Cressamq; pharetram. Politianus in Rustico. Stãt sedula circum Turba canes, audaxq; Lacon, acerq; Molossus, Bap. Pius. libro tertio Elegi. Si iuuat audaci lustra Lacone sequi. Franci. Mirandula in Hymnis. Nectere odorisequos loris assueta Laconas. ¶Molossia quoq;, & Epyrus partes sunt laconiæ optimis canibus abundantes. Virgil. in Culice. Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis. Item Horatius libro secũdo Sermonum. Simul domus alta Molossis Personuit canibus. Plautus in captiuis. Quãdo rure redierũt Molossi. De Epyroticis. Varro libro secundo de re Rusti. cap. 9. Itaq; a regionibus (inquit) apellant Lacones / Eyrotici / Salamãtini. Tãta fuit huius loci canũ bonitas, vt apud suos sepulchra meruerint. Vnde Stroza filius. Suos de more Molossa vetusto Condit terra canes, cineres nec lędit opertos. ¶Celebrãtur & canes Vmbrię, quæ est pars Italiæ. Syllius libro tertio. Ceu pernix quum dẽsa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon / aut erigit vmber Nare sagax e calle feras. ¶Senaca in Hippolyto commendat Spartanos, vbi ait. At Spartanos (genus est audax Auidumq; ferę) Nodo cautus propiore liga. ¶In Melita insula (quæ est inter Corycam & Illyricum sita) canes sunt admodum parui, qui habentur in delicijs, adeo vt mulieres maiorem illis / q̃ maritis habeant honorem. Hinc Adagium. Canis Melitęus, quum quis ad voluptatem nutritur, non vtilitatem. Plynius in fine tertij. Inter Corcyram (inquit) & Illyricum Melita. Vnde catulos Melitęos appellari Callimachus Author est. Canaria. Amyclæ. Molossia. Epyrus. Vmbria. Sparta. Melita.

Creta. 3

¶Creta dicitur tenax quędã terra, qua fullones in abluẽdis maculis vti cõsueuerũt. Omniũ pręstãtissima fuit in Creta insula, a qua nomen traxit. Hac etiã abũdat Cymolus insula, quę propterea Cymolia dicitur. Cuius duo esse genera scribit Plynius lib. 36. cap. 16. Candidũ scilicet & ad purpurissum inclinãs. Creta quãdoq; vtũtur Figuli. Vnde Varro lib. 3. de re Rust. Figlinã vocat. At quod extat vlcus (inquit) figlina illiniũt Creta, Figularẽ Colu. lib. 7. & Cymoliam. Creta Cymolia ex aceto linas, inquit. Item. Solet etiã ipsum animal viuum Creta figulari circundari. Creta. Cymolus.

Crocodilis. 4

¶Crocodilus animal est quadrupes, ex ouo in miram excrescens magnitudinem, vt qui duos & viginti cubitos impleat. Quattuor menses hyemales non comedit, Lingua caret, Viuit in terra, & in aqua. Crocodilis autem abundat imprimis Nilus. Vnde Plynius libro octauo. Crocodilum (inquit) habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter / ac flumine infestum. Bap. Pius libro quinto Elegi. Nilicolãq; feram cautus Crocodilon Ichneumon Diliget. Martialis libro tertio. Cui cõparata rictibus tuis ora, Niliacus habeat Crocodilus angusta. Ombitæ populi in Aegypto hoc animal adorant, eiq; sacros dies faciunt / ac lętantur liberos suos ab eo deuorari. Nilus.

Indus. ¶Habet Indus fluuius Crocodilos, Vnde Herodotus. Is inquit cupidus cognoscẽ di, vbi nam Indus/qui secũdus omnium fluminũ Crocodilos prẽstat, mare influat.

Bãbotus. ¶Plynius libro quinto cap. 1. ait Mauritanię flumen Bambotũ Crocodilis/& Hippotamis refertum. Idem quoq; testis est in flumine (cui Darat nomen) Crocodilos gigni.

5 Cannabe.

¶Cannabis herba est, qua fiunt funes, qui propterea Cannabini dicuntur Columellæ. Hac abundat Scythia, vnde Herodotus. Nascitur (inquit) apud Scythas Cannabis Lino simillima, prẽterq̃ crassitudine/& magnitudine. Plynius lib. 16. ait Cannabem agri Sabini/æquare arborum altitudinem.

Scythia.

6 Capris.

Capraria. ¶Capraria insula (quã Grẽci Aegilon dixere Authore Plynio) a multitudine caprarũ nomen indepta est. ¶Iuxta Cinyphem fluuiũ/Capras esse inusitatæ magnitudinis docet Plynius. Vnde etiam Pontanus. Iure cui Marsi inuideant,& ipsi Cinyphes hirci. Politianus in Manto. Aspera Cinyphiæ carpant dumeta capellæ.

Cinyphs.

Fortunatę insulæ. ¶Capras optimi lactis feraces habent fortunatæ insulæ. Vnde Horatius. Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellæ, Refertq; tenta grex amicus vbera. ¶Callisthenes apud Volaterranũ testis est capras esse in parte Africę, villis tonsilibus, ex quibus Nautæ rudentes conficiant. ¶Capræ Syrię magnam vim lactis egerunt, vnde natum Adagium, Capra Syria. De eo, qui multam affert vtilitatem. ¶In regione Caspia nascũtur Caprę equi magnitudine/sine cornibus/colore albo, quę longo villo/ac mollicie lanis certãt Milesijs, vnde sacerdotes/& Caspiorum ditissimi vestes conficiunt. Nymphodorus apud Volaterranum testis est in Sardinia tantã esse caprarum multitudinem, vt earum pellibus pro vestimentis vtantur incolæ/conuersis introrsum hyeme villis, æstate vero auersis.

Africa.

Syria.

Caspia.

7 Corylis.

Auella. ¶Corylis (quæ sunt arbores nuciferæ) abundat vrbs Campaniæ Auella nomine, vnde nuces Auellanę dicũtur, quę & Põticę. Cato de re Rusti. Nuces caluas Auellanas/Prẽnestinas/& grẽcas.

8 Cupressis/& Cypariſſis.

Ida. ¶In Ida monte Phrygię multas esse Cupressos docet Plynius lib. 15. capi. 34. Et Mantuanus in Septembri, dicẽs. Nunc in Taygeto/Cupressifera vel in Ida Poma dabant epulas. Idem de Bello Veneto. Atq; Cupressiferæ strepitũ nemus horruit Idę. Plynius ait Cupressos in Creta optime nasci. Mantuanus in Epigram. Ida funebrem peperit Cupressum. ¶Cyllene mons Arcadię eadem ratione Cupressifera vocatur ab Ouid. lib. 5. Fastorum, vbi ait. Hæc enixa iugo Cupressiferę Cyllenes. Item Mantuanus libro tertio de Cala. Temp. Nec Cupressiferam Cyllenen aspicit Hermes. ¶Habet & Cupressos Erymanthus mons Arcadię. Ouidius in Epistola Deianyrę ad Herculem, vt Tegeęus aper Cupressifero Erymantho Incubat.

Creta.

Cyllene.

Erymãth⁹

Lycęus. ¶De Lycęo monte itidem Arcadię, Sidonius, Quantum non Cyparifer Lycæus, Quantum non nemorosa tollit Ossa.

Cyparyſſ⁹ ¶Cypariſſus ciuitas est in Parnaso iuxta Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen. Homerus apud Volaterranum.

Aſcalon. ¶Cipero arbore abundat Ascalon vrbs Iudęę/& Canopus hostium Nili/seu vrbs Aegypti. Nascuntur etiam Cupressi in Co insula, Authore Plynio.

Costo.

Costus

COſtus in fœmineo/ſeu Coſtum in neutro genere arbuſcula eſt quædã aromatica. Reperitur & in Maſculeo. Excellit autem Arabicus, albus exiſtẽs et leui pondere, probi odoris. Secundam laudem habet Indicus, qui leuis eſt. Tertiam Syriacus colore Buxeus/ odore graui. Pontanus libro quarto de Stellis. Sparge ſuper/nec parce Arabo redolentia Coſto Fundere dona manu. Lucanus libro nono. Et Thamarix nõ læta comis/ Eoaq; Coſtus. Laudatur & Perſicus, vnde Horatius libro tertio. Nec Phalernæ vites, Achæmeniũq; Coſtum. Plynius libro 12. capi. 12. ait optimum Coſtum reperiri in Patale Indorum inſula. De Arabio & aliis Pontanus libro ſecũdo Tumulorum. Pro viola Porrum/ Pro thure/atq; Arabe Coſto/ Cępa datur. Idem libro ſecundo de laudibus diuinis. Vre puer Coſtum Aſſyrium redolentibus aris. Idem in verſibus Lyricis. Indicum & Coſtum, Armeniq; felix Gramen Amomi. Arabia. India. Syria. Patale. Perſis.

Caſeis. 10

¶Lunæ vrbis Ethruriæ Caſeos commẽdat Martialis in Apophoretis, dicens. Caſeus Ethruſcæ ſignatus imagine Lunæ, Præſtabit pueris prandia mille tuis. Luna.

¶Apud Veſtinos Italiæ populos, Caſei quoq; fiebant laudatiſſimi Authore Plynio, & tanto quidem precio, vt carnium loco haberi poſſent. Martialis. Si ſine fruge voles ientacula ſumere frugi, Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit. ¶In Trebula agri Reatini oppido caſei itidẽ fiebãt optimi. De quib⁹ Martialis. Trebula nos genuit, commẽdat gratia duplex, Siue leui flamma/ſiue domamur aqua. Veſtini. Trebula.

Culicibus. 11

¶Ammianus lib. 18. At vbi (inquit) Solis radiis exarſerit tempus in regionibus, æſtu ambuſti, vapore ſyderis/ & magnitudine Culicum agitãtur, quorum agminibus per eas terras referta ſunt omnia. De Meſopotamia. Meſopotamia.

Cynnamis. 12

¶Cynnamum arbuſcula eſt aromatica odore præſtans, & ad vnguenta mire efficax, Frequens eſt autem in Panchaia. Ouidius libro decimo Meta. Sit dives Amomo, Cynnamaq;/ Coſtũq; ſuam/ſudataq; ligno Thura ferat, floreſq; alios Panchaia tellus. ¶Abundat & Arabia Cynnamo, vnde Seneca in Oedipode. Cynnamis ſyluas Arabum beatas vidit. Propertius libro tertio. Et Tyros Oſtrinos præbet Cadmęa colores, Cynnamon & multi paſtor odoris Arabs. Panchaia. Arabia.

¶Pangæus Thraciæ itidem. Claudianus de Nuptiis Honorij & Mariæ. Hic Caſiæ matura ſeges, Pangæaq; ſurgunt Cynnama. Pangeus.

¶Calami apti chartis ex Aegypto mittebantur, qui cognationem quandam cum Papyro habebant. Sed Gnydij ex Creta præſtantiores ſunt Authore Plynio/ q̃uis hoc Gnydo inſulæ Veneri ſacræ nonnulli tribuant. Naſcebantur item ad eundem vſum in Aſia ad Anethicum lacum. De Aegyptiis Martialis. Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus. Apuleius libro primo Meta. Modo ſi Papyrum Aegyptiam argutia Nilotici calami inſcriptam non ſpreueris. 13 Aegyptus Gnydos. Anethic⁹.

¶Nigri Aethiopum fluuio, eadem natura, quæ Nilo. Calamum & Papyrum & eaſdẽ gignit animantes, ijſdẽq; temporibus augeſcit. Author Plynius lib. 5. cap. 8. Nigris.

¶Calami Aromatici naſcuntur in India. Cõmendantur qui ſunt fuluo colore/ valde geniculati/ & vicoſi. Plynius ait ibidem reperiri calamos arboreæ amplitudinis. India.

¶Idem Author ait nullum eſſe Calamum ſagittis aptiorem, q̃ qui naſcitur in Rheno Bononienſi fluuio, cui plurima ineſt medulla. Commendantur & Cretici, & qui circa Aceſinem fluuiũ maxime naſcuntur. Vide Ply. ipſum lib. 16. cap. 17. Rhenus.

Cæra. 14

Hymett⁹. Hymettus mons Atticę / & Hybla Sicilię propter apum ibidem mellificantiū mul
Hybla. titudinem Cęra abundant. Quintianus in Cleopoli. Optima Cæra ſuum per rura
emittit odorem, Qualis in Actęo redolet flauiſſima campo, Vel qualem Siculas
memorant diffundere terras. Ouidius libro decimo Meta. Vt Hymettia ſole Cæra
remolleſcit, tractataq; pollice / multas Flectit in facies. Politianus in Ambra. Gau=
debat calamos Hyblæis iungere cæris. Martialis libro. 5. Quod Atticarum prima
Mantua. mella Cærarum. ¶ Pontanus in Eridano commendat Cęram Mantuanam, vbi ait.
Electro felix, felix Mantoide Cæra Eridanus.

15 Columbis.

Chaonia. ¶ Chaoniam partem Epyri, & Dodonam Chaonię ſyluam columbis abundare ſe=
quentia docent teſtimonia. Virgi. Quantum Chaonias dicunt aquila veniente co=
lumbas. Ouidius libro ſecundo de arte. Quaſq; colat turres, Chaonis ales habet,
Mantuanus libro primo Agelariorum. Dodonæaſq; columbas, Quæ hoſpitibus
Syria. reſponſa ferant. ¶ Vſus columbarum apud Syrios olim fuit prohibitus. Ideo illis in
locis tanta fuit earum copia. vt accedentiū mercatorū ora peruolarent. Tibullus li=
bro primo. Quid referā, vt volucres crebras intacta per vrbes, Alba Paleſtino ſan=
cta columba Syro. ¶ Tanta eſt apud Pęonios & Illyricos columbarum multitudo,
Pęonia. vt contra eas ordine militari in bellum exeāt, quēadmodum Magneſij / & Epheſij
Illyria. contra locuſtas.

16 Conchis & Conchilijs.

Lucrinus. ¶ Lucrinus Campaniæ lacus delicatiſſimas habuit conchas. Martia. lib. 5. Concha
Lucrini delicatior ſtagni. Idem lib. 13. Ebria Baiano veni modo Concha Lucrino.
Idem. Sed cui ſolus erit Concha Lucrina cibus. Horatius in Epodo. Nō me Lucri=
Bibaga. na iuuerint Conchilia. ¶ Bibaga Indię eſt inſula, quam Plynius lib. 6. ait Oſtreis &
Mare ru= Conchilijs eſſe refertiſſimam. ¶ Eſt & in rubro mari / Concharū multitudo. Vnde
brum. Politianus in Ambra. Donat Erithræis hęc plena monilia Conchis. Mirandula in
Hymnis. Sedula Conchę Donat Erithręæ nitidos ex orbe lapillos.

17 Cochleis.

Mare ru= ¶ Cochlea dicitur teſta Limacis / ſeu limax ipſa. Cochleas alit mare rubrū maximas
brum. et rubentes. Illyricis magnitudo pręcipua. Africanis fœcunditas. Balearicę naſcun=
tur in ſpeluncis. Laudatę etiam in inſulis Caprearum.

18 Cedris.

Libanus. ¶ Libanus mons Phœniciæ Cedris abundat. Ponta. in Stellis. Carmeliq; apices /
quin & Libanitida Cedrum. Sedulius lib. 4. Mirabilium diuinorum. Semper ha=
bens frondes, & tanq̄ Libana Cedrus Multiplicandus adeſt. Vbi primam dictio=
nis Libanus produxit. Quod imitari nollem. ¶ In Aegypto & Syria reges inopia
abietis / Cedro ad Claſſes feruntur vſi. Author plynius lib. 16.

19 Cycnis.

Cayſter. ¶ Cayſter fluuius eſt Lydię, Sardibus proximus / abundans Cycnis. Propertius li=
bro tertio. Si qua ve Olorigeri viſenda eſt ora Cayſtri. Ouidius libro quinto Tri=
ſtium. Vtq; iacens ripa deflere Cayſtrius ales, Dicitur ore ſuam deficiente necem.
Item politianus in Epigram. Haud equidem dubitem volucres ſuperare canendo.
Quas aluit campis vnda Cayſtra ſuis. Richardus Bartholinus libro decimo. Au=
Anglia. ſtriados. Purpureuſq; Aliacmon, Olorinuſq; Cayſter.
¶ Volaterranus in Geographia, vbi mores Britannorum deſcribit, ait. Cycnos ad
Tameſis ripam non minus quattuor milibus continuo nutriunt.

20 Chalybe.

¶ Norici

¶Norici incolæ ſunt Alpium, apud quos Authore Plynio laudabiles ſunt ferri & Chalybis fodinæ. Hinc Horatius enſem Noricum appellat, vt Bap. Pius Chalybē libro quarto Elegi. Noricus aut tenero ſtat tibi corde Chalybs. Norici]

Ceraſtis. 21

¶Ceraſtis ſerpentibus quadrigemina præferentibus cornua Lybiam abūdare, docet Lucanus lib. 6. dicens. Aut viuentis adhuc Lybicæ membrana Ceraſtæ. Lybia.

Chelydris. 22

¶Chelydrus ſerpens eſt, qui per terram ſe conuoluit, moraturq; tam in aquis/q̄ in terra. Frequens eſt autem in Calabria. Vnde Virgilius lib. 3. Georgi. Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis, Spuma cōuoluens ſublato pectore terga, Atq; notis longam maculoſus grandibus aluum. Calabria.

Coloſſis. 23

¶Coloſſi dicūtur grandes & corpulentæ ſtatuæ, quæ, antiquitus diis erigebantur. Prę̄cipuæ aūt magnitudinis fuerūt Rhodij/& ille omnium maximus, qui Soli ſacer habitus eſt, de quo in ſeptē orbis miraculis ſumus dicturi. Bap. Pius. Quiq; Coloſſicolam fertur adiſſe Rhodon. Quintianus in Cleopoli. Clara Rhodos proprium non amiſſura Coloſſum eſt. Rhodos.

Crateribus. 24

¶Iam docuimus q̄ta fuerit olim Corinthij æris præſtantia. Propterea Mantuanus libro ſecundo Parthenices Marianæ. Craterem vocat Corinthium dicens. Vbi pura pura cingit Vaſa Corinthiacis crateribus æmula. Corithus.

Citro. 25

¶Citrus arbor eſt frequnes in Atlante monte Mauritaniæ, qua precioſæ admodū mēſæ fieri cōſueuerūt. De his intellexit Politianns in Ruſtico, dicēs. Nec Mauruſiacos pulchræ teſtudinis orbes Delphica ſuſtentat. Et Luca. lib. 10. Dentibus hinc niueis ſectos Atlantide ſylua Impoſuere orbes. Et Martialis lib. 10. Et Mauruſiaci pondera rara Citri. Mantuanus in Epigrā. Barbaram Citrum precioſus Atlas, Ida funebrem peperit Cupreſſum. Plynius lib. 13. Atlanti confines ſunt Mauri, quibus plurima arbor Citri, & menſarum inſania. Mauritania. Atlas.

Cępis. 26

¶Cumas Cæpis abundare docet Columella libro decimo ſcribens. Quæ pariunt veteres Cępoſo litore Cumæ. Cumæ.

Colocaſia. 27

¶Colocaſia herba eſt Aegypto peculiaris. Vnde Martialis. Niliacū ridebis olus/ lanaſq; ſequaces, Improba quum morſu fila manuq; trahes. Aegyptus

Corruda. 28

¶Corruda herba eſt quædam ſylueſtris, qua ſuperioris Germanię campos refertos eſſe ſcribit Plynius lib. 19. Cap. 8. Germania

Carduis. 29

¶Volaterranus ait Carduos hiſpanos mirę magnitudinis eſſe, præſtātiſq; ſaporis. Plynius eos commendat, qui apud Carthaginem, & Cordubam naſcuntur. Hiſpania. Carthago

Cappari. 30

¶Capparis frutex eſt humi ſparſus, ſpinoſus/ hami inſtar/ naſcens in locis aſperis/ et grana habens mali punici granis ſimilia. Optimus aduehitur ex Alexandria. alexādria.

Conſerua. 31

¶Conſerua herba eſt a cōſeruādo nomen adepta, frequēs in fluminibus Alpium. Alpes.

Caſia. 32

¶Casía Herba est suauissimi odoris/& Cynnameæ virtutis. Nascitur autem in felici Arabia.

Arabía.

Cerasis.

33

Cerasus. ¶Cerasus Cerasuntis/oppidum est Pōti,quod a Cerasorū Arborum multitudine nomen suum traxit. Reperiūtur etiā in Lusitania & ripis Rheni,inquit Plynius.

Cotonis malis.

34

Cydon. ¶Cotoneis malis abūdat Cydon Cretę oppidū,a cuius noīe Cydonia aliter dicunt.

Cancris.

35

Phœnícia ¶Phœnícia Cancros habet litorales tantę velocitatis, vt vix comprẹhendí possint.

Cuniculis.

36

Baleares. ¶Plynius scribit tantam olim fuisse Cuniculorum in Balearibus insulis multitudinem,vt populatis/& corrosis messibus,famem incolis attulerint.

Calceamentis.

37

Sícyon. ¶Sícyon vrbs fuit inter Corinthum & Achaiam,in qua fiebant calceamenta, quæ in deliciis apud eos habebantur,qui cultui corporis studebant & elegantiæ.

Chrysocolla.

38

¶Chrysocolla humor est in puteis,per venam auri defluens,Laudatior autem habetur in Aurariis Cypri. Laudatissima est in Armenia/Secūda in Macedonia/Largissima in Hispania,inquit Plynius.

Cyprus.

Cotícula gemma.

39

¶Cotícula gemma est,arguens cuiusmodi/& q̄ purum sit aurū. Aliter Heraclius/ seu Lydius dicitur. Reperitur in flumine Tmoli Armeniæ.

Tmolus.

Carbunculis.

40

¶Carbunculus lapillus est, ignis fulgorem proferens. Laudatissimus aduehitur ex India,licet Carthagine & Massylliæ reperiatur.

India.

Calce.

41

Tybur. ¶Volaterranus ait in Tybure oppido ingentes esse fornaces, vbi Calx effoditur.

Cotono.

42

¶Cotonum verbo Gallis peculiari,est lana/seu lanugo tenuissima,mollicia/& candore excellens,qua delicatæ vestes Aegyptijs sacerdotibus quondam fiebant. Aliter Gossipiū vocatur. Nascitur in Calabria. In insula item Maltha prope Siciliam. Sed optimum venit ex Syria.

Calabría.
Maltha,
Syría.

Carpionibus.

43

Bænacus. ¶In Bænaco lacu (quem ab Anguillarum multitudine commendat Plynius)nūc frequentes inueniri Carpiones testis est Volaterranus.

Cocco.

44

¶Coccus pro purpura sumi solet. Vnde vestes Coccinę. Martialis Coccina famosæ donas/& Ianthina mœchæ. Quintilianus libro primo. Nondum verba exprimit,& iam Coccum intellígit. At Coccum in neutro genere granum est/seu frutex, quo fullonum tinctura conficitur. Nascitur optimum in Asiæ partibus. Nunc omnium optimū e Valentia Hispaniæ oppido aduehitur. Est & Eliberis vrbs Hispaniæ,quæ ab eius grani copia,Granata dicta est,

Asía.
Valentía.

Chalbana.

45

¶Chalbana frutex est odoratus/seu liquor ferulæ/ Thuris specie Metopion aliqui vocant. Reperitur in Syria.

Syría.

Cercopythecis,

45

¶Cercopythecí animalia sunt de genere Simiarum,cauda quinum cubitorum/Barba propensa

ba propenſa / coma humana / alba facie / Reliquo corpore nigrantes. Verſantur in montibus Indiæ apud Taxilam ciuitatem copia quidem tanta, vt Alexandro illac tranſeunti/terrorem incuſſerint. Taxila.

Callitrichibus.

¶Callitriches etiam ſunt de genere Simiarum. Barbam habent in facie, & lata ſunt cauda, neq; viuunt in altero/q̃ Aethiopico ſolo. 47

Cynoproſopis. Aethiopia

¶Cynoproſopi animalia ſunt eiuſdem fere ſpeciei/capite/dẽtibus/ac pelle canibus prope ſimiles/hominibus reliqua. Reperiuntur in deſertis Indię Aethiopiã verſus. 48

Catoblectis. Aethiopia

¶Catoblectum Africa gignit/tauro prope ſimilem/aſpectu terribilem/ſupercilijs altis/extantibus oculis/in receſſu ſanguineis & in terrã ſemper depreſſis/iuba equina, quam ad certamen erigit. 49 Africa.

Chenalopœcibus.

¶Chenalopœx auis eſt minor Anſere/ex Vulpis & Anſeris forma Aquilę & Feli inimicus, fœtum mira cõplectens charitate. Plynius ait hanc auem frequentem eſſe apud Britannos in menſarum delicijs. 50

Cinnamulgis. Britannia.

¶Cinnamulgus auis eſt in Arabia, quę in ſurculis ſui nominis ædificat. 51

Cephalis piſcibus. Arabia.

¶Cephalus piſcis eſt, a cuius frequẽtia Cephalenides inſulæ iuxta Actium oppidum nomen traxerunt. 52 Cephalenides.

Cytharœdis piſcibus.

¶Cytharœdum piſcem habet mare rubrum, cui inde nomen datum, q̃ a cauda ad verticem lineas habeat inſtar neruorum muſici inſtrumenti diſtentas. 53 Mare rubrum.

Coronis.

¶Elis vrbs fuit Grecię, prope quã celebrabãtur ludi Olympici, variiſq; coronis donabantur pugiles/& Athletæ. Seneca in Troade. Pharin/an Piſam Iouis & Coronis Elida claram. 54 Elis.

Caſtaneis.

¶Habẽt Petragorici Gallię Aquitanicę populi tantã Caſtanearũ & glandiũ multitudinem, vt earũ arboribus & ſyluis plena ſit regio, quibus porcos pinguefaciũt & ſaginant. Laudatiſſimis Caſtaneis patria Tarentum, & in Campania Neapolis. 55 Petragorici.

Cetis piſcibus.

¶Plynius lib. 32. ſcribit Cetos ſexcentorum pedum longitudinis / & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe. 56 Africa.

¶Coracini piſces peculiares ſunt Nilo. ¶Ceruſam habet Rhodus. Cotes Tayget9 et Creta. ¶Cryſtallũ India. ¶Cylindros gẽmas India. ¶Coralochatem Creta & Oetha. ¶Cacopyritẽ gẽmã Cappadocia. ¶Choaſpitẽ Choaſpes. ¶Cytiſum herbã Cyclades. ¶Capprificos arbores Cea inſula. ¶Cucumeres Africæ copioſiſſimi ſunt & grandiſſimi. Precipui naſcuntur in Arabia/mox Cyrenis. In Arcadia ſimiles Heliotropio. ¶Ciminum herbam habet Aethiopia. Coriandro abundat Aegyptus. Camelos inter armenta paſcunt Orientales. Author Plynius. 57

¶Loca diuerſis rebus abundantia. ¶De litera D.

DRaconibus, Maſſyllia/India/Aethiopia. 1
¶Diſciplinis, Athenæ 2
¶Diuitijs, Syracuſæ/Rhodos. 3

4 ¶Dictamo, Ida.
5 ¶Dipsadibus, Garamantes/Lybia/Arabia.

¶Draconibus.

1 FRequentes sunt in Massyllia Africæ Dracones, pui propterea Massylli dicuntur a poetis, Pāphilus Saxus. Aurea massylli vincunt, quę poma Draconis, ¶India fert Dracones tantæ magnitudinis, vt Elephātes (quibuscum certant) circūflexu facili ambiant, nexuq; nodi præstringant. Author Plynius lib. 8. cap. 11. Apuleius lib. 11. Hinc dracones Indici, Inde Gryphes Hyperborei.

Massyllia
India.
Aethiopia

¶Generat Dracones Aethiopia, Indicis pares/vicenum cubitorū. Asachei quoq; populi sunt in Aethiopia, apud quos maxime nascuntur, ita vt Cratiū modo impliciti erectis capitibus velificent ad meliora pabula Arabiæ. Author idem Plynius.

Disciplinis.

2 ¶De Athenis Cicero lib. 1. de Oratore. Atq; vt omittam Græciam & illas omniū doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis, & inuenta/& perfecta est. Vnde & Ouidius in Epistolis, Atq; aliquis doctas iam nunc eat (inquit) Athenas,

Athenæ.

Diuitijs.

3 ¶Fama est Syracusanos opibus olim adeo creuisse, vt sequenti prouerbio fecerint locum. Vobis ne decima quidem Syracusanorum adest, quum diuites alloquimur. Est & aliud argumentum miræ eius vrbis opulentiæ, q; die quodam/terrestrem & maritimum contraxerit exercitū. ¶Non aliam ob causam poetæ fingunt Imbrem aureum olim in Rhodum pluisse/q̄ ob immensas eius vrbis diuitias. Quintianus in Cleopoli. Sit fertilis auro Magna Rhodos, quondam descenderit aureus imber In Rhodon. Marullus. Non Salamis/non clara suo Rhodos aurea Phœbo.

Syracusæ.
Rhodos.

Dictamo herba.

4 ¶Dictamus/seu Dictamum herba est, qua lacerti cum serpētibus pugnaturi se refouent. Frequens est autem in Ida mōte Cretæ. Virgilius libro. 12. Dictamum genitrix Cretęa carpit ab Ida.

Ida.

Dipsadibus serpentibus.

5 ¶Dipsas serpens est minor vipera, qua demorsi, feruescunt siti, & tandem emoriū tur. Frequēs est apud Garamātes. Vnde Syllius lib. 13. Quippe atro rapidas efferuescente veneno Dipsadas/immensis horrent Garamantes arenis. Reperiūtur etiā in Lybia/& Arabia.

Garamātes.
Arabia.

¶Loca diuersis rebus abundantia.

¶De litera E.

1 EQuis Argos/Thessalia/Astruria/Agragas/Bilbilis/Nisęus/Elis/Argęus/Olysipus/Scythia/Nesi/Irlandia/Satrianum/Tunis.

2 ¶Elephātibus, Corsellæ/Africa/Sala/Tingitana/Aethiopia/Lybia/Getulia/India/Marmarica/Taprobane/Troglodytæ.

3 ¶Ebore, India/Assyria.
4 ¶Echinis piscibus, Misenus.
5 ¶Electro, Electrides/Aethiopia.
6 ¶Ebeno, Aethiopia.
7 ¶Eruca, Hispania.
8 ¶Exocœtis piscibus, Arcadia.
9 ¶Exercitu, Meroe.
10 ¶Alijs rebus, alia quædam loca.

Equis.

¶Equis. 1

ARgos ab equorum præſtantia commendat Horatius libro. 1. Car. dicens. Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicet equis Argos / diteſq; Mycenas. Marullus. Non Ithace / prænobile equis non Argos alendis. Argos

¶Equo pugnare, Theſſalorum eſt inuentum. Et primum in Theſſalia equi vſus repertus eſt. Lucanus. Theſſalicus ſonipes / bellis feralibus omen. Antiquitus prima laus fuit equarum Theſſaliæ. Hinc adagium Eraſmo poſitum. Decernitur equa Theſſalica, De ſummo præmio. Cęſar equorum Theſſalię / in tauros dimicantium / eoſq; perimentium ſpectaculum Romę exhibuit. Strabo quoq; ait Theſſaliam paſcendis equis eſſe commodiſſimam, qui Arcadicos et Epidauricos maxime prȩcellant. Theſſalia

¶Aſturia vrbs Hiſpanię equos habuit (qui tollutarij dicũtur) greſſus molliter glomerantes / alterna crurum explicatione. Syllius. His paruus ſonipes / nec Marti notus, at idem Au inconcuſſo glomerat veſtigia dorſo, Aut molli pacata celer trahit Eſſeda collo. Martialis. Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues, Venit ab Hiſpanis gentibus Aſtur equus. Aſturia

¶Agragas / ſeu Agrigentum Siciliæ oppidum / habuit optimos equos. Virgilius libro tertio. æneid. Arduus inde Agragas oſtentat maxima longe Mœnia, magnanimum quondam generator equorum. Agragas

¶De Bilbili Celtiberiæ ciuitate. Martialis. Videbis altam Liciane Bilbilim Equis et armis nobilem. Biblis

¶Niſęus mon eſt in Mœdia, in quo pulcherrimi itidem naſcũtur equi. Niſęus

¶De Elide Græcię vrbe, Sidonius. Non hic Elida nobilem quadrigis. Propertius libro primo. Et quas Elis opes ante pararat equis. Tibullus. Qui prior Elæo eſt carcere miſſus equus. Virgilius. Eliadum palmas Epyros equarum. Elis

¶De Argæo Cappadociæ monte Claudianus libro ſecundo in Ruffi. Volucrumq; parẽs Argæus equorum. Argæus

¶In Olyſippo Hiſpaniæ vrbe / equæ venerem ſibi figuramtes, hauſto Fauonio dicuntur concipere. Olyſippꝰ

¶Equis abundat Scythia / Aſinis carens propter immenſum frigus. Sunt in eadem regione populi / equorum carnibus veſcentes, quos Ptolemæus Hippophagos vocat. Scythæ (inquit Plynius) equitatus et equorum gloria ſtrepunt. Scythia

¶Neſi populi ſunt in Scythia Europæa optimis quondam equis abundantes, quibus reges vtebantur. Neſi

¶Irlandrię regio equos habet vectorios præcipua bonitate, quos vbinos vocant, celeriores Anglicis. Irlãdia

¶De Satriano vrbe Appuliæ, Horatius. Me Satrianæo vectari rure cabello. Satrianũ

¶Tunis vrbs Africæ, habuit præſtãtes curſu quos barbaros vacãt, quales in Maſſyllia / Numydiaq; paſſim reperiũtur. Ex Tyrrheni maris inſulis / prȩſertim Corſica et Sardinia / adducũtur breues admodũ, ſed animo generoſo atq; audaci ingreſſu et irrequieto. Ex Germania grauiores, q̃ Succuſſarii dicũtur Feſto / Nonio Tortores / Plauto Cruciantes. Herodotꝰ ſcribit i Paremitana regione Aegypti equos eſſe fluuiales / vngulis bouinis / ſimo naſo / equina iuba / eminentibꝰ et cancellatis dentibꝰ / fulgida cauda / magnitudine maxime tauri / craſſo corio. vt ex eo arefacto fiãt pila miſſilia, Idem ait circa Mȩotis paludem (vnde profluit Hypanis) equos eſſe ſylueſtres et candidos. Tunis / et alia loca.

Elephantibꝰ 2

¶Corſellę oppidum eſt in Africa, vbi prægrandes ſunt Elephanti, quorum etiam multitudo eſt in tota fere Africa, Authore Plynio. Sala quoq; oppidum Mauritanię, greges habet plurimos Elephantum. Plynius de Tingitania Africę prouincia ſcribens, Ipſa (inquit) prouincia ab Oriente montoſa fert Elephantes. Herodotꝰ in Thalia ait Aethiopiam terrarum habitatarũ vltimam vaſtos ferre Elephantos, Corſellæ Africa Sala Tigitania æthiopia

Lybia prominentibus vtrinq; dentibus. ¶Lybia, Syllius Lib. 3. Belua nec retinet tardante
India Lybissa timore. ¶Plynius scribit in India gentem esse, cuius rex quadraginta milia
Elephantorum in armis habeat, Alios item ibidem esse populos Palybotros nomi
ne, qui Elephantorum nouem milia regi suo per omnes dies stipendientur. Vnde
(inquit ille) coniectatio ingens opum est. Idem Lib. 8. scribit. Indicum Elephan=
tum Afri pauent, nec contueri audent. Nam & maior Indicis magnitudo est. Sunt
& alij populi Oraturæ, quorum rex habet decem milia Elephantorum. Automelæ
oppidi rex Elephantes habet, 1600. Pauperior Charmorum rex Elephantos. 60.
Pandi gens sola Indorum regnata fœminis, quingentos habent Elephantos. Galte
rus Lib. 1. Alexandreidos. Nobilium multa regionum laude superbit, Hæc diues
gemmis/Elephantibus India barrit. Hinc decenti Epitheto poetæ Indicum vocãt
Elephantem. Martianus Capella, Indicos (inquit) Elephantos organica permulsos
Marmari detineri voce compertum. ¶Habet Marmarica regio Africæ Elephantos. Sido=
ca. nius. Non si quas eboris trabes refractis Rostris Marmarici dedere Barri.
Taproba= ¶Onesicritus apud Plynium Lib. 6. testis est Elephantos in Taprobane insula ma
ne iores bellicosiores q; q̃ in India gigni. ¶Troglodytæ cõtermini Aethiopiæ/solo
troglodytę Elephantum venatu nutriuntur.

3 Ebore

India ¶India. Virgilius. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Claudianus. Vobis ru
bra dabunt preciosas æquora pompas, Indus ebur/ramos Pachaia/vellera Seres.
Horatius libro primo Car. Non aurum/aut ebur Indicum. Marullus, Perlucebat
aquis/quale ebur Indicum Inclusum tenui vitro. Ouidius. Sectile delicijs India prę
bet ebur. ¶Assyria, Idem Ouidius libro secundo Eleg. Mæonis Assyrium fœmi
Assyria na tinxit ebur.

4 Echinnis piscibus.

Misenus ¶Frequentes esse iuxta Misenum promontorium Echinnos, docet Horatius lib. 2.
Ser. dicens. Miseno oriuntur Echinni, Pectinibus patulis iactat se molle Tarentũ.

5 Electro.

electrides ¶Electrides Mœsię sunt insulæ (quas alij Glessarias vocant) dictæ, q̃ in his pro=
ueniret succinũ, quod illi Electrũ vocãt. Gignitur etiã in Aethiopia,

6 Ebeuo.

Aethiopia ¶Ebenum arborẽ nigri coloris, itidẽ habent Aethiopes,

7 Eruca,

Hispania. ¶Eruca herba est Venerem excitans. Vnde Ouidius de Remed. Nec minus Eru=
cas iubeo vitare salaces. Colu. libro. 11. Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos.
Frequens est in Hispania.

8 Exocœtis piscibus.

Arcadia ¶Exocœtus piscis est in siccum somni causa exiens. Hunc habet Arcadia.

9 Exercitu

Meroe Quo tempore Aethiopes rerum potiebantur, Meroe insula ducenta armatorũ mil
lia regi suo suppeditabat.

10 Aliis rebus

¶Eupatoriam herbam mittit Arcadia, ¶Euphorbiam Atlas, Eumetridem gem=
mam Lesbos, ¶Equos pennatos Aethiopia.

¶Cornucopiæ Rauisii
TEXTORIS,
¶De Litera F.

Formicis,

FOrmicis, India/Dardæ/Aegyptus, 1
¶Frumentis, Cremona/Sicilia/Betica/Babylonia/Eleusis/Africa/Appulia/Garganus/Morauia. 2
¶Frugibus, Sicilia/Italia/Africa/Hispania/Sardinia/Aegypt⁹/Fortunatæ insulæ Pyrasus/Aroa/Thracia. 3
¶Fructibus, Atlas/Campania. 4
¶Fagis, Chios. 5
¶Feris, Syluæ Maurítaniæ/Scythia. 6
¶Ferro, Chalybes, Norici/Melita/Bilbilis. 7
¶Fundis, Baleares. 8
¶Fauis, Hybla/Hymettus/Pelignum/Germania. 9
¶Floribus. Cilicia/Enna/Saba/Aetna/Hybla/Paphos Turia/Cyrene/Samos. 10
¶Fabis. Burcana. 11
¶Fraxinis. Ida/Cos. 12
¶Ficub⁹, Thessalia/Fortunatę/India. 13
¶Figulinis officinis, Pythecusa 14
¶Fontibus, Ida/Tomarus. 15
¶Flammis, Vesæuus. 16
¶Felibus, Tartessus. 17
¶Fluminibus, India. 18
¶Ferulis, Aegyptus. 19

Formicis. 1

IN solitudine Indiæ arenosa/formicę gignuntur canum quidem magnitudine minores, Vulpium vero maiores. Earum nonnullæ apud regem Persarum visuntur in venatu captæ, inquit Herodotus, Aurū e cauernis ibidem eruunt. Propertius Lib. 2. Inda cauis aurum mittit formica metallis. ¶Apud Dardas Indorum populos mons est triū millium stadiorum ambitu, & subeo aurifodinæ, in quibus formicæ vulpibus non minores aurum effodiunt. ¶Plynius Lib. 11. scribit in Aegypto formicas esse magnitudinis luporum. India Dardæ Aegyptus

¶Frumentis. 2

¶Cremona frumenti ferax est. Vnde Mantuanus. Et frumentiferæ cultissima rura Cremonæ. Plynius scribit Siciliam et Beticam frumenti adeo fœcundas esse, vt aristas centum granorum egerant. ¶De Babylonia, Herodotus in Clio. Hæc regio inquit, omnium (quas vidimus) optima est dumtaxat ferendo frumento. Nam in arboribus ferendis/vite/olea/nequaq̄ de principatu contendit. Cereris autem fructu procreando, adeo ferax est, vt nunq̄ non fere ducena reddat. Et vbi præstans bonitate se vincit, etiam ad tricena quaternum fere digitorum latitudine triticeis atq; hordeaceis foliis. ¶Frumentifera etiam est Eleusis vrbs Atticæ. Mātuanus in Dionysio. Misit & altricem frugum Cerealis Eleusim. Cremona Sicilia Betica Babylonia Eleusis

¶Africa. Horatius Libro secundo Ser. Frumenti quantum metit Africa. Idem Li. 1. Car. Quicquid de Lybicis verritur areis. ¶Appulia. Idem Horatius Lib. 3. Car. Qz̄ si quicquid arat impiger Appulus, Occultare meis dicerer horreis. Africa Appulia

¶Gargarus mōs/seu Gargara in plurali. Ouidi. Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos. Seneca in Theb. Hinc grata Cereri Gargara/& dives solum. Gargarus

¶Morauia regio Bohemię vicina/pabulo frumento/& pecore abundat. Morauia

Sicilia ¶Siciliam frugibus esse fœcundissimam constat. Stroza' pater. Aruaq; frugiferæ pinguia Sicanię. Hinc orta est fabula de Cerere, quę ibidem fruges/ & modum arã dę terræ commonstrasse dicitur. Et Cicero Siciliã horreum populi Romani vocat,

Italia quæ sæpe maximos pauerit exercitus. ¶Strepit etiam hac vbertate Italia. Virgili⁹ Lib. 2. Geor. Salue magna parens frugum Saturnia tellus. Plynius Lib. 3. Capit. 5. Italiam vocat terram omnium rerrarum alumnam.

Africa ¶Idem lib. 5. de Africa loquens, Ita (inquit) appellatur regio fertilitatis eximiæ/ cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Horatius libro tertio Car.

Hispania Fulgentem imperio fertilis Africę, ¶Hispania. Martianus Capella. Europæ (inquit) lumen Hispaniæ contributum/ fertili frugum/ opimæq; prouinciæ/ metallorum auriq; fœtura/ & meri marmoris/ gemmarumq; muneribus prædicandæ.

Aegyptus ¶Sardinia. Claudian⁹. Humanæ speciem plantæ se magna figurat Insula, Sardiniam veteres dixere coloni, Diues' ager frugum. Bap, Pius. Quum tu Sardiniæ feracis agros/ Et pingues segetum vales aceruos Gargani superare nunc remoti.

Fortunatę ins. ¶Plynius Libro vicesimoprimo Capite. 15. scribit Aegyptum frugum esse fertilissimã. Vnde Priscianus seu Rhemnius in Dionysij Geographia. Hinc Nilus currens ad partes flumine pingui/ Fertilis ægypti terras fœcundat opimas.

Pyrasus Aroa ¶De Fortunatis insulis, Horatius in Epodo. Petamus arua/ diuites et insulas, Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis. ¶Homerus scribit templum Cereris fuisse in Pyraso vrbe Phthię/ propter copiam frugum' ei⁹ loci. ¶Aroa vrbs Achaię nomen sumpsit ab Aratro, q̃ sit pariter ferax frugum. ¶Est fertilis Thracia frugũ & frigore, & æstibus/ vt Africa & Aegyptus, inquit Plynius.

Fructibus

4

Atlas ¶Plynius libro. 5. scribit Atlantem Mauritaniæ montem/ opacum nemorosumq; esse/ & scatebris fontium riguum/ qua spectat Africam/ Fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunq̃ satietas voluptatibus desit.

Cãpania ¶Cicero de lege Agraria contra Rullum. Campania (inquit) semper superbit bonitate agrorum/ & magnitudine fructuum/ salubritate aeris/ & pulchritudine regionis. ¶Viuaresiũ Viuaresium prouincia est superior linguæ Oxitanę/ Rhodano contermina/ qua prospicit Orientẽ/ terra quidem montosa/ ruentibusq; impetu miro torrentibus vbiq; irrigua, frequens & velut turrita montium multitudine/ preter cęteras Gallię partes. Quod tamen de bonitate, & fertilitate loci nihil adimit, immo vero auget inusitata quadam natura. Nam vt acepi ab honestissimo, & doctissimo viro/ verborumq; non prodigo GEORGIO BERNARDO eius loci indigena, illustrissimęq;/ & a Troianis Oriundę Turnonum familię domestico, terra ipsa tanta rerũ omniũ fœcunditate excellit/ vt genuinis opib⁹ cõtenta, alienarũ merciũ nihil idigeat. Nã (q̃d ẽ p̃cipuũ) vina ꝓfertt laudatissima omniũq; laudib⁹ neminereclamãte longis interuallis anteferenda. Qua parte respirit Occidentem/ montes habet/ electissimis raraq; bonitate Castaneis refertissimos. Omnium præterea pomorum/ nucum et aliorum hoc genus fructuum adeo ferax, vt nec pyra Calabrię nec hortos Hesperidum/ nec Phęacum/ pomaria conferre liceat. Granis/ herbis/ floribus/ violis fructicibus intantum fœcunda/ vt in ea pingenda, omnibusq; dotibus ornanda, vires suas exercuisse natura videatur. Vbertatem et copiam leguminum si videres, rapereris in admirationem, tibiq; iucundum esset istic relicta patria exulare. Nec immerito Viuaresium a vita aut viuariorum multitudine nomen meruit. Habet enim leporaria, Ornithones, Auiaria, et cętera, quę villaticam decent pastionem. Ei loco nunc preęst. D. Claudius de Turnone antistes populi eiusdem meritissimus/

ritiſſimus/doctiſſimuſq; literarum/& amantiſſimus/terrę ſuę fertilitatem/morũ et virtutum multitudine referens/ſcelerumq; tribulos et vrticas a grege ſuo opere et verbo euellens,quem viri permota ſanctitate,Anna Ludouici duodecimi vxor et Gallorum regina,Elemoſinarium ſibi conſtituit,q; ſciret hominem ip̃m ſuapte natura liberalẽ eſſe,et ꝓpenſa in pauperes cõmiſeratione et pietate.

Fagis

5

¶Plynius Libro decimoſexto ſcribit ex Cornelij Alexandrini teſtimonio, dulciſſimas eſſe fagos in Chio inſula, earumq; glandibus obſeſſos ibidem homines diu duraſſe. Chios

Feris

6

¶Polybius apud Plynium prodit/ab Atlante Occaſum verſus/ ſaltus eſſe plenos feris,quas generat Africa. ¶Scythia regio feris abundat,propter ſolitudinem hominum eius regionis,qui nullis certis ſedibus vtuntur,ſed vagi feruntur in plauſtris. Vnde et Scytharum ſolitudo tranſiit in prouerbium. Maurita-nia

Ferro

7

¶Chalybes populi ſunt in Ponto/prope Thermodoontem,qui optimo abundant ferro. Virgilius libro. 1. Geor. India mittit ebur/molles ſua thura Sabęi/ At Chalybes nudi ferrum. ¶Norici Alpium populi/ venas ferri laudabiles habuerũt. Hic Horatius enſem vocat Noricum/dicens. Quas neq; Noricus Deterret enſis. Idem in Carmine Seculari. Modo enſe pectus Norico recludere. ¶Melita quoq; Siciliæ inſula præſtantes habet ferri fodinas. ¶Bilbilis fluuius eſt Hiſpaniæ,apud quem optima ferri temperatura fiebat. Hinc Horatius libro primo Car. Loricas vocat Iberas/dicens. Quũtu coemptos vndiq; nobiles Libros Paneti/et Socraticam domũ Mutare loricis Iberis/ Pollicitus meliora/tendis. Chalybes Norici Bilbilis

Fundis

8

¶Baleares duæ ſunt inſulæ in mari Hiſpano,apud quas vſus fundę repertus eſt/ et adeo celebratus,vt matres filios ſuos aliis auibus olim veſci non paterentur, niſi q̃s funda fuiſſent adepti. Florus,Cibum (inquit) puer a matre non capit,niſi quid ipſa monſtrante percuſſerit. Lucanus libro primo. Et torto Balearis verbere fundæ Ocyor. Plynius libro tertio Baleares (inquit)funda bellicoſas/ Greci Gymneſias dixere,Virgilius libro primo Georgico. Stuppea torquentur Balearis verbera fundę. Statius libro decimo. Roboraq;/et grauidas fundę Balearis habenas. Ouidius libro ſecundo Metamorpho. Non ſecus exarſit,q̃ quum Balearica plumbum Fundat iacit. Et libro quarto. Tantum aberat ſcopulis,q̃ tum Balearica torto Funda põt plumbo medij tranſmittere cœli. Baleares

Fauis.

9

¶Fauis abundant Hybla et Hymettus. Syllius libro decimoquarto. Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymettum, Audax Hybla fauis. Claudianus. Hyblęos latebris nec ſpoliat fauos. Faui cęra ſpectabiles reperiũtur in Pelignis/Sicilia/Creta Cypro/ Africa. Plynius ſcribit viſum in Germania octo pedum longitudinis fauum. Hybla Hymett⁹.

Floribus

10

¶Cilicia. Statius libro ſecundo Syl. Quid Cilicum flores,quid munera graminis Indi? ¶Enna vrbs Sicilię. Stroza pater. Non tu floriferis in odoræ vallibus Ennę. ¶Saba. Statius libro quinto Syl. Ver Arabum/Cilicumq; fluit/floreſq; Sabęi. ¶Aetna. Auſonius. Qualis floricoma quondam populator in Aetna. ¶Hybla. Ouidius libro quinto de Triſt. Florida q̃ multas Hybla tuetur apes. Cilicia Enna Saba Aetna Hybla

Martíalis Li. ſecundo. Florída per varíos vt píngitur Hybla colores. Mantuanus de ſacrís díebus. Olfacere Hybleos flores/ & Hymettía prata.

Paphos ¶Paphos. Crínítus. Seu tu floriferam concelebras Paphon.

Turía ¶Turía fluuius Hiſpaníę. Claudíanus, Floríb⁹ & roſeís formoſus Turia rípís.

Cyrenæ ¶Plynius Lí. 21. ſcribit Cyrenís ſemper flores eſſe laudatíſſímos. ¶Tritū Adagiū

Samos eſt apud Eraſmum. Samíorum flores, vbí quís extremam decerpit voluptatem, q̄ ea inſula florum vbertate claruerit.

Fabís

11

Burcana ¶Plynius Lí. 4. aít Burcanam inſulā eſſe Ponti, quę Fabaría dícatur Latínís/a multitudine frugís inibí ſpōte ꝓuenientis. Eſt aūt inſula Oceaní ſeptentrionalís

Fraxínís

12

Ida ¶Ida mons Fraxínis abundat tantæ bonítatís, vt Cítro ſínt ſímíles/ & ablato corticę plęrūq; ementes decípíant. Naſcunt & in Co inſula/ Authore Plynio.

Fícubus.

13

Theſſalía ¶Pluríma fícus exít in Theſſalía et Macedonía/teſte eodem Lí. 16. ¶Horatíus ín

Fortunatę Epodo aít Fortunatas inſulas abundare fícubus/ſcríbens. Suāq; pulla fic⁹ ornat arínſ. borem. ¶Credíbíle eſt maxímas eſſe fícus Indię/ & valde ſpacioſas, quū ſub ea=

India rum vna turmæ condantur equítum.

Fígulínís offícínís

14

pythecuſa ¶Pythecuſa, Authore Plynío lí. 3. dícta eſt non a Símíarumm multítudíne, ſed a fígulínís. Pythos enim dolíum dícítur.

Fontíbus

15

India ¶In Ida monte multí ſunt fontes. Ex quorum duobus Scamander, & Símois ſcaturíunt. Ouidíus lí. 2. Meta, Et tum ſícca/ pri⁹ creberríma fontíbus Ida. Thomas Radínus. Ida multífons/ Cyzícum Romanís honora. Propterea aquoſam eam vocat Horatíus Li. 3. Car dícens. Qualís aut Nireus fuít, aut aquoſa Raptus ab Ida. Ouidíus Li. 6. Faſt. Nec quas Príamídes ín aquoſæ vallíbus Idæ Contulít,

Tomarus ¶In Tomaro monte Epyrí centum eſſe fontes docet Plynius líb. 4. Tomar⁹ (ín quít) mons centum fontíbus círca radíces Theopompo celebratus,

Flammís

16

Veſęuus ¶Veſæuus mons Campaníæ/ flammas quandoq; proiecit. Mantuanus ín Brixía. Et quę flammíuomí pariunt arbuſta Veſęuí.

Felíbus.

17

Tarteſſus ¶Tarteſſíí populí ſunt in Ibería, apud quos Feles maxíme naſcí dícuntur. Vnde natum Adagium. Feles Tarteſſía.

Fluminíbus.

18

India ¶In India míra eſt fluminum vaſtítas. Proditur Alexandrum magnum, nullo díe mínus ſtadía. 600. nauígaſſe in Indo fluuio, nec potuíſſe ante menſes quinq; enauígare/ adiectís paucís díebus. Et tamen mínorem Gange eſſe conſtat. Megaſthenes apud Plynium ſexaginta eíus amnes prodít.

Ferulís

19

Aegyptuſ ¶Ferulas ín Aegypto præcellere ſcríbít Plynius lí. 13. Ca. 22.

¶De Lítera G.

1 GAllínís, Africa/ Gallínaría.

2 ¶Gemmís. Taprobane/ India/ Erithra/ Idaſpes/ Garamantes/ Mare rubrum.

3 ¶Glandíbus, Dodona.

Gruibus,

¶Gruibus, Strymon/Biſton, 4
¶Gazis, Perſis. 5
¶Gryphibus, Hyperborei, 6
¶Gobiis, Venetiæ. 7
¶Glanijs, Glanius. 8
¶Gruibus piſcibus, Mare rubrum 9
¶Galgulis auibus, Peloponnenſus. 10
¶Graculis, Veneti. 11
¶Glaſco, Britannia. 12
¶Glaucione herba, Syria. 13
¶Gagate gemma, Lycia. 14
¶Gypſo, Tymphus. 15
¶Alijs rebus, quędam alia loca. 16

Gallinis 1

VArro Libro tertio de Re Ruſtica Gallinæ inquit, Africanę ſunt grandes, quas Meleagrides appellant Greci. De his loquitur Statius Libro primo Syl. dicens. Quas vdo Numydę legunt ſub auſtro. Et Martia. Anſere Ro q̃uis ſatur Annibal eſſet, Ipſe ſuas nunq̃ barbarus edit aues. Horatius in Epodo. Non Afra auis deſcendat in ventrem meum/Non Attagen Ionicus iucũdior. Suetonius in Caligula. Hoſtiæ erant Phœnicopteri/*Pauones/Tetraones/Numydicæ/Meleagrides. ¶Gallinaria inſula eſt in mari Liguſtico/nomen inde ſortita, q; Gallinis abundet. Aelianus apud volaterranum teſtis eſt Meleagrides eſſe in Lero inſula, quas fabula vult Meleagri Oenei filii natas/luctu patris in aues fuiſſe conuerſas. Africa. gallinaria. Leros

Gemmis 2

¶Plynius Libro ſexto ait in Taprobane inſula aurum & argentum eſſe in precio/Marmor teſtudinis ſimile, Gemmas/Margaritaſq; in honore multo pręſtantiores. ¶India variis abundat gemmis. Sabellicus. Cernere erat, quicquid gemmarum prodiga mittit India, quicquid opum pelago ſcrutatur Erithra. Propertius lib. 2. Indica quos medio vertice gemma tenet. Seneca in Hyppolyto. Nec niueus lapis Deducat aures, Indici donum maris. Stroza pater. Quid iuuat in nitidis Indica gẽma comis? ¶Erithra rubri maris inſula. Claudianus. Talis Erithreis intextus Nebrida gemmis Liber agit currus. ¶Idaſpes fl. Claudianus. Diues Idaſpeis augeſcat purpura gemmis. Statius Libro octauo Thebai. Ceu modo gemmiferũ thyrſo populatus Idaſpem. Seneca in Medea. Tepidis Idaſpes gemmifer currens aquis. Taproba-ne. India. Erithra Idaſpes

¶Garamantes populi Orientales. Syllius Li. 15. Ardebat gemma Garamantide cęrula veſtis. ¶Habet & mare rubrum gemmas varii coloris, magniq; precii. Seneca in Hercule Oethęo. Geſtat pelagi dona rubentis, Nec gẽmiferas detrahit aures Lapis Eoa lectus in vnda. Tibullus libro ſecuudo. Nec tibi gemmarum quicqd felicibus Indis Naſcitur, Eoi qua maris vnda rubet. Idem. Et a rubro lucida concha mari. Et libro tertio. Quid ve in Erithreo legitur quę litore concha. Idem Libr. quarto. Et quaſcunq; niger rubro de litore gemmas Proximus Eois colligit Indus aquis. Propertius Libro primo, Et legitur rubris gemma ſub equoribus. Idem. Libro tertio Et freta gemmiferi findere claſſe maris. ¶Sunt & fluuii nonnulli gẽmis nobiles, inter quos Aoaxis/& Ganges numerantur a Plynio. Garamã. Mare rubrum

Glandibus. 3

¶In Dodona Chaoniæ ſylua primum repertus eſt glandis vſus. Virgili9 li. primo Dodona

Geor. Chaoníam píngui glandem mutauit arísta.

4 Gruíbus

Strymon ¶Apud Strymonem fluuíum/& Bíſtonem lacum Thracíæ, grues maxíme ꝑ eſtū morantur, Vírgílius Li. 1. Georg. Níhíl ímprobus anſer/Strymoníęq; grues/et amarís Intyba fíbrís Offíciunt. Lucanus li. 3. Deſeritur Strymon/rapído committere Nílo Bíſtonías conſuetus aues.

5 Gazís,

Perſís ¶Gazę dícuntur díuítíæ Perſarum, quos auro/gemmís & vngnentís refertíſſímos fuiſſe conſtat. Statíus líb. 1. Syl. Dígne Mydæ/Croeſiq; bonís/et Perſíde Gaza. Sabellícus. Regía quod Croeſi cepit, quod Perſíca regum Gaza vetus.

6 Gryphibus.

hyꝑborei. ¶Gryphes habent Hyperborei ſeptentrionales. Polítianus. Gryphes Hyperboreos Nemeſis, Cytheræa columbas.

7 Gobíjs.

Venetíæ ¶Gobíjs Venetíæ. Martíalís. In Venetís ſínt lauta lícet conuíuía terrís, Príncípiū cœnę Gobíus eſſe ſolet.

8 Glanijs.

Glanius ¶Glanii píſces ſunt, quos Volaterranus ex teſtímonío Stephaní grammatící/aít naſcí apud Glanium Cumarum fluuíum.

9 Gruíbus píſcíbus.

Corínth⁹. ¶Grus píſcís eſt habens os & ceruícem gruí alíti ſímílem/& ſquamas ínſtar pēnaꝝ eíus. Nutrít hunc píſcem Corínthíum pelagus, magnítudíne pedum. 15.

10 Galgulís

Pelopōne ſus ¶Galgulus auís eſt magnítudíne turturís/toto corpore vírídís/frequens ín Peloponneſo.

11 Graculís,

Veneti ¶Venetorum Adríam íncolentíum regío tot habet graculos, vt fruges populētur, & íacta abſumant ſemína.

12 Glaſco,

Brítannía ¶Glaſcū herba eſt, qua Plyníj temporíbus Brítāní ſe ínfícíebant/atro colore terro rē oſtētātes. Vnde Martíalís. Barbara de pictis veni Baſcāda Brítannís, Bap. Píus. Et Galatæ/Heluetííq; truces/pictíq; Britanni.

13 Glaucíone

Syría ¶Glaucíon herba eſt foliís ſímílibus Papauerís/frequens ín Syría.

14 Gagate

gagates ¶Gagates lapíllus naſcítur ín Lycía/ıuxta hoſtíum Gagatis fluuíí, vnde nomen traxít

15 Gypſo,

Tymphus ¶Gypſum Tympheticū laudat Plynius, a Tympho oppído. Plurímum quoq; effodítur ín Epyro. Fit etíam ín Phœnícía/Turíís & Perrhebía.

16 Alíjs rebus

¶Gētíanam herbam habet Phœnícía & íllyrícum/Galeſtítē gemmam Achelo⁹, Galbanum herbam, Syría.

¶De Litera H.

1 Ircís, Cinyphs,

2 h ¶Hydrís. Nílus.

3 ¶Helleboro, Oetha/Antícyra/Helycon.

Herbís,

¶Herbis, Aegyptus/Italia/Acis/Epyrus. 4
¶Herbis veneficis, Scythia/Caucasus/Colchos/Iberia Pontus/Thessalia. 5
¶Hortis, Phęacia/Syria. 6
¶Hyacyntho, Aethiopia. 7
¶Hysopo, Cilicia. 8
¶Helenio, Helena. 9
¶Hippice, Scythia. 10
¶Herodiis auibus, Diomedęa. 11
¶Helopibus piscibus, Pamphylia. 12
¶Hircis piscibus, Cyrenaicum mare. 13
¶Aliis rebus, quædam alia loca. 14

¶Hircis. 1

CInyphs fluuius est Africæ, apud quem grandes nascunt̃ Hirci/ villoq; tonsili. Virgil. Nec min⁹ interea barbas/incanaq; mẽta Cinyphii tõdent Hirci. Pontanus. Iure cui Marsi inuideant, & ipsi Cinyphes Hirci. Cinyps

Hydris. 2

¶Nilus fl. Mantuanus in Aprili. Niligenas abigens ab ouilibus Hydros. Nilus

Helleboro. 3

¶Plurimum hellebori nascitur in Oetha monte/authore Plynio. ¶Supra Anticyram quoq; montes sunt petricosi, in quibus copiose prouenit helleborum. Hac autem herba purgantur insaniæ. Propterea Liuius Drusus Tribunus pl. quum morbũ Comitialem pateretur, Anticyram dicitur nauigasse, in eaq; insula helleborũ bibisse, atq; ita morbo liberatum. Vnde etiam Horatius in Arte. Si tribus Anticyris caput insanabile/nũq̃ Tõsori Licino cõmiserit. Ouidius. I, bibe (dixissem) purgãtes pectora succos. Quicquid & in tota nascitur Anticyra. ¶Apud Helyconẽ Bœotię mõtẽ/nascit̃ quoq; optimũ//& cerebro vtile/purgandęq; insanię itidem efficax. Oetha Anticyra.

Herbis. 4

¶Homerus apud Plynium libro. 15. gloriam herbarum Aegypto tribuit. Diodorus de Aegypto loquẽs, Terra (inquit) inculta relicta/pecori ad pastum adeo exuberat herbis, vt oues bisanno pariant/bisq; prębeant lanam. ¶Aeschylus apud Plynium/Italiam herbarum potẽtia refertã prodit. ¶De Aci fluuio. Ouidius. libr. 4. Fast, Præterit & ripas herbifer Aci tuas. ¶Epyrus. Idem Ouidius libro. 8. Metamorpho. Misit aprum q̃to maiores herbida tauros Non habet Epyrus. Aegyptus

Herbis veneficis. 5

¶De Caucaso & Scythia, Claudianus libro. 1. in Ruff. Funestarũq; potestas Herbarum, quicquid lœthali gramine pollens Caucasus/& Scythicę vernãt in gramine rupes. ¶Colchos et Iberia. Horati⁹ in Epodo. Herbasq;, quas Colchos atq; Iberia mittit venenorũ ferax. ¶In põto quoq; ,puent⁹ est malorum graminum. Virg. in Bucc. Has herbas/atq; hęc ponto mihi lecta venena Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Põto. Mantuanus in Alphonso lib. 2. Viros infamia ponti Gramina, queis olim Medea venefica/matris Docta scel⁹/nec nõ Ithaci ducis hospita Circe/Invarios vultus homines mutare solebant. ¶Thessalia. Seneca in Hercule Oethęo. Quas Pontus herbas generat/atq; Tessala Sub rupe Pindus. Tibullus libro secundo. Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni, Quicquid & herbarum Thessala terra dedit. Caucasus Scythia

Hortis. 6

¶In Phæacia horti fuerunt memorabiles/& pomaria variis referta fructibus. Quæ quum magno studio coleret rex eius loci Alcinous, deus hortorum credi- Phęacia

tus eſt. Sabell. Nemo amplius hortos Phęacum/aut nemus Heſperidum mirabitur vllus. Statius libro primo Syl. Quid bifera Alcinoi laudē pomaria, voſq;/ Qui
Syria nunq̄ vacui prodiſtis ī aera Rami? ¶Syria fuit in hortis operoſiſſima, authore Plynio. Inde quoq; eſt prouerbium Gręcis. Multa Syrorum olera,

7 Hyacyntho.

æthiopia ¶Hyacynthum florem mittit æthiopia, Frequens etiam/naſcitur in thermis Diocletianis. Eximie quoq; prouenit in Gallia, authore Plynio.

8 Hyſopo.

Cilicia ¶Hyſopum montanum & hortenſe optimum naſcitur in Cilicia/in Tauro monte, Dein probatur Pamphylium & Smyrnęum.

9 Helenio.

Helena ¶Heleniū flos eſt, quem lachrymis Helenę fabulantur natum. Reperitur in Helena inſula.

10 Hippice.

Scythia ¶Hippice herba eſt, qua paſti equi/diuturnam famem ſuſtinent. Vnde nomē ſūpſit. Frequens eſt in Scythia, Prędulcis circa Bœotiam.

11 Herodijs.

Diome dęa ¶Herodij aues ſunt prope flumina degentes, frequentes in Diomedæa inſula.

Hircis piſcibus.

12 ¶Hirci piſces circa Cyrenaicum/Sardoumq; mare oberrantes viſuntur cum Del-
Cyrenæ phinis.

13 Alijs rebus.

¶Heliotropium herbam mittit Aethiopia. ¶Hepheſtitem gemmam, Corycus. ¶Hexecōthalithum gem. Troglodytę. ¶Hematitem, Aethiopia. ¶Hydromellem Phrygia. ¶Hyænas animalia, Africa. ¶Hematopodes aues Aegyptus. ¶Hammoniacum Africa. Hiacynthos gemmas Aethiopia, atq; etiam Chryſolytos/aureo colore tranſlucentes. Quibus pręferuntur Indicæ, & (ſi variæ non ſint) Bactrianę.

¶De Litera I.

1 Ignibus, Aetna.
2 ¶Iaculis, Gnoſos.
3 ¶Iuncis. Nabathæi/Hiſpania.
4 ¶Iri herba, Cyzicus.
5 ¶Iride gemma, Perſis.
6 ¶Iſati herba, Syria.
7 ¶Iuniperis, Hiſpania.
8 ¶Inſulis, Illyricum.
9 ¶Ichneumonibus, Aegyptus.
10 ¶Ibidibus, Peluſium

1 Ignibus.

Aetna ¶Aetna inter mōtes igniferos numeratur. Statius lib. 5. Theb. vbi ignifera feſſus ſuſpirat in Aetna Mulciber. Et lib. 3. Achil. Ignifera quę fulmina poſceret Aetna. Lucanus libro. 1. Et ardenti ciuilia bella ſub Aetna.

2 Laculis.

Gnoſos ¶Gnoſos vrbs eſt Cretæ, cuius incolę Iaculis claruerunt. Mantuanus in Epigram. Gnoſiacis Alcon iaculis clarebat et arcu. Lucanus li. 3, Gnoſoſq; agitare pharetras Docta, nec Eois peior Gortyna ſagittis.

Iuncis. 3

¶Inter Iuncos præſtantiſſimus eſt Nabathæus / deinde Arabicus, quem quidam Babylonicum vocant. Tertius Lybicus / prope inutilis. Laudatur & Hiſpanus, quo fiunt funes. Nabathęi Hiſpania

Iri herba. 4

¶Iris herba eſt odorata / Raphano ſimilis / vnguentiſq; et medicinę aptiſſima. Frequens eſt in Cyzico inſula. Cyzicus

Iride gēma. 5

¶Iris gemma (quam crematam / tuſamq; ad Ichneumonum morſus remedio eſſe Horus apud Plynium prodit) naſcitur in perſide. Perſis.

Iſati. 6

¶Iſatis herba eſt fullonia, rubro colore, quam mittit Syria, Syria

Iuniperis. 7

¶Scribit Plynius libro decimoſexto vaſtas eſſe Iuniperos in Hiſpania. Hiſpania

Inſulis. 8

¶Idem libro tertio ait Illyrici oram mille amplius inſulis frequentari, propter naturam vadoſi maris. Illyricum

Ichneumonibus. 9

¶Ichneumon ſerpens Aſpidi infeſtiſſimus / frequens eſt in Aegypto, Aegyptus

Ibidibus, 10

¶Ibis auis circa Peluſium tantum nigra eſt, cęteris omnibus locis candida Peluſium

RAVISII TEXTORIS,

Cornucopiæ.

De Litera L.

LAnis, Miletos / Tarentum / Canuſium / Britannia, Lingones / Melite / Luceria. 1

¶Laſerpicio Cyrenę 2

¶Lentiſco, Linternus 3

¶Lactucis, Circellæ. 4

¶Lauris, Olympus / Parnaſus / Peneus / Permeſſus / Phocis / Sicyon / Ida. 5

¶Lacte, Saſſina / Lituani / Fortunatę inſulæ. 6

¶Leonibus, Africa / Getulia / Lybia / Caſpia / Marmarica / Maſſyllia / Parthia / Mauritania / Syria 7

¶Lente, Aegyptus / Peluſium. 8

¶Lino, Aegyptus / Cumæ / Tarraco / India / Setabis 9

¶Larice, Ida. 10

¶Luto fictili, Samos / Sagunthus. 11

¶Lænis veſtibus / Pellene. 12

¶Lapide ſpeculari, Hiſpania. 13

¶Ladano, Arabia. 14

¶Lacertis, Arabia / Nyſa / Aethiopia / Capraria 15

¶Locuſtis, Caſius mons / Theſſalia / Lemnos / Magneſia / Epheſij / Mare Indicum / Cyrenę / Syria. 16

¶Lupis piſcibus, Tybris. 17

¶Lupis feris, Croton. 18

19 ¶Lagnibus piſcibns, Męander/Strymon.
20 ¶Loto arbore, Africa.
21 ¶Lilio, Antiochia.
22 ¶Leporibus, Baleares.
23 ¶Lyncibus. Aethiopia.

1 Lanis.

Miletos ¶Miletos Aſię fuit ciuitas/præſtantia Lanarum (quę ibidem inficiebantur) memorabilis. Virgil. lib. 3. Geor. Q̃ uis Mileſia magno Vellera mutẽt Tyrios imitata colores. Et lib. 4. Eam circum Mileſia vellera Nymphę Carpebant. ¶Tarenti quoq; optime inficiebantur Lanę. Horati⁹ libro. 2. Sermo. Lana Tarentino violas imitata veneno. ¶In Canuſio Appulię oppido/& Caledonia ſeu Britannia fuit exi mia Lanarũ bonitas. Quintianus in Cleopoli. Fama Caledonię ſileat miracula Lanę Et Canuſina ſimul. ¶Lingonicas Lanas probat Martialis lib. 11. dicens. Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra Lanis. ¶De Melita inſula maris Siculi, Syllius lib. 14. Telaq; ſuperba Lanigera Melite/& litus piſcoſa Melacte. ¶Lucería vet⁹ fuit Dauniorum oppidum, vbi ſacrum Mineruæ fanũ extitit. Eius Lanas probat Horatius lib. 3. Car. Te Lanę prope nobilem Tonſę Luceriam/non citharę decent. Plynius libro 26. commendat Galaticas/Tarentinas/Atticas/Mileſias.

Tarẽtum
Canuſium
Caledonia
Lingones
Melita
Lucería

¶Plynius lib. 8. de Lanis & ouibus loquens, Hiſpania (inquit) nigri velleris præcipuas habet/Polentia iuxta Alpes, Canuſia rutili/quas Erithras vocant, Item Betica, vt Canuſium/fuluas Tarentum.

2 Laſerpicio.

Cyrene ¶Laſerpiciũ genus eſt herbæ precioſiſſimæ/& in medicinis optimę (Silphiõ Greci vocant) cuius ſuccus Laſſer/folium maſpetum dicitur. Naſcitur hęc herba in diuerſis locis. Sed omnium Laudatiſſima eſt apud Cyrenem Lybię vrbem, Catullus ad Leſbiam. Q̃ magnus numerus Lybiſſę arenę Laſerpiciferis iacet Cyrenis.

3 Lentiſco.

Linternus ¶Linternus Campanię fluuius Lentiſco arbore abundat. Ouidius lib. 15. Hinc calidi fontes/lenticiferumq; tenetur Linternum.

4 Lactucis,

Circelæ ¶Plynius li. 19. ait Lactucas in binos pedes aliquando ſa pandere, ſed in Circelenſi agro ampliſſimas prouenire.

5 Lauris.

Olympus ¶In Olympo monte (inquit idem li. 16. Ca. 33.) nulla eſt arbor Lauro copioſior
Parnaſus ¶Idem li. decimoquinto. Laurus (inquit) non quia perpetuo viret/nec quia pacifera eſt, prędferenda vtiq; Myrto & Oleæ eſt, ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſo, ideoq; etiam Apollini grata. Ouidi⁹ li. 11. Ille caput flauum Lauro Parnaſide vinctus, Politianus iu Nutricia, Non te vates Parnaſide Lauro Nequicq̃ deus, & cithara dignatus honora eſt. Virgilius libro. 2. Georgi. Et iam Parnaſia Laurus Parua/ſub ingenti matris ſe ſubiicit vmbra. ¶Laurum Peneiam plęrumq; appellãt poetæ/a Peneo Theſſaliæ fluuio, iuxta quem frequens eſt hæc arbor. Val. Fl. libro primo. Et in ſummo Laurus Peneia Cono, Stroza pater. Iuniperi virides/et te Peneia Laurus. Mantuanus libro tertio. Parth. Marianę. Narciſſi caput attollunt/Peneia ridet Laurus. ¶Permeſſum Bœotiæ fluuium Lauros habere docet Pontanus libro ſecundo de hortis heſp. dicens. Bænaci de fonte ferat Permeſſida Laurum.
Peneus
permeſſus
Phocis ¶Phocis. Sabell. in Eleg. Phocaicę Laurus/Libethridumq; chori. ¶Sicyon quoq;
Sicyon vrbs Oleo & Lauro abundat, vnde Sicyonia bacca dicitur. ¶Plynius libro. 15. ait
Ida

plurimam

plurímam Laurum in Ida/et circa Heraclea in ponti prouenire.

Lacte. 7

¶Saſſina vrbs Vmbríę/Plauti patria/Lacte abundat,Syllius,Saſſína diues Lactis. Martialis.Metamq; lactis Saſſinate de ſylua, ¶Lituania tãtam habet lactis copiã, vt eius regionis incolę ſemper fere lacticiniis vtantur & melle. ¶Habent et fortunatę inſulæ magnam vim lactis, Vnde Horatius in Epodo. Illic iniuſſæ veniunt ad mulctra capellæ, Refertq; tenta grex amicus vbera. Saſſina Fortunatę inſulæ.

Leonibus 8

¶Africa. Ouid. lib. 4. Triſt. Tempore Pœnorum compeſcitur ira Leonum, Idẽ de omnibus prope Africæ partibus memoratur ¶Getulia. Horatius. At qui non ego te Tygris vt aſpera/Getuluſue leo frangere perſequor. ¶Lybia. Martialis libro ſeptimo. Iam cernes Lybicum vallo aſſultare leonem. ¶Caſpia. Statius libro octauo. Theb. Cæde redit, ſic Hircana leo Caſpius vmbra. ¶Marmarica. Nemeſianus. Et ſua Marmaricos coget iuga ferre leones. Seneca in Agamẽnone. Marmaricus leo Morſus cruentos paſſus audacis leę. ¶Maſyllia. Codrus. Ante pauens capiet Maſſyllum dama leonem. Claudianus. Maſſyllam cerui non timuere iubam. ¶Habet et Parthia leones. Marullus, Quos fera Tygris, quos leo Parthicus. ¶Maurítania. Pontanus. Sed príus aut Mauro veniam fera præda leoni. Horatius lí. 1. Car. Nec Iubæ tellus generat/leonum Arida nutrix. ¶Plynius lí. 8. ſcribit ſolam Syríam leones nígros alere. Africa Getulía Lybía Caſpía marmarí= ca, maſſyllia Parthia

Lente, 9

¶Lens Legumen eſt, quo qui veſcerent, olim equiore aio fieri crediti ſũt, Frequẽs eſt Aegypto, et Peluſio Nili hoſtio. Martialis. Accipe Niliacã Peluſia munera Lẽtẽ. Virg, lí. 1. Georg. Nec Peluſiacę curã aſpnabere lentis, Oui. lí. 5. Faſt. Et peũt Lẽtes/aduena Nile, tuę. Quitia. i Orpheo. Cur Peluſiacę ſpreta ẽ quoq; copia lẽtis. Aegyptᵒ Peluſium.

Líno. 10

¶Abundat Aegyptᵒ Líno tenuiſſimo. Syllius lí. 3. Et Peluſíaco filum componere Líno. Argumentũ maximę tenuitatis eſt, q; ſíngula fila 365. filis conſtare dicantur, cuiuſmodí víſa ſunt in Thorace Amaſis regís, quí Rhodí víſebatur/Authore Plynio. Aethíopes, et Indi ex malis/Arabes ex Cucurbitis Aſíatící ex Geníſta Lína demetũt. ¶Eſt et ſua gloría Cumano in Cãpanía, quo ad piſciũ capturam vtũtur eíus vrbís íncolę. ¶Carbaſínum Línũ apud Tarraconem repertum eſt, ex quo Nautíca vela cõfíciuntur. Ex quo et Carbaſus nomen habet. ¶Naſcitur Línum in deſertís Indiæ/apud Caryſtum ínſulam tanta bonitate, et excellentia, vt margarítarum adequet precium. Carbaſínis veſtíbus Indí et Arabes corpora velãt, quę ſunt auro purpuraq; diſtínctę, vt ſcribit Curtius. Vnde Propertius lib. 4. Rapta ve odorato Carbaſa Lína duci. ¶Setabis vrbs Hiſpaníę agrum habet nomine Spartarium/a Sparto líni genere. Plynius quoq; ſcribit citeriorem Hiſpaniam habere ſplendorẽ Líni pręcipuũ. Setabica lína probat Catullus dícens, Nam ſudaría Setaba ex Iberís Miſerunt míhí muneri Fabullus/Et Verannius. Idem. Remítte pallium míhí meũ quod inuolaſtí, Sudariumq; Setabũ/Catagraphonq; Línũ. Carbaſus Cumę India Tarraco. Setabis

Larice 11

¶Laricẽ arborem frequentẽ eſſe in Ida, docet Plynius lib. 16. Ida

Luto fictili. 12

¶Samon et Sagũthum Luto fictíli ad vaſa aptiſſimo abundare certũ eſt. Martialis lib. 8. Ficta Sagunthino Cymbia malo Luto. Idẽ lib. 14. Sume Sagũthino pocula ficta Luto. Eandem ob cauſam Lagena vocatur Sagunthina a Iuuenale. Samos Sagunthᵒ

13 Lænis veſtibus.

Pellene ¶Pellene vrbs fuit Achaiæ/a Pellene Titane condita,apud quam optimæ fiebant Lęnę veſtes,quę egregie bellātibus dabantur in præmium virtutis.

14 Lapide ſpeculari.

Hiſpania ¶Lapis ſpecularis in Hiſpania reperitur/& in bononia Italię,quem quidam humore terrę glaciari modo cryſtalli dicunt.

15 Ladano.

Arabia ¶Ladanum frutex eſt odoratus,quo abundant Arabes & Nabathæi Syriæ conterminí.

16 Lacertis.

Arabia Nyſa ¶Naſcuntur in Arabia Lacertæ duorum cubitorum, In Nyſa vero monte Indiæ 24.pedum longitudine. Volaterranus ſcribit in Aethiopiæ inſulis captam a regibus Luſitanię Lacertam octonum cubitorum longitudine/tanto oris rictu, vt ſolidum infantem deuoraſſet. ¶Capraria vna ex Fortunatis inſulis, itidem Lacertis referta eſt,authore Plynio.

17 Locuſtis.

Caſius ¶Incolę Caſij mōtis adeo quondā locuſtis infeſtati ſūt, vt cōtra eas Iouis auxilium implorauerit,& Seleucidum auium eas perimentium aduentum. ¶Graculi a Theſſalis,Illyriis/& Lemniis nutriuntur contra locuſtas,quorum vi maxima obruunt, vbi certa mēſura eſt præfinita,quā ſinguli enectarū ad magiſtratus deferant

Magneſij, Epheſii India ¶Magneſij & Epheſij contra locuſtas ordine militari ad bellum exeūt,tanta eorū animalium ſcatent multitudine. ¶In mari Indico/ locuſtæ aquatiles quaterna implent cubita/ Authore Plynio. In India ternum pedum longitudinis eſſe traduntur cruribus et femoribus ferrarum vſum præbentes quum inaruerunt,

Cyrenæ Syria ¶In Cyrenaica regione lex eſt teranno debellandi eas. ¶Necarij & in Syria militari imperio coguntur,quæ tamen Parthis in cibo gratæ ſunt.

18 Lupis piſcibus.

Tybris ¶Lupum piſcem laudatiſſimum capi Romæ in Tyberi fluuio ſcribit Plynius Libro nono.

19 Lupis ferís.

Croton ¶Cęlius ſcribit Lupos apud Crotoniatas maxime ſcatere,a quibus Milonem ibidem deuoratum ſcribit,

20 Lagnibus.

Męander ¶Lagnis piſcis apud Męandrum & Lycum Aſiæ/item apud Strymonem Europę fluuios cernitur.

21 Loto

Africa ¶Loton arborem gignit Africa,ſed pręcipua eſt circa Syrtes/atq; Naſamones,authore Plynio.

22 Lilio.

Antiochia, Suſa ¶Lilium laudatiſſimū eſt in Antiochia & Laodicea Syrię mox i Phaſelide.. Quartū locū obtinet in Italia naſcens. ¶Suſa vrbs perſarum a Mennone condita nomen ſūpſit a Liliorum multitudine,Nam Perſę Suſam vocant Lilium.

23 Leporibus.

Baleares ¶Baleares inſulę tot quondam leporibus obrutę ſunt,vt eius loci habitatores aduerſus prouentum eorum/ auxilium militare ab Auguſto petiuerit. Nam prius famem regioni populatis meſſibus attulerant. Leporem marinum tactu peſtilētē habet Indicum mare.

Lyncibus

Lyncibus 24

¶Lyncas frequẽtes generat Aethiopia/authore Plynio Li.8.Ca.12. aethiopia.
¶Habet Ledonem herbam Arabia/Leſbidem gemmam Leſbos.

¶Rauiſii Textoris
Cornucopiæ.
¶De litera.M.

MElle,Hybla/Sicilia/Hymettus/Attica/Calydna/Sabei/Calabria/Fortu= 1
natæ inſulæ/Cyrnus/Torini/India/mellaria.
¶Marmore,Sinada/Numydia/Laconia/Tænarus/Arabia/Thaſos/Ca 2
ryſtos/Luna/Eurotas,Syene/Paros/Sicyon/Chios.
¶Meretricibus.Suburra/Corinthus. 3
¶Myrtis.Sparta/Orontes/Eurotas. 4
¶Metallis,Ilua,Amathus,Temeſe/Luna vrbs/Hiſpania/Italia. 5
¶Murice, Tyros/ Africa/Baiæ/ Getulia, Phocis,Tarentum,Sidon,Laconia, 6
Aſſyria.
¶Muribus,Coſę,Aegyptus,Argillus,Gyarus,Troas.Perſis, 7
¶Meſſibus,India,Africa,Aegyptus,Lybia,Coronia,Gargarus. 8
¶Mercibus,Orientales,Thebæ, 9
¶Minio,minius,Siſapo. 10
¶Margaritis,India/Taprobane/Perimula Caſcandrus/Tilos/Palæogones/ Bri= 11
tannia.
¶MuliHiſpania. 12
¶Mulis piſcibus,mare Siculum. 13
¶Magalibus,Getulia. 14
¶Myrha,Arabia/Orontes/Aſſyria. 15
¶Muſculis,Stymphalis. 16
¶Muriis,Antipolis. 17
¶Monilibus,India. 18
¶Murrha gemma,Parthia. 19
¶Montibus,macedonia/Corſica. 20
¶Molaribus,Antron. 21
¶melino,melo. 22
¶magnete,India/Siphnus. 23
¶melonibus,Oſtia. 24
¶muſcis,Cyrenę/megaris. 25
¶myricis,Aegyptus. 26
¶Myrobalano,Troglodytę, 27
¶Malobathro,Syria. 28
¶Weliloto,Attica,Nola. 29
¶Mantichora,India. 30
¶Menope,Pęonia. 31
¶Muribus Araneis,Britannia 32
¶Monocerote,Aethiopia. 33
¶Margaris piſcibus,mare rubrum. 34
¶Membrana,Pergamus. 35
¶Malis Punicis,Carthago. 36
¶Malis Cydonęis,Cydon. 37

38 ¶Milio, Aethiopia/Campania/Niuernia.
39 ¶Malua, Arabia
40 ¶Moly Herba/Cyllene
41 ¶Militibus, Italia.
42 ¶Mulis piſcibus, Oceanus ſeptẽtrionalis.
43 ¶Merulis albis. Cyllene.
44 ¶Aliis rebus, alia loca.

1 Melle.

¶Hybla mons Siciliæ optimo abundat melle. Sidonius. Quales mellifera virent i Hybla. Martialis lib. 11. Mella iubes Hyblęa tibi/ vel hymettia naſci. Pontanus.
Sicilia Regna tenet laticis, quẽ florida deliquat Hybla, Hybla faui et mellis/diues & Hy=
Hymett⁹. bla Thymi. ¶Sicilia. Varro li. 3. de re Ruſt. Propter hoc Siculũ mel fert palmam, q̃ ibi Thymũ bonũ & frequẽs eſt ¶Hymettus mons Atticę. Statius lib. 6. Theb.
Attica Strident & Hymettia mella, Pontanus. Regna tenet mellis pulcher Hymette tui. ¶Attica. Ouidius. Adiice de flauis Attica mella fauis. Plynius. Mellis Attici in to to orbe ſumma laus exiſtimatur. Martia. Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia melle
Sabæi Ponentur, ¶Calydna vna eſt Cycladũ/mellis itidem ferax. Ouidius libro octauo. Dextra Lebynthos erat/fœcundaq; melle Calydna. ¶Scribit Plynius Sabęos eſſe
Calabria ditiſſimos ſyluarum fertilitate odorifera/auri metallis/agro⁹/rigui mellis/cęręq; p
Fortnuatę uentu. ¶Calabria. Horatius. Quanq̃ nec Calabræ mella ferunt apes. ¶In Fortu=
inſu. natis inſulis copia eſt optimi mellis. Horatius. Mella caua manant ex Ilice montib⁹
Cyrnus alttis ¶Cyrnus inſula eſt abundans melle/ſed illaudato. Virg. Sic tua Cyrnęas fu=
Torini giant examina Taxos. ¶Torini populi Indiæ victitant melle, quo affluũt. Val, Fla
India libro. 6. Mellis honos Torinis. ¶Strabo ait i India arũdines ſine apum auxilio mel
Mellaria ferre ſuauiſſimum. ¶Mellaria oppidum Hiſpanię meruit nomen a copia mellis

2 Marmore.

Sinada ¶Sinada oppidum Phrygiæ/ad. 60. ſtadia proximum habet vicum Docimũ, vbi marmor naſcitur, quod incolæ Docimitem/Romani Sinadicum vocant. Horatius Q̃ ſi dolentem nec Phrygius lapis, Nec purpurarum ſydere clarior Delinit vſus. Hac ratione pontanus Idæas vocat columnas dicens. Hinc etiam templa Idæis in nixa columnis. Stroza filius. Regiaq; Idæis condita marmoribus. Tibullus. Quid ve domus prodeſt Phrygiis innixa columnis? Claudianus. Precioſaq; picto Marmore purpureis cędit quod Sinada venis. Statius li. primo Syl. Sola cauo Phry gię mittit quam Sinados antro, Ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys.
Numydia ¶Commendatur et marmor Numydicum/quod M. Lepidus primus omnium Romæoſtendit/maculis quidem purpureis variatum. Nam hunc lapidem Atys quum in Phrygia Cybelem fugeret, cruentaſſe dicitur. Vocatur autem Porphyri= tes. Plynius ait preter marmoris Numydici/ferarumq; prouentum/nullum aliud eſ ſe regionis inſigne. Propertius Libro ſecundo. Tanta erat in ſpecie Pœnis digeſta columnis. Martialis. Marmore picta Nomas.
Laconia ¶Laconicum marmor viride erat, et cunctis hilarius omniumq; precioſiſſimum.
Tęnarus Statius in Syl. Hic dura Laconum Saxa virent. ¶Tęnarus Laconiæ promontoriũ marmor habuit laudatiſſimum. Tibullus. Quid ve domus prodeſt Phrygiis innixa
Tgaſos colũnis, Tęnare ſiue tuis, ſiue Caryſte tuis? ¶Thaſos Cycladũ vna marmor habuit
Caryſtos maculoſũ, q̃d Thaſiũ dicit. ¶Caryſtos vrbs Euboię marmor habuit laudabile, quo primus i

primus in columnis Romę vſus eſt Mamurra. Plynius. Caryſtos (inquit) nobilis, nobilior tamen marmore. Lucanus. Qua maris anguſtat fauces lapidoſa Caryſtos. Seneca. An ferax varij lapidis Caryſtos. ¶Luna vrbs Ethrurię marmor habuit can didum & lucidū, quā propterea metalliferam. i. Marmoris feracem vocat Statius, dicens. An ne metallifereę repetit iam mœnia Lunæ. ¶Eurotas Laconiæ fluuius ab eiuſdem rei pręſtātia cōmendatur. ¶In Syene Aegypti vrbe fodiebatur etiam ma culoſum marmor, quod Pyropœcidos. i. igneis maculis variatum dicitur. Eo facie bant obeliſcos Aegypti reges. ¶Paros quoq; Aegæi maris inſula marmor habuit laudabile. Plynius ſcribit Aegyptium Labyrinthū lapideis e paro colūnis fuiſſe fa ctum. Horatius. Vrit me Glycerę nitor/Splēdētis pario marmore purius. Ouidius lib. 3. Meta. Hæret vt e Pario formatū marmore ſignum. Sabelli. Pariſq; nitet qua fulta colūnis Porticus. ¶Apud Sicyonem marmorū fuit nobilis vena, vbi Dipœ nus & Scyllus Cęlatores patria Cretenſes claruerunt. ¶Chios quoq; maris Aegæi inſula, Taygetus/ſeu Taygetum mons Laconię/Hymettus Atticæ/Doniſa/Ligu ria/Dalmatia marmoris eximij laudem meruerunt.

Luna. Eurotas. Syene. Paros. Sicyon. Chios & alia loca.

Teſtimonia rerum prędictarum.

Teſtimo nia.

¶Statius lib. 1. Syl. ſic inquit. Hic Lybicus/Phrygiuſq; ſilex/hic dura Laconū Saxa virēt, Hic flexus Onyx / & cōcolor alto Vena mari. Idem. Non huc admiſſę Tha ſos/aut vndoſa Caryſtos, Mœret Onyx lōge, queriturq; excluſus Ophites. Sola ni tet flauis Nomadum deciſa metallis Purpura/ſola cauo Phrygiæ quā Synados an tro Ipſe cruentauit maculis lucētibus Atys. Quęq; Tyri niueas ſecat & Sidonia ru pes. Vix locus Eurotæ viridi/quā regula longa Sinada diſtinctū variat. Idem lib. 2.

Hic Graijs penitus delecta metallis
Saxa, quod Eoæ reſpergit vena Syenes.
Sinade quod mœſta Phrygiæ fodere ſecures.
Hic & Amycleī cæſum de monte Lycurgi
Quod viret, & molles imitatur rupibus herbas.
Hic Nomadum lucent flauentia ſaxa/Thaſoſq;
Et Chios/et glauca certantia Doride ſaxa. Idem.
Mons Lybis, Iliacuſq; nitent, & multa Syene.
Lunaq; portādis tm̄ ſuffecta columnis. Sabellicus.

¶Hanc lybicæ cōmendat purpura venæ/Nilacuſq; lapis/Phrygiuſq;/& quicquid Ethruſco Litore Luna ſecat, ſecuitq; Argiua Caryſtos. Idē. Cui venoſa Thaſos la tus hoc perſtrinxit/& illud/Taygetuſq; virens, necnon Cerealis Hymettus. Hora tius. Non trabes Hymettię Premūt colūnas vltima reſciſſas Africa. Martialis. De marmore omni/quod Caryſtos inuenit, Quod Phrygia Sinas/Afra quod Nomas mittit, Et Quod virēte fonte lauit Eurotas. Virgilius in Cyri. Marmoreāq; Paron/ viridēq; Donyſam/Olearō/niueāq; Paron. Ouidius lib. 7. Met. Planāq; Seriphō/ Marmoreāq; Paron. Pamphilus. Illius ſub corde riget lapidoſa Caryſtos, Illius du ro pectore dura Nomas. Sidonius. Hic lapis eſt de quinq; locis dās quinq; colores. Aethiopis/Phrygius/Parius/Pœnus/Lacedæmō/Purpureus/viridis/maculoſus/ eburnus/& albus. Sabellicus. Q̄uis Spartano cōſurgant atria ſaxo. Sublimeſq; or net poſtes Titana Caryſtos. Syllius. Tunc quos a niueis exegit Luna metallis. Sido nius. Jam ſi marmora inquiras, non illic quidē paros/proconiſſos/Caryſtos/Phry ges/Numydæ/Spartiatę/rupium variatarū poſuere cruſtas. Pamphilus. Delphica quęq; Paros fert, et lapidoſa Caryſtos Marmora, q̄q; gerit Sinada/quęq; Thaſos.

Suburra. ¶In Suburra vico vrbis Romæ fuerunt meretricũ domicilia, quæ propterea Suburranæ dicũtur. Pamphilus. Deq; Suburranis Thaida fornicibus. Martialis. Famę
Corinth⁹. non nimium bonæ puellã/ Quales in media ſedent Suburra. ¶Corinthus vrbs tantis delicijs eneruata eſt, vt Veneris tẽplum ibidem fuerit, vbi mille circiter elegãtes meretrices paratæ erant venientibus ſe proſtituere, inter quas numerantur præcipui nominis/ Lais/ Thais/ Cyrene/ Leæna/ Synope/ Phryne/ Sicyone. Vnde natum prouerbium. Corinthiari. i. Laſciuire.

4 Myrtis.

Sparta. ¶Sparta. Virg. in Battarum. Et violæ genus omne hic eſt/ & Spartica Myrtus.
Orontes. ¶Orontes. Salmonius. Non Tabor horum animos, non myrtifer angit Orontes.
Eurotas. ¶Eurotas. Catullus. Quales Eurotæ perpingunt flumina Myrtos.

5 Metallis.

Ilua. ¶Ilua inſula Thuſcię adiacens/ clara eſt metallis. Virgil. lib. 10. Aſt Ilua trecẽtos/ Inſula inexhauſtis Chalybum generoſa metallis. Syllius. Non totidem Ilua viros, ſed lectos cingere ferrum Armarat patrio (quo nutrit bella) metallo. Stroza filius. Quiq; metalliferę ſaxa ardua ſubdidit Iluę. Plynius. Venaria Ilua/ cũ ferri metallis.
Amathus ¶De Amathunte Cypri ciuitate. Ouidius libro. 10. At ſi forte rogesfœcundam Amathunta metallis. Idem. Piſcoſamq; Gnydon, grauidãq; Amathunta metallis.
Temeſe. ¶De Themeſe Cypri vrbe. Statius lib. 1. Syl. Et queis ſe totis Temeſe dedit hauſta metallis. Ouidius lib. 15. Hippotadęq; domos regis/ Temeſeſq; metalla. Idem
Luna. lib. 5. Faſt. Rurſus aquã tangit, Temeſęaq; cõcrepat Aera. ¶De Luna vrbe Ethruriæ, Statius lib. 4. Syl. An ne metalliferę repetit iam mœnia Lunæ? ¶Poſidonius
Hiſpania. dicebat Plutum deum opulentię habitare ſubterranea Hiſpanię, tanta eſt in eo ter-
Italia. terrarum tractu/ metallorum fœcunditas. ¶Italia (inquit Plynius) metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris.

6 Murice.

Tyros. ¶Murex piſcis eſt, cuius humore fit color purpureus, & quandoq; pro purpura capitur. Murice autem claruerunt loca ſequentia. Tyros. Virgi. Tyrioq; ardebat Mu
Africa. rice lęna. ¶Africa, Horatius. Te bis Afro murice tinctæ Veſtiunt Lanę. ¶Baiæ.
Baiæ. Idem iib. 2. Ser. Murice Baiano potior Lucrina Peloris. ¶Getulia. Idem, Argen-
Getulia. tum/ veſtes Getulo murice tinctas. ¶Phocis. Ouidius lib. 6. Meta. Phocaico bibu
Phocis. las tingebat murice Lanas. ¶Tarentum. Sidonius. muricis Tyrij/ ſeu Tarẽtini cõ-
Tarentũ. chilíato ditat indutu. Idẽ. Ipſaq; quę petijt/ trepidauerat vncta Tarentus. ¶Sidon.
Sidon. Sidonius. Serica Sidonius fucabat vellera murex. Lucan⁹. Et Tyros inſtabilis/ pre-
Laconia. cioſaq; murice Sidon. ¶Laconia. Pamphilus, Picta/ nec Oebalio fulget quæ murí-
Aſſyria. ce veſtis. ¶Aſſyria. Sidonius. Aſſyrius murex/ nec tibi ſigna dabit. Idem dicendũ de locis Oſtro & purpura claris.

7 Muribus.

Coſæ. ¶Coſæ vrbs Italiæ/ murium quotidie erumpentium multitudine obruta eſt.
Aegyptus ¶Tanta eſt in Aegypto murium abundãtia, vt & ſegetes populẽtur/ hiſq; litatío-
Argillus. ne & votis reſiſtere oporteat. ¶Argillus mons Thraciæ dictus eſt a multitudine muriũ, qui in terra ibidem repertí ſunt concertãtes. Argillus lingua Thracum mus
Gyarus. dicitur. ¶Scribit Plynius ex Gyaro Cycladum inſula/ incolas a muribus fugatos.
Troas. ¶Plurimi & ad Troadem perueniunt/ vnde iam magno prouentu fugauerunt ac-
Perſis. colas. ¶Tantus fuit apud Perſas murium prouentus, vt repertæ ſint prægnantes in vtero parentum, teſte Plynio.

8 Meſſibus.

¶Habet

¶Habet Aegyptus binas in anno meſſes/ac totidem æſtates. De Africa & Aegypto, Statius lib. 3. Syl. Quod meſſibus Afris Verritur, æſtiferi quicquid terit area Nili. Aegyptus ab antiquis orbis horreum vocata eſt, quo dei/animi gratia & ſalutis confugere ſoliti ſunt. ¶Lybia. Horatius. Quicquid de Lybicis verritur areis. Martialis. Poſſideat Lybicas meſſes. Hermūq;/Tagūq;. Idem. Tercētum Lybici modios de meſſe Coloni Sume. Seneca. Non quicquid Lybicis terit Feruens area meſſibus. ¶Coronia vrbs Theſſalię. Statius lib. 7. Theb. Exilem Gliſanta/Coroniāq; feracem, Meſſe Coroniam/Baccho Gliſanta colentes, ¶Gargarus mons in Ida. Claudianus. Iam flaueſcentia centum Meſſibus, æſtiuæ detondent Gargara falces. De his & aliis huiuſmodi ſcribit Sidonius.

Aegypt⁹. Africa. Lybia. Coronia. Gargarus.

Huc veniet calidis q̄tum metit Africa terris.
Quatum vel Calaber, q̄tum colit Appulus acer,
Quanta Leontino turgeſcit meſſis aceruo.
Quantum Mygdonio committunt Gargara ſulco,
Quantumq; & tacitis Cererem venerata choręis,
Attica Triptolemo ciui condebat Eleuſis.

Meſſibus. 9

¶Orientales populi variarum rerum mercibus, vt gemmis/auro/argento/thure/Balſamo/cæteriſq; rebus aromaticis abundant. Hinc Stroza filius merces Eoas vocat, dicens. Ille dat Eoa lectos de merce lapillos. ¶Thebæ vrbs centum portarum fama nobilis copioſa fuit Indicarum/Arabicarumq; mercium.

Oriētales. Thebæ.

Minio. 10

¶Minio pigmento abundat Minius Iberiæ fluuius nomen inde adeptus. Michael Anglicus. Parte alia venit minio rubricatus Ibero. Proper. Vt Męotica nix Minio ſi certet Ibero. ¶Siſapo locus Hiſpanię optimum habet Minium. Plynius. Celeberrimum Minium ex Siſaponenſi regione Betica/Miniario metallo. Reperitur et Minium apud Colchos, in rupe quadā inacceſſa. Optimū vero ſupra Epheſum.

Minius. Siſapo.

Margaritis. 11

¶Margaritis lapillis abundat India. Plynius. Quantum apud nos indicis margaritis precium eſt. Idem lib. 9. Principium ergo, culmenq; omnium rerum precij, margaritæ tenent. Indicus maxime has mittit Oceanus. Bap. Pius. Indaq; gemmiferis margaris acta vadis. ¶Habet etiam margaritas Taprobane Arabiæ inſula, item Perimula promontorium Indię. Laudantur circa Arabiam in perſico ſinu maris rubri. ¶Scribit Plynius Caſcandrum inſulam eſſe deſertam in Oceano Indiam verſus, margaritis quęſtuoſam. ¶Tilos quoq; Arabię inſula, celeberrima eſt margaritis. ¶Palęogones incolę ſunt Taprobanes inſulę, auri, margaritarūq; grandium fertiliores, q̄ Indi. ¶Tacitus ſcribit Britanniam aurum & argentum, aliaq; metalla gignere/& Oceanum margaritas. ſed ſubfuſcas & liuentes. Suetonius ait Cæſarem in Britanniam nauigaſſe, cauſa Margaritarum.

India. Taprobane. Perimula. Caſcādr⁹. Tilos. Palęogones. Britānia.

Mulis. 12

¶Hiſpania. Stroza pater. Hiſpanaſq; ſimul mulas/mannoſq; Britānos Adde.

Getulia.

Murenis piſcibus. 13

¶Mare Siculum, Martialis. Quę natat in Siculo grandis Murena profundo. Plynius probat Lupum Tyberis, Rhombum Rauēnæ/Murenam Siciliæ, & Elopem Rhodi. ¶Sunt & prope Thartеſſum Hiſpaniæ vrbem delicatæ Murenę. Quintianus. Traxit & Thartеſſia Murena quoſdam.

Sicilia. Thartеſſ⁹

Magalibus. 14

Getulia. ¶Magalia/seu Mapalia dicuntur Getulorũ casæ, quę calamis teguntur. Martialis. Tecũ ego/vel sicci Getula mapalia Pœni/ Et poterã Scythicas hospes amare casas. Item Virgilius de Mercurio loquẽs, Vt primum alatis tetigit magalia plantis. Ad hunc locum facere videtur, quod Salustius scribit de Numydis, quos ait habuisse alueos nauium inuersos pro tuguriis. Scythę quoq; non alias domos habuerũt, q̃ volubiles & plaustris ductiles. Vnde Horatius. Campestres melius Scythæ, Quorũ plaustra vagas rite trahunt domos, Viuũt, & rigidi Getę.

Myrrha.

15

Arabia. ¶Myrrham arbusculam aromaticam succo distillantem habet Arabia. Virgilius in Cyri. Ille Arabis Myrrhæ quondam qui cepit ocellos. Pontanus. Non mihi thure opus est, aut Nardo/aut Arabe Myrrha.

Orontes. ¶Habet Myrrham Orontes. Propertius. Aut quid Orontęa crines perfundere Myrrha? Bap. Pius. Carmen erat nitidum/si forsan Orontide Myrrha, Munditer implesset nostra puella sinum. Idem. Cernis, Orontęa dominæ si corpora myrrha Tincta?

Assyria. ¶Assyria. Pōtanus. Et Assyriam redolentia pectora Myrrham. Excellit & Troglodytica Myrrha, quæ lucida est, subuiridis & mordax.

Musculis.

16

Stympha. ¶Musculi pisces nascuntur in Stymphali Arcadiæ.

Muriis.

17

Antipolis ¶Antipolis vrbs Asiæ, muriis & Thynnis piscibus abundat. Martialis. Antipolitani fateor sum filia Thynni.

Monilibus.

18

India. ¶India. Statius libro primo Syl. Huic Inda monilia Glaucum, Proteaq;, atq; omnem Nereida quærere iussi. Vbi loquitur de forma & cultu Violātillę vxoris Stellæ poetæ patauini.

Murrha gemma.

19

Parthia. ¶Murrham gemmam (qua fiebāt murrhea/seu murrhina pocula preciosa) multis in locis mittit Parthia. Propertius. Murrheaq; in Parthis pocula cocta focis.

Montibus.

20

Macedo. ¶Macedonia perpetuis montibus cingitur. Habet ab Oriente Ossam & Pelion/ Ab Occasu Pindum. Ab Aquilone Olympũ, a Meridie. Othryn. ¶Corsica quoq;

Corsica. montibus tanq̃ verticibus abundat. Vnde & nomen sumpsit, Corsas enim tempora Græci vocant.

Molaribus.

21

Antron. ¶Antron vrbs est Thessaliæ cauernis & cuniculis abundans, quibus optimi lapides ad molas eruuntur. Gellius vocat molas illas trusatiles, vbi loquitur de Plauto. quem ait operam pistori locasse, & fecisse quęstum in agendis molis illis, quas trusatiles vocant.

Melino.

22

Melo. ¶Melinum pigmentum nomen sumpsit a Melo insula, vnde exportatur.

Magnete.

23

¶Magnes lapis est argento similis/ferrum ad se attrahens. Reperitur in India, & in Siphno insula maris ęgei.

Meloníbns.

24 ¶Melones (quos veteres Melopepones dicebant) fructus sunt hortenses, qui humi rotundantur.

mi rotundantur. Spartianus Oſtienſes probat. Oſtia.

Muſcis. 25

¶Plynius ait Cyrenaicos Achorem deū cōtra multitudinē muſcarū inuocare/ eiq; litare conſueuiſſe. Muſcarum multitudo depopulata eſt quōdam megarenſes. Cyrenę. Megaris.

Myrica. 26

¶Myrica arbuſcula/naſcitur domeſtica in Aegypto & alibi agreſtis. Aegyptꝰ.

Myrobalano. 27

¶Myrobalanum arbor eſt frequens apud Troglodytas Aethiopiæ/ Aromaticam ferens glandem, qua fit vnguētum precioſum. Palma quæ fert myrobalanum, probatiſſima eſt in Aegypto. Troglodytę.

Malobathro. 28

¶Malobathrum vnguentū eſt odoriferū, Syriæ regioni peculiare. Horatius. Cum quo morantē ſæpe diē mero Fregi, coronatus nitētes Malobathro Syrio capillos. Syria.

Melitoto. 29

¶Melitotos herba eſt ſuauis & mellea, de qua Ouidi. Pars thyma, pars rores/pars melitoton amant. Melitotos optimus eſt Atticus. Naſcitur & in Cāpania circa Nolam mellini coloris, odoriſq; vehementis. Attica.

Mantichora 30

¶Mantichoram feram India gignit magnitudine leonis/pelle villoſa & purpurea/ vultu & auribus prope humanis/triplici dētium ſerie in vtraq; maxilla/vtrinq; aculeis cuſpidatam, quos in certamine pro telis iaculatur. India.

Monope. 31

¶Monopem animal tauri magnitudine habet Pęonia. Pęonia.

Muribus Araneis. 32

¶Muribus Araneis (quos Herodotus mygdalos vocat) ſcatet Britannia. Britannia.

Monocerote. 33

¶Monoceros fera eſt ſæuiſſima/capite ceruino/pedibus Elephantinis/cauda aprina/reliquo corpore ſimilis equo/vno in frōte cornu duum cubitorum armata, Naſcitur in Aethiopia. Aethiopia

Margaris. 34

¶Margari piſces ſunt ſpecie rotunda, & gregatim natantes/ac regem ſectantes more apum. Reperiuntur in mari rubro. Mare rubrum.

Membranis. 35

¶Membranæ Pergami primum repertæ ſunt. Pergamus

Malis punicis. 36

¶Malum Punicum/ſeu granatum/frequens eſt apud Carthaginem, Vnde cognomen ſumpſit. Carthago

Malis Cydoneis. 37

¶Malis Cydoneis (quæ & Cotonea dicuntur) nomen dedit Cydon vrbs Cretæ, in qua magnus fuit eorum prouentus. Cydon.

Milio. 38

¶Milio gaudet Campania, pultemq; candidam ex eo facit. ¶Sarmatarum quoq; gētes hac maxime pulte alūtur. ¶Aethiopes non aliam frugem, q̄ milij/ Hordeiq; nouere. ¶Habent & Niuerni agros milio/ perinde ac frumento/aut alijs ſegetibus refertiſſimos, quo etiam contrito/& in farinam redacto pultem conficiunt. Cāpania. Aethiopia Niuernia.

Malua. 39

¶Maluas Plynius ſcribit in Arabia ſeptimo menſe arboreſcere, quod eſt argumē- Arabia.

tum magnæ fertilitatis.

Moly herba.

40 Cyllene. ¶Moly herba a Mercurio reperta / maximæ contra venena efficaciæ / naſcitur in Cyllene Arcadiæ.

Militibus.

41 Italia. ¶Plynius ſcribit Italiam nunciato Gallico tumultu ſolam ſine externis vllis auxilijs armaſſe peditum. 80. milia / Equitum. 700. milia.

Mulis piſcibus.

42 Oceanus. ¶Mulos piſces Septẽtrionalis gignit Oceanus / & proxima pars occidentis.

Merulis albis.

Sep. 43 Cyllene. ¶Merulæ circa Cyllenem Arcadiæ / nec vſq; alibi candidæ naſcuntur.

¶Alijs rebus.

44 ¶Mithridanion herbã generat Pontus, ¶Melichryſim gemmam / India. ¶Magudarim caulem, Syria. ¶Maſtichem arborem, Chios inſula.

¶Rauiſij Textoris Cornucopiæ.

¶De litera N.

1 NIuibus, Taurus / Scythia / Thracia / Othrys / Rhodope / Atlas.
2 ¶Nemoribus. Zacynthos / Egaleos / Atlas.
3 ¶Nucibus, Auella / Præneſte / Tarentum / Thaſos / Perſis / Pontus.
4 ¶Nardo, Perſis.
5 ¶Nymphis, Oceanus.
6 ¶Napis Amiternum.
7 ¶Nebridibus, Nebris.
8 ¶Nitro, Epyrus.
9 ¶Naſturcio, Babylon.
10 ¶Neadibus, Samos.
11 ¶Narciſſo, Lycia.

Niuibus.

1 Taurus. Scythia. Thracia. Othrys. Rhodope Atlas. TAurus / Othrys / Rhodope / Scythia / Thracia / nullo fere tempore non rigent niuibus / gelu / ac glacie. Taurus. Remaclus, Rupibus impono Taure niuoſe tuis. ¶Scythia, Lucanus. Solibus & nullis Scythicę (quũ bruma rigeret) Dimaduere niues. ¶Thracia. Statius lib. 11. Biſtonię tepuere niues. Ouidi⁹. Brachia Sythonia candidiora niue. ¶Othrys. Claudianus. Laſſa per Othryſias fundere membra niues. ¶Rhodope. Ouidius in Epiſto. Qua patet vmbroſum Rhodope glacialis ad Hęmum. ¶Scribit Plynius Atlantis verticem / altis etiam ęſtate niuibus operiri.

Nemoribus.

2 Zacynthos. Egaleos. Atlas. ¶Zacynthos inſula non procul Corintho. Virgi. lib. 3. Aenei. Iam medio apparet fluctu nemoroſa zacynthos. ¶Egaleos mons Atticæ. Statius lib. 12. Dives & Egaleos nemorum / Parneſq; benignus Vitibus. ¶Atlas (inquit Martianus Capella) nemoroſus eſt / ſcatens fontibus, ſed rupibus infœcundus.

Nucibus.

3 Auella. Tarentũ. Thaſos. ¶Auella vrbs Campaniæ / nuces habuit præſtantiſſimas. Plynius. In melle ſumitur Nucis Auellanæ magnitudinę. Idem. Nuces Auellanæ capitis dolorẽ faciunt. Virgil. Et qui maliferæ deſpectant mœnia Auellæ. ¶Plynius laudat Tarentinas amplitudine / & putaminis mollicie. Columella. Nucem Græcam Auellanam, & Tarentinam hoc modo facere poteris. ¶Thaſię. Quintianus, Thaſia nux quoſdã,

Cilix et

Cílix & píſcís aliquos. Varro apud Gellium / Scaros Cílices, Nuces Thaſías, palmas Aegyptías, Glandes Ibericas ínter cibos electiles reponit. ¶Optímum genus Nucum fuit Perſicum / authore Plynío. Polítianus in Ruſt. Sornaq; cũ Ceraſís, duroq; putamíne clauſa Perſica nux. ¶Plynius laudat Pontícas. Vnde Statíus líb. 1. Syl. Quícquíd nobile Ponticís nucetis. Perſís. Pontus.

Nardo. 4

¶Nardus / ſeu Nardum frutex eſt aromaticus, quo Indía & Perſís abundant. Horatíus. Nũc & Achęmenio perfundí Nardo iuuat. Plynius. Cuius folia níhil ab Indíco Nardo díſtant. India. Perſís.

Nymphís. 5

¶Oceanus Nympharum omnium pater eſt. Catullus. Nõ genítor Nympharum abluat Oceanus. Oceanus.

Napís. 6

¶Amíternum vrbs Campaniæ Napís abundat. Martíalis. Hos Amíternus ager felícibus educat hortís. Plynius. Napí vero Amíternini (quorum eadem fere natura) gaudent ęque frígidís. ¶Napus ín Aegypto mire celebratur, propter oleí celebritatem, quod de ſemine eius faciunt. Amíternum. Aegyptus

Nebrídibus. 7

¶Nebrides dícuntur Damarum / ſeu ceruorum pelles. Hís abundat mons Nebrís nomíne / authore Solíno. Nebrís.

Nitro. 8

¶Nítrum lapís eſt ſulphurí commíxtus / & natura ſalí proxímus. Apud Epyrum fít eodem quo ſal modo. Optímum creſcit ín Macedonía, quod vocant Coleſtricũ. In ægypto confícitur multo abundantíus, ſed deterius. Nítrariæ egregię Aegyptíjs círca Memphím eſſe conſueuerunt. Macedonía. Aegyptꝰ.

Naſturcío. 9

¶Naſturcíum herba eſt torporem & hebetudínem excítans. Frequens eſt apud Babylonem. Babylon.

Neadíbus. 10

¶Neades animalía ſunt, quorũ voce abrũpitur terra. Reperíuntur ín Samo ínſula. Samos.

Narciſſo. 11

¶Plynius ait probatíſſímum Narciſſum creſcere ín Lyciæ montíbus. Lycía.

¶Rauíſíj Textoris Cornucopiæ.

¶De litera O.

OStro, Lemannus / Sarra / Sídon / Aſſyría / Phœnícia / Tęnarus / Chalcedon. 1
¶Oleo / & Olíuís, Venafrum / Trebía / Peparethos / Sabíní / Eurotas / Lycabeſos / Betís / Paropotamía / Fortunatæ ínſulæ / Taburnus. 2
¶Ouís, Velitræ / Pygmęi / Oonæ. 3
¶Ouíbus, Galeſus / Canuſium / Gallía / Calabría / Appulia / Altínum / Míletos / Tarentum / Tíbarení / Aegyptus / Arabía / Chíos. 4
¶Ornís, Pelíon. 5
¶Odorıbus, Arabía / Saba / Perſís / Aſſyría / Panchaía / Idaſpes / Indía / Armenia. 6
¶Oraculís, Delphí. 7
¶Oſtreís, Lucrínus / Gerardaſca / Baię / Círcęi / Abydus. 8
¶Oppidís, Indía / Betica. 9
¶Oleribus, Syría. 10
¶Onagrís, Phrygía / Lycaonía / Mauritanía. 11

12 ¶Onocrotalis, Gallia Septentrionalis.
13 ¶Onychite, Arabia.
14 ¶Alijs rebus, alia quædam loca.

1 Ostro.

Lemānus. LEmannus lacus Gebēnę propinquus colore muricis abundare arguitur dicto Ricardi Bartholini. Ostrifero madidum caput obiectare Lemanno.

Sarra. ¶Sarra, seu Tyros. Virgil. Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat Ostro.

Sidon. ¶Sidon. Ouid. Hic qui Sidonio fulget sublimis in Ostro. ¶Assyria. Virg. in Cyri. Non Lybis Assyrio sterneť lectulus Ostro. ¶Phœnicia. Ruffus Festus. Agenoreo color hinc mentirier Ostro. ¶Tęnarus mons Laconiæ. Aegidius Maserius. Commedent Ostrum Tęnarus, atq; Tyros. ¶Chalcedon. Lucanus libro. 9. Pontus & Ostriferam dirimat Chalcedona cursu.

Assyria.
Phœnicia.
Tęnarus.
Chalcedō

2 Oleo & Oliuis.

Taburnus
Venafrū. ¶Venafrum Campaniæ oppidum pręcipuam Olei laudem meruit. Martialis lib. 12. Vncto Corduba lętior Venafro. Idem lib. 13. Hoc tibi Campani sudauit bacca Venafri Vnguentum. Horatius. Pressa Venafranę quod Bacca remisit Oliuæ. Pāphilus. Bacca Venafranis nunq̄ sua cessit Oliuis. Iuuenalis Satyra. 5. Ipse Venafrano piscem perfundit Oliuo. Plynius. Et vulgo (inquit) principatū hoc bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano. Horati9. Viridiq; certat Bacca Venafro. ¶Picenū regio Italiæ. Martialis. Si mihi Picena turdus palleret Oliua. Oliuam Picenam cōmendat Plynius. ¶Sicyon vrbs Achaię. Ouidius in Ibin. Aut vt oliuifera quondam Sicyone profecto. Statius lib. 4. Theb. Qui Drepani scopulos, et oliuiferæ Sicyonis Culta serunt. ¶Trebia, seu Trebula vrbs Italiæ (quæ prius Mitisca dicebatur) etiam claruit Oliuis. Virgi. lib. 7. Ereti manus omnis, Oliuifereq; Mitiscæ. ¶Peparethos insula. Ouidi. lib. 7. Meta. Et Gyaros, nitidæq; ferax Peparethos Oliuę. ¶Ager Sabinorum. Ouid. lib. 3. Fast. Primus Oliuiferis Romam deductus aduis. ¶Eurotas fluuius Laconiæ. Statius lib. 4. Theb. Taygetiq; Phalanx, & Oliuiferi Eurotæ Dura manus. ¶Lycabesos mons Atticę. Statius libro. 12. Parnesq; benignus Vitibus, & pingui melior Lycabesos Oliua. ¶Betis Hispanię fluuius. Syllius lib. 3. Palladio Betis vmbratus cornua Ramo. Martialis. Betis Oliuifera crinem redimite corona, Plynius. Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimum Betica. Idem. Betica quidē messes vberrimas inter Oleas metit. ¶Paropotamia proxima Tigri regio non palmetis modo, verū et oleo, pomisq; & alijs arbustis nobilis est. ¶Oliuis etiā abundare Fortunatas insulas ostēdit Horatius dicēs. Germinat & nunq̄ fallentis termes oliuę. ¶Taburnus mons Campanię. Virgi. Iuuat Ismara Baccho Conserere, atq; olea magnum vestire Taburnum.

Pícenum.
Sicyon.
Trebia.
Pepare-
thos.
Sabini.
Eurotas.
Lycabesos
Paropo-
tamia.
Fortunatę
insu.
Taburnus

3 Ouis.

Velitræ. ¶In velitris volscorum oppido fuit ouorum ingens abundantia. Mantuanus. Iam Latij Romā caput, Ouiferaq; Velitras. ¶Pygmęorum casas luto, pennisq; & ouorum putaminibus construi scribit Plynius libro septimo. ¶Oonæ eodem teste insulæ sunt ponti, in quibus ouis auium & auenis viuunt incolæ.

Pygmęi.
Oonæ.

4 Ouibus.

Galesus. ¶Galesus Calabriæ flumen ouium multitudinem quondam fertur habuisse. Horatius. lib. 2. Car. Dulce pellitis ouibus Galesi Flumen. ¶Canusium vrbs est Apulię, in qua lanę erant rutili coloris. Iuuenalis Satyra. 6. Pastores. & ouem Canusinam, vlmosq; Falernas. ¶Gallia. Horatius. Nec pinguia Gallicis Crescunt vellera pascuis.

Canusiū.
Gallia.

ra paſcuis. ¶Calabria/& Appulia. Colu.lib.8. Generis eximij Calabras/Appu- Calabria.
laſq;/milites noſtri exiſtimabant, earūq; optimas Tarentinas. Nunc Gallicę pre-
cioſiores habentur, earūq; pręcipuæ Altinates. Altinum autem oppidum eſt in pa- Altinum.
lude poſitum, ſimilem Rauennę ſitum habens. Martialis. Velleribus primis Appu
lia prima/ſecundis Nobilis Altinū/tertia laudat ouis. Plynius. Lana autem lauda-
tiſſima Appula,& quæ in Italia Gręci pecoris appellatur/alibi Italica. Tertium lo-
cum Mileſię oues obtinēt. Appulę breues villo/nec niſi Penulis celebres. Circa Ca-
nuſium/Tarentūq; ſummā nobilitatem habent. ¶Tibareni populi ſunt Trapezun Tibareni.
ti imminentes/Chalybibus vicini, ouium præſtantiſſimi cultores. Priſcianus/ſeu
Rhemnius in Dionyſij Geographia. Hic pecorum eſt dives nimirum gēs Tibare-
num. Hāc prope ſunt Chalybes duriſſima regna colētes, Quos labor exercet ęuus/
ferriq; metalla. ¶Aegypt⁹ adeo herbis exuberat/authore Diodoro Siculo, vt oues Aegypt⁹.
bis anno ibidem pariant, biſq; prębeant lanam. ¶Herodotus ait in Arabia eſſe oues Arabia.
cauda trium cubitorum, quā per humū trahūt. ¶Sunt & minutiſſimę oues in Chio
pabuli inopia, quarum tamen lacte caſeus cōficitur laudatiſſimus. Ibidem agni ſta-
tim a partu matrem paſtorēq; agnoſcunt/& circa petulca laſciuia ſubſiliunt.

Ornis. 5

¶Pelion mōs Theſſalię. Val.Flac.libro primo Argon. Q̃tum Peliacas in verti- Pelion.
ce vicerat Ornos.

Odoribus. 6

¶Arabia propter varias herbas/fruticeſq; Aromaticos/tota eſt odorifera. Statius Arabia.
libro primo Syl. Odoriferis Arabum quod doctus in aruis. Calentius. Illi non Ara
bos ſpirabat pectus odores. Plautus. Eiq; Arabico vt fumificem odore. Stroza pa-
ter. An innumeri dives odoris Arabs? Tibullus. Vrātur odores, Quos tener e ter-
ra diuite mittit Arabs. Idem. Poſſideatq;/metit quicquid bene olētibus aruis, Cul-
tor odoratæ dives Arabs ſegetis. ¶Saba. Colu.lib.11. Cœlitibus/templiſq; Sabæū
miſcet odorem. Statius lib.2. Syl. Odoriferos exhauſit flāma Sabęos. Plynius ſcri-
bit Sabęos ditiſſimos ſyluarum fertilitate odorifera. ¶Perſis. Syllius lib.15. Alte-
ra Achęmenium ſpirabat vertice odorem. Ad hoc alluſit Horatius. Perſicos odi
puer apparatus. ¶Aſſyria. Catullus. Fragrantem Aſſytio venit odore domū. Pon
tanus. Et rore Idalio/& Syrio veneremur odore. ¶Panchaia/& Idaſpes. Claudia- Panchaia.
nus. Quicquid thuriferis ſpirat Panchaia ſyluis. Quicquid odoratus longe blandi-
tur Idaſpes. Tibul. Illic quas mittit dives Panchaia merces/Eoiq; Arabes/dives &
Aſſyria. Pontanus. Vos ego Panchæo ſupplex venerabor odore. ¶India. Syllius
lib.17. Qualis odoratis deſcendit Liber ab Indis. Pontanus. Dona ferens aduecta
Arabo/ac bene olentibus Indis. ¶Armenij Tibullus libro.1. Iactat odoratos vota
per armenios.

Oraculis. 7

¶Apud Delphos oppidū Phocidis dabant Apollinis oracula. Plynius. Subeūt in Delphi.
hac reputatione Delphica oracula, velut ad caſtigādam hoim vanitatē a deo miſſa.

Oſtreis. 8

¶Oſtrea/ſeu Oſtręe appellātur aquatiles Conchę, quarū olim vſus erat in delicijs. Lucrinus.
Optimę fuerūt in lacu Lucrino. Martialis. Ebria Baiano veni modo cōcha Lucrino.
Horatius. Non me Lucrina iuuerint cōchilia. Sergius Orata (qui primus Oſtreas
piſcinas habuit) optimum ſaporē Lucrinis adiudicauit. ¶Gerardaſca ſtagnum eſt
agri Volaterrani/optimis Oſtreis refertū. ¶Baiæ. Adrianus Cardinalis. Baiana
Oſtrea/Muricēs Lupoſq;. ¶Circęi. Horatius. Oſtrea Circęis/Miſeno oriunt Echi
ni. ¶Abydus. Mantuanus. Vnus/& Oſtriferam Seſto qui iunxit Abydon.

9 Oppidis.

India. ¶Alexandri magni comites in eo tractu Indię, quem subegerant, scripserũt quinq; milia oppidorum fuisse, Indiamq; tertiam partem esse terrarum omnium/ & multitudinem gentium innumeram probabili ratione. Indi enim prope gentiũ soli nũq̃ emigrauere suis finibus. ¶Betica olim habuit oppida. 175.

Betica.

10 Oleribus.

Syria. ¶Syria in hortis operosissima oleribus abundauit, Vnde natum Adagium. Multa Syrorum olera.

11 Onagris.

Phrygia. ¶Onagri sylueſtres asini prȩcipui sunt in phrygia & lycaonia. ¶Sunt & in Mauri-
Maurita- tania cursu pernices/citoq; desistentes, quos anhelos venatores propterea facile ca-
nia. piunt. ¶In India reperiuntur agrestes/equi magnitudine/capite pene rubenti/ocu-
India. lis cæruleis/vno in fronte cornu.

12 ¶Onocrotalis.

Gallia. ¶Onocrotalos aues, Olorum similitudinẽ habentes/ Gallia Septẽtrionalis/Ocea-
Sept. no proxima mittit.

13 Onychite.

Arabia. ¶Onychitem gemmam in Arabiæ montibus/ nec vsq̃ alibi nasci veteres putauerunt.

14 Alijs rebus.

¶Othonen/& Oenãthem herbas habet Syria. ¶Opalos gẽmas, India. ¶Ocram pigmentum, Topazonos insula. ¶Obsidianum lapidem, Aethiopia. ¶Oryges feras, Africa. ¶Origanum herbam Bœotia.

¶RAVISII TEXTORIS CORNVCOPIAE.

¶De litera P.

1 Pice, Indi/Narycia/Ida/Illyria/Apolloniatæ.
2 ¶Palmis, Eggada/Aegyptus/Idume/Hierícus/Babylonia/Arabes/Pha
3 ros/Selinis/India/Canaria/Tylos/Thebæ.
4 ¶Pomis. Tybur/Phæacia/Anio/Phalisci/Aspagones/Fortunatæ insulæ.
5 ¶Plumbo. Mitteris/Cassiterides,
6 ¶Pantheris, Hircania.
7 ¶Pinis, Atlas/Ida/Lycæus/Simois/Mȩnalus/Ossa/Othrys.
8 ¶Portis, Thebæ.
9 ¶Piscibus, Aulis/Bænacus/Gnydos/Nilus/Thule/Gedrosi.
10 ¶Populis arboribus, Sperchius/Padus/Creta.
11 ¶Papyro, Aegyptus/Nilus/Euphrates.
12 ¶Prunis. Damascus.
13 ¶Pyris, Crustuminum/Calabria/Falernus.
14 ¶Porris, Aricia/Tarentum/Aegyptus.
15 ¶Phasianis, Phasis.
16 ¶Paludibus, Nilus/Rauenna/Sicambri,
17 ¶Portentis. Nilus.
18 ¶Pruinis, Scythia.
19 ¶Pharetris, Creta/Gnosos/Gortyna/Cydon/Lycia.
20 ¶Purpura, Melibœa/Laconia/Cos/Tyros/Sidon.
21 ¶Placentis, Picenum.

¶Pyramidibus,

¶Pyramidibus, Aegyptus. 22
¶Procellis, Syrtis. 23
¶Pectinibus/ & pectunculis, Tarentum/ Mitylene. 24
¶Pecore, Phyllos/ Tartari/ Sclaui/ Pannonia/ Orchomenos/ Anglia. 25
¶Pabulis, Morauia/ Erithrea/ Germania. 26
¶Pernis piscibus, Pontiæ. 27
¶Psymmythio, Rhodos. 28
¶Pumicibus, Scyros/ Aeoliæ. 29
¶Persicis. Persis/ Aegyptus. 30
¶Paliuro, Cyrene. 31
¶Ptisana, Vtica. 32
¶Panico, Aquitania/ Pontus. 33
¶Portu, Aulis/ Anthedon/ Munychia/ Lycia. 34
¶Pardis, Africa. 35
¶Pristibus, India, 36
¶Plataniſtis piscibus, Ganges. 37
¶Phœnice, Arabia. 38
¶Palumbibus, Volaterra. 39
¶Psytacis, India. 40
¶Phalerídibus/ & Phalocrocoracibus, Seleucia. 41
¶Pellibus, Tana. 42
¶Panibus, Scolus. 43
¶Pelamidibus, Alyzones. 44
¶Peloridibus, Pelorus. 45
¶Peponibus, Campania. 46
¶Petroselino, Macedonia 47
¶Paphagis, India. 48
¶Perdicibus, Paphlagonia. 49
¶Palestra, Sparta. 50
¶Alijs rebus, alia quędam loca. 51
¶Populo/ & diuersis reb⁹. Parrhisiorũ Lutecia. 52

Pice. 1

PLynius. Asia picem Indicam maxime probat, Græcia Piericam, Narycíam Virgilius libro secundo Georgico, dicens. Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum, Narycíæq; picis lucos. Est autem Narycia/ seu Narycium oppidum Volscorũ. Columel. libro. 11. Sobolem dabit illa capacem Narycíæ picis/ aut Actęi mellis Himetti. Michael Anglicus. Nígrior Illyrica/ Narycia ve pice. ¶Est & circa Idam in Troade pix plurima. Virgilius libro tertio Georgico. Ideąsq; pices, & pingues vnguine cæras. ¶Illyrium/ seu Illyria Epyri regio Italiæ propinqua pice quoq; abũdat. Ouidius. Adde q̃ Illyrica si iam pice nígrior essem. Idem. Nígrior Illyrica cui pice sanguis erat. ¶Theopompus apud Plynium testis est In Apolloniatarum agro picem fossilem non deteriorem Macedonica inueníri. India. Narycia. Ida. Illyria. Apolloniatæ.

Piceis Arboribus. 2

¶Picea arbor frequens est in Pado. Vnde impositum fluuio nomen. Pades enim Picea Gallice vocatur, inquit Plynius. Padus.

Palmis.

Egggda. ¶Apud Heſſenos populos vrbs eſt Eggada nomine, fertilitate/ & nemoribus pal-
Aegypt⁹. metorum nobilis. ¶Aegyptus. Plynius. Palma (inquit) quæ fert Myrobalanum,
probatiſſima eſt in Aegypto. Quintianus. Inuenta menſis palma mox Aegyptia.
Idume. ¶Idume prouincia Syriæ palmis luxuriat. Lucanus. Et arbuſto palmarum diues
Idume. Virgilius libro tertio Georgic. Primus Idumęas referam tibi Mantua pal-
mas. Horatius. Et vngi Pręferat Herodis palmetis pinguibus. Syllius. Palmiferāq;
ſenex bello domitabit Idumen. Idem. Cyprō Idumęas referat de Pallade palmas.
Hierícus. Politianus. Ac ſuas nobis opulēta palmas Mittet Idume. ¶Hierícus oppidum eſt
Idumęę, in cuius agro Strabo ait palmetum eſſe centum ſtadiorū. Plynius Hierícū-
tem palmetis conſitam/ & fontibus irriguam vocat. Idem. Sed vt copia (inquit) ibi
Babylonía atq; fertilitas/ ita nobilitas in Iudæa, Nec in tota, ſed Hierícunte maxime. ¶In Ba-
bylonia per omnem regionem palmæ ſunt ſua ſponte naſcentes, plęręq; fructiferæ.
Arabía. ¶Arabia. Ouidius libro decimo. Palmiferos Arabes. Panchæaq; rura reliquam.
Pharos. ¶Pharos Aegypti inſula. Ouidius lib. 2. Eleg. Quę colis & Memphim, palmife-
Selinis. rāq; Pharon. Mantuanus. Palmiferāq; Pharon Lybicis quæ cingitur oris. ¶Selinis
vrbs iuxta Lilybęū. Syllius. Audax Hybla fauis, palmis quoq; onuſta Selinis. Vir-
gilius libro tertio Aenei. Teq; datis linquo ventis palmoſa Selinis. ¶Plynius ſcri-
Iudæa. bit Iudæam eſſe inclytam palmis. ¶Eſt & in Lyguria caſtrum S. Romuli palmis
Canaría. nobilibus refertum. ¶Canaria vna ex Fortunatis inſulis abundat palmetis Cario-
tas. i. palmarum fructus ferentibus. Martialis. Notæ Cariotides theatris. Statius.
Tylos. Prægrandes Cariotides cadebant. ¶Tylos inſula maris Perſici/ palmas/ oleas/ vi-
Thebę. tes/ ficos/ & varia pomorum genera profert. ¶Thebę Aegyptię palmis itidem fœ
cundæ fuerunt. Statius. Seu quæ palmiferę mittunt vęnalia Thebæ.

Pomis.

4

Tybur. ¶Tybur oppidum non procul Roma/ pomis abūdauit. Columel. libro vndecimo.
Phęacía. Et turris lacus/ & pomoſi Tyburis arua. ¶Phæacum regio tanta pomorum vberta
te claruit, vt pręmaturis fructibus noui ſtatim ſuccederent. His autem prępfuit Al-
cinous. Statius libro primo Syl. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria/ voſq; Qui
nunq̄ vacui prodiſtis in aera rami? Mantuanus. Alcinoi ſyluas canit, & Phęacia po
ma. Ouidius libro. 13. Proxima phęacum felicibus obſita pomis Rura petunt. Iuue
nalis Satyra. 5. Illa iubebit Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore. Qualia perpe-
tuus phęacum Autumnus habebat. Propertius. Nec mea Phęacas ęquant pomaria
Anio. ſyluas. ¶Anio fluuius Tyburi propinquus etiam pomis abundat. Propertius. Ra-
Phaliſci. moſis Anio qua pomifer incubat aruis. ¶Phaliſci Volſcorum populi etiam abun-
dant pomis. Ouidius lib. 3. Eleg. Quum mihi pomiferis coniunx foret orta phali-
Aſpago- ſcis. ¶Aſpagones Indiæ populos/ vitis/ Lauri/ buxi/ pomorūq; omnium in Græ-
nes. cia naſcentium fertiles ſcribit Plynius. ¶Omnes Fortunatæ inſulę copia pomorum
Fortunatę et auium omnis generis abundant.
inſu.

Plumbo.

5

Mitteris. ¶Mitteris inſula (quę abeſt a Britannia ſex dierum nauigatione) candidum gene-
Cantabria rat plumbum, Exaduerſo (inquit Plynius) Celtiberię complures ſunt inſulę. Caſ-
ſiterides dictę a Grecis, fertilitate plumbi. ¶Cantabria nigro abundat plumbo.

Pantheris.

6

Hyrcania. ¶Hyrcania Scythię pars Pantheris/ Pardis/ & Tygribus abundat.

Pinis.

7

Atlas. ¶Atlas mons. Auſonius. Nec Piniſer Atlas Amphitrioniadem puerum. Quin-
Ida. tianus. Quo graue Piniferi collum premeretur Atlantis. ¶Ida. Statius lib. 3. Syl.

Pergame

Pergame pinífera multo precioſíor Ida. ¶Lycæus mons Arcadiæ. Statius libro ſeptimo Thebaí. Nec ſua Pínigero magís adnatet vmbra Lycæo. ¶Símois fluuius Phrygię. Statius libro. 12. Pínigerí rapitur Símoentis ad amnem. ¶Męnalus. Virgílius. Píníſer illum etiam ſola ſub rupe iacentem Męnalus/& gelídi fleuerunt ſaxa Lycæí. ¶Oſſa mons Theſſaliæ. Lucanus. Quantus Píníſere Boreas quum Thracius Oſſæ Rupíbus incubuit. ¶Othrys. Valerí. Flac. Parnaſí lateant iuga/ceſſerit Othrys Píníger.

Lyceus.
Símois.
Męnalus.

Portís.

8

¶Aegyptiæ Thebæ centum portís nobíles fuerunt. Iuuenalis. Ecce vetus Thebe centū iacet obruta portís. Priſcianus/ſeu Rhemnius ín Geographia Dionyſíj. Quí veteris/claręq; colunt ſub mœnía Thebes. Val. Flac. Et centumgemínæ Lagi naualía Thebę. Plynius. Et Dioſpolís magna/eadem Thebę/portarum centum nobílís. Pontanus. Hínc ad centíforem Níli ſubit hoſtia Theben.

Thebæ.

Piſcibus.

9

¶Aulís vrbs/ſeu portus Euboię píſcíbus abūdat. Ouid. líb. 12. Bœotaq; tellus Aulíde píſcoſa puppes tenuíſſet ituras. ¶Bęnacus lacus. Petrarcha. Carmíne/píſcoſo referens accepta Bęnaco. Vbí primā corrípuit, quę a Vírgilío producítur. ¶Gnydos Lycię cíuítas. Ouidíus lib. 10. Píſcoſamq; Gnydon, grauidāq; Amathūta metallís. ¶Multa ſunt ín Nílo píſcíū genera, ínter quos numerantť Lepidothus/Coracínus/Porcus/Phagonus/Silurus/Cítharus/Aloſa, Ex teſtaceís Dílichíus/Phíſcus/Boſítes. ¶Tanta eſt ín Thule ínſula píſcíum multítudo, vt lígní loco comburantur ab íncolís. ¶Gedroſí Indię populí (qui Arbím amnem íncolunt) fores ín domíbus, maxillís píſcíum/& beluarum faciunt, & oſſibus tecta contígnant.

Aulís.
Bęnacus.
Gnydos.
Nílus.
Thule.
Gedroſí.

Populís arboríbus.

10

¶Sperchíus fluuius Theſſalię. Ouidíus lib. 1. Meta. Populífer Sperchíus/& írrequíetus Enípeus. ¶Padus. Ouidíus lib. 2. Eleg. Frígidus Eurotas/populíferq; Padu. Mantuanus. Populíferq; Padus/Lacedęmoníuſq;/Eurotas. Idem. Iam mea populífer cerneret ora padus. ¶Populos nígras, efficacíſſímas habet Creta ínſula.

Sperchí9.
Padus.
Creta.

Papyro.

11

¶In Lacunís Níli naſcunť íunci, ex quorū tenuíſſímís fíſſurís cōtexuntur chartæ et vela/& veſtes & ſtragula. Eſt aūt Papyrus frutex naſcēs ín paludíbus Aegyptí/aut quieſcētib9 aquís Níli. Papyrū oſtēdit prímus ín Aegypto Alexāder. De Papyro, Lucan9. Nondū flumíneas Mēphís cōtexere Bíblos Cœperat. Ouidi. líb. 15. Perq; Papyríferí ſeptēflua flumína Níli. Idem. Ipſe Papyrífero quí non anguſtíor amne. Martialís. Perdíte Nílacas Muſæ mea dāna papyros. Apulei9. Modoſí papyrum Aegyptiā argutia Nilotící calamí ínſcríptā nō ſpreuerís ínſpícere. Plynius Papyrū (ínquit) naſcítur ín paluſtríbus Aegyptí/aut quieſcētibus Nílí aquís, vbi euagatæ ſtagnāt, duo cubíta nō excedēte altitudíne gurgitē. ¶Nuper & ín Euphrate naſcēs círca Babylonem, Papyrum íntellectum eſt eūdem habere vſum, quem carthę.

Aegypt9.

Prunís.

12

¶Damaſcus vrbs Syríæ optímís abundat prunís, quæ Damaſcena vocantur. Columel. líb. 11. Armenijſq;/& Cęreolís/pruníſq; Damaſcí. Plynius líb. 15. In peregrínís arboribus dícta ſunt Damaſcena/a Syríæ Damaſco cognomínata. Statius líbro. 1. Syl. Quod ramís pía germínat Damaſcus.

Damaſc9.

Pyrís.

13

¶Plynius aít Cruſtumína Pyra cunctís eſſe gratíſſíma. ¶Abundant & Pyrís Calabrí, quæ conſueuerūt hoſpítíbus apponere. Horatius. Non quo more Pyrís veſcí

Cruſtumínum.

Calabri. Calaber iubet hoſpes. Hinc Adagiũ. Calabri hoſpitis Xenia. ℂ Cruſtuminis pro-
Falernus. xima ſunt Falerna a potu, quoniam tanta vis ſucci abundat.

Porris.

14

Aricia. ℂ Aricia vrbs Italiæ porris abundat. Martialis. Mittit præcipuos nemoralis Aricia
Tarẽtum. porros. ℂ Tarentum. Idem Martia. Fila Tarẽtini grauiter redolẽtia porri. ℂ Ply-
nius ait laudatiſſimum porrum eſſe in Aegypto / mox Orchiæ / atq; Ariciæ.

Phaſianis.

15

Phaſis. ℂ Phaſiani a Phaſide Colchorũ fluuio dicuntur, q; ibi ſint frequentes. Lactantius.
Cernitur & mixtam Phaſidis inter auem. Martialis lib. 13. Argiua primũ ſum de-
portata carina, Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat. Stroza pater. Phaſiacis robur
profuit alitibus. Stroza filius. Seu perquirere Phaſias volucres.

Paludibus.

16

Nilus. ℂ Nilus. Statius libro tertio Syl. Vnde paludoſi fœcunda licentia Nili. ℂ Rauẽna.
Sicãbri. Syllius libro octauo. Lenta paludoſæ proſcindunt ſigna Rauẽnæ. ℂ Sicambri po-
puli Germaniæ Rheno proximi in paludibus habitant. Propertius. Ille paludoſos
17 memoret ſeruire Sicambros.

Nilus. Portentis.

18 ℂ Nilus, Stroza filius. Et portentiferi naſſet vada noxia Nili.

Scythia. Pruinis.

ℂ Scythia / Riphæi / Caucaſus, Strymon fluuius Thraciæ perpetuis rigent pruinis.
Virgi. lib. 4. Georgi. Aruaq; Riphęis nunq̃ viduata pruinis. Marullus. Modo ar-
tus Scythicis pares pruinis. Claudianus. Caucaſeas captiua bibunt armenta pruina.

Pharetris.

19

Creta. ℂ Creta. Virgil. lib. 3. Georgi. Armaq; / Amyclęũq; canem / Creſſamq; pharetam.
Gnoſos. ℂ Gnoſos & Gortyna vrbes Cretæ. Lucanus lib. 3. Creta vetus populis / Gnoſoſq;
Cydon. agitare pharetras Docta / nec Eois peior Gortyna ſagittis. ℂ Cydon vrbs Cretæ.
Ouid. libro. 8. Meta. Armaq; / equoſq; / habituſq; / Cydonęaſq; pharetras. ℂ Lycia.
Lycia. Statius lib. 6. Theb. Cętera pars lyciis gaudet contenta pharetris. ℂ Mœdia. Ma-
Mœdia. rullus. Non tot ſpicula Mœdicis pharetris.

Purpura.

20

Melibœa. ℂ In Melibœa vrbe Theſſaliæ claruit vſus purpuræ. Virgi. lib. 5. Aenei. Purpura
Męandro duplici Melibœa cucurrit. Lucretius libro. 2. Melibœaq; fulgens Purpu
Laconia. ra / Theſſalico concharum tecta colore. ℂ Plyn. ait in Laconia purpuram optimam
fieri conſueuiſſe. Hora. Nec Laconicas mihi Trahunt honeſtæ purpuras clientes.
Martia. Te nec Amyclęo decuit liuere veneno. Nec Milet⁹ erat vellere digna tuo.
Cos. Stroza filius. Oebalis Herculeo non debet purpura tm̃ Ingenio. ℂ Bombycinã ve-
ſtem texere Pamphila Platis filia in Co inſula prima docuit. Martialis. Nec Coęre
Tyros. ferunt iam tibi purpuræ. ℂ Tyros. Martialis. Quicquid Agenoreo Tyros iproba
Sidon. cogit Aheno. Tibullus. Illi ſelectos certẽt præbere colores, Africa puniceum / pur-
Carthago pureũq; Tyros. Idem. Vellera det ſuccis bis madefacta Tyros. ℂ Sidõ & Ancon.
Syllius lib. 8. Stat fucare colus / nec Sidone vilior Ancon. ℂ Plynius de Carthagine
loquens. Nunc omnis (inquit) nobilitas conchilio / atq; purpura conſtat. ℂ Pur-
21 puras piſces habent Sigęum & Lectum Idæ promontoria.

Picenum. Placentis.

ℂ Picentes pane laudantur, quem conficiebant ex alicæ materia macerata. Hic ob
duriciam frangi non poterat, niſi lacte / mulſo ve mollitus. Martialis. Picentina Ce-
res niueo ſic nectare creſcit, Vt leuis accepta ſpongia turget aqua. Pamphilus. Non

Alicæ

Alicæ panes, non quas tibi terra Placentas Picentina dedit.

Pyramidibus. 22

¶Pyramides lapideę fuerũt ſtructurę in Aegypto, quas reges ſumptu maximo erí gebãt/aut in oſtẽtationẽ diuitiarũ/aut in vſum ſepulturę/aut ad excitãdũ populí torporem. Earũ vna. 360. milibus hoím/ viginti annorũ ſpacio cõſtructa fertur/tanta quidẽ rerum prodigẽtia, vt in Raphanos/alliũ & Cępas (quibus operaríj veſcebãtur) 1800. talẽta erogata ſint. Martialis. Barbara Pyramidũ ſileat miracula Memphis. Aegypt⁹.

Procellis. 23

¶Syrtis, Charybdis/Sylla/Malęa/ Caphareus/marina dícuntur pericula/ procellis frequẽtibus agitata. Pamphilus. Perq; procelloſas Syrtes/per ſaxa Malęæ. Per mare, quod rapido vortice Sylla trahit. Syrtís.

Pectínibus. 24

¶Pectines piſces ſunt lati, quib⁹ abũdat Tarẽtũ. Horat. Pectíníb⁹ patulis iactat ſe molle tarẽtum. Ply. ait laudatiſſimos eſſe pectines Mitylenis, in Aegypto vero pectũculos. Tarentũ.

Pecore. 25

¶Phyllos regio Arcadiæ. Statius lib. 4. Theb. Aptior armentis Mydea/pecoroſaq; Phyllos. ¶Tartarí populí, quum frugibus careant, pecore tamen abundant. Et quoníam aquarum ſunt pauperes/ equínum ſanguínem bíbunt. ¶Sclauí regionem habitant adeo feracem, vt bís in anno grauídas habeant pecudes, quę quater tondẽtur. ¶Volaterranus ait Pannoníam pecorĩbus & vitíbus abundare, ſed oleí paupẽrem eſſe. ¶Orchomenos vrbs Arcadię/Polymelos a pecorís copía nomen meruit. ¶Anglí pecore abũdãt/laníſq; molliſſimis, quoquoverſus exportatis. Víuaría animalíum ad tría millia in tota ínſula cernuntur, ínquit Volaterranus. Phyllos. Tartarí. Sclauí. Pannonía. Orchome. Anglía.

Pabulís. 26

¶Morauía ſterilitatem oleí/& víní, Pabulorum/frumentí, pecoriſq; copía abunde penſat. ¶Erithrea ínſula Hiſpaniæ/tantæ eſt fœcũditatís, vt oporteat pecudes pabulí copia, excreatione ſanguínis purgarí, Cuíus reí cauſa, ea finguntur, quæ de Geryonís armentís dícuntur. ¶Plynius ait níhíl eſſe laudatius Germaniæ pabulís. Morauía. Erithra. Germanía

Pernís. 27

¶Pernæ piſces de genere concharum, frequentes ſunt circa Pontías ínſulas. Pontiæ.

Pſymmythío. 28

¶Pſymmythium/ſeu Ceruſſam parít Rhodos ínſula. Rhodos.

Pumicíbus. 29

¶Pumices dícuntur lapídes eroſí amne, leuigandís corporíbus aptiſſímí. Laudantur ín Melo, Scyro. & Aeolíjs ínſulis, Reperíuntur & ín Sicília nígrí coloris. Scyros.

Perſicis. 30

¶Perſica dícuntur a Perſide regione his abundante. Habet Aegyptus Perſicum arborem ſímílem pyro. Perſís.

Paliuro. 31

¶Paliuro arborí Cyrenaica regio ſuam poſtponit Loton. Cyrene.

Ptiſana. 32

¶Ptiſanæ potioní (cuius laudíbus Hippocrates volumen vnum dícauit) bonitas præcipua Vticenſi, In Aegypto fit ex hordeo. Vtica.

Panico. 33

¶Panico cíbo præcipue vtítur Aquítanía. Ponticæ gentes nullum panico præferunt cíbum. Aqtanía.

Portu.

Aulis. ¶Aulis vrbs Euboię portum habuit. 500. nauium capacem. ¶Strabo ait Anthedonē Bœotię vrbē portuosam eē. ¶Munychia vrbs Atticę habuit stationē. 400. nauiū capacē. ¶De Lycia, Seneca in Theb. Tutāq; crebris portubus Lyciā videt.

Anthedō.

munychia

Lycia.

Pardis.

34 ¶Pardos in Africa, Syriaq; esse creberrimos ait Plynius. Capiuntur & in regione Mauritaniæ. Sunt & in Caria/ac Lybia pręlongi admodum, animo imbelles, saltu agiles, pelle adeo dura, vt ferro non cedat.

Africa.

Pristibus.

35 ¶Prístes pisces sunt in mari Indico. 200. cubitorum.

India.

Plataristis.

36 ¶In Gange reperiuntur Plataristæ pisces. 15. cubitorum.

Ganges.

Phœnice.

37 ¶Phœnicem auem annis. 690. viuentem sola fert Arabia. Claudianus. Hæc fortunatus nimium Titanius ales Regna colit, Solisq; plaga defensus iniqua Possidet intactas ægris animalibus oras.

Arabia,

Palumbibus.

38 ¶In agrum Volaterranum Palumbes quotānis aduolant e mari.

Volaterra.

Psytacis.

39 ¶India Psytacū mittit/auem humanę vocis docilē. Claudianus. Et si qua loquēdi Gnara/coloratis viridis deferť ab Indis. Nunc etiā aduehunť ex Lusitania/insulisq; Aethiopicis.

India.

Phalerídibus.

40 ¶Phalerides aues habet parthorum Seleucia. Aquaticarum laudatissima Asia.

Seleucia.

¶Phalocrocoraces aues Balearium insularum sunt peculiares.

Pellibus.

41 ¶Ex Tana Venetorū castello exportanť pelles & mācipia, quę Sarmatę mercanť, vocātq; Carcasos.

Tana.

42 Panibus.

Scolus. ¶In Scolo Bœotiæ vico laudatissimi fiebant panes.

Pelamidibus.

43 ¶Pelamidum piscium copiam habent Alyzones populi. Strabo ait etiam reperiri in angustijs Byzantij.

Alyzones

Peloridibus.

44 ¶Pelorides pisces dicuntur a Peloro promontorio, vbi scatent.

Pelorus.

Peponibus.

45 ¶In Campania/Pepones optimi sponte proueniunt.

Cāpania.

Petroselino.

46 ¶Optimum Petroselinum veniebat quondam ex Macedonia.

Macedo.

Pœphagis.

47 ¶Habet India Pœphagum animal duplo magnitudinem equi excedens.

India.

Perdicibus.

48 ¶Theophrastus dixit perdices esse in Paphlagonia duplici corde.

Paphlago.

Palestra.

49 ¶Fuerunt Spartani clarissimi pugiles/& Palestritæ. Propertius. Multa tuę Sparte miramur iura palestrę. Stroza filius. Spartanęq; artes versare/doloq; palestræ.

Sparta.

¶Alijs rebus.

50 ¶Parthenium pigmentum habet Aegyptus. ¶Purpurissum colorē India. ¶Panacem herbam Clitorus mons. ¶Panacem vnguentū Arabia. ¶Philoginon gemmam/Porphyritem lapidem/Persęam arborem Aegyptus. ¶Phattagam animal/

Porphyrum

Porphyrum ſerpentem India. ¶ Parnopũ auem, Galatia. ¶ Pardalim & Perſeum piſces, Mare rubrum.

¶ Populo & diuerſis rebus Parrhiſiorũ Lutecia.

GRæci ſuas hiſtorias intermixtis vbiq; mendaciis poſteritati fecerunt memorabiles, aut etiam fabuloſas, ſic vt permultæ fidem authoribus ſuis derogauerint, eoſq; Mythologicos potiuſq̃ hiſtoricos fecerint appellari. Nam ꝙ Xerxes tot ex vniuerſo Oriente Myriades contraxerit/ Soli tenebras multitudine iaculorum induxerit/ iniecerit Neptuno compedes, eius equis fluuius in potu non ſatis fuerit, equa in exercitu leporem pepererit, quis non videt hoc ipſũ adeo difficile eſſe, vt fieri non poſſe/ magis q̃ factum credatur? Laborauit ſemper hoc morbo Græcia, vt ex re nihili arduam, & velut Atlantem ex Pygmæo/ ex formica faciat Elephantem. Cuius inanes glorias ſi imitarentur Gallia, non ſolum rerum vbertate omnibus aliis locis poſſet contendere, ſed pura & aperta veritate, ac ne adiecto quidem figmenti aſſe, victoriam præripere. Quid enim habẽt, quo careamus? Nec de Grecis tãtum, ſed eximijs rerũ oſtẽtatoribus Italis loquor, qui ſe hactenus mirãtur, vt nihil incantatum reliquerit. Nullum eſt Tuſculanum/ nulla villa/ nullus vel mõticulus/ vel fonticulus/ nulla terra q̃ tulicunq; vini ferax, quam ſilentio dimiſerint inuolutam. Plena ſunt variis artificibus (quos nubium tenus extollunt) eorum volumina. Pictoribus/ Statuariis/ Sculptoribus/ Architectis/ rerum inuentoribus/ nautis fabris/ aurigis/ pugilibus ſibi placent immodice, ita vt vtraq; gens de inani ambitione certamẽ ſuſcepiſſe videatur. Cõmune eſt & ingenitum fortaſſe hoc populo vtriq; malum/ vt Olympum ex paruo producant tumulo. Nihil habent, quod indictũ prętermiſerint. Nec ipſis quoq; hiſtrionibus ſua laus non impertita. Quid hiſtrionibus? Suas meretrices, Thaidem, Phrynem/ Laidem/ Glyceram/ Rhodopem/ aliaſq; permultas inflatis extulerunt buccis, adeo ſui memoriam timuerunt cum corporibus ſepelirí. Quanta ergo (dii boni) ſi eorum ſimiles eſſemus, et futili commendatione moueremur, laudandi noſtri ſeſe offert occaſio, quum nemo non videat nullis omnino humanæ vitæ neceſſariis rebus (quas vbiq; ſuarum regionum habuerint) modicam Galliæ partem, nedum Galliam totam carere. Dicant nobis (et herbam dabimus, modo nihil cominiſcantur) quid vnq̃ dignũ laude in ſuo ſolo viderunt, cuius penuria nos laborare conuincant? Afferãt Greci ſuas Athenas/ Spartam/ Mycenas/ Argos. Romani ſuum (ſi dius placet) mundi caput. Leui brachio reſiſtemus/ aut etiam labore nullo. Namq; incruenta m bonorum omnium victoriam ſola nobis comparabit Lutecia, In cuius commendationem ſi aliquantulum velim⁹ prorumpere, nos ab vniuerſis eorum vrbibus vinci non permittet. Eo veniant aliquid quęſitum, quid non inuenient? Nihil eſt boni i hoc noſtro Cornucopiæ, quod ibidem non ſuppetat abunde. Terra eſt ſuis diuitiis cõtenta, et vbertate genuina ſatis luxurians. Ne tamen aliquid ad ſaturitatem deeſſe putes, ſcatet externis opibus. Habet Calabrię armenta/ Alutam Sicyonis/ Amomum Aſſyriæ, Apes hymetti/ Aulæa Babylonis, Aegyptium acetum, attagenas Ionicas, Perſicum Aroma, Cytori buxos/ Bombycem Arabicam, Boues Celaduſæ/ Balſamum Iudęæ, Crocũ Ciliciæ, canes Epyri, cretam Cymoli, Cannabem Scythiæ, Corylos Auellæ, Coſtum Arabiæ, Caſeos Trebulanos, Pãchaiæ Cynnama, Columbas Dodonæ, Conchas Lucrini, Cayſtri Cycnos/ Noricorum Chalybem/ Corinthi crateras/ Cytrum Mauritanię, Cępas Cumarũ/ equos Aſturiæ/ ebur Indiæ/ Frumentũ Eleuſis/ Numydię

gallinas, maris rubri gẽmas, hortos Phęacum, Mileti lanas, lac Saffinę, lẽtẽ Peluſij, linũ Aegypti/mel Hyblę/marmor Numydię/metalla Themeſes, meſſes Africæ, myrrhã Arabię, nardũ Perſidis, napos Amiterni/Venafri oleũ, Velitrarum oua. Galeſi oues, odores Aſſyrię/Narycię picẽ/palmas Idumęas. Nec deſunt Phęacum poma/pruna Damaſcena/porri Tarentini/ Melibœa purpura/placentæ picentinę Pæſtanæ roſæ/reſina Aegyptia/Aeoliarum ſulphur, Saccarum Indiæ. Abundat quoq; Tapetibus Alexandriæ/turdis Germaniæ, vnguentis Perſarum/ Gangis vniomb⁹. Alienigena non vtitur vino, quoniam genuinum habet/qđ longe pręſtat cæteris, Vtinam fieri poſſet, vt abſtruſi diuitum eius vrbis theſauri prodirent in lucem/& omnium oculis videndi proponerentur. Mirareris vnde tãta farrago, aut quibus fodinis eſſet eruta. Non videretur tibi mentitus Adrianus imp. quẽ dixiſſe ferunt plus eſſe auri in rerum natura, q̃ reliquorum metallorum. Plęriq; externi (q̃ illuc ſe conferunt) diuitias minores eſſe fama hoc arguunt, q̃ non videant ſtadiatas domorum porticus/et ædificia forinſecus ſpecioſa. Parrhiſienſes non ſunt vt plæriq; hominum, qui ſubligaculum induti paſſim oſtentant, Itali quicquid habent, pompis exponunt, vt oculos tranſeuntium paſcant & in admirationem rapiant. Domorum atria & fores exornant magnifice, ſed ſi introſpiceres, Pape/q̃ nihil intus præter aream nudam reperires. Contra vero Luteciani ſuas opes diſſimulant, nec maioribus q̃ deceat, modulis ſe metiuntur, ita vt quam prima fronte ſuſpicareris eſſe pauperem, opulentiſſima ſit Lutecia, in qua (vt ad cetera tranſeamus) ſi varios omne genus artifices inquiras, angulatim/vicatim et domeſticatim reperies, Si purpuram/flammearios/& Lanarum infectores, ipſa etiam dabunt ſuburbia. Pannis ſericis ſcatent officinæ. Aromatibus, Vnguentis, odoribus, Myropolarum apothecæ. Fabris ferrariis, abietariis, Phrygionib⁹, calceolariis ſutoribus, placentariis, Lanionibus, propolis, cetariis, venatoribus, vnguentariis, figulis, vaſculariis, trapezitis, plena ſunt omnia. Vrinatores gemmarii, cultrarii/Oenophori, tibicines, grammatei, comœdi, cauſidici, piſtores, condimentarii, mulctores, aurigę, ſagitarii, bibliopolæ, cytharœdi, excubitores, cellarii, Atrienſes, bractearii, remiges, helciarii, pęgaſarii, tabelliones, chirurgi, tonſores piſcinarii, mulliones, organarii nullibi nõ ſunt. Inuenies & medicos, qui cœliacis, Comitialib⁹ Cardiacis, podagricis, Febrientibus, maniacis, Lippientibus, tẽtigineſis, Lethargicis, paralyticis, torminoſis, hydropicis, & quouis morbo laborantibus medeantur, quiq; a Proſerpinæ peculio homines iam conclamatos ad vitam reuocent. Occurrunt philoſophi Peripatetici acutiores, ſeueriores Stoicis, Academicis diuiniores. Grammaticorum ſcholis nihil nebuloſum, nullus Perſius non declaratus, nullus Lycophron imperuius, nullus Fabii ſcrupus non emaculatus. Poetarum carminibus ſtrepunt compita, Præceptis Rhetorum fulminant gymnaſia, Sophiſtarum nodis vincitur Protagoras, Arithmeticorum numeris Euclides, Geometrarum menſuris Ptolomæus. Calcographorum typi demortuas prius diſciplinas euẽtilãt. Publicis profeſſorum lectionibus, doctrinas olent pulpita. Quid autem Papyrii ingenio tantopere garriunt & intumeſcunt Romani? Inuenies illic ſeptemnes infantulos, in quibus ſenilẽ miraberis iam cũ doctrina maturitatẽ, q̃q; verbati & ſyllabatim citi⁹ dicto repetent, q̃cq̃d dixeris. Iurares ĩ matrũ gremio literas cũ lacte ſuxiſſe. Vtriuſq; iuris tanta eſt ibidem celebritas, vt loquẽtẽ bibliothecã Iuſtinian⁹ reliquiſſe videaẽ. Aſſidua pædagogoꝝ ſedulitas, ĩculpata p̃ceptoꝝ ſeueritas traheret te in admirationem. Sacris literis tantus habeẽ honos, vt Theologoꝝ legiones et cẽturias reperire poſſis. Quis autem Lacedæmoniorum Ephoros et harmoſtas,

Cretenſium

Cretenſium Coſmos, Romanorum dictatores, conſules/tribunos/prætores/triumuiros/patricios/quęſtores/pontifices Max. & flamines ſenatui conferat Luteciano, cuius tanta eſt grauitas, vt ſolo quoq; aſpectu ſceleratos a flagitiis deterreat. In confeſſo eſt Romanorum magiſtratus pecunia ſępenumero corruptos fuiſſe, vnde & Iugurtha fratris Hyempſalis per dolum occiſi meruit impunitatem, Luteciano veroſenatui ſi montes aureos pollicereris, ſi crucem et furcam minareris, nihil tamen proficeres, nec auerteres ab ęquitate. Si (vt cętera curſim abſoluam⁹) bellicis telis ſit opus, habet Germanorum frameas, lanceas Hiſpanorum, Rhompheas Thracum, Iſſos Boiorum/Macedonum Sariſſas, ſibinos Illyricorum/Mœdorum Acynaces. Nec deſunt ſcibones/tragulę/telones/haſtę/ſudes/Phalaricę/ſemiphalaricę, ceſtra ſoliferrea, ſcorpij/ſpari, Cateię/rumigeſti/meſanculę/veruta/Aclydes/macheræ/vrbinę. Et ex machinis, teſtudines/Arietes, falces/vineę plutei, muſculi/turres, Sūt & galeę/thoraces, catafractę/ocreę/ſcuta, & omnia, quę ars et vſus repererunt. Ex veſtimentis, præter pallium Grecorum/maſtrugam Sardorum/Germanorum Rhenones/togam et prętextam Romanorum/peplum Troadum/Perſarum Tyaras, reperies quoq; abollas/adaſos/bardiacos, bardocucullos/barnacidas/Braccas/Brachialia/dextrocheria/Calthulas/capitia, caſtulas, chirodítas, chlamydes, lænas, endromydes, cyclades, crocotulas/diphtheras/diploides/epitogia/exomides/flammea, gauſapinas/hemitogia/Lacernas/infulas, Lęnas/Latoſclauos/limbos/lumbaria/mollicinas/parnacides/patagia/penulas/periſcelides/tibialia/Xerāpelinas/tunicas/perizonia/Polymitos/rhallas/ſtrophia/ſubuculas/ſudaria/ſuppara, et alia fere omnia id genus indumenta. Præterea, ſi vaſis quibuſcunq; indigeas, non deerunt acetabula/ampullę/cacabi/cadi/calathi/caldaria/calices/canthari/capulę/capiſteria/capruncula/carcheſia/capſę, ciſſimbia, clepſydrę, cophini, cotylę, crateræ, cupę, cyathi, diotæ, diſci, dolia, fidelię, fiſcinę, gabatæ, gutti, hydrię, lances, lebetes, lechyti, lepiſtę, matellę, mortaria, mulctræ, naſiternę, pelues, paterę, pręferricula, ſartagines, ſcyphi, ſcutellę, paropſides, ſportę, tepidaria, trientalia, vanni, vrnę, ſcaphia, ſyriſca, thargeli, cottabi, et alia huiuſmodi infinita, Vbertim quoq; ſuppetunt flores, herbæ, metalla, vnguenta, odores, piſces, aues, gemmę, lanę, fontes, marmora, plātę, boues, arietes, arborum fructus, legumina, frumēta, frutices, cibi electiles, et qc quid ad laute, genialiterq; viuendum ſufficit. Vis imperatorem, regem, aut quemuis principem magnifico donare conuiuio? Venales tibi quouis tempore proſtabūt Pauus e Samo, Phrygia Attagena, grues melicę, hœdus ex Ambracia, pelamis Chalcedonia, murena Tarteſſia, aſelli peſſimuntii, Oſtrea Tarenti, pectunculus Chius, helops Rhodius, Scari Cilices, nuces Thaſiæ, palma Aegyptia, glans Iberica, et quicquid cupediarum profunda veſtigauit ingluuies. Quid amplius dicā? Fatigat me tantarum rerum commemoratio. Taceo reliquiarum capſas aureas, et ſacraria diuitijs opulenta, ¶ Nihil de Palacio et plęriſq; magnificis (quarum materiam opus ſuperat) domibus audeo ſcribere. Oneri tanto ſuccumberet ſtylus. Nolo tamen (q̄uis ingenium tantę moli non ſit ſuperfuturum, non aliquid de huius vrbis populo memorare. Nemo mentitum me exiſtimet, ſi de' ea (quod de Troia Paris Ouidianus hyperbolice ad Helenam ſcribit) dixero. Vix populum tellus ſuſtinet illa ſuum, Nam vere terram ipſam populi multitudo proxime onerat, atq; ędificiorum grauitas. Congregentur forte fortuna in ſpectaculis centum hominum milia, tibi per vicos eunti nihil abeſſe, nihil videbitur imminutum. Clauduntur vrbes nonnullę maiori fortaſſe murorum ambitu, quod de Roma nonnulli perhibent. Sed nihil mirum. Namq; bonam earum partem reperias, nemoribus, vineis, et ar-

boribus consitam. In hac vero nihil ne angulum quidem non habitatum, nihil populo vacuum. Vix ipsi præsides, vix consules/ breuiusculos magna pecunia hortos sibi comparant, aut loca domibus vacua, quibus expediti curis, quandoq; deambulent. Res quidem primis seculis inaudita, & nulli non miranda maxime. Nūq; mihi persuasissem, quod aliquando audieram, tantum scilicet in hac vnica vrbe esse populi, q̃tum tres aliæ totius Europę/ maximę contineant. Res tamen ita se habet, Idq; adeo verum est, vt solus vicus speciem vrbis præ se ferat. Quod quum solus apud me quandoq; meditor, totus stupeo & miror, vbinam crescant (quę illi consumuntur) frumenta, vbi lignorum (quæ comburuntur) copia, vbi rerum omnium (quę supra fidem deglubūtur/ & velut abysso absorbentur) multitudo. Babylonis (quū exercitui data esset prædæ) post. 40. diem intacta pars comperta est. Arsit Carthago diebus 17. In vrbis Hierosolymę excidio vndecies centum milia hominum ferro & fame perierunt. Vno die Syracusæ maritimum & terrestrem exercitum cōflauerunt, argumentum quidem in omnibus mirandę amplitudinis, Laudantur Venetiarum diuitiæ/ Mediolani populus/ Florentiæ pulchritudo/ Bononiæ fœcunditas/ Genuæ superbia. Adduci tamen nequeo/ vt credam Lutetiam rerum omnium copia non excellere. Nam si in ea diutius te contineas/ et bonorum vbertatem/ populi frequentiam/ maiestatem senatus/ vęnalium rerum multitudinem/ cęteraq; huiuscemodi prospicienter obseruaueris/ quo quo postea foras proficiscēris, sordebūt tibi omnia. Nihil huius ratione oculos tuos pascet. Quod ad populi mores spectat, gens est in primis humana et beniuola, Quod licet multis rationib⁹ probari possit, causa tamen breuitatis/ vnico argumento probabo dictum, Antiquitus Romani existimabant se gande aliquod/ et cui nullis meritis respondēri posset, beneficium contulisse, si quempiam donassent ciuitate/ et iure ciuium frui permisissent, adeo vt propter hoc ipsum/ animam debere Fuluio Nobiliori videretur Ennius poeta. Hoc autem Lutetia nemini recusat, Barbaros fouet/ alienigenas recipit/ Hostes etiam regni nutrit in gremio/ maiori pietate, q̃ parienti subueniat obstetrix/ aut nutrix infantulo vagienti. Inimici Galliæ ipso etiam belli tempore non extruduntur. Extrudūtur autem? Immo vero fiunt consiliorum participes, quamuis animo gladiatorio nos inspiciant/ notentq; animo et designent oculis vnum quemq; nostrum ad cædem. Nec excipiuntur solum, at etiam in maiore habentur precio. Et vt iam in Epitheis meis conquestus sum, pluris facimus alienæ gētis formicas, q̃ nostrates tauros. Veniat nouus nescio quis versificator ex Italia/ aut ex Græcia esuriens Grę culus, venientem a decimo iugere salutabimus, eumq; maiore obsequio nobis demerebimur, q̃ aliquem ex nostratibus vel egregie literatum, quasi vero possit quisq̃ venire Lutetiam Budęo Lutetiano doctior, aut magis eloquens, Vidi quandoq; externos, qui dum frequenti auditorio aliquid profitebantur, ad eos turmatim conuolabatur, qui q̃is nihil nisi stercus dicerent, auditoribus tamen rosas loqui videbantur, ꝙ nescio quo fastu & inanibus ampullis fucarent sermonem/ & affectatas quasdam cupedias vocum plenis ructarent buccis, ponduſq; nugis adderent. Quorum tamen doctrina nullis nitebatur radicibus. Demum quid agunt, quum vident suas nugas tanti a nobis fieri? Intus nostram rident leuitatem, & postica nos eludunt sanna, ꝙ fabulis moueamur, quas fullones exibilent. Hæc Lutetianæ gentis humanitas. Est insuper religionis amantissima/ vt quæ altaria donis oneret/ pernoctet quandoq; in votiuis orationibus/ templa (quæ vicorum numero non sunt pauciora) plęrumq; visitet, adiutrix alioqui pauperum, virtutum fautrix/ & scelerum expultrix, Parentes/ lusitantes adhuc in gremio nutricum infantulos iam morum edocent honestatem,

neſtatem,et more Perſarum/ſtudío veritatís ímbuunt,ita vt ſacrícommíſſum pu=
tent,ſí quis mentíatur,idq; flagello puníant.Sí líberí profecerínt, gloríantur,eoſq;
præmíjs (quæ capit íllas ætas)ad perſiſtendum ínuítant.Matres fílíis paulo ſũt ín
dulgentíores,adeo,vt præſentíbus fruí ſatís/abſentibus carere nequeant,eoſq; com
poſíte & ornate reclamantíbus quandoq; maríts índuant.Prẹter cetera formídant
maxíe,ne ín ſcholís vapulẽt.Propterea ludímagíſtros munuſculís ínterím corrum=
punt,aut ímmanib⁹ pollícítís ſuſpenſos a ſeueritate retínent.Hís ínflícta verbera ſí
audierínt,redeuntibus e ſchola/humeros quandoq; /& nates (honos ſít auríb⁹) la
chrymoſæ denudant, vt vídeant,q̃ acerbe ſít anímaduerſum ín ſuos puppos. Sí
alíquanto ſeueríus vapulaſſe víderínt,temperare ſíbí nõ poterunt, quín præcepto=
res adeant,eoſq; probrís & conuíncíjs etíam ſpectante populo afficíant, Et(quod
omnium turpíſſímum)tortores & ſanguínarios carnífices appellẽt etíamnum.
Líberí ípſí ſunt íngenioſí admodum,et multa facíle díſcunt.Sed níſí freqũes lectío
num repetítío memoríæ tenacíus ínculcauerít,obliuíſcunt eadem leuítate, qua dí=
dícerunt.Nuſq̃ terrarum vídeo íngenij præcocíorís pueros.Contẽderem poſíto in
vadímonium capíte/aut ſummos oratores/aut clariſſímos poetas facíle futurũ, ní=
ſí vno maxíme morbo parentes fere omnes laborarẽt.quí líberos ípſos (vbí quíd ín
líterís promouerũt,et earum amenítatem cœperũt guſtare)a ſcholís protínus au=
ferunt,et ad alía ſtudía (quæ magís vident quęſtuoſa)ſtatím allegant,vt vel ſubfo
renſíbus rabulís díſcant garríre,aut cũ nummularíjs monetarum formas/ et calculo
rum ſupputatíones cognoſcere.Et ſperamus (quum hæc ærugo anímos corroſerít,
ínquít Horatíus)doctos fore,quí eo tempore doctrínam relíquerunt,quo quíd eſ=
ſet doctrína,adhuc pitíſſabant? Porro puellę apud eos compoſíte veſtíuntur,pudí=
ce tamẽ,et cítra pompam.Nam neq; papíllas vmbílico tenus denudant, vt Italæ,
nec ſupra modum ſuarum facultatum luxuríant,vt Genuẽſes aut venetæ,ſed oper
to toto corpore, nihíl ímpudícum preſeferũt,neq; proteruís et ludíbũdis oculís ſui
copíam ſpectatorıbus promíttunt/aut ſperarí faciunt. Vxores præſtítam marítís fí
dem non víolant,ſed ſuís thalamís contentæ pudicítíam ſeruant coníugalem.Om=
nes defunctorum víta parentum mortem atratí per annum lugent,Fœmínæ tamẽ
cadauera non comítantur ad ſepulchretum,ne ſexus fragílítas/ doloris ímpatientíã
ſuggerat.Senatorıbus rarum cum populo colloquíum,aut ípſum grauítatís plenum
et maieſtatís,Apud eos odioſí ſunt maxíme famílíares et domeſtící fures, quos lon
go prius carcerum pædore maceratos furca puníunt. Monetæ adulterínæ cuſores
flammís deuouent.Nullís pauperíbus/aut quouís morbo ínfectís / præterq̃ lepra/
ſua vrbe ínterdícunt.Adulatores cane peíus et angue oderunt et auerſantur. Pílæ/
ſagíttarum et fritíllorum ludo exercentur quandoq;.Conuíuíís gaudent et compota
tionıbus/ſed cítra ebrietatem.Nouas príncípum exactíones ægre ſatís ferunt,peten
tíbus tamen níhíl recuſant.Superbo templorum /magíſq̃ proprío et domeſtíco lę=
tantur ędifício,quod eſt notiſſímum pietatís argumentum. Rerum nouarum ſunt
auídí ſpectatores,et alíenam magís q̃ propríam mírantur vírtutem. Hęc de populí
morıbus/et vrbe ípſa,de qua multo plura díxíſſemus,ſí ad hoc poſſet ſuppeterever
borum dígnítas.Ne quís autem dícta mea fauorí tríbuat,ſubíícíam quæ ab Archí=
trenío Anglo,q̃ís regní Gallící ínſtar totíus eíus populí/ ínímíco ſcrípta ſunt,
vbí aít.

Exorítur tandem locus/altera regía Phœbí
Parrhíſíus/Cyrrhæa vírís/Chryſæa metallís/
Græca líbrís/Inda et ſtudíjs,Romana poetís/

Attica philoſophis/mundi roſa/Balſamus orbis/
Sidonis ornatu/ſua menſis/& ſua potu/
Diues agris/fœcunda mero/manſueta colonis/
Meſſe ferax/inoperta rubis/nemoroſa racemis/
Plena feris/piſcoſa lacu, volucroſa fluentis/
Munda domo/fortis domino, pia regibus, aura
Dulcis/amena ſitu, bona quolibet/omne venuſtum,
Omne bonũ, ſi ſola bonis fortuna faueret. Eĩ⁹ quoq; laudib⁹ Quintia n⁹ poeta iucundiſſimus opuſculum (cui nomen Cleopolis) dicauit.

¶De Literis Q & R.

1 Quercubus, Chaonia/Dodona
2 ¶Racemis, Cæcubum/Tmolus/Methymna.
3 ¶Rhombis, Adria/Rhombis,
4 ¶Roſis, Pæſtum/Pangæus/Campania.
5 ¶Reſina, Aegyptus.
6 ¶Raphanis, Delphi, Germania, Aegyptus, Laciadę.
7 ¶Rapis, Nurſini.
8 ¶Reſeda, Ariminum,
9 ¶Riuis, Methone.

1 Quercubus.

Chaonia ¶Chaonia pars Epyri/glandibus abundat et quercubus, Oui. lib. 10. Vmbra loco venit, non Chaonis abfuit arbor. Claudian⁹. In te Chaoniæ mouerũt carmina quercus. ¶Dodona ſylua Epyri. Val. Flac. li. 1. Arg. Dodonida quercũ Ingrediór. Sylli⁹ li. 3. Implet fatidico Dodonida munere quercum. Oſſa mos Theſſalię. Val. Fla. Fleuit vbi Oſſęę captaret munera quercus.

2 Racemis.

Cęcubum ¶Cęcubum oppidum in ſinu Caietano terras habet optimi vini feraces, Horatius. Cęcubum/& prælo domitam Caleno Tu bibes vuam. ¶Tmol⁹ mõs Lydiæ, Oui. libro quarto de Ponto. Africa quot ſegetes/quot Tmolia terra racemos. Quot Sicyon baccas/quot parit Hybla fauos, Idem libro quarto Meta. Deſeruere ſui nymphę vineta Timoli. ¶Methymna. Ouidi. Gargara quot ſegetes/quot habet Methymna racemos.

3 Rhombis.

Adria ¶Adria ſeu mare adriaticũ. Iuuena. Satyra. 4. Incidit Adriaci ſpaciũ admirabile
Rhombis Rhombi, ¶Rhombitẽ Ptolemæ⁹ ait eſſe fluuiũ poſt Mæotidem a Rhomborum frequentia nominatũ. Plyni⁹ ait Rhombũ Rauẽnę eſſe laudatiſſimũ.

4 Roſis.

Pęſtum ¶Pęſtum oppidũ in Lucania bis in anno fruct⁹ quoſdam, & in his roſas parit. Vir. li. 4. Georg. Biferiq; roſaria Pæſti. Idem de roſa. Vidi Pæſtano gaudere roſaria cultu, Oui. libro decimoquinto. Leucoſiamq; petit/tepidiq; roſaria Pęſti. Martialis. Pęſtanis rubeant æmula labra roſis. Idem. Prataq; nec bifero ceſſura roſaria Pęſto. Propertius. Vidi ego odorati victura roſaria Pæſti. ¶Pangęum quoq; montẽ roſis feracẽ eſſe docet Plynius Libro. 21. Cap. 4. ¶Abundat et Campania optimis roſis/quibus pręcipua dignatio. His Ply. addit Prænestinã et mileſiam, Eſt etiã Cyrenis odoratiſſima roſa.

5 Reſina.

Aegyptus ¶Reſina humor eſt fluens a arboribus/etiam in eiſdem reſidens. Plaut⁹ Aegyptiam probat

tiam probat in Mercatore dicēs. Reſinā ex melle Aegyptiā vorato, ſaluum feceris.

Raphanis 6

¶Raphanus herba eſt ſeu radix comeſtibilis, tam frequens & nobilis apud Delphos, vt ex auro diceretur, Beta ex argento, Rapum ex plumbo. Aequat in Germania infantum puerorum magnitudinem, In Aegypto Raphani ſparguntur Nítro, vbi ſunt ſuauitate prę cipui. ¶Laciadæ quoq; populi Atticæ Raphanorum habent copiam. Apud eos moris erat, vt qui fuiſſet in adulterio depræhenſus, ignominioſas pœnas daret, impactis in pudendam corporis partem Raphanis, qui ibidem creſcunt mira magnitudine. Delphi Germania

Rapis 7

¶Plynius li. 18. dat palmam Rapis / in Nurſino agro naſcētibus. Nurſini

Reſeda 8

¶Reſedam herbam collectiones / imflammationeſq; decutientem habet Ariminū magno prouentu. Ariminū

Riuis. 9

¶Methone vrbs Riuis abundat. Seneca in Troade. An frequens riuis leuibus Methone? Methone.

¶De Litera S.

SErpētibus, Ophiuſa / Mauritania / Lybia / Africa / Sinueſſa / Cinyphs / Candęi / India / Rhindacus, Bragada. 1

¶Sulphure, Aeolię Melo / Leucogabi. 2

¶Segetibus, Cinyphs / Lybia / Africa / Gargarus 3

¶Scaris, mare Carpathium. 4

¶Sagittis, Creta / Lycia / Cydon / Gortina / Dicte / Parthia. 5

¶Sariſſis, Macedonia 6

¶Smaragdis, Scythia / Erithra. 7

¶Siſtris, Aegyptus. 8

¶Saccaro / Arabia / India. 9

¶Stanno, Caſſiterides / Britann ia. 10

¶Saxis / Ceraunia. 11

¶Stamine, Pergamus / Memphis / Babylon. 12

¶Sale & Salinis, Hāmaniētes, Saxonia / Alos / Ormen⁹ / Cyprus, Biſuntium / Tarentum. 13

¶Salicibus, Amería. 14

¶Setabo, Hiſpania. 15

¶Spartho, Hiſpania. 16

¶Scombris piſcibus, Scombraria. 17

¶Saliumca, Pannonia. 18

¶Suibus, Arcadia 19

¶Strutiocamelis, Africa, Aethiopia 20

¶Salmonibus, Aquitania. 21

¶Sanſuco, Mitylene. 22

¶Speculis, Brunduſium. 23

¶Signis, Rhodos. 24

¶Sinopide Pigmento, Lemnos. 25

¶Siliqua, Syria. 26

¶Syluis, Mare rubrum / Tylos. 27

28 ¶Subere, Elis/Lacedęmon.
29 ¶Scirpis, Mauri/Padus,
30 ¶Stipulis, Leborinus.
31 ¶Serpillo. Thracia.
32 ¶Spongiis, Lycia.
33 ¶Aliis rebus, alia quædam loca.

1 Sepertibus.

Ophiusa ¶Ophiusa insula dicta est a multitudine serpentum. Ophis enim grece serpentem significat. Vnde ophiogenę populi in Hellesponto, qui serpentum ictus tactu leuāt & imposita manu/corporis venena extrahunt. ¶Maurítania. Horatius. Nec mauris animo mitior anguibus. ¶Lybia. Syllius. Tergadamus/Lybicisq; parem nō esse fatemur Anguibus Ausoniam. ¶AFRICA, Horatius libro primo Ser. Canidia afflasset peior serpentibus Afris. ¶Sinuessa vrbs Campanię. Oui. libro. 15. Vulturnus/niueisq; frequens Sinuessa colubris. ¶Cinyphs fluuius est Lybię inter duas syrtes, capris & serpentibus abundans. Pamphilus. Affer Cinyphij caput colubri. ¶Candei populi orientales/serpentibus vescuntur. Vnde & Ophiophagi vocant.

India Neq; est alia regio earum fertilior/authore plynio. ¶In India serpentes in tātā adolescunt magnitudinem, vt solidos hauriant ceruos/tauroq;. ¶Tanti sunt & apud Rhindacum amnem in ponto, vt superuolantes q̄is alte/perniciterq; alites haustu raptas absorbeant. ¶Constat apud Bragadam fluuium serpentem centum & vigiti pedum lōgitudinis a Regulo interfectum. Quod est argumentum maximos ibidem nasci.

2 Sulphure.

Aoliæ ¶Nascitur (inquit Plynius) sulphur in insulis Aeolijs/inter Siciliam & Italiam. Sed nobilissimum in melo insula. In Italia quoq; inuenitur in Neapolitano/Campanoq; agro/& collibus, qui vocantur Leucogabi. Volaterranus ait nūc fossile sulphur esse in agro Volaterrano. Nar'quoq; fluuius aquas habet Sulphureas. Ausonius. Fluminibusq; Italis præpollens sulphureus Nar.

3 Segetibus.

Cinyphs Lybia Africa ¶Apud Cinyphē Lybiæ fluuium magna est frugum copia. Vnde Oui. Cinyphiæ segetis citius numerabis aristas. ¶Multis testimoniis constat Lybiā & africam segetibus abun'dare. Mantuan⁹ in Syluis, Vbi Lybicę segetes, vbi Gnosia vina. Oui. lib. 4. de Ponto. Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos. Ab hac rerum copia, Cererem Argi Lybissam vocant, authore Festo. ¶Gargarus mon Phrygię. Oui. Gargara quot segetes/quot habet Methymna racemos.

4 Scaris piscibus.

Carpathiū ¶Scaros pisces habet Carpathiū mare. Horatius. Non me Lucrina iuuenerint conchilia/Magis ve Rhombus, aut Scari. Si quos Eois intonata fluctibus, Hyems ad hoc vertat mare. Eois fluctibus dixit. i. Orientalibus/propter mare Carpathium Hunc piscem Optatus Helipertius præfectus classis sub Claudio principe/e Carpathio aduexit. Numeratur autem inter cibos electiles. Varro apud Gellium testis est Scaros Cilices omnium esse prestantissimos.

5 Sagittis.

Creta ¶Sequentia loca incolas habuerunt peritissimos sagittarum. Creta. Virgili⁹ in Cyri. Attica Cretęa sternebat rura sagitta. ¶Lycia. Virgilius libro octauo. Ille mihi īsignem pharetram/Lyciasq; sagittas Discedens/pharetramq; auro dedit intertextam. ¶Cydon vrbs Cretę. Statius Libro septimo Theb. Cydonæas anteibant

Cydon gesa sagittas

geſa ſagittas. ¶Gortyna. Luc. li. 6. Dictęa procul ecce manu Gortynis arũdo. Idẽ. Nec Eois peior Gortyna ſagittis. Val. Fla. Pleniſq; redit Gortyna pharetris. ¶Dicte. Syllius li. 13. Dictęa per auras Tranat. & in mediũ perlabit̃ vrbis arũdo. ¶Parthia. Mantuan⁹ in Alphonſo. Nec Parthica tanto Agmine p̃ cœli nubem ſe fundit arundo, Hac ratione Catullus Parthos vocat ſagittiferos. ¶Erithra ſeu Erithræ, Sidonius. Forte ſagittiferas Euan populatus Erithras. ¶De Orientalibus populis. Val. Fla. libro quinto. Quos neq; Iber/neq; tuta ſuis aurora ſagittis Suſtinet. Per Auroram intelligit Orientales.

Sariſſis. 6

¶Sariſſę dicuntur haſtæ Macedonum. Ouí. lib. 12. Quí clypeo gladíoq;/Macedoníaq; Sariſſa. Lucanus lib. 8. Primi Pelłeas arcu fregere Sariſſas.

Smaragdis. 7

¶Smaragdo gẽma viridi/et oculoꝝ aciem recreante abundãt Erithra/ et Scythia. Claudianus. Inter Erithręos ſurgẽtia colla ſmaragdos. Pamphilus. Sardonyces. aurum, torques, Scythicoſq; ſmaragdos. Reperitur etiam in India, et Cypriis Aerifodinis. Plyni⁹ ait Aegyptioꝝ, Scythicorumq; ſmaragdorum tantam eſſe duriciem, vt nequeant vulnerari. Ait & Scythicos omnium eſſe nobiliſſimos.

Siſtris.

¶Siſtrũ tinnulũ ẽ inſtrumentũ ab Aegyptiis reptũ, quo vtebant̃ i ſacris Iſidis, Vnde ſiſtrati Aegyptij dicũtur, Martia. Linigeri fugiunt caluí, ſiſtrataq; turba. Ouidi. lib. 3. Eleg. Quid nunc ſacra iuuãt, quid nunc Aegyptia proſunt ſiſtra? Manilius. Atq; ipſa Iſiaco certarunt fulmina ſiſtro. 8

Saccaro. 9

¶Saccarum dicitur mel in arundinibus collectum inſtar gummi candidum/et dẽtibus fragile. Saccarum autem fert Arabia, ſed laudatius India.

Stanno, 10

¶Caſſiterides decem ſunt inſulæ in Hiſpania, ex quibus effoditur Stannum, quod Caſſiterum appellatur, ¶Diodorus ait venam ſtanni eſſe in Britannia, iuxta Helenum promontorium, quod nunc Cornubiam vocant,

Saxis. 11

¶Mantuanus apœninum ſaxoſum/Pamphilus Ceraunia ſcopuloſa/Calentius Pelion Lapidoſum vocant, q̃ ea loca ſaxis abundent. ¶De Eryce monte Siciliæ, Seneca in Medea. Quæcunq; generat inuius ſaxis Eryx.

Stamine. 12

¶Pergamus Attali regia/Memphis/& Babylon vrbes ingenioſæ fuerunt in texendis ſtaminibus. Politianus in Ruſti. Textile nec tenero ſub tegmine fulgurat aurũ/Spirantes referens vultus, quæ Pergamos olim Artifici deſcripſit acu, quæ ſtamina Memphis. Quæ Tyros et Babylon radio pinxere ſonanti.

Sale & Salinis. 13

¶Hammaniẽtes Cyrenaicę regionis populi domos ſale mõtibus ſuis exciſo/ceu lapide cõſtruũt. ¶Sunt etiam in Saxonia Salinę vberrimę, & argẽtifodinę ab Othone primo inuẽtę. ¶Alos vrbs Achaię a ſale ibidem reperto meruit nomen. ¶In Ormeno mõte indię quum ſal eruitur, & inſtar lapidũ cędit̃, fert̃ poſtea renaſci mira vbertate. Apud Cyprum ſal hãmoniacũ dicitur, quod i arena reperit̃. Biſuntium vrbs ẽ Burgũdię, in cui⁹ agro duo ſũt fõtes, alter aquę dulcis, alter vnde ſal igne dẽſatũ cõficiũt/cãdore p̃ſtans/& maximũ eius gẽtis vectigal. ¶Tarentini ſale abundant candidiſſimo/atq; foſſili, quem Plynius ait eſſe omnium ſuauiſſimum.

¶Apud Bactros amnis Ochus,& Iaxartes ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta. ¶Sunt & in Africa lacus turbidi ſalem ferentes. ¶In Carris Arabiæ oppido muros domoſq; maſſis ſalis faciunt, aqua ferruminantes.

14 Salicibus

¶Amería vrbs Vmbriæ/fuit quondam/ſalicibus ferax. Virgi. Atq; Amerina parat lentę retinacula viti.

15 Setabo.

¶Setabum genus eſt lini/ſudariis aptiſſimi,& tenuitate pręcipui,quo abundat Hiſpaniæ vrbs Setabis nomine. Catullus. Nam ſudaria Setaba ex Iberis Miſerunt mihi muneri Fabullus/Et Verannius.

16 Sparto.

¶Spartum herba eſt in Hiſpania frequens,qua optimum etiã cõficitur linũ. Strabo ait in Hiſpania campum eſſe Spartarium/a Sparti multitudine nuncupatum.

17 Scombris.

¶Scombraria inſula eſt vel promontorium contra Africam,ſcombris piſcibus abundans. Vnde nomen tractum.

18 Saliunca

¶Saliuncam herbã breuẽ & folioſã multæ ſuauitatis gignit Pannonía & Norica.

19 Suibus.

¶Sues in Arcadía adeo ſaginantur, vt Plynius ſcribat Soricem in corpore cuiuſdam præpinguis nidificaſſe.

20 Strutiocamelis.

¶Strutiocameli aues ſunt in Africa & Aethiopia tãtæ magnitudinis, vt altitudinem hominis inſidentis equo ſuperent/& celeritate vincant.

21 Salmonibus.

¶Salmo fluuiatilis in Aquitania/præfertur marino.

22 Sanſuco.

¶Sanſucus herba eſt Mitylenis pluríma,qua optimum cõficitur oleum,quod ſanſucinum dicitur.

23 Speculis.

¶Optima ſpecula olim fiebant Brunduſii,ſtanno et ære mixtis. author Plynius.

24 Signis.

¶Rhodi. 73. milia ſignorum fuiſſe,Mutianus apud Plynium teſtis eſt.

25 Sinopide pigmento.

¶Sinopis primum inuenta eſt in Ponto, Inde nomen a Sinope vrbe. Naſcitur in Aegypto, Balearibus, Africa,ſed optima in Lemno et Cappadocia.

26 Siliqua.

¶Siliqua arbor naſcitur frequens in Syria, Ioniaq; et circa Gnydon,atq; in Rhodo ſemper comantibus falijs.

27 Syluis.

¶Mare rubrum,et totus Orientis Oceanus refertus eſt ſyluis, Tylos quoq; inſula maris Perſici. qua ſpectat Orientem.

28 Subere

¶Suber pręcipue naſcit circa Elidẽ,aut Spartã, Plynij temporib⁹ naſcebat i Italia.

29 Scirpis.

¶Mauri mapalia ſua tegunt ſcirpis,tanta eorum multitudine affluunt. His et nautæ in Pado velificant,

Stipulis.

Stipulis 30

¶In Leborino Campaniæ agro tanta eſt ſtipularũ craſſitudo, vt eis ligni vice vtãt.

Serpillo. 31

¶Plynius libro decimonono ait montes Thracię ſcatere ſerpillo.

Spongiis 32

¶Spongię molliſſimæ ſũt circa lycią/In helleſpõto aſperę/Denſę circa Malæam.

Alijs Rebus 33

¶Sarcocolam paruæ arboris lachrymã habet Perſis. ¶Sandaracam pigmentum, Topazos ſiue Topazonos rubri maris inſula. ¶Selenitẽ gẽmã Arabia. ¶Seſamũ frugẽ India. ¶Syroperdicẽ auẽ perdice minorẽ, Antiochia. ¶Scythicen herbã Bœotia. ¶Stœchadẽ herbã odoratã Stœchades inſulæ. ¶Syderitem gemmam Arabia. ¶Silurũ piſcẽ, Nilus. ¶Scorpiones, Africa.

Rauiſij Textoris.

Cornucopiæ

¶De Litera T.

TErebinthis, Oricos/Syria/Damaſcus. 1

¶Talpis, Bœotia. 2

¶Thure, Sabæa/Arabia/Minæi/Panchaia. 3

¶Topazio, Topazios. 4

¶Teſtudinibus, Taprobane/Chelonophagi/India. 5

¶Tędis, Calabria. 6

¶Tapſia, Thapſos. 7

¶Tigrib⁹,, India/Hircania/Armenia/Gãges/Caucaſus. 8

¶Tarandis, Scythia. 9

¶Torſionibus, Pontus. 10

¶Thriſſis, Tybris. 11

¶Thynnis, Hiſpania. 12

¶Trichiis, Iſter. 13

¶Tymalo, Ticinus. 14

¶Tuberibus. Lampſacus, 15

¶Tela, Perſis/Aegyptus. 16

¶Tauris, Clitumnus/Meuania 17

¶Taxis, Hiſpania. 18

¶Tapetibus, Aſſyria/Alexandria 19

¶Thermis, Baiæ. 20

Tragoni, et trogete, Creta/Cyrene. 21

¶Thymo. Hybla, 22

¶Tritico/Africa. Sicilia. 23

¶Tribulis, Thracia. 24

¶Tragelaphis Phaſis. 25

¶Turdis. Germania. 26

¶Terebinthis. 1

ORicos ſeu Orithos ciuitas eſt iuxta Epyrum, abundans Terebintho arbore, quæ propterea vocatur Orithia. Virgil. Li. 10. Incluſum buxo/aut Orithia Terebintho Lucet ebur. Syria quoq; habet Terebinthum/maximeín Damaſco.

Talpis 2

¶Talpis ſcatet tota Bœotia, præterq̃ Coronea vrbs, vbi nec gignũtur, nec allati viuunt. Plyni⁹ ait talpas in Orchomeno cuncta ſubruere.

3 Thure.

¶Sabęa regio Arabiæ, & tota ferme Arabia abundant thure. Plynius. Sabęi Arabum propter thura clariſſimi Val. Flac. Lib. 6. Argon. Hac quoq; thuriferos felícia regna Sabæos. Seneca in Hercule Oethęo. Splendeſcat ignis thure, quod Phœbum colens Diues Sabæis colligit truncis Arabs. Vírgí. líbro primo. Aenei. Centũ q; Sabæo Thure calent aræ. Idem India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. ¶Mínęi Arabię populi primi commercium thuris fecere / maximeq; exercent. ¶Abundat etiam thure Panchaia regio Arabiæ. Lucretius líbro ſecundo. Araq; Panchęos exhalat propter odores, Bap. Pi⁹. Hũc ego Panchæi thuris honore colã. ¶Thure quoq; nobilis eſt Líbanus mons Phœnicię. Auſonius. Florum ſpirat odor / Líbaní ceu montis honor thus.

4 Topazío.

¶Topazío lapide precioſo abundat Topazios ínſula maris rubrí, a qua & nomen ſumpſit. Reperitur & in Arabiæ ínſula, quę Chytis vocatur.

5 Teſtudínibus

¶Scribit Plynius in Taprobane ínſula tantam plæríſq; ín locís teſtudínum reperírí multitudínem. vt earum ſuperfície cõtegãtur habitantiũ famíliæ. ¶In Carmaníæ angulo ſunt Chelonophagi (ínquit plynius) teſtudínum ſuperfície caſas tegẽtes / et carne veſcentes. Sunt & in Africa plurímæ. ¶Teſtudínes tantæ magnitudínis habet Indícum mare, vt ſíngularum ſuperfície habitabíles caſę íntegantur, atq; ínter ínſulas rubri præcípue maris / his nauígent cymbis. ¶Troglodytę cornígeras habent, vt ín Lyra annexís cornibus latís, ſed mobilíbus. quorum in natando / remígio ſe adíuuant,

6 Tędís.

¶Tæda arbor Nuptíjs quondam ſacra frequens eſt ín Calabría,

7 Thapſía.

¶Thapſía ferula ſylueſtrís / nomen ſumpſit a Thapſo ínſula, ín qua abundat.

8 Tigríbus.

¶Reperíuntur Tígres ín India apud Praſíos populos / magnitudíne duplící, q̃ ſít leo. Iuuena. Indíca Tigrís agít rabída cum Tígride pacem. ¶Sunt & frequentes in Hírcanía, & Armenía. quæ propterea hírcanę & Armenię dícuntur a pœtís. Vírg. Daphnís & armenías curru ſubíungere Tígres Inſtituít. Idem líb. 4. Aene. Hírcanæq; admorunt vbera Tígres / Ouídius lib. 8. Armeníæ ve Tígres. Auſtroq; agítata Carybdís. ¶Dícuntur & Gangetícę a Gange. Ouídius líbro ſexto, Met. Nec mora traxít Ityn, veluti Gangetica ceruę Lactentem fœtũ per ſyluas Tígrís opacas. Seneca ín Oedipo. Tígris puppe ſedet Gangetica. ¶Eadem ratíone dícuntur Caucaſeę a Caucaſo monte Scythię. Syllíus. Caucaſeam luſtrans vírgato corpore Tígrim. ¶Et Caſpíæ, a Caſpía Scythiæ regíone. Claudíanus. Sí tu ſancta Ceres, & te non Caſpía tígris Edídit. ¶Parthícę a Parthía. Idem. Quem Parthica Tígrís Velat. ¶Prope Níphatem Scythię fluuiũ ſunt etiã Tígres. Sído ni⁹. Aut vt Tígríferí pharetrata per arua Níphatís.

9 Tarandís,

¶Tarandum animal tauri magnitudíne, et pelle verſícolore (qua ſcuta fíunt) fert Scythía.

10 Torſíonibus.

torſío

¶Torſio piſcis ẽ ſimilis Delphino, ꝑterq; roſtro. Hunc gignit mare Ponticum.

Thriſſis piſcibus. 11

¶Thriſſas ī Tyberi fluuio laudatiſſimas reperiri ſcribit Plyni⁹. Has ī Aegypto circa Moroę ſtagnum/coloni flebilibus numeris eſcę vice deceptas expiſcantur.

Thynnis. 12

¶Strabo ait Thynnos piſces miræ magnitudinis in Hiſpania reperiri, eoſq; glãde veſci prodit.

Thriciis. 13

¶Thricię piſces ſunt frequẽtes in Iſtro, ex quo quũ in mare venerunt, nunq; poſtea remeant.

Thymallo. 14

¶Thymallum piſcẽ magnitudine cubitali gignit Ticinus Italię fluuius.

Tuberibus. 15

¶Tubera poma ſeu cibi in magnis olim delicijs fuerunt, Aſię nobiliſſima extitere circa Lampſacũ et Alopeconeſũ. Grecię vero circa Elidem. Preſtãt Africana. De his Martialis, Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera, Boletis poma ſecunda ſumus.

Tela. 16

¶Auſonius telam cõmendat Perſicam, vbi ait. Laudet Achęmenias Oriẽtis gloria telas, Molle aurum paliis greçia texe tuis. ¶Cõmendatur Aegyptia ob precipuã lini bonitatem, vel ꝙ multis liciis (quę Polymita dicuntur) texere docuerint. Lucanus lib. 10. Vt mos eſt Phariis miſcendi licia telis. Sylli⁹ lib. 14. Quæ radio cęlat Babylõ/vel murice picto Lęta Tyros, quęq; Attalicis variata per artẽ Aulęis ſcribũtur acu/aut Mẽphitide tela. ¶Setabis vrbs Hiſpanię tela claruit. Syllius lib. 3. Atq; altrix celſa mittebat Setabis arce/Setabis et telas Arabũ ſpreuiſſe ſuperbas Et Peluſiaco filum componere Nilo.

Tauris. 17

¶Clitumnus fluuius eſt vmbrię, cuius aqua pota candidos boues (qui ibidem ſunt frequẽtes) reddit. Stati⁹ lib. 1. Syl. Aut preſtẽt niueos Clitũna noualia tauros.
¶Meuania oppidũ eſt vmbrię, Clutũno fluuio propinquũ, ferax tauroꝝ et armentorũ. Lucan⁹ lib. 1. Eſt qui tauriferis vbi ſe Meuania campis Explicat. 18
¶Taxus arbor eſt fęralis, baccas proferens venenatas, a qua toxicum velut Taxicũ appellatur. Frequens eſt in Hiſpania & Corſica. vnde Virgilius. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos. Plynius ait Arcadiæ taxos tam præſentis eſſe veneni, vt ſi quis ſub iis dormiat, cibum ve capiat, ſtatim moriatur.

Tapetibus.

¶Alexandria & Aſſyria tapetibus claruerunt, qui inde Aſſyrij et Alexandrini vocantur. Statius Libro ſecundo. Thebaid. Fuderat Aſſyriis extincta tapetibus alto Membra thoro. 19

Thermis 20

¶Baiæ ciuitas ẽ Campaniæ, in cuius agro calidę ſunt aquę ad voluptatẽ, et varios morbos aptiſſimæ. vnde et thermę Baianæ celebratę ſunt.

Tragoni et Trogete. 21

¶Tragonis ſeu Rhagion herba naſcitur in Creta tãtũ iſula i maritinis, Iunipo ſimilis et ſemine et folio et ramis. ¶Trogetes arbor naſcit in iferiore Cyrenaicę parte.

Thymo. 22

¶Thym⁹ ſeu Thymũ herba eſt apib⁹ gratiſſima, qua abũdãt Hybla et Hymett⁹.

Virg. in Buc. Nerine Galathea/thymo mihi dulcior Hyblę. Martialis libro. 5. Hyblæis madidas thymis placentas.

23 Tritico.

Bizãtium. Sicilia ¶Plynius ait Bizantium Africę campum centenos quĩquagenos tritici modios reddere, aitq; missa Augusto ex vno grano quadringẽta paucis mín⁹germina/&.340 stipulas Neroni ex vno grano, ¶Cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ cãpi fundunt. Sunt imprimis feraces tritici tota Betica & Aegyptus.

24 Tribulis.

¶Thracia tantam habet tribulorum copiam, vt eorum foliis equos saginent, qui ad Strymona habitant.

25 Tragelaphis

¶Tragelaphi animalia iuxta Phasim Colchorum amnem nec alibi nascuntur.

26 Turdis.

¶Idem ait Turdos frequẽtes in Germania cerni, maxime hyemis tempore.

Rauisij Textoris Cornucopiæ/

De Litera. V

1 VAsis, Samos/Cumæ/Corinthus/

2 ¶Venenis & herbis venenatis, Thessalia, Pontus/Colchos/Iberia/Scythia/Athrax/Citea/Phasis/

3 ¶Vellere, Seres/Miletus.

4 ¶Vestibus, Pellene,

5 ¶Vlmis, Pteleon

6 ¶Vitulis, Italia.

7 ¶Vrbibus, Creta/Aegyptus/Bactri, Italia/Hispania.

8 ¶Viuariis, Britannia,

9 ¶Vnguentis, Loca diuersa.

10 ¶Vrsis, Mysia, Roxolani.

11 ¶Vris, Germania.

12 ¶Vlulis, Borsippa,

13 ¶Ventis/Gonoessa.

14 ¶Vnionibus, Ganges,

15 ¶Vitro, Sidon, India

16 ¶Vnedonibus, Arabia,

17 ¶Vicis, Taprobane.

18 ¶Vulturibus, Caucasus

19 ¶Vlua, Paduса.

20 ¶Vino, et vitibus, diuersa loca.

Vasis.

1 HAbet Samos insula figulinum lutum, conficiendis vasis (quæ in æsculentis laudantur) aptissimum. Vnde Tibullus libro secundo. At tibi lęta trahãt Samiæ cõuiuia testæ, ¶Cumę quoq; ciuitas Campaniæ vasis olim terreis gloriabatur. Idem Tibullus. Fictaq; Cumana lubrica terra rota. De Samiis, Pamphilus, Non pudeat/Samio te massica fundere vase. Vina bibit magnis Porsena fictilibus. ¶Corinthus vrbs Græciæ/prima toreumatum/vasorumq; luxuriam commenta est, quæ Corinthia propterea dicuntur, et eorum amatores Corinthiarij. Suetonius in Augusto, Pater argentarius/ego Corinthiarius, Statius. Aeraq; ab Isthmiacis auro potiora metallis.

venenis,

Venenis,& herbis venenatis. 2

¶Abundat venenis & herbis venefícis Theſſalía. Tibullus li.2. Quícquid & herbarum Theſſala tetra dedit. Propertius libr.1. Et bíbere e tota Toxica Theſſalía. Idem li.3. Eluere aut vaſto Theſſala ſaga marí. Horatius li.1. Car. Quæ ſaga/quis te ſoluere Theſſalís Magꝰ venenis,quis poterit deus? Lucanus li.6. Theſſala quinetíam tellus herbaſq; nocentes Rupíbus íngenuit. Idem. Terris hoſpita Colchis Legít ín Hęmoníjs,quas nõ aduexerat herbas. Ouí.li.3. Nam mea Theſſalíco lãguẽt deuota veneno Corpora. ¶Pontus quoq; veneficís abundat herbís, Vírgíl.in Buco. Has herbas/atq; hæc Põto míhí lecta venena/Ipſe dedit Mœrís,naſcuntur plurima ponto. Mantuanus. Víroſí ínfamía Ponti Gramína. ¶Colchos & Ibería ſunt etiam feracís Venení. Horatius. Herbaſq;/quas Cholcos & Iberia Mittit venenorum ferax Idem. Ille venena Colchica, Et quícquid vſq; concípitur nefas, Tractauit. Idem. Calet venenís officina Colchícis. Ouídius líbro ſeptímo Metamorpho. Sed poſtq; Colchis arſit noua nupta venenís. ¶Scythia. Statius li.4. Thebaíd. Et Scythícís quotiẽs armata venenís Colchis aget. ¶Athrax vrbs eſt Theſſalíæ ítidẽ ueneni ferax. Val. Flac. li,6. Argon. Qz̃uís Athracío Lunam ſpumare veneno Sciret. ¶Cítea vrbs ſuít Colchorum, veneficíís famoſa. Propertíus líbro prímo. Tunc ego crediderím vobis & ſydera/& amnes Poſſe Cítęínís ducere carmínibus. Vnde & maga Cítæis ab eodem vocatur líbro ſecundo. vbi aít. Non híc herba valet, non híc nocturna Cítæís. Non per Medeæ gramína cocta manus. ¶Phaſis fluuius Colchorum, Ouídius. Quíd te Phaſíacæ íuuerunt gramína terræ?

Theſſalía

Scythía.
Athrax.
Cítea.

Vellere. 3

¶Seres populí ſunt orientales, apud quos arbores ſunt non folía ſolum/ ſed lanam quoq; tenníſſímam proferentes, ex quarum frondíbus/canícíem depectũt aqua pfuſam, & ex vellere veſtímenta confícíunt, quæ vocantur Serica. Virgí. li.2. Geor. Velleraq;/vt foliís depectunt tenuía Seres. Pontanus. Quæ dea nunc radío per Serica vellera míſcet. Politíanus ín Ambra. Innumerus net Serica vellera Bombíx, Aſſyrius gemmas/Ser vellera/thura Sabæus. Auſonius. Iam pelago volítat mercator veſtífluus Ser. Baptíſta Píus. Tegmína veſtífluí qualía Seres habent. Seneca ín Thyeſte. Et quocunq; loco íacent Seres vellere nobíles. Idem ín Hippolyto. Quæ fila ramis vltímí Seres legunt. Propertíus líbro prímo. Quíd releuant variís Serica textílíbus? ¶Míletus vrbs Ioníę Lanarum & vellerum præſtantía, magnã quoq; meruít laudem. Martialis. Nec Míletus erat vellere digna tuo. Horatíus líbro primo Epíſt. Alter Mileti textam cane peíus & angue Vitabít chlamydẽ. Vír. líbro tertío Georgic. Qz̃uís Míleſía magno Vellera mutentur, Tyrios ímitata colores. Politíanus ín Ruſt. Aut bís ín Herculea Míleſía vellera concha. Codrus Vrceus. Ille lícet multum Míleſía vellera íactet.

Seres

Veſtibus. 4

¶In pellene Achaíæ cíuitate díuerſæ veſtímentorum formæ fíerí conſueuerunt. Veſtes Pellenícę adeo nobíles fuerunt, vt ín Iunonís ludís ac certamínibus, victorí Lacerna Pellenica præmij vice daretur.

Pellene

Vlmis 5

¶Pteleon vrbs Theſſalíæ/nomen habuit ab vlmorum frequentía.

Pteleon

Vítulís. 6

¶Sunt quí velínt Italíam a taurorum boum/ vítulorumq; multítudíne et præſtantia nominatam. Græci enim (ínquit Gellíus) Italos vocant vítulos.

Italía

Vrbibus. 7

Creta. ¶In Creta ínſula centum fuerunt vrbes. Ouídius líb. 6. Fama nouí centũ Creteas forſítan vrbes Impleſſet monſtrí. Idem ín Epíſt. Non ego te Crete centum dígeſta per vrbes Aſpícíam. Lucanus líbro tertio. Iam dílecta Iouí centenís venit ín arma Creta vetus populís. Horatius Quę ſímul centum tetígít potentẽ Oppídís Cretam. Seneca ín Troade. Vrbíbus centum ſpacíoſa Crete. ¶Aegyptíj regnãte Amaſí vígínti míllía vrbíum habítauerunt. ¶In Bactrianís mílle vrbes fuerũt, In Italía ſeptíngentæ. ¶Tarraconenſís Híſpanía contínet oppída. 293. Polybius ſcríbít trecentas Celtíberorum vrbes a Tíberío Graccho expugnatas.

8 Víuarijs.

Brítannía. ¶Víuaría animalíum (ínquít Volterranus) ad tría míllía ín tota Brítanníæ ínſula cernuntur.

9 Vrtíca píſce.

Chalcís ¶Vrtíca píſcis adhærens ſcopulís frequens eſt ín Chalcíde Euboíæ.

10 Vnguentís.

Loca dí uerſa ¶Vnguentum Roſaceum optímum eſt apud Phaſelídem/ Neapolím, & Capuã. Crocínum ín Cílícía et Rhodo. Nardínum apud Tarſum. Oenanthínum & Omphacínum apud Cyprum. Adramyctínum, Amaranthínum, Coum, Melínum, Metopium, Mendeſíum, ín Aegypto, Irídis optímum apud Elídem. Fuit & Agathuſa ínſula vnguento nobílís, vna earum, quæ Sporades dícuntur. Item Syría. Properti⁹ líb. 2. Quum dabítur Syrío munere plenus Onyx. Antíquítus laudatíſſimũ fuít vnguentum ín Delo ínſula. Terrarum omnium accommodatíſſíma vnguentís eſt Aegyptus. Ab ea campanía eſt proxíma copía roſæ. Bathylli populí, Cyprií, Cyzicení, Corínthíí, vnguentís madent.

11 Vrſís,

Myſía ¶In Myſía vrſí ſunt albí tanto ínfectí veneno, vt canes venantes ſolo afflatu perímant ¶Apud Rhoxolanos & Lituanos maxímí capíuntur vrſí, quí mãſuefactí regíbus ſunt in delícíis.

12 Vrís.

Germanía ¶Vrí animalía ſunt magnítudíne taurí, quę ín Germanię ſyluís reperíuntur.

13 Vlulís.

Borſíppa. ¶Vlulæ ín Borſíppa Aſſyríæ cíuítate míræ magnítudínís / ac cíbo expetítæ ínuenıuntur.

14 Ventís.

Gonoeſſa ¶Gonoeſſa Aetolíæ cíuítas perpetuís ventís agítatur. Senęca ín Troade, An carens nunq̃ Gonoeſſa vento.

15 Vnionibus

Ganges ¶Vníones gemmæ reperíuntur ín Gange. Mantuanus. Vnioq; íngentí candens Gangetícus orbe.

16 Vítro

Sídon ¶Plynius aít Sídonem vítrí officínís quondam fuíſſe nobílem. Idem líb. 5. Sídonẽ vocat vítrí artífícẽ. ¶Vítra fíũt ı India e cryſtallo. Et ob id nullũ cõparat̃ Indico

17 Vnedonibus

Arabía ¶Iuba apud Plynium teſtís eſt Vnedones arbores eſſe ín Arabía quínquagenum cubítorum altítudíne.

18 Vícis

taprobane ¶Habuit ínſula Taprobane vícos. 700. quos pagos dícímus.

19 Vulturibus.

Vultures

¶Vultures non aliorſum dicuntur Caucaſei, q̃ ꝙ in Caucaſo abundẽt. Virgilius in Buc. Caucaſeaſq; refert volucres/furtumq; Promethei. Hinc orta poetarum fabula de Prometheo, quem ibidem rodi a vulture fabulantur. Caucaſus.

Vlua. 20

¶Paduſa fluuius Rauẽnæ vicinus plurimum habet vluę. Mantuanus. Et vluiparæ tellus vicina Paduſæ. Paduſa.

Víno & vitibus. 21

¶Tmolus mõs Lydię. Falernus/& Maſſicus Campanię/ Aulon Calabrię/optimo abundant víno. ¶Tmolus. Syllius lib. 7. Atq; ex illo tẽpore diues Tmolus. Sene. in Theb. Hinc nota Baccho Tmolus attolit iuga. Ouid. lib. 6. Meta. Deſeruere ſui nymphæ vineta Timoli. ¶Falernus. Varro. Quod far comparandum Campano? Quod tríticum Appulo? Quod vinũ Falerno? Tibullus. Nunc mihí fumoſos veteris proferte Falernos. Idem. Non tibí ſí precium cãpanía terra daretur. Non tibí ſi Bacchí cura Falernus ager. Syllius. Hic vero intrauit poſtq̃ vberis arua falerni. ¶Maſſicus. Syllius lib. 7. Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis. Horatius. Eſt quí nec veteris pocula Maſſici. Virgi. lib. 7. Vertũt felicia Baccho Maſſica. Statius lib. 4. Sylua. Gauro Maſſicus vuifer remittit. Martialis. Maſſica Theſęis tam bene vina fauis. ¶Aulon, Horatius. Et amicus Aulon Fertilis baccho minimum Falernis Inuidet vuis. Martialis. Nobilis & lanis/& Baccho fertilis Aulõ/ Det precioſa tibi vellera/ vina mihi. ¶Gaurus quoq; mons Campanię/ vinum habuit laudabile, vt Falernus. ¶Commendatur/& vinum Leſbiũ. Propertius lib. 1. Leſbia Mentoreo vina bibas opere. Pamphilus. Se victã reddet, victam ſe Bacchica Lebos. Horatius. Hic innocẽtis pocula Leſbij Duces ſub vmbra. Ariſtoteles (vt ſcribit Gelius lib. 12.) ægrotans/guſtato vino Rhodio, inquit. Firmum hercle vinum/& iucundum. Deguſtato inde Leſbio, vtrũq; inquit, oppido bonum, ſed ſuaui9 Leſbiũ. ¶Methymna ciuitas fuit in leſbo vini bonitate nobilis. Virgi. lib. 2. Georgi. Quã methymnęo carpit de palmite Leſbos. Syllius libro. 7. Ac Methymna ferax, latíjs ceſſere Falernís. Pamphi. Leſbia pãpineos ſpargit Methymna racemos. Horatius lib. 2. Ser. Qz Methymnęam vicio mutauerit vuam. Ouidius. Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. ¶Cæcubum oppidum Campaniæ cõmendat etiam vini bonitas. Martialis. Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur amícis. Idem lib. 6. Cęcuba non ſolos vindemia nutriat orbes. Hora. Cæcubũ/& pręlo domitam Caleno Tu bibes vuã. ¶Fuit & in Caleno vrbe Campanię vinũ generoſum. Iuuenalis, Quę molle Calenũ Porrectura viro miſcet ſitiente Rubetam. ¶Formię vrbs iuxta Caietã/antiqua Leſtrigonum ſedes fuit nobilis vino. Horatius. Mea nec Falernę Temperẽt vites/ neq; Foramiani Pocula colles. ¶Setia vrbs Campaniæ ſuperbit etiã vini bonitate. Martialis lib. 4. Tu Setina quidẽ ſemper/ vel Maſſica ponis. Idem in Xenijs. Pẽdula pãpineos quę ſpectat Setia cãpos, Exigua vetulos miſit ab vrbe cados. Pamphilus. Spargit Campanis Setia clara iugis. ¶De ſurrento Campaniæ oppido. Martialis. Surrẽtina bibis/nec Myrrhina picta/nec aurum Sume, dabunt calices hęc tibí vina ſuos. ¶Habuit & prędulces vuas Alba vrbs Italię. Martialis. Hoc de Cęſareis mitis vindemia cellis Mittit, Iulęo quę ſibi monte placet. ¶Fundanum etiam cõmendatur a Fundis oppido Campaniæ. Martialis. Hęc fundana tulit felix Autũnus opimi. ¶Meſſana vrbs Siciliæ/a mamertinis Campaniæ populis habitatata optimum ferebat vinũ. Martialis. Amphora Neſtorea tibí Mamertina ſenecta Sí detur, quoduis nomen habere poteſt. Plynius. Quartũ curriculum obtinuere publicis epulis adiuoauguſto Mamertina circa Meſſanã in Si- Paduſa. Falernus. Maſſicus. Aulon. Gaurus. Leſbos. Methymnaa. Cæcubũ. Calenum. Formię. Setia. Surrẽtum. Alba. Meſſana.

Chios. cilia genita. ¶Chios ínſula maris ægæi/& Aruiſium in ea promontorium laudan=
Veiētum. tur vini præſtantia. Syllius lib. 7. Et ambroſijs Aruiſia pocula ſuccis. ¶Veientum
Ethruriæ oppidum. Horatius. Qui Veiētanum feſtis potare diebus. Martia. lib. 2.
Amínęi. Veientana tuam ſi domat vua ſitim. ¶Amínęi populi fuerunt, vbi nunc eſt Faler=
nus, quorum regio Amínęa dicebatur vini feraciſſima. Vírgi. lib. 2. Georg. Sunt &
Amínęæ vites firmiſſima vina. ¶Thaſus ínſula maris Aegei vinū habuit laudabi
Mareotis. le. Vírgi. lib. 2. Georg. Sūt Thaſię vites/ſunt & mareotides albæ. ¶Mareotis pars
Aegypti itidem. Horatius. Mentēq; lymphatā Mareotico Redegit in veros timo=
res. Statius lib. 3. Sylua. Sparſit Tyrrhenæ Mareotica vina Mineruæ. Hoc vinum
Naxos. durat in longā vetuſtatem. ¶Naxos ínſula maris Aegęi/a fertilitate vini Dionyſia
dicta eſt. Vnde Pontanus vitigenam eam appellat, dicēs. Hanc poſt vitigenæ ſpa=
ciātem litora Naxi. Bacchicam Statius lib. 4. Achill. Lemnos, & a tergo decreſcit
Maronęa. Bacchica Naxos. ¶Maronæa vrbs Ciconū laudata eſt vino, quo Vlyſſes inebria=
Methone. uit Polyphemum. Tibullus. Victa Maronęo fœdatus lumina Baccho. ¶Methone
quoq; vrbs ín Thracia/nomen habuit a vini copia. Nam Methin Gręci ebrietatem
Tarraco. vocant. ¶Tarraco in Hiſpania etiā vino claruit. Syllius lib. 3. Dat Tarraco pubem
Vitifera/& Latio tm̄ ceſſura Lyęo. ¶Vina apud Græcos celebrata fuere Prānium
Cereri ſacrum, Chiū/Thaſium/Leſbium/Creticum, & apud Syracuſanos Polium,
Coum, deniq; & Rhodium. Celebrātur/& alia plæraq; loca vini bonitate, quę om=
nia longum eſſet recenſere. Propterea ſummatim ſubijciamus, quod in cōpendium
Ex Plynio redegimus ex Plynio lib. 14. cap. 16. ¶Auguſtus (inquit) Setinum prętulit cun=
ctis. Antea Cęcubo erat generoſitas in paluſtribus populetis. Secūda nobilitas agro
falerno. Naſcitur Gauranum in ſummis collibus, mediis Fauſtinum, imis Falernū.
Albanæ vuæ ſunt prædulces. Surrentina in vineis tātum naſcuntur, conualeſcenti=
bus maxime probata propter tenuitatem/ſalubritatemq;. Nam quę ſpiſſa ſunt, non
adeo proſunt morbis. Surrentino medici nobilitatem dabant. Certant Maſſica
æque ex monte Gaurano. Præponūtur Calena/& quę in Vineis arbuſtiſq; naſcun=
tur, Fundana. Auguſtus probauit Mamertina/circa Meſſanam Sicilię genita. Po=
tulana ab authore dicta etiam laudantur. Retica Falernis tantum poſthabentur
a Virgilio. Ethruriæ palmam Luna habet/Liguriæ Genua/inter Pyrenęum Al=
peſq; Maſſilia. Hiſpaniarum Laletana/copia nobilitātur. Elegantia vero Tarraco=
nenſia/atq; Lauroneſia/& Balearica ex inſulis, Italiæ primis conferūtur. In ſumma
gloria fuere Thaſium/Chiumq;. Ex Chio, quod Aruiſium vocant. Item Leſbium,
quod ſponte naturæ ſuæ mare ſapit. Gratia eſt/& Clazomenio. Quid aūt de Gal=
licis dicendum? De quibus veteres nihil fere ſcriptum reliquerunt, ne alienæ gentis
gloria ſuam ipſi deprimerent. Exiſtimabant/fuliginem/& tenebras ſuis inductum
iri, ſi de noſtratibus verba facerent. Sciebant enim terram Gallicam populi virtute
omnium prętantiſſimam/vini quoq; gloria non eſſe inferiorem, immo & feliciorē
multo. Propterea hoc velut conniuentes prętermiſerunt, quum tamen ſit in cōfeſſo
Belnenſibus/Niuernis, Andegauēſibus/Aurelianis/Parrhiſinis meliora nō reperi=
ri, etiam ſi exotica omnia cōferre libeat. Sed iam noſtrę copię finem faciamus. Nam
tāetſi curſim omnia/& velut per trāſennam attigerimus, remq; omnem leui (quod
aiunt) brachio excuſſerimus, ſatis tamen hęc ipſis etiam literarum helluonibus fore
confido. Qz ſi quis rem parum/accurate dicat curatā, curet curioſius. Habebit ſal=
tem, vbi doctrinæ ſuę/& eloquentię neruos exerceat.

¶Loca Diuerſis Rebus
Carentia.

Congruum

CONgruum videtur, vt rerum copiam ſubſequatur penuria. Propterea paucis narrare conſtitui, quibus locis quęq; res deſint, vt animi paſcantur varietate, quę tantum voluptatis conſueuit parere, q̃tum ciborum diuerſitas, menſis. Sed iam hanc rumpamus glaciem, & iter aperiamus lectori. ¶ Inſula eſt Carthaginẽ verſus, Gauleegalata nomine, cuius terra ſcorpionem dirum animal Africę necat. ¶ Dicuntur & in Clupea emori ſcorpiones. ¶ Nilus vnus omnium fluuiorum nullas expirat auras, authore Plynio. ¶ Sigaros Arabię eſt inſula, quam canes non intrant. Expoſitiq; circum litora/ errãdo moriuntur. ¶ Tentyrę inſulę Crocodili non adnatant, olfactuq; incolarum/ ſerpentes fugantur. ¶ Ceruos Africa propemodum ſola non gignit/ nec etiam vrſos. ¶ Aſinis (q̃ ſint frigoris impatientes) carent Pontus/ & Scythia regiones frigidiſſimę. ¶ In Arabia ſuillum genus non viuit in vllo genere/ maxime in regione Scænitarum populorum. ¶ Muſtellę in Bœotiam lebadiam illatę, ſolũ ipſum fugiunt. ¶ In Ithaca lepores illati moriũtur extremis quidem in litoribus. ¶ In Ebuſo, Cuniculi non ſunt. ¶ In Olympo Macedoniæ monte non ſunt lupi. Lupos quoq; non gignit Anglia / nec aliunde aduectos nutrit. ¶ In Creta inſula non ſunt vulpes/ nec vrſi/ nec vllum omnino malefícum animal pręter Phalangium. Item non ſunt Ceruí/ nec apri/ nec Attagenę/ nec Herinacei. ¶ Plyni⁹ ait in Africa nec eſſe apros/ nec ceruos / nec capreas / nec vrſos. ¶ Idem ait cornicem nunq̃ Athenis aſpici. ¶ Hirundines Thebarum tecta non ſubeunt, quoniam vrbs illa ſępius capta ſit. Nec Bizię in Thracia cernunt, propter ſcelera Theſei. ¶ In Creta inſula non ſunt noctuę, et ſi qua inuecta ſit, emoritur. Rhodos aquilam non habet. ¶ Larius lacus eſt Italiæ tranſpadanę, ad quẽ Ciconię non tranſmeant. In Fidenate agro iuxta Romam/ Ciconię/ nec nidum faciunt. ¶ Picus Martius negatur eſſe in agro Tarentino. ¶ Perdices non tranſuolant Bœotię fines in Attica. ¶ Non eſt vlla auis in Põto inſula, in qua ſepult⁹ eſt Achilles. ¶ Ceraſi in Aegypto/ nulla cura vnq̃ potuere gigni. ¶ Hedera non naſcitur in India, niſi in mõte Mero. ¶ In Aegypto/ & Syria reges inopia abietis, cedro ad claſſes ferũtur vſi. ¶ Magudaris non prouenit in Cyrenacia regione. ¶ Thymum herbam apibus gratiſſimam non habet Arcadia. ¶ In Carina monte Cretæ, muſcę non reperiuntur. Templum quoq; Herculis, Romę nõ ingrediebantur. ¶ In Aegypto non naſcit Hebenus arbor. ¶ Tineæ in Thracia & Phrygia non naſcũtur. ¶ India neq; æs/ neq; plumbum habet, ſed gemmis ſuis/ ac margaritis hęc permutat. ¶ Mures non ſunt in Paro inſula. ¶ Daulis oppidũ eſt non procul Delphis, vbi Lucinia nõ parit. ¶ Herodot⁹ ait nullos mulos gigni in Scythia/ propter immenſum frigus. ¶ Montes nõ habet Luſitania/ teſte Strabone. ¶ Cicero ait Anglos oleo carere/ & vino, pro quo ceruiſia vtantur. ¶ Gauleon regio Lybię ſerpentes non nutrit. ¶ In Coronea Bœotię vrbe talpa non gignitur.

FINIS.

¶ Blaſij Madroneti Carmen.

In nuce concluſam magni miraris Homeri
Iliadem, nugis Græcia nota tuis?
Pone ſupercilium/ et tumefactas reprime criſtas.
Ecce tuis factis res noua maior adeſt.
Namq; habet exiguum cornu, quod terra/ quod ęquor,
Quoq; parit refugi Solis vterq; locus.

Q̃ ta tibi rerum eſt opulentia, Candide Textor.
Eſt tibi, quod Phrygij non tulit arca Mydæ.

¶ Henrici abbatis Nuncuriani ad doctiſſimum virũ Venellum, Carmen.

REs noua Męonio nunq̃ prius eruta cornu.
Prodijt in noſtras res inaperta manus.
Copia, quam nec alit fœcũdo iugere Pęſtum.
Quam nec Coryciæ gloria meſſis, adeſt.
Miror ego innumeris diſtinctum rebus agellum,
Q̃ q; ferat tantas hortulus vnus opes.
Quid tibi doctrinæ ſeruas imberbis Apollo?
Quicquid habes, populo Iudice, Textor habet.
Textor habet modulos/muſas/arcanaq; nouit.
Quæ vel apud ſuperos/Antipodaſq; latent.
Qu violis gaudes/Muſiſq; Venelle, reuoluas)
Hoc opus, innumeras dat tibi Textor opes.

¶ Eiuſdem Henrici ad eundem Venellum, Carmen Phalecium.

TV qui multijugis Venelle, rebus/
Et Muſis ſatiãs tuos ocellos,
Hunc hunc floridulum vides agellum,
Candore Elyſio ſereniorem.
Quem non Alcinous/nec ipſe Adonis
Vnq̃ purpureo rigauit Oſtro.
Verum Cecropiæ comes Minetuæ,
Textor Migdonia parauit arte.
Inquiris violas? rogas amomum?
Narciſſum/Caſiam/ Thymum virentem?
Textor molliculo ſinu recondit,
Quicquid ipſi Arabes ferunt odoris,
Quicquid Heſperides ſuis roſetis.
Hic eſt & Charitum chorus dearum,
In riuis Dryades canunt tenellæ.
Pomoſaſq; tenent manu papillas,
Et mammas pariter ſororiantes.
Ornant/baſiolis ſuauiantur.
Sertis vernicomas ligant corollas,
Pan clarus numeris/chely/& cicuta/
Muſis ecce parat leues choreas.
Hic eſt floridulus/comatuluſq;
Hortus, non ſterili ſcatens labruſca.
Hæc eſt omnigenis referta rebus
Vber copia. Si Iouí Venelle
Compar fatidico velis videri,
Hunc hunc floridulum teras agellum,
Candore Elyſio ſereniorem.

¶ Natalis

¶Natalis Megiſterij Roſetani, Exaſtichon.

Qz̃ miſer es patrio Rauiſi Textor ab ortu,
Qz te Romani non genuere patres.
Hi tibi pro tanta ſtatuam virtute locarent,
Si qua homini ob ſtudium conficienda foret.
Nam te Romanus nemo eſt Romanior, hoc eſt,
Cultior eloquio/clarior ingenio.

¶Antonij Reſſini Carmen.

DEſine miratrix priſcorum fama dierum,
Thuriferi magnas tollere Gangis opes.
Nec te commoueant opulenti æraria Crœſi,
Quodq; metallifero parturit amne Tagus.
Hoc ſiquidem modico dabitur tibi Copia cornu,
Quam primi veterum non habuere dies.
Lector eme/exiguo creſcet tibi tempore fructus,
Reddere te ditem lectio parua poteſt.

¶Guidonis Mommiraldi in Cornucopiæ Textoris Encomium.

NOn gemmis Lybie, Gazis neq; Perſica tellus,
Murice nec tumeat luxurioſa Tyros.
India condat ebur, pictiq; aulæa Britanni,
Ilua metalla, Paros marmora, Crœſus opes.
En noua Textoris cornu fert copia pleno,
Terra ſuo quicquid parturit ampla ſinu.
Dat gemmas/aurumq; lubens cuicunq; petenti,
Et ſi quid gemmis pulchrius eſſe poteſt.

FINIS.

¶Homines & Populi/re aliqua inſignes & clari.

¶Scythę equitatus & equorum glaria ſtrepunt, inquit Plynius. Equo inſidere primi docuerunt Theſſali. Vnde nata apud eos de Centauris fabula.

¶Seres Orientales populi nobiles ſunt vellere, vt iam docuimus.

¶Ithurei/Mœdi/& Parthi ſagittis. Lucanus lib. 7. Tũc & Ithurei Mœdiq;/Arabeſq; ſoluto Arcu turba minax nuſq̃ rexere ſagittas. Catullus. Seu Sacas ſagittiferoſq; Parthos.

¶Thuſci Aruſpicio. Tibullus lib. 3. Vera monẽt Thuſcis exta probata viris. Vnde Ethruſcum aruſpicem Vitruuius/Tuſcum Sidonius vocant.

¶Gens Phœnicum fuit in magna gloria literarum inuentionis/ſyderum/naualiũq; ac bellicarum artium. Plynius libro quinto.

¶Hylas ceſtu/Phegeus paleſtra/Lycus ſtadijs/& curſu clari fuerũt. Auſoni9. Clarus Hylas ceſtu/Phegeus catus arte paleſtrę, Clar9 Olympiacis eſt lycus in ſtadijs.

¶Pollux paleſtra. Statius libro ſecundo Syl. Siue catenatis curuatus membra paleſtris Staret/Amyclęa conceptum matre putares.

¶Caſtor equis. Idẽ Statius lib. 5. Syl. Non totiẽs victorẽ Caſtora gyro, Nec fratrẽ ceſtu virides plauſere Therapnę. Ouidius. Tyndaridę fratres hic eques/ille pugil.

¶Clari quoq; fuerunt Marſi/Vmbri/pſylli venenis/Aegyptij/& Babylonij aſtro-

logía/Lacones breuitate/Scythæ Cretẽſes/& Geloní ſagittís/Curetes ęre/Aegyptij ſiſtro/Tyſſagetę/& Lyrcę venatib⁹,quib⁹ viuũt,Bœotij paleſtra/& gymnicis exercitationibus/Atheniẽſes naualibus/Lacedęmones legibus/Græci ingenío/Alexandrini dolís/Beroſus Aſtrología/Grãmatica Apollodor⁹/Hippocrates medícina/Archímedes geometría/Euclídes numeris/Lynce⁹ víſu/Chirõ/& Alcon arcu/Cicero eloquio/Cyrce venenis/Crœſus díuitijs/Níreus forma/Execeſtídes peregrínatione/Amphion/& Orpheus lyra/Aríſteus melle/Alcínous hortís/Amazones peltis/& ſecurí/Argus víſu/Annibal ſtratagemate/Alexãder magnanímitate/Plato/& Aríſtoteles philoſophía/Arachne lanífício/Archílochus íambis/Typhis arte nautica/Cato grauítate/Numa relígione/Regulus fíde/Scęuola conſtãtia/Rhadamantus iudício/Apelles pictura/Praxíteles ſculptura/Traíanus bonítate/Apollonius tẽperantía/Cyneas memoría/Labore cleantes/Zoroaſtres magía/Hippolytus pudícítía/Manzus florẽtinus Sphęríſterio/Mangiolínus latrũculis/Scęuola píla. Arte Cítharœdica Mítylenęi/Tíbiarũ modulís Thebaní/Alexandrini grammatica/Geometría/& Philoſophía/Arte ſtatuaria Athenienſes/Crotonítatę medícina/Aegínitę Athletica. Sidonius de quibuſdam ſic meminit.

Pollux tum ceſtu laudatus/Caſtor habenís/
Pallas tum criſtís/Delía tum pharetrís/
Alcides claua/Mauors tum luſit ín haſta,
Arcas tum virga/Nebride tum Bromius, Item
Axe pelops/Curſu Hippomenes/luctaq; Achelous/
Aeneas bellís/ſpectatus Gorgone Perſeus.

¶Propría gentium Epitheta.

¶Apuleius eruditos appellat Aegyptios/ſícuti Iudęos ſuperſtítioſos, Nabathęos mercatores/Fluxos veſtiũ Arſacídas/Frugum pauperes Scythas/odorum díuites Arabas. Legímus Alexãdrínos eſſe fallaces. Vopíſcus ſcribít Aegyptíos eſſe ventoſos/furibũdos/iactãtes/íniurioſos/auidoſq; nouarũ rerum. ¶T. Liníus perfidiã pœnís, Cícero callidítatem, vt numerum hiſpanís/robur Gallís/artes Gręcís/Italís ſenſum/Romanís pietatem aſcribũt. ¶Io. Pícus Mirãdula ponebat in Hebręorum doctrína myſteria & prodígía/in Græcorum diſciplínis ingeniũ, In Romana academía polítiam. ¶Horatius vocat Britannos hoſpitibus feros/Perſas ínfídos. ¶Iulius Maternus ad Mauortium Lollíanum ſcríbens, Quædam (inquit) gentes íta a cælo formatę ſunt, vt propría ſint morum vnitate perſpicuæ. Scythæ immanis feritatís crudelítate graſſantur. Itali fíunt regalí ſemper nobílítate pręfulgídi, Gallí ſtolidí/acutí Sículi/Luxurioſí ſemper Aſiatící/& voluptatíbus occupatí, Hiſpani elata iactãtię animoſítate præpoſíti. ¶Blondus vocat Afros fraudulẽtos/Lígures duros/Cãpanos ſuperbos. ¶Chriſtophorus Longolius Parrhiſiẽſis in oratione de laudíb⁹ díuí Ludouící/& Frãcorũ, vocat Britones duros/vafros Normanos/Religioſos francos/induſtríos Flandros/mites Lothoríngos/faciles Andegauos/bellícoſos Vaſcones/Burgũdos feroces/Pícardos alacres/frugi Sãtones/atq; pictauos/Narbonenſes fídeles/fortes Aruernos/Hannonios pertínaces/magnanímos Senones/verſutos Cenomanos/mílítares Bituríges.

¶Gentium inſígnia.

¶Inſignía Scytharum fulmen, Gallorum olím Buffones, nunc lília. Romanorum Aquílæ, Sus phrygiũ, geminę rotę Corallorum, Thraciæ Mars, arcus & pharetræ Perſarum, Anglorum leones & roſæ.

¶Fulmen

¶Deorum inſignia.

¶Fulmẽ Iouis, Tridẽs Neptuni/framea Martis, Herculis claua, Bacchi Thyrſus.

¶Reges diuerſarum gentium quibus nominibus appellentur.

¶Argiuorum reges dicuntur Abantiadę, Perſarum Achęmenidę, Aegyptiorum Ptolemęi/& Pharaones, Latinorum Murrhani, Albanorum Syluij, Syriæ Antiochi, Arabum Arabarchæ, Lybicorum Lybiarchæ, Thebanorum Labdacidę, Parthorum Arſacidę, Romanorum imperatores Auguſti/& Cęſares.

¶Vota hominum diuerſa.

Votum L. Metelli. 1
Votum Pyrrhi Epyrotarum regis. 2
Votum Auguſti. 3
Votum Caligulæ imperatoris. 4
Votum Darij perſarum regis. 5
Votum Martialis. 6
Votum Horatij. 7
Votum Auguſtini. 8
Votum Tibulli. 9
Votum Criciæ. 10

¶Scribit Plynius lib. 7. L. Metellum decem maximas res optaſſe, vt pote voluiſſe primarium bellatorem eſſe, Optimum oratorem, Fortiſſimum imperatorẽ, Auſpicio ſuo maximas res geri, Maximo honore vti. Summa ſapientia eſſe, Summum ſenatorem haberi, Pecuniã magnam bono modo inuenire, Multos liberos relinquere/& clariſſimum in ciuitate eſſe. Quę omnia illi contigerunt. 1

¶Pyrrhum Epyrotarũ regem ferunt (vbi immolaturus tẽpla inuiſeret) non regni ampliorem modũ, non de hoſte victoriam, non gloriam illuſtrem/aut diuitias, ſed ſanitatem modo a diis comprecari ſolitum, ceu parte hac bene cõſtituta proſperius ceſſura viderentur omnia. 2

¶Auguſtus Cęſar (quum. 54. annum ageret) precatus eſt a diis Scipionis fortitudinem, beniuolentiam Pompeij/& Cæſaris fortunam. 3

¶Optabat Caligula vnicam eſſe populo Romano ceruicem, quo facilius vno ictu abſcindi poſſet. Votum hominis carnificis/& ſanguinarij. 4

¶Darius oblato ſibi malo punico, tot optaſſe fertur zopyros, quot illic eſſent granorum. Idem dicebat ſe malle zopyrum vnum incolumen habere/q̃ viginti Babylones occidere. Herodotus Author. 5

¶Martialis libro primo ad Frontonem ſcribens votum ſuum his exprimit verbis. 6

Vota tui breuiter ſi vis cognoſcere Marci,
Clarum militię Fronto, togęq; decus.
Hoc petit. eſſe ſui nec magni ruris arator/
Sordidaq; in paruis ocia rebus amat.
Quiſq̃ picta colit Spartani frigora ſaxi,
Et matutinum portat ineptus aue.
Cui licet exigui nemoris/ruriſq; beati,
Ante focum plenas explicuiſſe plagas.
Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta,
Flauaq; de rubro promere mella cado.
Pinguis inęquales onerat cui villica menſas,
Et ſua non emptus pręparat oua cinis.

Non amet hanc vitam, quiſquis me non amat, opto.
Viuat & vrbanis albus in officijs.

7 ¶Optabat Horatius Tyburi/aut prope Galeſum Calabriæ fluuiũ cõſeneſcere, his verbis. Tybur Argęo poſitũ colono, Sit meę ſedes vtinam ſenectę, Sit modus laſſo maris et viarũ, Militiæq;. Idem lib. 1. Car. Optat mentem ſanam in corpore ſano.

8 ¶Beatus Auguſtínus tria habebat in votis/ vidiſſe Chriſtũ in humana natura, Paulum de Pulpito fulminantẽ/ & ſpectabiles vrbis Romę triũphos.

9 ¶Votum ſuũ Tibullus ſic exprimit. Me mea paupertas vitæ traducat inerti, Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

10 ¶Crícias tyrannus imprecabatur ſibi Scopadum diuitías, Líberalítatẽ Cimonis/ & Ageſilai Lacedęmonij victorias, Author Plutarchus.

¶Qui diu vixerunt.

¶Vixit Adã annis 930. Eua totidẽ. ¶Seth. 912. ¶Enos filiꝰ Seth. 905. ¶Caynã filius Enos. 910. ¶Malalehel filius Caynan. 895. ¶Iared filius Malalehel. 962. ¶Enoch filiꝰ Iared. 365. ¶Mathuſalẽ filiꝰ Enoch. 969. Vnde Mãtu. Neſtoreos ãnos/ & Mathuſalemía ſęcla. ¶Lamech filiꝰ Mathuſalẽ 777. ¶Noe. 905. ¶Arphaxat filiꝰ Sẽ. 338. ¶Salo filiꝰ Arphaxat, 433. ¶Heber filiꝰ Sale. 467. ¶Phaleg filius Iectan. 239. ¶Reu/ſeu Ragau filius Phaleg. 302. ¶Saruch filius Ragau 230. ¶Nachor filiꝰ Saruch. 148. ¶Thare filiꝰ Nachor. 205. ¶Arã pater Loth 205. ¶Iſaach abrahę filius. 185. ¶Iacob filius Iſaach. 175. ¶Aarõ frater Moyſi 123. ¶Ioſue. 110. ¶Heli Iudex. 98. ¶Salomon. 94. ¶Iob. 183. ¶Abraham. 175. ¶Thobías 112. ¶Sara. 127. ¶Iudich 105. ¶Moyſes. 120. ¶Ex Plynio. Arganton Tarteſſiorum rex. 150. Syllius lib. 3. ait eum vixiſſe. 300. Ita ſcribens. Argantoniacos armat Carteia nepotes. Rex ꝓauis fuit humani ditiſſimꝰ ęui, Terdenos decies emenſus belliger annos. Mantuanus in Alphõſo. Et vetus ille/ auri dives/ ditiſſimus ęui. Heſperijs quondã rex Argantonius oris. ¶Cyniras rex Cyprio rum. 160. ¶Aegimius, 200. ¶Epimenides Gnoſius. 157. ¶Pictoreꝰ Aetolus. 300. ¶Reges Arcadum. 300. ¶Dãdo Illyricus. 590. ¶Impetris Pulutiniorum inſulę rex. 800. Eius filius. 600. ¶Perpenna. 98. ¶M. Val. Coruinus. 100. ¶Metellus Põtifex. 100. ¶Liuia Rutilij. 97. ¶Statilia. 99. ¶Terẽtia Ciceronis. 107. ¶Clodia Ofeli. 115. ¶Luceia Mima cẽtũ annis in ſcęna pronũciauit. ¶Emoliaría vixit. 104. ¶Sammulla. 110. ¶Stephanio vltra centũ. ¶Hiero rector Sicilię. 80. ¶Maſaniſſa rex Numydiæ ſupra. 100. Gorgías Leontinus. 107. ¶Xenophilus Chalcidẽſis. 105. ¶Herodotꝰ ſcribit Aethiopes. 130. ãnos trãſgredi. ¶Hippocrates Cous. 104. vel. 169. ¶Iſocrates. 100. ¶Orbilius Beneuẽtanus. 100. ¶Sybillæ Cumanę diuturnam vitam aſcribit Ouidius lib. 14. his verbis. Nam iam mihi ſæcula ſeptem Acta vides, ſupereſt numeros, vt pulueris ęquem. Tercẽtum meſſes/ tercẽtum muſta videre Tẽpus erit, quum de tanto me corpore paruam Longa dies faciet, conſumptaq; membra ſenecta. De ea Statius libro. 1. Tu Troica dignus Sæcula/ & Euboici trãſcẽdere pulueris annos. Fertur enim annos ab Apolline petiſſe pro numero pulueris, quem manu prehenderat. Vnde idem Statius alibi. Vel quãtos ego Delium poposci. ¶Ouidius patrem ſuũ 90. annos vixiſſe ait lib. 4. Triſti. dicens. Et iam complerat genitor ſua fata / nouẽq; Addiderat luſtris / altera luſtra nouem. ¶Narciſſus pręſul Hieroſolymitanus. 116. ¶Neſtor. 300. Iuuenalis Satyra. 100. Rex Pylius (magno ſi quicquã credis Homero) Exẽplum vitę fuit a cornice ſecundæ. Felix heu nimium, qui per tot ſęcula mortem Diſtulit/ atq; ſuos iam dextra cõputat annos. Tibullus lib. 4. Vixerit ille ſenex q̃uis dum terna per orbem

Sęcula

Sęcula fertilibus Titan decurrerit horis. Idem. Terna minus Pyliæ miretur ſæcula vitę. Propertius libro ſecundo. Neſtoris eſt viſus poſt tria ſęcla cinis. Idem. At me abamore tuo deducet nulla ſenectus, Siue ego Tithonus/ſiue ego Neſtor ero. Ouí dius in Meta. Et ſi quem potuit ſpacioſa ſenectus Spectatorem operum multorum reddere, vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas. ¶Antonius abbas 105. ¶Alexander epiſcopus Alexandrinus 98. ¶Alexander epiſcopus Conſt. 94. ¶Agilus abbas 100. ¶Titus Pauli diſcipulus 201. ¶Democritus 109. ¶Paulus primus heremita 113. ¶Paconius abbas 110. ¶Proſdocimus epiſcopus 114. ¶Vandegiſillus comes Palatinus 92. ¶Florentinus preſbyter 123. ¶Guarinus preſul Bononienſis 110. ¶Viuentius confeſſor 120. ¶Homerus poeta 108. ¶Hieronymus 98. ¶Helias abbas 110. ¶Hor abbas 90. ¶Heroinus 304. ¶Ioannes de temporibus 361. De hoc Ioanne intelligit Mantuanus in Alphonſo, dicens. Et quem fama refert hyemes vidiſſe trecentas. ¶Maurus abbas 90. ¶Maurilius epiſcopus 90. ¶Romualdus heremita 120. ¶Antonius caſtor 100. ¶Syrus epiſcopus 112. ¶Zancles Samothracenus 104. ¶Pollio Romulus 100. ¶Saturninus Voluſius 136. ¶T. Fullonius 157. ¶Artaxerxes 94. ¶Plato 81. ¶Cælius ſcribit Marin quendam vixiſſe annos 123. cuius Antica corporis humana fuerint/poſtica equina. ¶Hyperborei populi mille annis viuunt. ¶Galenus vixit. 140. ¶Tithonus (vt fabulantur poetę) ab aurora adamatus/& in cœlũ relatus illiuſq; ſucco perfuſus ad tantam peruenit ſenectutẽ, vt tandem optauerit verti in Cicadam. Lucianus. Atq; vltra Tithonum viuebat ſenex. Statius libro quarto Syl. Annos perpetua geres iuuenta, Quos fertur placidos obiſſe Neſtor, Quos Tithonia computat ſenectus. Propertius libro ſecundo. At non Titho ni ſpernens aurora ſenectam. ¶Dorotheus preſul Antiochenus. 119. ¶Tyrotullius Ciceronis libertus 100. ¶Theremõ hemita 100. ¶Carneades philoſophus 100. ¶Cirnæ indorum viuunt 140. ¶Terentius Bononienſis 100. ¶L. Tertuleia Ariminenſis 137. ¶Symon Cleophe epiſcopus Hieroſolymitarum 120. ¶Cronius Anachoreta 155. ¶Apollonius Thyaneus 100. ¶Seneca Cordubenſis 114. ¶Patricius ſecundus Niuernenſis epiſcopus 122. ¶Gartius Aretinus 104. ¶Ricardus quidam temporibus Caroli magni 400. ¶Helias Anachoreta 120. ¶Hugo ſucceſſor. S. Bernardi 117. ¶Porro pleraq; ſunt animalia, vitam hominis longe ſuperãtia, vt Cornices/Cerui/Corui/Phœnices. De quibus ſic apud Eraſmum ſcribit Heſiodus.

Ter tria ſęcla hominis tranſmittit garrula cornix,
Quattuor at peragit Cornicis ſęcula Ceruus.
Ceruinam ætatem coruus ter prętérit ater,
Coruinos annos nouies agit indica Phœnix.
Atqui Criſpicomę ſoboles Iouis alma tonantis,
Egredimur decies Phœnicia ſęcula nymphę, Item.
Ter bínos deciesq; nouem ſuperexit in annos
Iuſta ſeneſcentum quos implet vita dierum.
Hos nouies ſuperat viuendo garrula cornix.
Et quater egreditur Cornicis ſęcula ceruus.
Alipedem ceruum ter vincit coruus, at illum
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.

Quam nos perpetuo decies prę uertimus æuo
Nymphę Amadryades, quarum longiſſima vita eſt.

¶ Quoniam autem de longis vitę ſpatijs locuti ſumus, commodum videtur, vt variam annorum/& dierum obſeruationem ſubijciamus. Annus triplex eſt, Magnus/ ſeu Platonicus, Solaris duodecim menſium, Lunaris/ ſeu menſtruus vnius menſis. Annum alij ęſtate vnum terminabant, Alterum hyeme/alij quadripartitis tęporibus, ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuerunt. Quidam Lunæ ſenio, vt Aegyptij, quorum anni fuerunt menſtrui. Hinc fit vt apud eos aliqui ſingula annorum milia dicãtur vixiſſe. Sed hic oritur ſcrupus/ fuerint ne anni primi ſæculi noſtris ſimiles. Nam fabuloſum videtur plęriſq; Mathuſalem/& alios prius enumeratos, vixiſſe tot annos. Conſtat imprimis/ neq; menſtruos fuiſſe/ neq; trimeſtres/ vel hoc vno argumento, q̃ legamus Salomonem anno 12. ætatis filium ſuſcepiſſe. Quare credibile eſt/aut pares noſtris/aut nõ multo minores extitiſſe. Nec minus varia extitit dierum/q̃ annorum obſeruatio. Babylonij inter duos ſolis exortus diem faciũt. Athenienſes inter duos occaſus, Vmbri a meridie in meridiem. Vulgus omne a luce ad tenebras. Sacerdotes Romani/Item Aegyptij/& Hipparchus a media nocte in mediam. Author Plynius.

¶ Qui multos habuerunt liberos.

¶ Adam pręter Seth/Abel/& Cain habuit 30. liberos. ¶ Iayr ſeptimꝰ iudex iſrael 30. filios. ¶ Theſpis Athenienſis 50. filias, a quarum nomine muſæ Theſpiades appellatæ ſunt. ¶ Roboam habuit vxores 10. Concubinas 30. filios 28. filias 40. ¶ Artaxerxes Xerxis filius habuit ex pellicibus 110. liberos, ex iuſto matrimonio 3. ¶ Athila rex hũnorum 60. liberos. ¶ Danaus 50. filias. ¶ Aegyſthus totidem filios. ¶ Eutyce mulier 20. filios. ¶ Cõbe mulier heroina/cui cognomen fuit Chalcidi, viro coniuncta centũ libros enixa eſt. Vnde Adagium apud Eraſmum. Tanq̃ Chalcidice peperit nobis vxor. ¶ Niobe Tantali filia habuit 14. ¶ Maſaniſſa rex Numydię 44. Authore Eutropio. ¶ Puella quædam longobarda 7. pueros vno partu peperit ſub Agelmũdo rege, quos omnes in piſcinam coniecit. Author Paulus Diaconus. ¶ Gilippus Arcadius nouem liberos habuit, quos (vt inquit Virgilius libro duodecimo) Fida crearat vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gilippo. ¶ Vix quiſq̃ crederet Herotymum ſexcentos ex diuerſis pellicibus habuiſſe liberos, niſi Iuſtinus ex Trogo ſcriptum reliquiſſet, in Epitome libri 39. ¶ Priamus ex hecuba coniuge habuit. 19. liberos. Ex alijs pellicibus. 31. ¶ Gedeon iudex Hebręorum 70. quos omnes Abimelech filius nothus Gedeonis occidi fecit. ¶ Achab 70. vt habetur capite. 10. quarti regũ. ¶ Barnabas vicecomes in Italia 30. liberos ſuſcepit. ¶ Conradus Moſouiæ dux. 80. ex quibus quatuor tantum legitimi fuerunt.

¶ Qui ſenes genuerunt.

¶ Adam filium Seth anno 130. Abraham anno 100. Sara 90. Seth genuit Enos anno 105. Enos Caynam anno 90. Caynam Malalehel 70. Malalehet genuit Iared anno 65. Iared genuit Enoch anno 162. Enoch Mathuſalem 65. Mathuſalem Lamech anno 187. Lamech Noe filium anno 180. Noe/Sem/ Cham/& Iaphet, quum eſſet 500. annorum. Scribit Plynius Maſaniſſam poſt 86. annos generaſſe filium Methymathmũ. Catonem Cenſorium octogeſimo exacto e filia Salonij clientis ſui Corneliam e Scipionum gente/ Voluſium Saturniũ poſt annũ. 62.

¶ Fratres

¶Fratres Vterini.

¶Hercules/Iphiclus/Apollo/Diana/Vterini fuerunt.

¶Spurij/& Nothi.

¶Antiphates filius fuit Nothus Sarpedonis. Virgil.lib.9.æne. Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat) Thebana de matre Nothum Sarpedonis alti.

¶Plutarchus scribit Homerum natum ex adulterio Critheidis matris.

¶Aeneas ex adulterio Anchisę cum Venere apud Simoentem. Virgili. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisę Alma Venus Phrygij genuit Simoētis ad vndam?

¶Aristonicus rex Pergami filius fuit Eumenis ex pellice.

¶Aristeus Apollinis ex nympha Cyrene Penei fluminis filia.

¶Hercules Iouis ex Alcmena Amphitryonis vxore.

¶Democoon/& Doryclus Priami itidem ex pellicibus. ¶Lithyerses nothus fuit Mydę regis. ¶Theseus/& Romulus(inquit Plutarchus)ambo quum spurij forēt, existimati sunt a dijs immortalibus procreati. ¶Iugurtha nothus fuit Manastabalis fratris Micipsę regis Numydarum. ¶Manfredus frederici imperatoris. ¶Ioānes Andreas patre Andrea presbytero/& matre concubina natus est. ¶Petrus Comestor, Gratianus/& Petrus lombardus itidem fuisse dicuntur Nothi. Albanus Martyr incestu patris cum filia.

¶Historia de prędmijs virtutum/& doctrinæ.

¶Qui statuas meruerunt.

1 Sesostris.
2 Aristogiton. Armodius.
3 Astylus.
4 Autolycus.
5 M.Porcius Cato.
6 T.Corrūcanus.
7 Demetrius Phalereꝰ
8 Eunomius.
9 Fauorinus.
10 Verrius flaccus.
11 Isocrates.
12 M.Cl.Marcellus.
13 Mutius Scęuola.
14 Ptolemęꝰ Philopator
15 Oppianus.
16 Horatius Cocles.
17 Pausanias.
18 Phryne.
19 Claudius imp.
20 Epicurus.
21 Iosephus.
22 Minutius Augurinꝰ
23 Trebius.
24 L.Actius.
25 Numa. Seruius.
26 Gorgias Leontinus.
27 Plato.
28 Chœlia.
29 Porsena.
30 Phocion.
31 Lucullus.
32 Demosthenes.
33 Conon. Euagoras.
34 Mercurius.
35 Polydamas.
36 Cylon.
37 Octauius orator.
38 Vestritius.
39 Nerua imp.
40 Archias.
41 Claudianus.
42 Iunius Rusticus.
43 Virgilius.
44 Berosus.
45 Antonius musa.
46 Tanaquil.

¶Sesostris rex Aegypti, statuam prędclaris facinoribus/& bellica virtute apud suos adeptus est. 1

¶Aristogitoni/& Armodio statuæ ab Athenienſibus erectę sunt. qꝰ Athenas ipsas tyrannide Pisistrati liberassent. 2

¶Astylo Crotoniatæ (quum tribus continuis Olympicis vicisset stadio) posita 3

eſt ſtatua.

4 ¶Antolycus Pãcratiaſtes ſtatuam habuit in Prytaneo. Teſtis apud Volater. Pauſanias.

5 ¶M. Porcius Cato fuit Romanis adeo gratus, vt ſenatus ſtatuam ei conſularem in templo collocauerit, cum inſcriptione reſtitutos ab eo mores teſtante.

6 ¶Titum Corrũcanum quum Tenſa Illyricorum regina liberius locutũ occidiſſet, mortuum ſenatus ſtatua decorauit.

7 ¶Demetrius Phalereus auditor Theophraſti, ab Atheniẽſibus (quorum Remp. ſumma virtute/ac prudentia decem annos adminiſtrauerat) trecentis ſtatuis honoratus eſt. Quas quum poſtea inuidia diſiecíſſent, ſatis habuit hæc dicere. At virtutes non euerterunt, quarum gratia eas erexerant.

8 ¶Eunomio Locrenſi/artis Citharœdicæ præſtantia/ ſtatuam peperit, quam Volaterranus adhuc in Italia Locris oſtendi teſtis eſt. Euthynius apud Plynium legi-

9 tur.

¶Meruit & ſtatuam Athenis Fauorinus philoſophus, quæ (quũ in odiũ Hadriani veniſſet) diſiecta eſt.

10 ¶Verrius flaccus grammaticus nepotum Auguſti preceptor ſtatuã habuit in Pre-

11 neſte oppido.

12 ¶Iſocrates orator Athenienſis/ſua eloquentia ſtatuam in Olympia meruit.

¶M. Claudius Marcellus, quum propter Gallos iuxta Padũ/ & Annibalem apud Nolam ſuperatos/oppugnatas item Syracuſas/in premium virtutis ſtatuam habuit

13 in æde Palladis cum Epigrammate.

¶Mutio Scęuole (qui coram porſena Ethruſcorũ rege Romam obſidente dextrã flãmis admouerat, vrbẽq; obſidione liberauerat) Romani ſtatuam erexerunt, eiq;

14 prata dederunt trans Tyberim.

15 ¶Ptolemęus philopator Homero poetarũ maximo tẽplum cũ ſtatua dicauit.

¶Oppianus poeta ex Anazarbo Ciliciæ ciuitate (qui de piſcibus ſcripſit) a ſuis ciuibus magnifica ſtatua honoratus eſt, cum hoc Elogio. Oppianus ſum ſuauiloquẽs vates, quem crudelis/atq; inhumani inuidia fati ante diem eripuit. Q7 ſi longius in

16 luce moras dediſſet, nullus mihi par gloria martalium in terris foret.

¶Horatio Coclití ſtatua poſita eſt, q9 Ethruſcorũ aciem in Sublicio põte ſolus ſuſtinuiſſet, donec pons a tergo interrumperetur, quo cum in Tyberim decidit. Plu-

17 tarchus ait fuiſſe poſitam in ęde Vulcani.

¶Pauſanias Cleombroti filius/quum præclaris facinoribus Lacedęmones ſibi demeruiſſet, ſtatua ab eiſdem honoratus eſt, quam tamen poſtea euerterunt, q9 arripe

18 re tyrannidem voluiſſet.

¶Phryne meretrix ſtatua donata eſt ob formam/ & pulchritudinem, cuius cauſa

19 prius in iudicio fuerat abſoluta, quum tunicam a pectore deduxiſſet.

¶Claudio ſecũdo/Romanorum imperatori ſtatua cum aureo Clypeo erecta eſt, q9

20 Gothos Macedoniam vaſtantes magna attriuiſſet clade.

¶Epicurum Athenienſem philoſophum ob doctrinam ſtatuis æreis patria deco-

21 rauit.

¶Ioſephus iudæus propter libros de captiuitate iudaica ſcriptos ſtatuam Romæ

22 obtinuit.

¶Minutio Augurino ſtatua extra portã trigeminam erecta eſt a populo ſtipe collata, q9 farris precium in trinis nundinis ad aſſem redegiſſet.

23 ¶Trebius in Aedilitate aſſibus populo frumentũ preſtitit. Quam ob cauſam/& ei

ſtatuę

ſtatuę in Capitolio/ & palatio dicatę ſunt.

¶Notatum eſt ab authoribus L. Actium poetã in Camœnarũ æde maxima for= 24
ma ſtatuam ſibi poſuiſſe, quum breuis admodum eſſet.

¶Numa quoq; & Seruius ſtatuas apud Romanos ſua virtute meruerunt. Au= 25
thor Plynius.

¶Hominum primus & auream ſtatuam/ & ſolidam Gorgias Leontinus Delphis 26
in templo ſibi poſuit.

¶Mithridates Platonis gloria motus eidem ſtatuam dicauit/ egregium Sylonis 27
opus, quam hoc modo inſcripſit. Mithridates Rhodoatæ filius hanc Platonis ima=
ginem muſis dicatam erexit. Author Plutarchus.

¶Chœliæ virgini Romanæ equeſtris ſtatua poſita eſt, ꝙ armata & equo inſidens 28
Tyberim traieciſſet, ad declinandam vim Porſenæ Ethruſcorum regis.

¶Plutarchus in vita Publicolę ait poſitam fuiſſe Porſenę ſtatuam iuxta curiam. 29

¶Athenienſes Phocioni ſuo principi mortuo æream ſtatuam dicauerunt, ob plu= 30
rima in Remp. beneficia, inuentaſq; eius reliquias publicis ſumptibus tumulo man=
dauerunt.

¶Cheronenſes ſtatuam lapideam in foro prope liberum patrem publice Lucullo 31
conſtituerunt. Author Plutarchus in Cimone.

¶Mortuo Demoſtheni Athenienſis populus erexit ſtatuam, cui hoc inſcripſerunt. 32
Si pares ingenio vires Demoſthenes habuiſſes, nunq̃ Græciæ dominatus fuiſſet
Macedo.

¶Cononi Athenienſium duci & Euagorę, poſitæ ſunt ſtatuę prope Iouis ſeruato= 33
ris ſimulachrum Plutarchus in Enagora.

¶Idem in Alcibiade ait multas Athenis ſtatuas Mercurio fuiſſe erectas. 34

¶Polydamas Herculani roboris athleta, qui leonem in Olympia inermis iugula= 35
uit, & correptum inuſitatæ magnitudinis taurum/ q̃uis prę rabido impetu proſilien=
tem retinuit, quadrigaſq; tota vi concitatas altera manu remoratus eſt, ſtatuam me=
ruit in Olympia.

¶Cylon q̃uis tyrannidem affectaſſet Athenis, nihilominus tamen ob excellentem 36
formam (quæ nullum non allicit) ſtatua ænea honeſtatus eſt. Cęlius.

¶Octauio oratori Romano Sen. P. Q. R. ſtatuam erexit, ꝙ legatus ad Antiochũ 37
miſſus regem ipſum reſpondere ſine contatione/ & mora compuliſſet. Plynius hoc
aſcribit Gn. Popilio.

¶Veſtritius Spurina Lyricus poeta in Breueterũ regem imperator cõſtitutus, par= 38
ta victoria triumphalem meruit ſtatuam.

¶Nerua Cocceius imperator ſtatuas/ & imagines/ Soſię/ Palmę/ & Celſo cõſtituit, 39
quos viros prę ceteris coluit, & ſummo in honore habuit, Author Dion Caſſius.

¶Archias hybleus, quum tres ordine Olympia ſimul/ & pythia viciſſet, ſtatuam 40
cum Epigrammatis inſcriptione meruit.

¶Arcadius/ & honorius petente ſenatu ſtatuam Claudiano poetę Alexandrino in 41
foro Traiani collocari iuſſerunt.

¶Iunio Ruſtico philoſopho ſtatuam erexit M. Antonius imperator. 42

¶Mantuani/ mortuo Virgilio multis poſt ſęculis ſtatuam in celebriore ſuę vrbis lo 43
ca erexerunt, tanti adhuc viri memores, quem multis ante diebus ſuffocauerãt par=
cę. Pontanus de Obedientia.

¶Beroſo ob veriſſimas rerum prędictiones ſtatuam poſuere Athenienſes inaura= 44
ta lingua.

45 ¶ Antonio Muſę medico Romana ciuitas ſtatuam Aeſculapio proximam locauit ob Auguſtum morbo ſanatum.

46 ¶ Caia / ſeu Tanaquil mulier laudatiſſima / & Tarquinij vxor ſtatuam in templo meruit,

¶ Viri docti habiti in magno precio & honore.

1 Ennius.
2 Homerus.
3 Pindarus.
4 Ariſtoteles.
5 Archilochus.
6 Sophocles.
7 Plato.
8 Iſocrates.
9 Demoſthenes.
10 Thucydides.
11 Menander.
12 Poſſidonius.
13 Virgilius.
14 Ablabius.
15 Fronto.
16 Anaxenor.
17 Arrius Philoſophus.
18 Claudianus.
19 Dion ſophiſta.
20 Hippocrates.
21 Iunius Ruſticus.
22 Oppianus.
Cicero.
23 Daniel
24 Theombrotus,
25 Gorgias.
26 Demetrius Phalereꝰ.
25 Zeuſis.
28 Pamphilus pictor.
29 Apelles.
30 Ariſtides.
31 Cyclias.
32 Zeno.
33 Plynius Iunior.
34 Ariſtoteles.
35 Leneus.
36 Ouidius.
37 Roſcius.
38 Decius Laberius
39 Alcibiades.
40 Euripides.
41 Iulius Calidius.
42 Cor. Gallus.
43 Saleius Baſſus.
44 Statius.
45 Syllius.
46 Stertinius
47 Auſonius.
48 Aur. Prudentius.
49 Themiſtocles.
50 Steſichorus.
51 Democedes.
52 Io. Monteregius.
53 Hermolaus.
54 Petrarcha.
55 Interpretes Bibliorũ.
56 Io. Campegius.
57 Sabellicus.
58 Timomachus.
59 Bularchus.
60 Quintilianus.
61 Tadeus.
62 Protogenes.
63 Popilꝰ Andronicus.
64 Arrianus.
65 Varro.
66 Cyrus poeta.
67 Diagoras.

1 ¶ Quanti olim eſtimatę ſint bonę literę, q̃tũq; doctis ſit cõceſſum, nullo certius argumento / q̃ ſequẽtibus patet exẽplis. Scipio Africanus ſtatuam Ennij poetę (quem in ſuis expeditionibus comitẽ ſemper habuerat) ſepulchro ſuo imponi iuſſit, cui viuenti hortos ſuis proximos donauerat. Ouidius lib. 3. de arte. Ennius emeruit Calabris in mõtibus hortos Contiguos pene Scipio magne tuis. Politianus in Nutricia. Longe gratiſſimꝰ olim Scipio magne tibi / & calabris vicinus in hortis Virtute emeritis, cuius gẽtile ſepulchrũ Mox tenuit. Eundẽ & fuluius nobilior ciuitate donauit.

2 ¶ Alexander magnus capto inter ſpolia Darij Perſarum regis vnguentorum ſcrinio (quod erat auro gemmiſq; / ac margaritis precioſum) libros Homeri (quos tanto dignos loculo exiſtimabat) incluſit.

3 ¶ Idem quum Thebas euerteret / & in omnes ſine diſcrimine ſęuiret, Pindari vatis penatibus parci iuſſit.

4 ¶ Idem Ariſtotelis pręceptoris ſui nomini patriam condidit, eiq; multa hominum milia parere iuſſit, ad ſcribendos rerum naturalium libros.

5 ¶ Archilochi poetę interfectores Apollo arguit Delphis.

6 ¶ Sophoclem tragicum poetam defunctum ſepeliri liber pater iuſſit, obſidentibus mœnia Lacedęmonijs / & Lyſandro eorũ rege in quiete ſæpius admonito, vt patere ur hu mari delicias ſuas. Lyſander vbi intellexit Sopholẽ mortuum, pacem fune-

ridedit.

ri dedit.

¶Platoni Siciliam venienti Dionyſius tyrannus q̃uis ad ſuperbiam ſęuitiamq; na- 7
tus vittatam nauem miſit obuiam,& egredientem in litore quadrigis albis excepit. Annicetus Cyreneus eundem ab Aeginetis captum/& inter mancipia vęnalem expoſitum, ne quid indignum pateretur, Minis aliquot mercatus eſt, et honeſto comitatu Athenas ad ſuos remiſit. Quam pecuniam,quum a Platone ſibi remiſſam intellexiſſet, profecto (inquit) peccatum videri poteſt. ꝙ maiore ſumma non iuuerim tantum virum.

¶Platonem ipſum tãti fecit Ariſtoteles diſcipulus, vt nomini eius arã in tẽplo cõſtruxerit, ſtatuamq; conſecrarit, in qua ſcriptum erat hunc eſſe illum, quem probi omnes merito debeant/& imitari/& commendare. Vnde extant Criniti verſus in Parthenicis. Hæc illa eſt ara floribus redimita ſuaue olentibus, Quam gratus bene merenti ſtatuit diſcipulus ſeni. Tituloq; hoc teſtatus animum ſuum/atq; officium, Platonem probandum probe a probis.

¶Viginti talentis vnam orationem vendidit Iſocrates.

¶Aeſchines Demoſthenis orationem (qua tamẽ in exilium pulſus fuerat) coram 8
amicis laudauit in ſua calamitate. 9

¶Athenienſes Thucydiden rerum ſuarum ſcriptorẽ ab exilio reuocauere, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnauerant. 10

¶Menander Comœdiographus ab Aegypti regibus per legatos magnis pręmijs 11
inuitatus eſt.

¶Cn. Pompeius Poſidonij ſapientiæ profeſſoris domum intraturus, fores percuti de more a lictore vetuit/& faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe oriens occidenſq; 12
ſubmiſerat,

¶Auguſtus carmina Virgilij cremari contra teſtamenti eius verecundiam vetuit. Eidem in Theatro recitanti vniuerſus populus Ro. perinde ac imperatori aſſurrexit. Hactenus Plynius libro ſeptimo. Eiuſdem Virgilij diem natalem (qui fuit Octobris idibus) quotannis celebrabat/& quibuſdam velut Cærimonijs venerebatur Syllius. Vnde Martialis Maiæ. Mercurium creaſtis Idus, Auguſtis redit Idib9 Diana, Octobris Maro cõſecrauit Idus, Qui magni celebras Maronis Idus. 13

¶Conſtatinus imperator Ablabium Aegyptium philoſophum prętorij ſui præfectum/& vna cum Conſtantio filio imperij rectorem conſtituit. 14.

¶Frontoni philoſopho. M. Antonius princeps ſtatuam erigi fecit, Authore Capitolino, quem Auguſtus quoq; conſulari ornauit dignitate. 15

¶Anaxenori Cytharœdo e Tyana ciuitate. M. Antonius tributa quattuor ciuitatum legenda prebuit. 16

¶Auguſtus Alexandrinis (in quos bellum gerebat) tribus de cauſis faſſus eſt ſe peperciſſe, Ob Alexandri memoriam, Vrbis pulchritudinem/& amorem Arrij 17
philoſophi.

¶Iam diximus erectam Claudiano ſtatuã Arcadij/& Honorij imperatorum pa- 18
trocinio.

¶Dionem Pruſięum ſophiſtã/& philoſophum Traianus curru ſuo plęrũq; digna 19
tus eſt. Romam etiam ingreſſus cum triumpho.

¶Artaxerxes rex Perſarum Hiſpani præfecto Helleſpõti literis ſcripſit, vt Hip- 20
pocratem medicum quibuſcunq; fieri poſſet premijs in familiam ſuam inuitaret. Epiſtola ad hunc fere modum ſe habebat. Rex regum magnus Artaxerxes Hiſcani. S. Hippocratis medici Aeſculapio prognati ad me fama peruenit. Da igitur

operam, vt aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaq; item, quorum indiget / & ad me mitte. Erit enim par honore ſummis in Perſide viris. Et ſi quis alius fuerit in Europa vir clarus, hunc amicum noſtræ domui redde / nec parce pecunijs. Eidē Hippocrati ab Illyrijs redeunti eoſdem honores (quos Herculi) decreuit Græcia ob prędictam peſtilentiam.

21 ¶ Iunio ruſtico philoſopho M. Antonius imp. Publica omnia, priuataq; cōſilia ſolebat credere, quem poſtea conſulatu / & mortuum ſtatua decorauit.

¶ Ciceronem ab vrbe pulſum Pomponius Atticus ſeſtercijs ducētis / & quadraginta milibus iuuit / & proſęcutus eſt.

22 ¶ Oppianus poeta, quum Antonio imperatori Seuerí principis filio poema de piſcibus nūcupaſſet, ab eo totidem aureis donatus eſt nūmis, quot illic erant verſus.

23 ¶ Daniel propheta Cyro rege (quem theologiæ myſteria perdocuit) familiariſſime vtebatur, Author Theoderitus Cyrenenſis.

24 ¶ Theombrotum medicum Ptolemęus rex centum donauit talentis, ſeruato Antiocho rege patre ſuo. Habeo codicem Plynianū in alterutro libro mēdoſum. Nam lib. 7. & cap. 37. hoc de Theōbroto ſcribit. Libro vero. 19. & ca. 1. de Eraſiſtrato.

25 ¶ Olim tantus erat artis oratorię quęſtus, vt Gorgias Leōtinus auream ſtatuam / & ſolidam ſibi poſuerit Delphis.

26 ¶ Athenienſes (vt iam diximus) Demetrio Phalereo 360. ſtatuas erexerunt.

27 ¶ Zeuſis tantas opes arte picturæ ſibi cōparauit, vt in oſtētatione earum Olympiæ aureis literis in palliorū teſſeris intextum nomen ſuum oſtentaret. Ply. lib. 35.

28 ¶ Pamphilus pictor neminem docuit minoris talento annis decem. Quam mercedem Apelles / & Melantius ei dedere.

29 ¶ Apelles Alexandro magno adeo charus extitit, vt rex Campaſpen amaſiā ſuam liberali forma puellam eidem dederit.

30 ¶ Attalus rex vnicam tabulam Ariſtarchi pictoris centum talentis emiſſe dicitur.

31 ¶ Argonautas Cycliæ Pictoris tabulam talentis. 144. mercatus eſt Hortenſius orator.

32 ¶ Zenonem Philoſophum Atheniēſes tanto honore proſecutí ſunt, vt apud eum claues vrbis deponerent, ipſumq; ornarent aurea corona / & imagine ærea.

33 ¶ Plynius iunior referebat potuiſſe ſe (quum procuraret in Hiſpania) vēdere ſuos commentarios Largio Licinio quadringentis milibus nummum. Quis nūc regum (inquit noſter Budęus) emere bibliothecam confertiſſimam decem aureorum milibus velit, q̄ti a Plynio ciuis vnus priuatus regeſta quædam extemporanea licitari auſus eſt.

34 ¶ Philippus Macedo Amyntæ filius q̄uis omni ferme tēpore negocijs belli eſſet implicitus, nūq̄ tamē a liberali muſa / ſtudijſq; humanitatis receſſit. Propterea ſcribens ad Ariſtotelem / gloriabatur natum ſibi Alexandrum tāti philoſophi tempore, a quo doctrinam imbiberet cum virtute. Epiſtola autem ad hunc modum ſe habebat, vt prodit Gellius libro nono. Philippus Ariſtoteli. S. D. Filium mihi gsnitū ſcito, quod equidem diis habeo gratiam, non perinde, quia natus eſt / q̄ pro eo q̄ eum naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt edoctus erudituſq; abste, dignus exiſtat / & nobis / & rerum iſtarum ſucceſſione.

35 ¶ Lenęus Ludi magiſter in vrbe Roma a Pompeio ob ingenium manumiſſus eſt.

36 ¶ Ouidius quum. 7. annis apud Getas in exilio duraſſet, diis iubentibus in fata cōceſſit Cal. Ian. Cui mortuo gens illa q̄uis barbara & inelegans & a manſuetioribus muſis prorſus aliena, ſolēnes tamen exequias celebrauit, & ſepulchrum erexit magnificum.

magnificum.

¶Quid nonne mirum eſt hiſtriones maiore quondam in precio habitos, q̃ nũc ha 37
beantur vel egregie literati, quum Roſcio actori Theatrico anulum aureum cũ cen
ſu equeſtri donauerit Sylla? Quẽ etiã ferunt mercedẽ diurnã de publico mille de=
narios ſine gregalibus accepiſſe. Tullius quoq; elegãtiſſima oratione populum Ro
manum obiurgauit, q̃ Roſcio geſtum agente tumultum mouiſſet,

¶Decius Laberius quum in ſpectaculis mimos ſuos egiſſet palam, donatus eſt qui 38
gentis ſeſtertijs, cum anulo aureo, qui erat inſigne cenſus equeſtris, Authore tran=
quillo.

¶Alcibiades ambitione quadam munera ĩ Socratem congerebat, dignam viri do 39
ctrinam multo amplioribus exiſtimans.

¶Euripides Tragœdiographus Archelao Macedonũ regi ſola virtutis admiratio 40
ne fuit familiaris, adeo, vt frequentibus conuiuijs ab eo exceptus fuerit, et aureo do
natus poculo. In eius quoq; gratiam Syracuſani pl̃roſq; Athẽnienſium (qui apud
ſe ſeruitutem ſeruiebant) libertate donatos domum incolumes remiſere.

¶Iulius Calidius poeta quum a P. Voluſio in proſcriptorum numerum relatus eſ 41
ſet, ab Attico propter ingenium et elegantem eruditionem abſolutus eſt.

¶Cor. Gallus Elegiographus fauore Auguſti ad pr̃efecturę gradum conſcendit, 42
tribunuſq; cohortium effectus eſt.

¶Veſpaſianus tantum cõceſſit Saleio Baſſo poetę Lyrico, vt propter ingenium ſin 43
gularemq; eruditionem auri plurimum eidem ſit elargitus.

¶Statium Domitianus magnifico atq; apparatiſſimo donauit conuiuio, coronaq; 44
inſigni, et alijs muneribus honeſtauit.

¶Eiuſdem imperatoris beneficio Syllius ad tertium conſulatum proiect⁹ eſt. Vn 45
de Martialis. Auguſto pia thura victimaſq; / Pro noſtro date Syllio Camœnę. Biſſe
nos Iubet en redire faſces, Noto conſule nobiliq; virga. Vatis Caſtaliam domum
ſonare, Rerum prima ſalus et vna Cęſar, Gaudenti ſupereſt adhuc quod optet, Fe
lix purpura terciuſq; conſul.

¶Stertinius vir clariſſimus tantum conceſſit Martialis ingenio et doctrinę, vt ei ad 46
huc viuenti imaginem more veterum in ſua bibliotheca poſuerit.

¶Auſonius Cęſaris Gratiani (cuius filium Gratianũ iuniorem erudierat) benefi 47
cio et honeſtiſſimis ſuffragijs dignitatem adeptus eſt conſularem,

¶Aurelius prudentius beneficio Theodoſij imperatoris ad præfecturam militiæ 48
perductus eſt.

¶Lampſaco vrbi Helleſponti propter Themiſtoclem pepercit rex Perſarum. 49

¶Phalaris Agrigentinus tyrannus alias ſęuiſſimus templum Steſichoro ędifican 50
dum curauit, ſuaſitq; diuinos illi honores in vrbe patria habendos, quem tamẽ olim
capitalem inimicum habuerat.

¶Democedes medicus a Dario (quem ſanitati reſtituerat) duobus aurearum cõ= 51
pedum paribus / et ab vxoribus ipſius Darij aureis phialis donatus eſt. Author=
Herodotus in Thalia.

¶Matthias rex pannonię, Io. Monteregium hominem Germanum et Ephemeri= 52
dum ſcriptorem, multis auxit honoribus et diuitijs.

¶Quum Hermolaus Barbarus / Venetorũ Legationes obiret in Italia, & ad vrbẽ 53
Florentiam accederet, Laurẽtius Medices tãto viro cum multis amicis obuiam pro
ceſſit, q̃uis podagricus, eũq; in Caiana villa honorificentiſſime excepit, quam cum
inſtructiſſima bibliotheca eidem obtulit.

54 ¶Robertus Sicilię rex Fr. Petrarcham omneſq; eruditos víros in precio habuit,

55 ¶Ptolemę⁹ Philadelph⁹ ſenes. 70. Bibliacę hiſtorię ſcientiſſimos ab Iudæa vſq; in Aegyptū vocauit, quos regia vrbe acceptos hoſpitaliter & benigne aluit, magníſq; muneribus donatos dimiſit.

56 ¶Ioanni Campegio Bononienſi in Patauinum Gymnaſiū (quo ad publícam literarum profeſſionem fuerat inuitatus) proficiſcentí, ab vrbis magiſtratibus Gymnaſiarchiſq; magna hominum frequentía obuiam itum eſt.

57 ¶Vicentina ciuitas Sabellícum argentea patera magni ponderis donauit.

58 ¶Cęſar Dictator duas Timomachi tabulas. 800. talentis emit in templo Veneris genitricis dicaturus.

59 ¶Candaules rex Bularchi picturam Magnetem haud mediocris ſpacij rependit auro.

60 ¶Quintílianus ex Hiſpanía veniens ſtipendium e fiſco accepit ab Euſebio ſub Domitiano.

61 ¶Tadeus florentinus medicus, tanta fuit nominis celebritate, vt ad curam ęgrotorum extra vrbem vocat⁹, non vilius q̃. 50. aureorum mercede in ſingulos dies peregrinaretur, vocatuſq; ab honorio quarto centum ſibi ſtatui voluit, a quo curato decẽ milia reportauit.

62 ¶Propter Ialiſij imaginem a Prothogene pictam Demetrius Rhodon non ſuccẽdit, ne ſimul tabula conflagaret.

63 ¶M. Popilius Andronicus opuſculum quoddam annalium. 16. milibus nummũ vendidit.

64 ¶Arrianum hiſtoricum (qui hiſtoriam magni Alexandri octo libris ſcripſit) Adrianus & Antonius propter literas ad honorem conſularem euexerunt.

65 ¶Aſinius Pollio Varronis imaginem collocauit in bibliotheca.

66 ¶Cyrus Panapolyta poeta beneficio Theodoſii iunioris & Eudoxiæ eius vxoris præſul factus eſt.

67 ¶Democritus Diagoram Mileſium philoſophum ſeruum mille Drachmis emit, vt eundem erudiret.

¶Alij qui Literarum et literatorum fuerunt amantiſſimi.

1 Anaxagoras.
2 Democritus
3 Cyprianus
4 Scipio
5 Gordianus
6 Monymus
7 Pythagoras
8 Alexander
9 Euclides
10 Plato
11 Ariſtoteles
12 Hippocrates
13 Adrianus
14 Cato
16 Tacitus Imp.
16 Hieronymus
17 Auguſtus
18 Carolus magnus
19 Carolus Craſſus
20 Sigiſmundus.
21 Scipio
22 Borſus
23 Beſſarion
24 Liuius Druſus
25 Pub. Craſſus
26 Carneades
27 Marcellus
28 Socrates
29 Chryſippus
30 Cleanthes
31 Sophocles
32 Simonides
33 Carolus Septimus
34 Antonius Pius
35 Alexander Seuerus.
36 Iulius maſſanenſis
37 Ptolemęus
38 Nicolaus quintus
39 Dionyſi⁹ Syracuſan⁹
40 Lyſander
41 Ferdinandus
42 Terentius varro
43 Cato Cenſorinus
44 Iulius Cęſar
45 Veſpaſianus

¶Anaxagoras omne patrimonium ſuis conceſſit, remq; omnem publicam & priuatam neglexit, vt liberius vacaret philoſophię. 1

¶Nauigauit in Aegyptum Democritus in Perſidē vſq; ad rubrū mare, vt & Chaldęos conſuleret, & melius philoſopharetur. Idem quoq; oculos ſibi eruit, q̄ rerum naturalium, & diuinarum contemplationi impedimento eſſe viderentur, Exiſtimabat enim cogitationes commentationeſq; animi ſui contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris. & oculorum impedimentis liberaſſet. Vt autem commodius amplecteretur ſtudia, diuitias omnes reliquit, quę tamen tantæ fuerant, vt pater eius/ Xerxis exercitui epulum dare potuerit. 2

¶Cyprianus diem nullum ſine Tertulliani lectione permittebat effluere, cuius libros quū peteret, dicere ſolebat, Da magiſtrum, 3

¶Scipio Africanus Pædiam Cyri de manibus non ponebat, 4

¶Gordiano imperatori bonæ literæ adeo placuerunt, vt pluris fecerit librorum q̄ auri vel argenti, ſibi Theſaurum comparare. Habuit enim in bibliotheca. 62. milia librorum. 5

¶Monymus Corinthij cuiuſdam trapezitę filius, quum philoſophiæ amore raperetur/ cuperetq; magnopere dare operam Diogeni, neq; tamen hoc ipſum a domino poſſet impetrare, ſimulata inſania monetam cœpit ſpargere/ eoq; modo dimiſſus, ad philoſophiam ſe conuertit, Diogenemq; ſecutus eſt. 6

¶Pythagoras ad perdiſcendā philoſophiā, ſolū vertit exilio ſuſcepto veri⁹ q̄ peregrinatione. Profectus ad perſas magorum prudentię ſe formādum tradidit, a quibus ſyderum motus curſuſq; ſtellarum didicit. Cretam deinde & Lacedęmona nauigauit, quarum moribus & legibus inſpectis ad Olympicum certamen deſcendit, Quod & de Empedocle ſcribit Plynius libro. 30. 7

¶Alexāder quum eſſet legendi & diſcendi percupidus. Iliadem Homeri (quam rei militaris viaticum ſolebat appellare) Ariſtotele exponente perdidicit, eam ſemper vna cum pugione ſub puluino iacentem tenere ſolitus. 8

¶Euclides Megarenſis quum diſciplinę Socraticę p̄cupiens eſſet, neq; tamē Athenas (vbi profitebatur Socrates) auderet ire, q̄ capitale foret, ſi quis Megarenſium Athenis, aut Athenienſium Megaris propter mutuum vtriuſq; vrbis odiū deprehenderetur, ſub noctem tunica longa muliebri indutus ad ipſum philoſophum cōmeabat, vt vel noctis aliquo tempore conſiliorum ſermonumq; eius fieret p̄ticeps. Rurſus ſub lucem eadem indutus veſte redibat. Author Gellius lib. 60. 9

¶Ferunt Platonem quum tenui admodū eſſet pecunia, tres tamen philolai Pythagorici libros Decem milibus denarium mercatū, quod preciū a Dione quodā Syracuſano acceperat. Idem Octogenario maior moriens ſub capite Sophronis numeros habuiſſe fertur. Sic ne extrema quidem eius hora agitatione ſtudij vacua fuit, inquit Val. Max. 10

¶Ariſtotelem quoq; traditum eſt pauculos Speuſippi libros poſt mortem eius emiſſe talentis tribus Atticis. 11

¶Fuit Hippocrates diſcendę medicinę adeo ſtudioſus, vt eum non puduerit vel retrimenta guſtare, vt inde morbi naturā perſentiſceret. Quod tamen aliqui æſculapio aſcribunt, Author Cęlius. 12

¶Adrianus imperator impenſe adeo græcę doctrinę inuigilabat, vt a pleriſq; Gręculus vocaretur. 13

¶Cato vticenſis ne quid temporis abſq; aliqua exercitij parte effluereet, in curia grece lectitabat, tantiſperdum cogeretur ſenatus. 14

15 ¶Tacitus imperator Cor. Taciti viri conſularis hiſtoriam de Romanis imperatoribus, non modo in omnibus bibliothecis iuſſit collocari, ſed etiam edicto cauit, vt decies quotannis ad vſum publicum tranſcriberetur, atq; in bibliothecis poneretur.

16 ¶Beatus Hieronymus Romæ primum / mox in Bizantio & Antiochia, demum apud Solymos, diſcendi ſtudio varijs præceptoribus operam dedit. Habuit in literis hebræis Barbanum & Nicodemum Iudæos, in humanioribus literis Donatū & Victorinum, in ſacris Gregorium Nazianzenum / Apollinarem Antiochenū, et Didymum Alexandrinum.

17 ¶Auguſtus liberalibus ſtudijs præſertim eloquentiæ in tantū incubuit, vt null⁹ ne in procinctu quidem laberetur dies, quin legeret / ſcriberet / declamaret.

18 ¶Nemo ſtudia bonarum artium fouit indulgentius, q̄ Carolus magn⁹, vt qui parrhiſienſe gymnaſium et Papienſe accerſitis vndecunq; doctiſſimis viris inſtitueret.

19 ¶Fuit et Carolo Craſſo ſingularis beniuolentia in literatos homines, quos ad ſcribendum ſolebat adhortari.

20 ¶Sigiſmundus imperator doctos homines etiam fouit / et magnis honeſtauit dignitatibus. Accuſauit etiam plerumq; Germanos principes, qui latinas odiſſent literas. Reprehenſus a quibuſdam, q̄ viros humiles, ſed literatos foueret, ego (īquit) eos amo, quos virtutibus et doctrina (ex quibus nobilitatem metior) cęteris anteeellere video.

21 ¶Scipio in medijs difficillimi belli apparatibus bonarum artium ſtudia non prætermiſit, philoſophorum ſcholas crepidatus frequentans. Et ne poſt tot inſignes victorias animum ſibi inſoleſcere proſperis ſucceſſibus rerum permitteret, cum literis et literatis frequens verſabatur.

22 ¶Borſus ferrarienſium princeps, Ingeniis magnopere fauit, quæ vndecunq; accerſita domi lebat, et in his T. Strotium poetā florentinum,, Ioannem Auriſpā, Hugonem medicū. et Petrū Bonū Lyriſtem egregium.

23 ¶Beſſarionis præſbyteri cardinalis (qui ſub Eugenio. 4. floruit) domus fuit liberalium artium officina, doctiſſimoſq; viros ſemper aluit atq; fouit. Nec minus ip̄e in literis verſabatur. Platonem imprimus obſeruabat, in cuius defenſionem commentarios edidit contra Trapezuntium peripateticum.

24 ¶Liuius Druſus ætatis viribus et acie oculorum iam defectus, ius ciuile tō populo interp̄tatus eſt, quod cupientibus diſcere vtiliſſima compoſuit monumenta.

25 ¶Publius Craſſus quum in aſiam ad Ariſtonicum regem debellandum conſul veniſſet, tantū grecę linguę ſtudium impendit, vt eam in quinq; diuiſam genera p̄ omnes partes ac numeros didicerit.

26 ¶Carneades phl's quū cibi capiēdi cā recubuiſſet phl'icis cogitatiōib⁹ it dū vſq; adeo iherebat, vt manū ad mēſā porrigere obliuiſceret. Id cū Chriſyppo diſpatutur⁹ helleboro ſe añ purgabat ad exprimēdū īgeniū ſuū attēti⁹, et illi⁹ refellēdū acrius.

27 ¶Captis Syracuſis Marcellus Archimedis philoſophis precibus parci iuſſit, cuius tamen machinationibus victoriam ſuam multum ac diu inhibitam ſenſerat.

28 ¶Confectus ſenio Socrates fidibus tractandis operam dedit, vt tantis doctrinę ſuę diuitijs muſicę rationis adderet elementum.

29 ¶Chryſippus octogeſimum, Iſocrates quartum et octogeſimum nati ānos opera ſcripſerunt, hic Panathenicon, ille Logicon acutiſſimæ ſubtilitatis volumen.

30 ¶Cleanthes quęſtu extrahendę aquę nocturno tēpore inopiam ſuam ſuſtentabat, diurno

diurno Chriſippi præceptis percipiendis operam dabat. Idem quum centeſimum attigiſſet annũ, auditores tamen erudiebat.

¶Sophocles centum prope natus annos Oedipodem tragœdiam conſcripſit. Cice 31
ro in Catone maiore. Sophocles (inquit) ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit.

¶Simonides poeta octogeſimo anno & carmina docuit, et in eorum certamen 32
deſcendit.

¶Carolus ſeptimus ſexti filius Gallorum rex ſolenni epiſcoporum concilio Prag= 33
maticam inſtituit ſanctionem, vt qui magna olei impẽſa euaſiſſent literati, ad ſacer=
dotia proueherentur. Prius enim curę animarum (quas vocant beneficia) mulioni
bus aut etiam lenonibus preſulum dabantur, ita vt vtilius multo videretur, in aulica
vita eius rei gratia paraſytari et ſcurram agere, q̃ ſtudiũ literis impertiri. Aſini em̃
portabãt myſteria. Doctos oportebat ſua fama cõtẽtos viuere, nec aliẽ ſpare quic=
q̃. Sed me miſerum. Quoniam ea ipſa crumenæ ſummorum pontificum nonnihil
detrahere videbatur, ad eius excidum & ruinam totis ſemper viribus a Romanis
itum eſt, egre ſcilicet ferentibus, ſuas bullas et appenſum plumbum nobis vileſcere,
atq; amplius venale non exponi. Nec pri⁹ ceſſatũ ẽ machinari, q̃ Leoni data ſit prę
dę, fruſtra renitente clero. O ſtolidiſſima Gallorum ingenia, qui non percipiunt da
ri ſibi verba ab Italis, ſuiq; regni viſcera corrodi et ſuccum hauriri. Sed adeo pericu
loſum ẽ hac in re quicq̃ dicere, vt extra fores pectoris nemo auſit prodere dolorem
quem intus patitur. Veh illis, qui tantam nobis, non nobis ſed toti Reip. calamitatẽ
attulerunt. Et certe ſiquid eſt cœlo clementiæ, ſpero vota mea exaudítum iri. Neq;
propicia Gallis numina ſceleris tanti (quod illis male vertat) authores relinquent
impunitos.

¶Antonius cognomento pius Rhetoribus ac philoſophis non ſalaria modo, verũ= 34
etiam honores ac prouincias decreuit.

¶Alexander Seuerus nõ modo literatorum genus omne, verum aruſpices et archi 35
tectos (in quo quiſq; eluceſceret) proſecutus eſt.

¶Iulius Maſſanenſis Alfonſi regis cenſui rationibus præpoſitus ita Iouianum Põ= 36
tanum poetam elegantiſſimum iuuit, vt Pontanus ipſe omnia ſua eidem referat
accepta.

¶Ptolemæus rex Alexandrinus doctiſſimos quoſq; ad ſe vocatos ſalariis doniſq; 37
proſecutus eſt.

¶Abundauit viris doctis Nicolai quinti Pontificis Maximi et Alfonſi regis aula, 38
quorum hic Antoninum Panhormitam ob ſcriptum de dictis acfactis ſuis librũ mi
le aureis donauit, Poggium Florentinũ quingentis ob conuerſum e Græco in Lati
num Xenophontis librum, qui Cyri pædia inſcribitur.

¶Dionyſius Syracuſanus Heliconem Cyzicenum talento donauit, q̃ ſolis deli= 39
quium prædixiſſet.

¶Lyſander ob pauculos verſiculos Antilochi, poetę pileum argento impleuit. 40

¶Ferdinandus rex grandem pecuniæ ſummam quotannis ex ærario pendendam, 41
ſtatuit Rhetoribus, medicis, Philoſophis, et Theologis, qui publice Neapoli doce
rent. Egregium ſane factum (inquit Pontanus) ingenia proſequi, virtutes ornare,
et ad excolendos animos excitare iuuentutem.

¶Terentius varro annos ſęculi ſupergreſſus interiit ſcribendo. 42

¶Cato Cenſorinus anno. 86. ætatis cauſam pro ſe egit aduerſus temerariam iu= 43
uentutem. Literas græcas didicit et ius ciuile. Defendit Galbam oratorem ac=
cuſatum.

44 ¶Iulius Cęsar(vt est apud Suetonium)omnes medicinę & liberalium artiū professores ciuitate donauit, vt libentius vrbem incolerent.

45 ¶Vespasianus iperator ingenia & artes maxime fouit, primusq; e fisco latinis/Grę cisq; rhetoribus annua centena cōstituit, pręstantes poetas muneri bus ornauit, & bibliothecas icendio absumptas reparauit.

¶Indocti,& q̄ literas oderunt.

1	Licinius Imp.	3	Heraclides.	5	Britānion,
12	Valentinianus Imp.	4	Philonides	6	Herodis attici filius.

¶Licinius imperator fuit literis adeo infestus, vt virus ac pestem publicam eas appellaret, Sed cur inquit Baptista Egnatius eas nō odisset, quarum adeo expers erat,

2 vt ne decretis quidem subscribere posset?

3 ¶Valentinian⁹ quoq; imperator Gratiani filius magno literarum odio cōflagrauit.

¶Cęlius scribit Heraclidem Lycium hebeti fuisse ingenio, & ad literas/politiorem

4 q; cultum ineptissimo.

¶Philonides fuit Melitensis quispiam prægrandi corpore, cęterum insulsus & in-

5 doctus. Vnde adagium fluxit Erasmo positum. Indoctior Philonide.

¶Britānion(cui victo constantius imperator pepercit)adeo expers literarū est habitus, vt ne prima quidem elemēta calleret,

6 ¶Herodes Atticus quum ingenio & eloquētia nulli secūdus haberetur, filium habuit adeo hebetem, vt ne prima perciperet elementa.

¶Bibtiothecę memorabiles.

¶Tyramnion grāmaticus(qui floruit ætate magni Pompeij)supra tria librorum milia possedit.

¶Gordianus imperator coaceruauit in bibliotheca.62.milia voluminum.

¶Plutarchus in Antonio scribit Pergamenas bibliothecas habuisse ducenta librorum milia.

¶Porro ex antiquis Bibliopolis vnicus fere Triphon celebratur. Martialis libr.4. Non habeo, sed habet blibiopola Triphō. Hic ille est, ad quē scribit Fabi⁹ inlimina ri institutionum oratoriarum epistola.

¶Qui multa scripserunt

¶Sripsit Theophrastus trecenta librorum volumina. ¶Crysippus septingenta, ¶Seruius Sulpitius. 180. Libros de iure ciuili. ¶Atteius Capito. 60. ¶Empedocles tria & quadraginta ¶Galenus. 130. ¶Beda, 36. ¶Aristarchus grammaticus Aristophanis grammatici discipulus scripsit commentarios supra mille.

¶Laborioſi & varia-rum artiū periti.

1	Cleanthes	7	Porcius latro	13	Diodorus Siculus
2	Plautus	8	Sophocles & alij	14	Nicaula
3	Turanius	9	Helius hippias	15	Apolloni⁹ Tyanęus
4	Iulius Cęsar	10	Adrianus	16	Antisthenes
5	Alexander magnus	11	Aurelius alex.	17	Alphonsus
6	Iulianus imperator.	12	Plynius.		

¶Cleāthes philosophus inopia mercennarium se fecit, ac noctu quidem in hauri en-

1 dis aquis victum sibi comparauit. interdiu liberalibus studiis dedit operam, Pinsebat quoq; farinas sæpenumero, vt pęniam illam necessarium plæriſq; malum excuteret.

2 ¶Pugnabat Plautus in paupertatem dies & noctes. Scribebat enim fabulas suas interdiu,

interdiu, noctu vero operam locabat piſtori, & in agendis molis (quas truſatiles vocant) qualemcunq; faciebat queſtum.

¶ Turanius fuit quiſpiam exactę diligentiæ ſenex, cui quum Cæſar poſt nonageſimum annum procurationis vacationem vltro indulſiſſet, id egreferens, componi ſe in lecto et velut exanimem a circunſtante familia plangi iuſſit. Nec ante triſtitiæ finem fecit, q̃ priſtino labori ſit reſtitutus. 3

¶ Iulius Cęſar conſumptis in re bellica diebus, noctes tamẽ ad tripartita diuidebat officia, quietis ſcilicet, publicę rei, et muſarum, 4

¶ Legimus Alexandrum magnum (quum dormitaret) brachio extra cubile protẽto pilam tenuiſſe argenteam ſuppoſita pelui, vt quum neruorum rigorem ſopor laxaſſet infuſus, geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnum. Author Ammianus Marcellinus. 5

¶ Iulianus Imperator dimidiata nocte ſemper exurgebat, nõ e plumis perdicũ ſub alaribus, vt Heliogabalus, aut ſtragulis ſericis ambiguo nitore fulgentibus, ſed ex aſperis ſtratis, in quibus vix decũberent abiectiſſimi vernę. 6

¶ Porcius Latro incœpta ſemel ſtudia non poterat interrumpere, vbi ſe ad ſcribendum concitaſſet, iungebantur noctibus dies, et ſine iteruallo ſibi inſtabat, nec deſinebat niſi deficiebat. Quum ſe ſyluis et montibus tradiderat, omnes illos agreſtes in ſyluis et montibus natos laboris patientia ac venandi ſolertia prouocabat. 7

¶ Sophocles/ Plato/ Iſocrates/ Hieronymus/ et alij complures ad extremam ſenectutem ſcribentes/ labores ſubierunt, finemq; dicendi cum vita fecerunt. 8

¶ Helius Hippias Sophiſta præter literarum ſtudia (in quibus ætate ſua nulli fuit ſecundus) Olympicis ludis Zonam/ veſtem/ calceos/ ampullam/ anulum/ gemmam (in qua ſignum inſculpſerat) ſibi fecit, habuitq; artem multarum rerum, quę mortales plurimos ornare potuiſſet. 9

¶ Adrianus Imperator fuit Arithmeticę peritiſſimus, et Geometriæ, Pinxit egregie, Muſicem tenuit. Aſtronomiæ ſcientia omnes ætatis ſuæ facile ſuperauit. 10

¶ Fuit Aurelius Alexander optimus aruſpex, excellens augur, muſicus inſignis, et vtramq; orationem eruditiſſime ſcripſit. Quibus rebus tantam impendit operam, vt conſueuerit in conuiuiis vel legentes audire, vel alijs veſcentibus legere. 11

¶ Nihil vnq̃ legit Plynius, quin excerperet, nec in bibliotheca tantum, ſed in menſa, ſed in lectica, ſed equitans quoq; vel ſcribebat, vel ſcribendum aliquid dictabat. 11

¶ Diodorus Siculus ne in deſcriptione vrbis (vt alij plæriq;) erraret, bonam Aſiæ et Europę partem magno ſuo incommodo peragrauit. 12

¶ Virtuti maximę tribuendum eſt Nicaulæ Aegypti et Aethiopum reginæ, q̃ audita Salomonis ſapientia ab extremo Arabię in Iudęam iuerit, vt eum audiret. 13

¶ Apollonius Tyanæus vt Bragmanum ſcientiam haurire poſſet, Perſas/ Caucaſum/ Albanos/ Scythas/ et maſſagetas prętergreſſus, in Indiam penetrauit. Quibus auditis per Elamitas/ Babylonios/ Chaldæos/ Mœdos/ Parthos/ Aſſyrios/ Phœnicas/ Arabes/ Paleſtinos/ in Aegyptum redijt, vt quaqua tranſiret, ibidem a doctis (ſi qui eſſent) proficeret et aliquid decerperet. Tranſiuit et in Aethiopiã ad Gymnoſophiſtas. 14

¶ Antiſthenes audito Socrate ſtatim conuerſus ad diſcipulos monuit, vt alium quę rerent præceptorem, ſibi ſe inueniſſe dictans. Quo facto relictis omnibus fortunis Socratem ſecutus eſt. 1

¶ Alphonſus Aragonius Siciliæ rex iam quinquagenarius, pręceptori tamẽ ſe ſubmiſit, ne loquendi vſu careret. 16

Ocioſi.

¶ Attalus Eumenis frater ocio adeo ſolutus eſt, vt ſaginæ traditus, imperij onus in philopemenem e familiaribus vnum reiecerit.

¶ Vatia Seruilius vir prętorius nulla alia re q̄ ocio notus conſenuit. Propterea a trāſeuntibus dici ſolebat, Vatia hic ſitus eſt.

Coronę diuerſę.

VAriæ fuerunt olim coronę, quibus penſabatur hominum virtus, vt & ignauis torpor excuteretur, et in generoſis virtus creſceret, Plynius lib. 22. numerat Gemmatas/ Aureas/ Vallares/ Murales/ Roſtrales/ ciuicas/ triumphales, quibus nobiliorem fuiſſe Gramineam dicit. Coronæ triumphales erant aureę, mittebanturq; imperatoribus ob honorem triumphi. Hæ vulgo dicitur aurū coronarium, inquit Gellius. Aureis poſtmodum ſucceſſerunt laureę. Erātq; eiuſdem et virtutis et honoris præmia. ¶ Obſidionalem coronam dabant obſidione liberati, ei qui liberauerat. Ea fiebat gramine, vnde et graminea dicta ē. Hanc. S. P. Q. R Fabio maxio dedit, ſcdo bello punico, q̄ vrbē Romā obſidiōe liberaſſet. Ciuica dabat ei q̄ ciuē a morte liberaſſet, Fiebat frōde querna aut ilignea. Cęcili⁹, Aduehūt inqt, cū ilignea corona & Chlamyde. L. Gel. vir, Cēſori⁹ cēſuit. Ciceronē cōſulem hac ornādū corona, q̄ eius opa, atrociſſima illa Catilinę coniuratio deleta vindicataq; fuiſſet. ¶ Muralis dabatur ab imperatore, ei qui primus murum ſubiiſſet, et in oppidum hoſtium per vim aſcendiſſet. ¶ Caſtrenſem donabat imperator ei, qui primus hoſtium caſtra pugnans introiuiſſet, habebat autem inſigne valli.

¶ Naualem merebatur, qui in maritimo prælio primus hoſtium nauem vi armatus tranſiliuiſſet, Ea roſtris nauiū erat inſignita, ¶ Muralis autē, Caſtrenſis et naualis/ fiebant ex auro. ¶ Oualis corona erat Myrtea. Ea vtebantur imperatores, qui ouantes vrbem introibant. Ouatio minor erat triumpho. Ouationis cauſa eſt non triumphi, quum aut bella non recte indicta ſunt, nec cum iuſto hoſte geſta, aut quum hoſtium nomen humile eſt, vt ſeruorum aut pyratarum, Aut quum deditione facta/ incruenta parta eſt victoria. Hæc fiebat ex Myrto. ¶ Dabatur Oleagina ob conuerſum hoſtem, De coronis vide Gellium libro quinto Capi. 5. Blondum foroliuienſem de Roma Triumphāte. Li. 6, Volaterranū Li. 26 Philologiæ. Plynium li. 16.

Triumphatores ſeu qui de diuerſis regi=
b⁹ et populis triumphauerūt.

¶ L. Attilius Calatinus triumphauit de Sardis. ¶ Gn, Domitius de Aruerniſet Bathulo eorum duce. ¶ Liuius Salinator de Illyrijs. ¶ M, Attilius regulus, de Salentinis. ¶ Paulus Aemylius iunior de liguribus et Perſeo. ¶ Meneuius Agrippa natus de Sabinis. ¶ M. Antonius triumuir de Armeniæ rege. ¶ M. Aquilius conſul de Ariſtonico rege. ¶ Iunius Bubulcus Brutus dictator Equos ſubegit, ac die octaua de eiſdem triumphauit ¶ Furius Camillus Veios decennali obſidione domuit, ac de eiſdem triumphauit ¶ Sp. Caſſio duo triumphi contigerunt.

¶ M. Curius de Samnitibus et Sabinis. ¶ P. Decius iunior de Samnitibus.

¶ Gn. Duilius primus de nauali victoria triumphauit ¶ Fabius Rullianus de Appulis, Nucerinis/ Samnitibus/ Vmbris/ Marſis/ ac Thuſcis triumphauit.

¶ Fabius Gurges de Samnitibus. ¶ Q. fab. Max. de liguribus. ¶ Gn. fuluius flaccus de Samnitibus. ¶ M. Fuluius nobilior ouauit de Aetholis/ triumphauit de Am bracienſibus. ¶ L. Lucretius Tricipitinus devolſcis ¶ Mari⁹ de Teutonib⁹ et iugurtha. Propertius li. 4. Dij melius, q̄ tus mulier foret vna triumphus Ductus erat per quas ante Iugurtha vias, ¶ Q. Ce. Metell⁹ de Iugurtha et Numydis. ¶ L. Mumi⁹

de Achęis

de Achęis ¶M. Horatius conſul de ſabinis, ſine authoritate Senatus ¶L. Papyri⁹ Curſor de Samnitibus ¶L. Papyrius Craſſus eius filius de priuernatibus ¶Gn pōpeius magni Pompeij pater de picentibus ¶Pompeius Magnus de Iarba Mithridate, Ariſtobolo rege iudęorū ¶Aul. poſthumius Tubero de volſcis ¶L Aemyli⁹ Paulus de liguribus ¶ Q .Capitolinus quinquies conſul de volſcis ¶Scipio Africanus de Anniba le & Scyphace ¶Sulpitius de reliquijs Brenni . ¶L. Valeri Valeſiis filius de veientibus & Sabinis. ¶Valerius Coruin⁹ (qui ſexies fuit conſul) de Samnitibus ¶L. Valerius potitus de volſcis & Equis ſine authoritate ſenatus ¶.M Attilius Glabrio de Antiocho et Aetholis ¶Aurelianus iperator de Zenobia Palmyrenorū regina ¶Septimius Seuerus imp. de Arabibus et Adiabenis. ¶Dagobert⁹ rex frācorū de Saxonibus ¶Papyrius Naſo de Corſis ¶Iuli⁹ Cęſar confectis bellis quinquies triūphauit, primū triūphū egit gallicū, Sequētem Alexādrinū, Deinde ponticū, huic proximū Africanū, nouiſſimū hiſpanienſem. ¶Triū phauit Bacchus de Indis ¶Tatius de Sabinis ¶Gordianus de Perſis ¶Auguſtus currules triumphos tres egit, Dalmaticū Actiacū, Alexādrinū. continuo triduo. ¶Antonius Commodus triumphauit de Germanis ¶Domitian⁹ de Dacis et Catis ¶Papyri⁹ curſor de Corſis in monte Albano. Porro aūt lege fuit cautū ne quis triūpharet, qui minus q̄ quīq; milia vna acie ſuperaſſet. Nulli item licuit triūmpha re, qui nec dictator, neq; prętor / nec cōſul res geſſiſſet. Item nemini pri⁹ decernebatur triūphus, q̄ regionē (de qua triūphatur⁹ erat) ſucceſſori pacatam reliquiſſet. ¶Triumphātes auratis curri⁹ vehebātur, quos albi trahebāt equi. Pompeii tamē currū in triūpho Africo traxerūt Elephātes, Quē imitatus Cęſar, vect⁹ ē Elephātis quadraginta dextra leuaq; Lichnos geſtantibus Authore Trāquillo, Et Gordiano quadrigę Elephantorū decretę ſunt triumpho Perſico. Habuit et Aurelian⁹ currū quatuor ceruis iunctum. Moriſquoq; fuit, vt in triumphātū curru ſederēt eorūdē filii, Vnde et Aemyli⁹ Paulus ſpecioſiſſimo triūpho filiū duxit, quē triduo poſt amiſit. Triumphātē ſequebātur laureati miles. Moris item fuit, Imperatores belli ciuilis victoria quātumuis magna nō triumphare, quia ciues nō hoſtes occidiſſent Itē vt milites et abiectiſſimi quiq; diuerſis cōuiciis triumphātes incęſſerent, ne proſpera illa fortuna plus ęquo ſuperbirēt et inſoleſcerent. Sic triumphante Cęſare milites dixerūt. Gallias ſubegit Cęſar, Nicomedes Cæſarē. Itē. Romani ſeruate vxores, Mœchū caluum vobis adducimus ¶Ventidiūquoq; Baſſum i Parthico triumpho ſecuti milites decantarunt. Qui mulos fricabat, fact⁹ eſt cōſul. Porro lege cautum erat, ne dux ante triumphi initium vrbem ingrederetur. Paulus Oroſius et cum eo Blondus ſcribunt Romanos triumphos numero fuiſſe. 320. Omnium vltim⁹ triumphauit Probus Imperator. Hęc de triumphis, de quibus qui plura ſcire cupiet, videat Blondum foroliuiēſem Li. 10. de Roma triumphante.

¶Præceptores et Pædagogi.

¶Chriſippus Eraſiſtrati / Aſclepiades Temiſonis / Protagoras Euathli / Agonax Zoroaſtris / Callimachus Eratoſtenis / Eratoſthenes Ariſtophanis, Volcatius Ceſelij / Anaxagoras et Damon Periclis, Molo Ciceronis / Socion Senecę. Seneca Neronis, Cebes Phedonis, Phileta Cous Ptolomęi. Pamphilus Amphipolyta Apellis, Empedocles Gorgiæ, Plutarchus Traiani. Donatus et Victorin⁹ Hieronymi, Palemon et Flauius Virginius Perſii, Architas Empedoclis, Saccas ammoni⁹ Plotini, Serbidius Scæuola Papiniani, Arnobius Lactancii, Lin⁹ Herculis, Lyſias Epaminundæ, Policetus Argii, Aſopodori, Alexis et Ariſtidis pictorum, Agelades Myronis. Soſtratus Lyſippi, Phydias Alcamanis et colotis , Myron Lycii.

Lyſippus Phœnicis/Euxinidas Ariſtidis/ Eupompus Pamphili/ Theophraſtus Demetrij phalerei, Chiron & Phœnix Achillis, Linus Orphei, Thamyrę/ & Herculis, Pherecydes Pythagorę, Marianus Matheus/ Frā. Puteolanus Beroaldi/ Lyſimachus & Leonides Alexandri/ Connidas Theſei/ Sarpedon Catonis/ Zopyrus Alcibiadis/ Achillas Ptolomęi/ Sadrageſillus Dagoberti, Sicinus liberorum Themiſtoclis/ Hopleus Tydei/ Acetes Pallantis/ Hyagnes tibicen Marſię/ Pontanus Marulli, Silenus Bacchi, Raiuerius foroliuienſis Bartoli, Bartolus Baldi, Baldus docebat Ticini/ Paulus Caſtrenſis & Antonius Roſellus Paduæ/ Benedict⁹ Capra Perusij, Barbatia Sicul⁹ Bononiæ/ Fuit & Victorinus Fertinus Gonzagarū pędagog⁹. An. Panhormita Alphōſi Aragonis Siciliæ regis pręceptor, Andronicus Theſſalonicenſis Politiani, Chalcidias Iouiniani grammatici, Andalus Genuenſis Boccacij, Amonius Origenis, Anacreō Smerdis filij Polycratis Samioꝝ regis, Thales Mileſi⁹ Anaximandri, Anaximander Anaximenis/ Anaximenes Anaxagoræ/ Philoxen⁹ Antigenidis muſici, Socrates Antiſthenis, Antiſthenes Diogenis, Euphranor Appionis grammatici, Aſclepiades Apollodori grammatici, Apollodor⁹ pergameus Cæſaris Auguſti, Menecrates Arati poetę, Anaxagoras Archelai Mileſij, Plato Ariſtotelis. Socrates Ariſtippi. Ariſtophanes grāmaticus Ariſtarchi, Crates bionis, Hermocrates Callimachi, Ariſtoteles caliſthenis, Anaxagoras Carneadis, Socrates Cherephontis, Herodotus Chœrili, Diogenes Cratis Thebani, Paulus Dionyſij Areopagitæ, Prodicus & Socrates Euripidis. ¶ Docuit Ariſtoteles annis. 30. Quintilianus, 20. Pomponius letus Romæ, Io. Campanus Peruſiæ, Chriſtophorus Landinus florentiæ, bonas artes profeſſi ſunt. Poſſem infinitos huiuſmodi cōgerere, quos prętermitto, ꝙ hoc ipm modici videatur momenti, tū etiā ꝙ nō putē poſſe fieri, vt qs ex maiori cōgerie fructū ſibi faciat, cui hęc nihil ꝓfuerit.

¶ Patria & locus natalis
multorum illuſtriū viroꝝ.

¶ Rudiæ vrbs Appuliæ Ennij, Saſſina vmbriæ Plauti, Campania Nęuij. Brunduſiū Calabriæ Pacuuij, Mediolanum Statij Cæcilij, Piſaurus accij, Carthago Terentij, Arūca Lucilij. Roma Lucretij, Bononia L Pomponij, Roma Decij Laberij & Q. Catuli epigrammatiſtæ, Syria Publij Syri, Roma Porcij Licinij, Verona Valerij Catulli, Roma Q Cornificij, Cremona furij bibaculi. Atax vicus ꝓuincie Narbonenſis Pu. Terētij Varronis, Roma Iulij Calidij, Mantua Virgilij, Venuſiū Appulię Ouidij, Parma Caſſij Seueri. Roma Cęſaris Germanici. verona Aemylij Macri, Corduba Hiſpaniæ Lucani, Sextilii & Senecæ, Roma Aſinii Galli, Volaterræ Ethruriæ Perſii/ Neapolis Statii Papinii, Hiſpania Syllii Italici, Setia Campaniæ Valerii flacci, Aquinū Iuuenalis, Bilbilis Hiſpanię Valerii Martialis, Italica Hiſpanię Voconii victoris, Carthago alphii auiti, Africa Septimii et aurelii Olympii Nemeſiani et mauri Terētiani. Sicilia Calphurnii, Alexādria Claudiani, Burdegala Auſonii Galli, Hiſpania Damaſi, Iuuenci, et prudentii, Africa Licentii Hipponenſis Gallia Sidonii Apollinaris, Roma Pomponii ſecundi, Pedonis Albinouani, Arūcii ſtellę, Sentij Auguris Veſtritii Spurinę et Pauli Paſſieni, Salamin Solonis, Lacedęmon Chilonis Mitylene Pittaci, Priene Biantis, Lyndus Cleoboli, Corinthus periādri, Scythia Anacharſis, Gnoſos vrbs Cretę Epimenidis, Syria Pherecidis, Miletus Anaximenis, Clazomene Anaxagoræ, Athenæ Socratis, Xenophontis, Aeſchinis/ Critonis et Glauconis, Cyrene Ariſtippi,

Elis

Elis phdonis/Megara euclidis & Stilponis/Thebę Cebetis et Cratis/Athenę Platonis/Polemonis/Antisthenis et Speusippi/Chalcedon Xenocratis/Soli Crantoris/Cyrene Lacydis et Carneadis,Carthago Clitomachi/Stragyra Aristotelis/Lampsacus Stratonis/Troas Lyconis/Pontus Heraclidis/Synope Diogenis/Syracusę monymi/Aegina onesicriti/Phœnicia Menippi/Cypr⁹ zenonis/Samos Pythagorę et Melissi/Agrigētū Empedoclis/Tarentum Architę/Croton Alcmęonis/Metapōtus Hippasi/Gnydos Eudoxi/Ephesus Heraclitī/Colophon Xenophanis/abdera Democriti/Protagorę/Anaxarchi,Elis pyrrhōis/Niceą Timōis/Athenę Epicuri/Calagurīū Hispanię Quintiliani/Chrastus vrbs Sicilię Epicarmi,Pella Macedonię Alexandri/Melibœa philoctetę/Panope Epei authoris machinę troianę/Ascra Hesiodi/Cherōea Plutarchi/Megara Theognis/Mitylene Alcei/Lesbos Sapphus puellę/Rhodos Panetij/Stratoclis/Andronici,Pylos nestoris/Crotō Alcmanis/Miletus vel phœnicia Thaletis/Imera Stesichori/Ithaca vlyssis/Thebę Amphionis et pindari/Cos Apellis/Thracia Orphei/Alexādria Appiani/Aristarchi/& Arrij/Arpinū Ciceronis/Tyana Gręcię Apollonij/Medaura Apuleij Paros Archilochi/Athenę Aristidis/Rhodos Aristophanis/Nicomedia Arriani historici/Methymna Arionis/Seleucia Sicilię Athenei Philosophi/Chaldęa Berosi/Agrigētū Carcini/Africa Cypriani/Carthago Clitomachi,Athenę Cratini/Eupolidis & Demadis et Demosthenis/Syracusę Dionis,Thebę Epaminūdę/Hierapolis Phrygię Epicteti/Cyrene Eratosthenis/Athenę Hermippi/Arelate fauorini/Chalcis Syrie Iamblyci phi/Antiochia Ioannis Chrysostomi/Iudęa Iosephi/Elis Hippię/Cos Hippocratis/AthenęIsocratis/Syracusę Lysię/Athenę Menandri & periclis/Thebę Musęi/Smyrna Homeri/Anazarbū CilicięOppiani/Roma Q.Hortēsij/Cęsarea Cappadocię prohęresij/Aegyptus Ptolomęi Astrologi/Syracusę Philemonis/Cos philetę/Roma Salustij & Suetonij/Patauiū T.Liuij,Athenę Sophoclis & Thucydidis/Thracia Thamyrę/Eressus vrbs Lesbi Theophrasti, Lesbos Terpandri,Carthago Tertulliani

Formosi & formosę ex historicis
Oratoribus & poetis

1 Amaryllis
2 Alexis
3 Aegle
4 Adonis
5 Auentinus
6 Astur
7 Atys
8 Atalanta
9 Ariadna
10 Achillas
11 Antiopa
12 Argia
13 Antinous
14 Acanthus
15 Aegina
16 Alcibiades
17 Amaracus
18 Asterius
19 Augustus
20 Alsus
21 Amphimedon
22 Agarista
23 Baryne
24 Brisęis
25 Bersabea
26 Bellorophon
27 Bathyllus
28 Castor
Pollux
29 Chione
30 Cęnis
31 Cyllarus
32 Calisto
33 Celeno
34 Calypso
35 Cydippe
36 Cestus
37 Catulla
38 Cynthia
39 Candaules
40 Daphnis
42 Deiopeia
43 Dido
44 Deianyra
45 Deyphile
46 Diadumenus
47 Democles
48 Demetrius

49 Euryalus
50 Endymion
51 Epheſtío
52 Eurydíce
53 Fabulla
54 Fílius maxímíní
55 Galathęa
56 Ganymedes
57 Glycera
58 Galetes
59 Gyges
60 Gorgon
61 Hippolytus
62 Helena
63 Hylas
64 Hyas
65 Hermione
66 Hippodamía
67 Hiera
68 Herodíce
69 Hippoclides
70 Hypſíphile
71 Iulus
72 Iuuencius
73 Iaſon
74 Ioſeph
75 Lauſus
76 Lauinía
77 Leſbía
78 Lygdus
79 Laodomía
80 Lais
81 Lycorís
82 Muſęus
83 Lucretía
84 Lycaſte
85 Lamía
86 Ligurínus
87 Lęda
88 Maía
89 Marathus
90 Magnes
91 Narciſſus
92 Niſus
93 Nireus
94 Nearchus
95 Omphale
96 Pyramus
97 Paris
98 Phaon
99 Phędrus
100 Prędia
101 Parthenopęus
102 Panthea
103 Rhodope
104 Rhoxana
105 Roſcius
106 Serranus
107 Sulpítia
108 Semiramis
109 Spurina
110 Síſigambis
111 Scípío
112 Suauílda
113 Turnus
114 Thyſbe
115 Tibullus
116 Thetis
117 Theodotes
118 Tyro
119 Violantílla
120 Xerxes
121 Alíj plęriq;
122 Damíſella Textoris

1 ℂ Amaryllís puella. Vírgíl. Formoſam reſonare doces Amaryllída ſyluas.
2 ℂ Alexis, Idem ægl. 2. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.
3 ℂ Aegle nympha. Idem ægl, 6. Aegle Nayadū pulcherríma.
4 ℂ Adonis Myrrhę fuit fílius, Veneri obſpecioſam formā dílectꝰ. Vírg. ægl. 10, Et formoſus oues ad flumīa pauit Adonis. Ouidꝰ lí. 10. Laudaret faciē líuor / quoq;, qualía nāq; Corpora nudorū tabula píngūtur amorū, Talís erat. Properti ꝰ lí. 2. Teſtis qui niueū quondā percuſſít Adonim Venātē Idalío vertice durus aper, Illís formoſum fleuíſſe paludibus / ílluc Diceris effuſa tu Venus íſſe coma.
5 ℂ Auētinꝰ. Vírg. Víctoreſq; oſtētat equos ſatꝰ Hercule pulchro Pulcher Auētinꝰ
6 ℂ Aſtur. Vírg. Sequit̄ pulcherrímꝰ Aſtur aſtur equo fidēs & verſícolorib⁹ armis
7 ℂ Atys puer phrygíus a Cybele (vt fabulantur poetę) ob formā adamatus ē. Ouídꝰ lí. 5. Meta. Erat Indꝰ Atys, quē flumīe Gange Edita / límniace vítreis peperíſſe ſub vndís Credítur, egregíus forma. Catullus ſic inducít loquētem. Ego adoleſcens ego ephebus / ego puer / Ego gymnaſíj fuí flos / ego eram decus olei, Mihí ianuę frequētes, mihí Lumía tepída, Mihi floridís corollís redimíta domꝰ erat, Palladíꝰ Soranus. Chare puer puero longe formoſíor Aty.
ℂ Atalanta puella fuít in arcadía venatrix & Iaſíj fília / liberalí admodum forma.
8 Ouídꝰ lí. 8. Venít Atalante Schœneí pulcherríma vírgo. Raſílís huíc ſummā mordebat fíbula veſtem / Crínís erat ſímplex nodū collectus in vnū. Talís erat / cultu facíes, quā dícere vere Vírgineā in puero, puerílē in vírgíne poſſes.
ℂ Ariadne fília Minoís forma fuít elegāte, quā ꝓpterea Bacchus duxít in vxorem
9 eiuſq; coronā ſtellís ornatam in aſtra retulít, Catullus de ea & Theſeo loquēs ſíc ínīquit

quit. Hunc ſimulac cupido conſpexit lumine virgo, Regia quã ſuaues expirans co
ſtus odores Lectul⁹ in mollí complexu matris alebat, Quales Aurorę perpĩgũt flu=
mína Myrtos/ Aura ve díſtinctos educit verna colores, Non prius ex illo flagran=
tía declínauit Lumína, q̃ cũcto concepit corpore flammam.

¶ Achíllas puer. Martialis lí. 3. Huíc comes hęrebat domíní fugitíu⁹ Achíllas, In 10
ſignis forma nequitíaq; puer,

¶ Antíopa fília Nyctei & vxor Lyci regis Thebaę ſpecioſiſſimam propter formã 11
a Ioue adamata eſt. ex quo Zetũ & Amphionẽ ſuſcepit, Properti⁹. Tu licet Antío
pę formam Nycteídos, & tu Spartanam referas laudíbus Hermonen,

¶ Argía Adraſti argíuorũ regis fília/ & vxor Polynícis fuit ítidem mirũ ín modũ 12
ſpecioſa. Statíus lib. 2. Theb. Egregiã Argíã, nec formę laude ſecundã Deyphílẽ.

¶ Antínoo Bithyníco mira pulchítudíe adoleſcẽtí tãta tamq; elegans fuit forma, vt 13
Adrianus ímp. (a quo adamabatur) templũ eí apud Mantíneã conſtítuerit, et ciuí=
tatẽ/ apud Nílũ, eíuſq; ímaginem fecerit ínſculpí nummís. Propterea Híeronym⁹
Adrianí concubinum eum vocat.

¶ Fuit Acanth⁹ puer ſpecioſ⁹, quẽ poetę fíngũt ín florẽ ſuí nomínís cõuerſũ fuíſſe. 14

¶ Aeginã Aſopí regis Bœotiæ fíliam ob excellentem pulchrítud ínem adamauit 15
Iupiter, ſacuítq; cũ ea í ſpecie ígnis. Ouidí⁹. Aure⁹ vt Danaen Aſopída luſerit ígnis

¶ Forma ímprímís víſenda et amabíli fuíſſe ferunt ínter Græcos Alcíbíadẽ, ſícut 16
ínter Romanos Scípionem Demetrium cognomento. Plutarch⁹ ín eíus vita. Hoc
ínquit Alcíbíadí conceſſit natura ſíbiq; cũ paucís commune, vtnõ modo ín puerí=
cía aut adoleſcentía, ſed etiam ín omní ætatis gradu maxímum ſemper decorem ac
formoſam homínís ſpecíem prætulerít

¶ Amaracũ poetę fíngũt ín herbam odoríferam mutatũ, ídq; ꝓpter elegãtẽ formã 17

¶ Aſterius fílí⁹ fuit Veneris forma ſíngulari, omnium tamẽ amores reſpuẽs. Vn= 18
de Ouidí⁹ in íbin. Fílí⁹ vt Cereris fruſtra tíbí ſemper ametur, Deſtituatq; tuas vſq;
petítus opes.

¶ Sex. Aurelíus ſcríbít Auguſtum fuíſſe mítem, gratum, cíuílis animí/ toto corpo= 19
re pulchrũ, ſed oculís magís, quorũ acíes clariſſímorum ſyderũ modo promícabat

¶ Alfus fílíus fuit Gygarí Danorũ regís, quẽ tã excellẽti forma ac cęſarie extítíſſe 20
ſcríbít Saxo grãmatic⁹, vt argenteís nítere crínibus putaretur.

¶ Amphímedon. Calẽtíus. Formoſum Phíale prius arſerat Amphímedõtem. 21
Amphímedon Phíales maxíma cura fuit.

¶ Herodot⁹ ſcríbit Agariſtã Cliſthenís fíliã adeo formoſã extítíſſe, vt ad haben= 22
das ei⁹ nuptías celebrata ſínt ꝓcorũ ſpectacula & certamína, quo ſpecioſiſſímí q̃q;
Græcię adoleſcentes confluxerunt.

¶ Barynes meretrícís formã cõmẽdat Horatí⁹ lí. 2. car. dicẽs, Vlla ſí íuris tíbí peie 23
rati Pœna Baryne nocuiſſet vnq̃, Dẽte ſí nígro fíeres, vel vno Turpíor vngui, Crede
rem, ſed tu ſímul oblígaſti Perfídũ votís caput, eniteſcís Pulchrior multo, Iuuenũq;
prodís Publíca cura.

¶ Bryſeís fuit adeo formoſa, vt Achílles eí⁹ amore cõflagraueri t, eãq; q̃uís ancíllã 24
pluſq̃ puellas oẽs adamauerít. Horatí⁹. Prí⁹ ínſolentẽ Serua Bryſeís níueo colore
Mouit Achíllem. Properti⁹ lí. 2, Omnía formoſa m propter Bryſeída paſſus, Tan
tus ín erepto ſæuit amore dolor.

¶ Credíbíle ẽ Berſabeã Vrię vxorẽ elegãti fuíſſe forma, q̃ ſapiẽtiſſímũ íllũ regẽ & 25
prophetam ſanctiſſímum Dauídem vſque adeo títíllauerít, vt ſolitę religíonís obli
tus, adulterío & homícídío (Vríam enim deuouit morti) ſuam contamínauerit

ſctitatē. Vñ Stroza pater. Ille ſacri vates oꝑis Ieſſeia proles, Pręfecit ppl'o quē de⁹ iꝑe ſuo, Berſabeę capt⁹ forma, tibi magne cupido Ceſſit, nec ſalomō tutior iꝑe fuit.

26 ¶Bellorophon a Sthenobæa Prœti Argiuorum regis vxore propter formā adamatus, & ad venerē (cui tamen aſſentiri noluit) poſtulatus eſt.

27 ¶Fuit et Batyll⁹ Anacreōtis poetę amaſi⁹ liberali forma, Vñ Pōtan⁹ de Stellis. Nirea ſic ꝓhibēt et amatū a vate Batyllū, Pictū ocl'is, fuſūq; coma, roſeumq; labellis.

28 ¶De Caſtore et Polluce Oui. Li. 8. Meta. At gemini nōdum cœleſtia ſydera fratres/ Ambo conſpicui, niue candidioribus ambo Vectabantur equis,

29 ¶De Chione Dędalionis filia Idē Oui. Li. 11. Meta. Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma Mille procis placuit bis ſeptem nubilis annis.

30 ¶Cænis puella Theſſala a Neptuno cōpreſſa. Idem Oui. Li. 12, Meta. Clara decore fuit proles Elatea Cęnis Theſſalidum virgo pulcherrima.

31 ¶Cyllarus. Idem Li. 12. Nec te pugnantē tua Cyllare forma redemit.

32 ¶Caliſto, Idem Oui. Lib. 1. Faſto. Fœdera ſeruaſſet ſi nō formoſa fuiſſet.

33 ¶Celeno. Idem lib. 4. Faſt. Neptuno Alcyonen et te formoſa Celeno.

34 ¶Calypſo Oceani et Tethyos filia. Ouidi⁹ de Pōto. An graue ſex annis pulchram fouiſſe calypſō Aequoreęq; fuit cōcubuiſſe deę? Idē li. 2. de Art. Litore cōſtiterāt illicquoq; pulchra Calypſo.

35 ¶Cydippe ab Acōtio ob formā adamata ē, Oui. in Epiſ. Aut eſſes formoſa mín⁹, peterere modeſte, Audaces facie cogimur eſſe tua. Tu facis hoc, oculíq; tui, quibus ígnea cedunt Sydera, q flāmę cā fuere meę, Hoc faciūt flaui crines et eburnea ceruix Quaſq; ꝑcor veniāt i mea colla, man⁹, Et decor et vult⁹ ſine ruſticitate pudētes, Et Thetidis q̄les vix reor eē pedes. Cętera ſi poſſē laudare, beatior eſſē, Nec dubito, totū q n tua ꝓs ſit op⁹, Hac ego cōplex⁹, nō ē mirabile, forma Si pign⁹ volui vocis habere tuæ.

36 ¶Ceſtū puerū cōmēdat a forma Martia. Quāta tua ē probitas/ q̄ta ē pręſtātia formę Ceſte puer, puero caſtior Hippolyto. Te ſecum diana velit doceatq; natare, Te cybele ſecū vellet hr̄e Phryga. Tu ganymedęo poteras ſuccedere lecto, ſecur⁹ dño baſia ſola dares. Felix q̄ teneę, vexabit ſpōſa maritū, Et q̄ te faciet pria puella virum

37 ¶Catulla. Idē Mar. li. 8. Formoſiſſima quę fuere vel ſunt, O q̄ te fieri Catulla vellem, Formoſam minus, aut magis pudicam.

38 ¶Propti⁹ formā ſuę Cynthię ſic cōmēdat. Et q̄ ſcūq; tulit formoſi tꝑis ætas, Cynthia nō illas nomē habere ſinat. Idē. Illic formoſę veniāt chor⁹ heroinę, Quas dedit Argiuis dardana ꝑda viris, Quaę nulla tua, fuerit mihi Cynthia forma Gratior. Idē Fulua coma ē/ lōgęq; man⁹/ et maxia toto Corpore, & incedit vel Ioue digna ſoror Idē. Lilia nō domia ſūt magis alba mea. Idē. Poſt helenā hęc terris forma ſecūda redit, Hac ego nō mirer ſi flagret noſtra iuēt⁹ Pulchri⁹ hac fuerat Troia perire tibi, Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles. Sí quis vult fama tabulas anteire vetuſtas, Hic do minam exemplo ponat in ante meam.

39 ¶Herodot⁹ ait Cādaulis Sardiū Tyrāni vxorē fœminarū oīm fuiſſe pulcherrimā

40 ¶De Daphnide Vir. in Buc. Formoſi pecoris cuſtos, Formoſior ipſe.

41 ¶Deiopeia Nympha, Virgilius Aen. Sūt mihi bis ſeptem ꝑſtāti corpore Nymphę, Quaę q̄ forma pulcherria, Deiopeiā Cōnubio iūgā ſtabili/ propriāq; dicabo.

42 ¶Dido. Idē lib. 2. Aen. Regina ad tēplum forma pulcherríma Dido Inceſſit.

43 ¶Deianyra Herculis vxor. Oui. Li. 9. Noīe ſi qua ſuo tā dē peruenit ad aures Deianyra tuas, quondā pulcherríma virgo, Multorūq; fuit ſpes inuidioſa procorum.

44 ¶Deiphyle vxor Tydei, Adraſti filia. Stati⁹ Li. 2. Theb. Egregiā Argiā nec formæ

mæ Laude ſecundam Deiphilem.

¶Diadumenus Auguſti fuit pręguſtator, puer adeo ſpecioſ⁹, vt in formę certami- 45
ne (quod fiebat Elidi) meruerit palmam.

¶Democles puer Athenięſis fuit adeo ſpecioſ⁹, vt ex pulchritudīe ſua pulcher De 46
mocles ab oīb⁹ vocaret. Cui (qđ paucis admodū formoſis cōtīgit) tāta quoq; extí-
tit pudicitię cura, vt ad declīnādā vim Demetrij (a quo petebat ad ſtuprū) ſe ī ple
num feruētis aquę Lebetem (quum aliter effugere nō poſſet) cōiecerit. Plutarchus.

¶Cæli⁹ ſcribit Demetriū cognomēto Poliorcetē forma fuiſſe īprimis amabili. 47

¶Euryal⁹ Niſi amic⁹. Virgi. Li.5. Aen. Euryalus forma inſignis viridiq; iuuenta. 48
Idem Li.9. Et iuxta comes Euryal⁹, quo pulchior alter Nō fuit Aeneadum, Troia
na nec indu it arma.

¶Endymion Lunę amaſius fuit admodū ſpecioſ⁹. Vale. fl. lib.8, Tū quoq; ſydera
clar⁹ procul ora iuuenta Lathmi⁹ ęſtiua reſidet venator in vmbra, Dign⁹ amore deę.
Stroza pater. Abſtulit Endymion tenera Latoida forma. 50

¶Fuit in Epheſtione Auguſta adeo facies, vt victi Darij vxor eum pro Alexan-
dro ſalutauerit, Ob quam formam ipſi quoq; Alexandro fuit chariſſimus. 51

¶Eurydice Orphei vxor, Quintian⁹ li.2. Orpheos. Hęc ſata Mercurio Eurydice
formoſa, puellas Tam viſa eſt ſuperare pares, cœleſtibus aulis Qꝫ iucunda Venus
dominas ſupereminet oīnes. Idem. Venerat Eurydice ſparſis formoſa capillis, Cui
teretes digiti, cui flaua monilia, vult⁹ Syderei, inſerto rubris candore papillis. 52

¶De Fabulla Martialis Lib.2. Bella es nouimus & puella, verum eſt, Et dīues, quis
enim poteſt negare? 53

¶Scribit Aeli⁹ Sabin⁹ tātā pulchritudinē oris fuiſſe ī filio maximini, vt etiā caput
eius iā morte nigrū, iā maceratū defluenti tabo, pulcherrimum tamen videretur. 54

¶Galathæa Nympha. Oui. Li.13. Cādidior folio niuei Galathæa Liguſtri, Flori
dior prato, Lōga procerior alno. Splendidior vitro, tenero laſciuior Hœdo, Leuior
aſſiduo detritis ęquore conchis, Solibus Hibernis, ęſtiua gratior vmbra/ Nobilior
pomis, platano cōſpectior alta, Lucidior glacie, matura dulcior vua, Mollior & cyc
ni plumis, et lacte coacto, Et (ſi non fugias) riguo formoſior horto. 55

¶Nō aliā ob cauſā poetæ fabulant Ganymedem ioui miſcere pocula, q̄ ob elegā-
tem ſpeciem. Ouidius. Lib.4. Faſt. Phryx puer in ſyluis facie ſpectabilis altis. Tur
rigeram caſto iunxit amore deam. Horatius Lib.3. Car. Qualis aut Nire⁹ fuit, aut
aquoſa Raptus ab Ida. 56

¶Glycera, Horatius Lib.1. Car, Vrit me Glycerę nitor Splendētis Pario marmo
re puri⁹, Vrit grata proteruitas, Et vultus nimium lubricus aſpici. 57

¶Galetes fuit adoleſcens forma ſpecioſus, decenſq; imprimis, Regi Ptolemęo ꝓp
terea vſq; adeo char⁹, vt Ptolemę⁹ ipſe quibuſdā (qui ad ſupplicīū trahebantur)
eiuſdē patrocinio pepercerit. Author Cælius.

¶Gygis pueri formam deſcribit Horatius Lib.2. Car. dicēs. Vt pura nocturno re 58
nidet Luna mari Gnydiuſq; Gyges. Quem ſi puellarum inſereres choro, Mire ſa-
gaces falleret hoſpites, Diſcrimen obſcurum ſolutis Criníbus, ābiguoq; vultu.

¶Veteres fabuloſo confinxerunt inuolucro Gorgonē propter eximiū venuſtatis 59
dec⁹, mētis inopes & ſtupidos reddētē ſpectatores in ſaxa deformaſſe. Cęli⁹.

¶Hippolyt⁹ Theſei filius fuit etiā pulcherim⁹. Vir. Ibat & Hippolyti proles pul 60
cherrima bello Virbi⁹. Pāphil⁹. Hippolytū ſuperat formoſo candidiore.

¶Hylam Thyodamātis filiū ob formā adamauit Hercules, et Nymphę rapuerūt 63

Mar. Pulcher hylas tenerã merſit ĩ ora manũ, Propertiꝰ. Cuiꝰ vt accenſę dryades cã dore puellæ, Miratę ſolitos deſtituere choros, Prolapſum leuiter facili traxere liquo re. Tũ ſonitũ rapto corpore fecit Hylas. Cui ꝓcul Alcides iterat reſponſa, ſed illi Nomẽ ab extremis ſtibꝰ aura refert. Idẽ. Formoſũ nymphis credere viſus Hylam

64 ¶Hyas Atlantis ex æthra filiꝰ. Ouid. lib. 5. Faſt. Nondum ſtabat Atlas humeros oneratus Olympo, Quũ ſatus eſt forma conſpiciendus Hyas.

65 ¶Celebrat etiã hermiones Menelai filiæ pulchritudo. Vñ propertiꝰ li. 1. Tu licet Antiopæ formã Nicteidos, & tu Spartanam referas laudibꝰ Hermionẽ.

66 ¶Fuit tã elegans & cõcinna Hippodamię pulchritudo, vt ad ĩpetrandas eiꝰ nuptias celebrata ſint certamina procoꝝ. In qbꝰ quũ victor euaſiſſet Pelops, puellã duxit vxorẽ. Propertiꝰ. Nec phrygiũ falſo traxit cãdore maritũ Aduecta externis hippo damia rotis, Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis Qualis Apellęis eſt color ĩta bulis. Idẽ li. 2. hippodamiã vocat Iſchomachẽ, qꝑ ꝓpter eã ortũ ſit bellũ Cẽtauroꝝ. Qualis et Iſchomache Lapithę genꝰ heroinę Cẽtauris medio grata rapĩa mero.

67 ¶Hiera fuit vxor Telephi mulier oĩ3 (quos Protheſilaꝰ vidit) maxĩa & pulcherria

68 ¶Propoſita de muliebri pulchritudine certamina plęriſq; in locis legimus, ſicuti in Cereris Eleuſinę feſto prope Alpheũ, vbi victrix herodice meruit palmam. Cæliꝰ.

69 ¶Herodotꝰ ſcribit Hippoclidẽ Tiſandri filiũ diuitijs & forma inter Athenienſes pręcipuum fuiſſe.

70 ¶Hypſiphile. Statiꝰ li. 4. Theb. Errãtes ſubito pulchrã in mœrore tuent Hypſi philem. Fuit Thoantis filia, a quo Thoãtias appellatur.

71 ¶Iulꝰ filiꝰ Aeneę ex Creuſa. Virg. li. 5. Aen. Extremꝰ, formaq; antes oẽs pulcher Iulꝰ. Idẽ li. 7. Aen. primiq; duces & pulcher Iulꝰ. Itẽ. Quo litore pulcher Inſidijs curſuq; feras agitabat Iulꝰ. Oui. in Ep. Si quęras vbi ſit formoſi mater Iuli.

72 ¶Iuuẽcius Catulli amaſiꝰ, Idẽ Cat. Mellitos oculos tuos Iuuẽci. Si qs me ſinat vſq; baſiare, Vſq; ad milia baſiẽ trecenta, Nec vnq̃ ſaturũ inde cor furuꝝ eſt. Idẽ. Surri pui tibi (dum ludis) mellite Iuuenci Suauiolũ dulci dulcius Ambroſia.

73 ¶Iaſon. Medea apud Ouidiũ Iaſoni loquẽs, Et formoſus eras, & me mea fata tra hebant, Abſtulerant oculi lumina noſtra tui.

74 ¶Ioſeph. Mantuanꝰ in maria. Sic alacer Sanſon, ſic et formoſus Ioſeph.

75 ¶De Lauſo Mezentij filio Vir. Li. 7. Aen. Filiꝰ hũc Iuxta lauſus, quo pulchrior alter Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

76 ¶Lauiniæ forma fuit origo belli inter æneam & Turnũ, quorũ vterq; eã ſibi vxorẽ dari volebat. Virg. li. 12. flauos eiꝰ crines & roſeas appellat genas, vbi ait. Filia pri ma manu flauos Lauinia crines & roſeas laniata genas,

77 ¶Catullꝰ de ſua Leſbia ſic inquit, Leſbia formoſa eſt, quæ quũ pulcherrima tota ẽ, Tum omnibus vna omnes ſurripuit veneres.

78 ¶Lygdi pueri formam cõmẽdat Pamphilꝰ his verſibꝰ Sapphicis. Lygde, q forma ſuperas Cynœdũ, Nobilem, pulchrũ, tenerum, proteruum, Qui ſacro prębet mani bus tonanti Nectar eburnis. Lygde, q vincis nitidis ocellis, Qui miſer diſco cecidit cruento, Quem ferox ſyluis aper in iugoſis Dente peremit.

79 ¶Laodomia. Catullus. Quo tibi cum caſu pulcherrima Laodomia.

80 ¶Lais Corinthia meretrix fuit ſpecioſiſſima. Ouidius Lib. 1. Eleg. Qualiter in tha lamos formoſa Semiramis iſſe Dicitur, & multis Lais amata viris,

81 ¶Lycoris Cor. Galli amaſia. Marti. li. 6. Fœmina pręferri potuit tibi nulla Lycori. Propti li. 1. Et modo formoſa q̃ multa Lycoride Gallus Mortuus inferna vulnera lauit aqua.

Muſæus

¶Muſęus poeta formam Lęandri pueri ex Abydo (qui Ero puellam adamauit, et ab ea redamatus eſt) multis laudibus commendat. 82

¶Lucretię formam tanti fecerunt Romani, vt eam ſuis monumẽtis vbiq; celebrauerint/& vindicauerint a mortalitate, nec ſolum ob eximiam pulchritudinem, verũ etiam ob caſtitatem, q̃ vim Tarquinij gladio ſit vlta. 83

¶Lycaſte Priami filia tãtę fuit pulchritudinis, vt Polydamas Anthenoris ex Thea no Hecubę ſorore filius, illam ex concubina vxorẽ ſibi copulauerit, Fuit & alia Lycaſte, quæ ob pulchritudinem Venus vocabatur. 84

¶Lamia authore Plutarcho puella fuit ſpecioſiſſima a Demetrio adamata, quæ & tibijs optime cecíniſſe dicitur. Hæc primo canendi modulandiq; ſuauitate gratiam ſibi apud omnes comparauit. 85

¶Ligurinus Horatij fuit amaſius forma itidem excellente, vt ipſius poetę teſtimonio conſtat. Idem quoq; Lycũ celebrat dicens. Et Lycum/nigris oculis nigroq; Crine decorum. 86

¶Lęda. Stroza filius. Formoſę meruit quo Iuppiter oſcula Lędæ. 87

¶Maia Atlantis filia. Ouidius libro quinto Faſt. Quarum Maia ſuas forma ſuperaſſe ſorores Traditur, & ſummo concubuiſſe Ioui. 88

¶Tibullus Marathi amaſij ſui formam verſibus commendat. 89

¶Magnes Smyrnæus fuit adoleſcens omnium ſui ſæculi pulcherrimus, cunctiſq; propterea gratiſſimus, ſed maxime Gygi Lydorum regi. Quod ferentes ægre parentes, capillos ei totonderunt, vt aliquid de pulchritudine minueretur. Indignatus vero Gyges, bellum mouit in Magneſios. 90

¶Narciſſus filius fuit Cephiſi/& Lyriopes, a multis Nymphis ob pulchritudinem amatus, cuius deſyderio quum Nymphę ipſę intabeſcerent, mutatus eſt in florẽ ſui nominis. Virgil. in Batarum. Non illinc Narciſſus abeſt, cui gloria formę Igne cupidineo proprios exarſit in artus. Ouidius lib. 3. Meta. Multi illum iuuenes, multæ cupiere puellæ, Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma. Nulli illũ iuuenes, nullę tetigere puellę. Stroza pater. Q̃z ſi me facies, qualem Narciſſus habebat. 91

¶Niſus Megarenſium rex ob pulchritudinem capillos aureos fertur habuiſſe. Tibullus lib. 1. Carmine purpurea eſt Niſi coma. 92

¶Nireus filius Charopi/& Alagię, puer fuit e Naxo admodũ ſpecioſus, cuius formam Homerus ſuis carminibus dignatus eſt. Horatius lib. 3. Car. Qualis/aut Nireus fuit/aut aquoſa Raptus ab Ida. Idẽ in Epodo. Formaq; vincas Nirea. Ouidius lib. 4. de Ponto. Tam mala Therſitem prohibebat forma latere, Q̃z pulchra Nireus conſpiciendus erat. Propertius lib. 3. Nirea non facies/non vis exemit Achillẽ. Pontanus lib. 3. de Stellis. Nirea ſic perhibent/& amatum a vate Bathyllũ. Pictum oculis, fuſumq; coma, roſeũq; labellis. Bapt. Pius. Nirea diuinum facit immortalis Homerus. 93

¶Nearchi formam commẽdat Horatius libro tertio Car. Ode. 30. vbi ait. Fertur et leui recreare vẽto Spar ſum odoratis humeris capillum. Qualis/aut Nireus fuit/aut aquoſa Raptus ab Ida. 94

¶Omphale regina Lydorum fuit facie adeo prę ſtãti, vt ei ſe ſubmiſerit Hercules. Propertius libro tertio. Omphale in tantum formę proceſſit honorem, Lydia Gygęo tincta puella lacu, Vt qui pacato ſtatuiſſet in orbe colũnas, Tam dura traheret mollia penſa manu.. 95

¶De Pyramo/& Thyſbe Ouid. lib. 4. Meta. Pyram9/& Tyſbe iuuenũ pulcherrimus alter, Altera (quas Oriẽs habuit) prę lata puellis, Contiguas habuere domos. 96

97 ¶Fuit & formoſus Paris dicẽte Ouidio. Dux pari Priamide dãno formoſe tuorũ.

98 ¶Hominũ pulcherrimũ fuiſſe prędicãt Phaona, quẽ inter lactucas occultarit Venus. Dicũtq; oblatũ eidẽ ab ipſa Venere alabaſtrum vnguẽti, quo quũ ſe obliuiſſet, factus eſt omniũ formoſiſſimus, propterea q; adamatus a Mytilenęorũ mulieribus, ſed maxime a Sappho poetria Scamãdronymi filia. Eius formã Ouidius ſic deſcribit. Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebã, Et faceres, ſed te prima rapina tenet. Hunc ſi cõſpiciat, quę cõſpicit oĩa Phœbe, Iuſſus erit ſõnos cõtinuare Phaõ. Hunc Venus in cœlũ curru vexiſſet eburno, Sed videt & Martí poſſe placere ſuo. Huc ades, inq; ſin⁹ formoſe relabere noſtros, Nõ vt ames oro, ſed q; amare ſinas.

99 ¶Phędrus Eliẽſis Socrati Platoniq; familiaris, a domino Lenone (dictu infandũ) ob excellentem formã coactus eſt ſe proſtituere, ſuoq; corpore quęſtum facere.

100 ¶Plutarchus in Lucullo ſcribit Præciam quandam fuiſſe in vrbe Roma fœminam venuſtate formæ, nulli ſecũdam, quæ ſua pulchritudine Cethegum ſibi deuinxerit, adeo vt nihil probaretur Cethego, quod Pręcia non iuſſiſſet.

¶Parthenopęũ Meleagri & Atalãtę filiũ, ſeu (vt alijs placet) Martis, & Menalippes, forma fuiſſe liberali ſcribit Statius. Pulchrior haud illi triſte ad diſcrimẽ ituro

101 Frons fuit in ſyluis, qualis iam Caſſide miſſa Parthenopęus erat. Bap. Pius. Nirea diuinum facit immortalis Homerus, Arcadaq; impubem Parthenopęa Lyra.

¶Panthea vxor fuit Abradatæ viri nobilis apud Perſas, quam Cyrus expugnatis

102 Aſſyriorum caſtris duxerat captiuã. Abradata autem abſente, & apud Bactrianos legatum agente Araſpæ Mœdo ſeruanda tradita eſt, qui apud Cyrum affirmauit nondum eſſe ortam, aut omnino inuentam tota Aſia pulchriorem.

¶Pſamniticus rex Aegypti Rhodopem meretricem ob pulchritudinẽ matrimo-

103 nio ſibi iunxit.

¶Magn⁹ Alexãder toti⁹ prope Oriẽtis victor, & iperator Rhoxanã Satrapis bar

104 bari filiã matrimonio ſibi iunxit ob ſolã eius pulchritudinẽ. Vnde Curtius. Barbara inquit opulẽtia conuiuiũ (quo regẽ accipiebat) inſtruxerat, Id quũ multa comitate celebraret, introduci triginta nobiles virgines iuſſit. Inter quas erat filia ipſi⁹ Rhoxane noĩe, eximia corporis ſpecie, & decore. Quæ q̃q̃ inter electas proceſſerat, oĩm tñ oculos cõuertit in ſe, maxime Regis, min⁹ iam cupiditatib⁹ iperãtis inter obſeqa fortunę, cõtra quã nõ ſatis cauta mortalitas eſt. Itaq; ille q. vxorẽ Darij, q. duas filias virgines, quibus forma pręter Rhoxanẽ cõparari nulla poterat, haud alio animo, q̃ parẽtes aſpexerat, tũc in amore virgunculę ita effuſus eſt, vt diceret ad ſtabiliendũ regnum pertinere Perſas, & Macedones cõnubio iungi. Hactenus Curtius.

¶Q. Catulus poeta Epigrãmaticus formam Roſcij pueri Amaſij ſui his verſibus

105 celebrat. Conſtiterã exorientẽ Aurorã forte ſalutans, Quum ſubito a leua Roſcius exoritur. Pace mihi liceat cœleſtes dicere veſtra, Mortalis viſus pulchrior eſſe deo.

¶Serran⁹. Virg. li. 9. Et iuuenẽ Serranũ, illa q. pluríma nocte Luſerat iſignis facie.

106 ¶Sulpitię formam commendat Tibullus lib. 4. dicens.

107 Illius ex oculis quum vult exurere diuos,
Accendit geminas lampadas acer amor.
Illam quicquid agit, quoquo veſtigia mouit,
Componit furtim, ſubſequiturq; decor.
Seu ſoluit crines, fuſis decet eſſe capillis.
Seu compſit, comptis eſt veneranda comis.
Vrit, ſeu Tyria voluit procedere palla,
Vrit, ſeu niuea candida veſte venit.

¶Fuit etiam

¶Fuit etiam in Semiramide eximia pulchritudo/& facies imperio digna. Vnde & mortuo marito Persis imperauit vsq; ad prouectam filij ętatē. Ouidius lib.1. Eleg. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse Dicitur. 108

¶Spurina fuit egregius adolescens, qui quū fœminas viroſq; ad libidinē solo decoro aspectu prouocaret, pulchritudinē oris spōte vulneribus deformauit. Val.Max. 109

¶Sisigambis vxor Darij nulli suæ ætatis fœminę pulchritudine cessit. Teste Curtio. Quam tamen victo Dario Alexander non solum non violauit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet. 110

¶Scribit Gellius Scipionem cognomento Demetriū apud Romanos forma fuisse amabili/& elegante. 111

¶Saxo Grāmaticus lib.8. Danicæ Histore scribit Suauildam reginam tantę fuisse pulchritudinis, vt quum vincta loris exposita esset equinis calcibus obterenda, ipsis quoq; iumētis horrori fuerit artꝰ eximio decore prędditos sordidis lacerare vestigijs. 112

¶Turnum a forma plærisq; in locis cōmendat Virgilius, vt lib.7. Petit ante alios pulcherrimus oēs Turnus auis, atauisq; potēs. Item. Ipse inter primos prędstāti corpore Turnus Vertitur arma tenens/& toto vertice supra est. 113

¶Thysbe amasia Pyrami. Ouidius lib.4. Meta. Pyramus/& Thysbe iuuenū pulcherrimus alter, Altera (quas Oriens habuit) prędata puellis. 114

¶Ferunt Albium Tibullum poetam Elegiographum corporis forma admodum prędstanti fuisse. Vnde Horatius de eo loquēs. Non tu corpus eras sine pectore, Dij tibi formam, Dij tibi diuitias dederant. 115

¶Thetidem deā maris poetę niueā/& formosam faciunt, q̄ perpetuis aquis abluatur. Catullus. Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine. 116

¶Paulus Diaconus scribit Theodotem puellam genere Romanā forma fuisse cōspicua/& mirabili, flauis promissisq; capillis ad pedes vsq; pendentibus, eaq; pulchritudine inęscatum Cunibertum regē, amore puellę exarsisse. 117

¶Tyro puella Salmonei filia ob formā Neptuno adamata est. De hac Propertius lib.2. Vobiscum est Iope, vobiscū cādida Tyro. Bap. Pius. Carmine conspicua est Tyro Pagasęa puella. Idem. Est Helene formosa illic, est candida Tyro. 118

¶Violātillam Stellę poetę vxorem multis verbis commēdat Statius lib.1. Syl. sed maxime vbi Venerem sic inducit loquentem. Hanc ego formę Egregiū mirata decus, cui gloria patrū Et generis certabat honos, tellure cadētem Excepi, fouiq; sinu, nec colla genasq; Comere / nec pingui crinem deducere amomo Cessauit mea nate manus, mihi dulcis imago Prosiliuit. celsæ procul aspice frontis honores, Suggestūq; comę, Latias metire quid vltra Emineat matres, q̄ tū Latonia Nymphas Virgo preit, q̄ tūq; egomet/Nereidas exto. Idem paulo post. At tu pulcherrima forma Italidum tandem merito possessa marito. 119

¶Habuit Xerxes in exercitu. 68. myriades, quę ratio habet bis & quinquagies cē tū octoginta tria milia hominum. Herodotus tamen scribit in tanto mortalium numero neminem fuisse pulchriorem rege ipso/aut proceriore statura. 120

¶Sunt alij permulti pueri/& puellæ, in quibus elegans fuisse pulchritudo memoratur, vt Pyramus/Pelops/Idas/Castor/Pollux/Iason/Artaxerxes/Cyrus/Troilus/Patroclus/Hymen. Ex fœminis Pasiphae/Ariadne/Berenice/Hermione/Brisęis/Penelope/Deidamia/Ersilia vxor Romuli, Ero/Virginia/Anaxarete/Antigone/Arachne/Arethusa/Arsinoe/Polixena/Pelagia/Lycaste/Iocasta/Hecuba/Cassandra/Hesperie/Cleopatra/Chœlia/Ilia/Sibyllæ/Vestales/Heroinæ, & aliæ prope infinitę. Quas qui scire volet, Authores reuoluat. Stroza pater libro sexto Eroticon 121

de quibuſdam ſic meminit.

Talis erat virgo Cenea, talis & altum
Per mare dictęo vecta puella boue.
Talis erat fului decepta cupidine nymbi.
Et quam ſub falſo luſit olore deus.
Talis erat vatum Omphale celeberrima cantu,
Talis & idęo rapta Lacęna proco. Item Pamphilus.
Oebalides/ Cyparíſſus/ Hylas/ Dyadumenus/ Atys.
Phryx puer, & ficto Parthenopęus equo.
Cuius & in gremio poſuit miſerabilis ora,
Quum Stygię vates iret ad antra domus.

122 ¶Helenę forma poetis omnibus cantatiſſima laudem meruiſſet maximam, niſi ea Troię ruinam belliq; decēnalis cauſam attuliſſet. At nemo eſt, cui non ſit odio, quū tantę cladis/ & calamitatis venit in mentem. Paris apud Ouidium formā illam Veneri cōparat, dicens. His ſimiles vultus (q̄tum reminiſcor) habebat, Venit in arbitrium, quum Citherea meum. Si tu veniſſes pariter certamē in illud. In dubiū Veneris palma futura fuit, Magna quidem de te rumor pręconia fecit, Nullaq; de facie neſcia terra tua eſt. Nec tibi per totam Phrygiā / nec Solis ab ortu Inter formoſas altera nomen habet. Credis & hoc nobis, minor eſt tua gloria vero, Famaq; de forma pene maligna tua eſt. Propertius lib. 2. Poſt Helenam hæc terris forma ſecūda redit, Digna quidā facies, pro qua vel obiret Achilles / vel Priamus. Belli cauſa probāda fuit. Pāphilus. Cui modo cedebat formoſo Tyndaris ore. Bap. Pius. Carmine formoſa eſt Cycno generata lacęna, Qua quondam in cineres Troia ſuperba ruit. Iſocrates orationem ſcripſit de laudibus Helenæ, vbi cumulatiſſime formā eius commendat.

Damiſella Textoris.

FLoricomo q̄d adhuc Damiſella quieſcis in horto?
Et roſeum pubens occulit herba caput?
Egredere, atq; animos populoſi paſce theatri,
Vt Phrygias taceat publica fama deas.
Fatiloquis aufer palmam/ preciumq; Sibyllis.
Liuor erit formę buccina magna tuæ.
Nec timeas, q̄ ſis in agro generata nucoſo,
Terra vbi fructifero ſurgit aprica iugo,
Namq; tibi ſimilem nullus parit angulus orbis,
Pulchrior & nulla viuit in vrbe Venus.
Prętera nunquid Dryades in montibus altis,
Nunquid in herbifero viuit Oreas agro?
Quid fuit Hippolyto, quid Apolline pulchrius? aut quid
Candidius nato Myrrha decora tuo?
His placuere tamen ſyluæ, monteſq; ſupini,
Et placuit violis luxurioſus ager.
Vrbanas alij mirentur, amentq; puellas,
Tu mihi prę cunctis o Damiſella places.
Sic inq̄ Damiſella places, vt ſordeat illa,
Quam peperit gelido lucida concha mari,
Et iaculatricis

Et iaculatricis cultuſq; decorq; Dianę.
Atq; cerebrigenę forma venuſta deę.
His oculis ſi quando tuos contemplor ocellos,
Has mihi qui venas acrius igne coquunt,
Cycnigenam prę te iuro nihil eſſe puellam,
Qua Danais cecidit Troia ſuperba rogis.
Vror, & in modicas ſoluit me flamma fauillas,
Atq; animo vires deficiente cadunt.
Nec ſolum tantus vigilem me concremat ęſtus,
Lampade ſopitum me quoq; torret amor.
Nam mihi dum thalamo comes eſſe videris eodẽ,
Aethereo nollem proximus eſſe Ioui.
Multa qudem in tenero ſurgunt tũc gaudia ſomno,
Felicemq; malus me facit eſſe ſopor.
Verum ego quum falſa deluſus imagine ſurgo,
Et ſomni video ſpem cecidiſſe mei,
Quas ego tunc lachrymas, & quę ſuſpiria mitto,
Maximus ex oculo riuus vtroq; fluit.
Vis dicam Damiſella, thymo mihi dulcior Hyblę,
Suauior atq; tuo terra Ciliſſa croco,
Non ita flammifera Briareus torretur in Aetna,
Vt tua me facies, vt tua forma coquit.
Tu ſiquidem Graię ſpecioſior anſere Lędę
Pulchrior es prima candidiorq; niue.
Blanda tibi ceruix fragrat, quod & Attica cęra,
Et quod virginea lilia ſecta manu.
Leuior eſt tibi frons detrita in littote concha,
Pulchrior & cycnis vnda Cayſtra tuis.
Si talem in vinclis Venerem Gradiue teneres,
Plus tibi q̃ cœlum vincula grata forent.
Sed quem non faciunt gemipomę ardere papillę,
Rugoſa q̃uis fronte Catonis eat?
Quas ego quum video, (libitinã afferte miniſtri)
Mammarum intuitus me facit exanimem.
Ergo breuem exangui ſi fudero corpore vitam,
Hoc habeat carmen, qui teget oſſa, lapis.
Non iaculis, nec aquis periit, bibitoq; veneno,
Quem breuis anguſto contegit vrna loco,
Hunc tu pomoſa feciſti ardere papilla
Acrior Oethęis o Damiſella rogis.
Cętera quid memorem venerandę inſignia formę?
Sunt tibi quos crines vellet habere Venus.
Inq; genis ardet rubri tibi flamma pyropi,
Mollior Hybleis eſt tua lingua roſis.
Quis tam formoſo nollet ſub corpore fulcrum,
Aut (per quem incedit pes tuus) eſſe lapis?
O quoties volui, mutato vt corpore pulex

In thalamo fierem te recubante tuo.
Ipſe tuis oculis (quum vult exurere diuos)
Accendit faculas delicioſus amor.
Dum loqueris, ſedet in tenero tibi ſuada labello
Cecropijs vngens omnia verba fauis.
Dum rides, lepido tanta eſt tibi gratia riſu.
Iratum vt facias ponere tola Iouem.
Dum varias lepidis imples concentibus auras,
Auriti veniunt ad tua verba dei.
Eſt in fœmineo virtus tibi maſcula ſexu.
Quid ſibi Saturni filia maius habet?
Nec minor eſt forma morum pręſignis honeſtas,
Qua potes Argolicam vincere Penelopen.
Tota deo incumbens, mitis/ ſimplex/ ſine faſtu,
Sermone atq; ipſo tota pudica thoro.
Tam tua te virtus/ q̃ regia forma venuſtat.
Quicquid agis, cœlum totaq; terra probant.
Ah caueas, ne (dum Nucerino ludis in agro)
Te premat ignoti ſubdola forma dei.
Fecit olorinę Lędam ſuccumbere pennæ,
Quem timet aſtriferi machina tota poli.
Et Danaen luſit fictum mutatus in aurum,
In taurum Europen, in Satyrum Aſterien.
Te quoq; (ni caueas) eludet Imagine falſa,
Vrit enim ſummos hæc tua forma deos.
Vrit, & ipſe ſuo Neptunus in ęquore feruet,
Teq; cupit Nymphis prępoſuiſſe ſuis.
Nomine cur ficto Damiſellam te voco? fallor.
Verus amor nomen diſſimulare nequit.
Nyſia nomen habes, ęp Nyſum & Nirea vincas,
Q̃ q; tibi flaua cedat vterq; coma.
Nulla tulit ſimilem, ventura nec afferet ætas.
Quam tibi pręponat, non habet aula Iouis.

Deformes.

1 Brotheus.
2 Hipponax
3 Corytheus.
4 Therſites.
5 Damon.
6 Aeſopus.
7 Galba.
8 Epictetus.
9 Hermippus.
10 Colomanus.
11 Polyphemus.
12 Vulcanus.
13 Philenis.
14 Vetuſtina.
15 Gellia.
16 Zoilus Martialis.
17 Socrates.
18 Alij plęriq;.

1 ¶ Brotheus Vulcani / & Mineruæ filius deformi facie dicitur fuiſſe, Ob quã dum plęriſq; eſſet ridiculus, animi dolore ſe in rogũ cõiecit, teſte Ouidio in Ibin. Quodq; ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis, Des tua ſuccenſę membra cremãda pyrę.

2 ¶ Hipponactis poetę iambographi deformitatem ſuis tabulis expreſſerunt Bubalus/ & Anterinus pictores, eãq; imaginem, ęp notabili eſſet vultus fœditate, propoſuere in ridentium circulis, magno ſuo malo. Indignatus enĩ Hipponax vtrũq; ſuis Satyris tanto retalliauit fœnore, vt ambo laqueo ſe prękaucrint.

¶ Aiunt et

¶Aiunt/& Corytheum quempiam fuiſſe hominem notiſſimę deformitatis, quiq; liberos ſuſceperit patrem infeliciſſima forma referētes. Vnde fluxit adagium. Corytheo deformior. 3

¶Homerus ſcribit Therſiten omnium (qui ad Troiam venerunt) fœdiſſimum fuiſſe, totūq; hominem a capite ad pedes ita graphice depingit & corporis vicia & animi morbos, vt dicas peſſimum ingenium in domicilio ſe digno habitaſſe, inquit Eraſmus. Vnde adagium. Therſitæ facies. Ouidius libro. 4. de Ponto. Tammala Therſiten prohibebat forma latere, Qz̄ pulchra Nireus cōſpiciendus erat. 4.

¶Damon fuit pędotriba quiſpiam inſigni clauditate deformis, qui quum crepidas retortis ſuis pedibus congruētes furto amiſiſſet, imprecatus eſt, vt eius pedibus cōuenirent, qui ſurripuiſſet. Author Cęlius. 5

¶Ferūt Aeſopū e Phrygia fabulatorem omnium quoq; turpiſſimū extitiſſe. Fuit enim nigerrimus, vnde illi datum nomē. Nam Aeſopus/& Aethiops idem fere ſignificant. Corpore pręterea gibboſus, verum ingenio (quo deformitatē illam penſauit natura) clariſſimus. 6

¶Galbę imperatori corpus fuit gibbo deforme, Authore Macrobio. 7

¶Epictetus vero philoſophus fuit claudus. Vnde & hoc diſtichon a Macrobio poſitum. Seruus Epictetus genitus ſum, corpore claudus, Paupertate Irus, diis & amicus ego. 8

¶Hermippus poeta fuit Athenienſis, altero captus oculo. 9

¶Colomanus rex Pannoniorum poſt Ladiſlaū dicitur fuiſſe ore improbo, luſcus/claudus/gibboſus & lingua bleſus. 10

¶Virgilius ſcribit Polyphemum Cyclopem Siculum fuiſſe monoculū, vbi ait. Et telo lumen terebramus acuto, Ingens quod torua ſolū ſub fronte gerebat. Idē. Monſtrum horrēdum/informe/ingens, cui lumen ademptum. 11

¶Poetæ quoq; fabulantur Vulcanum claudum fuiſſe/ac toto deformem corpore, dicūtq; propterea parētes infanti nō riſiſſe ſuoq; cubili admiſiſſe. Virg. Incipe parue puer cui non riſere parentes, Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt. Ouidius libro ſecūdo Eleg. Vulcano Venerem, q̄uis incude relicta Turpiter obliquo claudicet ille pede. 12

¶Martialis Philenem puellam luſcā fuiſſe & altero lippam oculo videtur innuere lib. 1. vbi ait. Oculo Philenis ſemp altero plorat, Quo fiat iſtud quæritis modo? Luſca eſt. Idem lib. 2. Cur non baſio te Phileni? calua es. Cur non baſio te Phileni? ruffa es. Cur non baſio te Phileni? Luſca es. 13

¶Idem author lib. 3. ait Vetuſtinam tres habere dentes, tres capillos, pectus Cicadę/crus formicæ, Rugoſam frontem/mammas aranearum caſſibus pares/os rictibus crocodili ſimile, cantum Ranarum & culicum, noctuę viſum, hirci fœtorem & pleraſq; alias deformitatis inhoneſtas notas. 14.

¶Olim creditū eſt eos ſeptē diebus formoſos fore, qui leporē eſitaſſent, Propterea Idē Martialis Gelliæ deformitati illudens, ait eam nunq̄ eſitaſſe leporē, his verbis. 15

Quum leporem mittis, ſemper mihi Gellia mandas,
Septem formoſus Marce diebus eris,
Si verum dicis, ſi verum Gellia mandas,
Ediſti nunq̄ Gellia tu leporem.

¶Idem Martialis lib. 12. Zoili ſui deformitatem ſic depingit. Crine ruber/niger ore/breuis pede/lumine leſus, Rem magnam pręſtas Zoile/ſi bonus es. 15

¶Aiunt Socratem philoſophum fuiſſe ſimis naribus, recalua frōte, piloſis hume- 16

ris/& repādis cruribus. Propterea quū duę vxores Xantippe/& Myrrho zelotypia quadā in contentiones venirent, illis inter ſe iurgantibus dicebat. Quid propter me iurgia ſimul excercetis, quem adeo deformem peperit natura?

18 ¶ Afferuntur & alia de forma philoſophorū. Zeuſippus dicitur fuiſſe ceruice curua, Aratus panda, Zeno fronte contracta, Epicurus cute diſtenta, Diogenes barba comante, Socrates candente, Ariſtoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto. Heraclitus oculis fletu clauſis, Democritus labris riſu apertis, Chriſippus digitis propter numerorum indicia cōſtrictis, Euclides propter menſurarū ſpacia laxatis, Cleanthes propter vtrūq; corroſis. Author Sidonius lib. 9.

Amaſij deorum et hominum.

1	Ganymedes Iouis.	13	Cherinthus Tibulli	24	Iuuencius Catullí.
2	Endymion Lunæ.	14	Lygd⁹ Pāphili Saxi	25	Antinous Adriani.
3	Hylas/& Abderus Herculis.	15	Bathyll⁹ Anacreōtis	26	Argilius Pauſanię.
		16	Lycus Alcęi.	27	Agathon Platonis.
4	Hyacinthus Apollinis.	17	Myſtes valgij.	28	Theſeus Minois.
		18	Hippolytus aſinij Galli.	29	Chriſippus Laij.
5	Brāchus Apollinis.			30	Magnes Smyrnęus Gygis.
6	Ampelos Bacchi.	19	Teſtylus voconij.		
7	Adonis veneris.	20	Ligurinus/& Lyciſtus Horatij.	31	Armodius Ariſtogitonis.
8	Cephalus/& Tithonus Aurorę.	21	Roſcius/& Theotimus Q. Catuli.	32	Philocles Epicuri.
				33	Aufilenus Cœlij Veronenſis.
9	Atys Cybeles.				
10	Hippolytus Dianę	22	Agaton Euripidis.		
11	Pindarus Panos.	23	Philinus Arati.	34	Alij nonnulli.
12	Amazonicus Val.				

¶ Forma eſt quoddam amoris illectamētum, quo nullum aliud magis efficax venenum ad irritandam venerem dari queat. Vrit enī non ſolum tactu, ſed ipſo quoq; intuitu/& venas incendio quodā populatur. Quo qui laborāt, ſic miſeri pereunt, vt omnes alias recuſent/& auerſentur voluptates. Nunc ergo (quoniam prius locutus ſum de formoſis) ſubiungā liberalis formæ pueros, quorū pulchritudo deos ipſos nedum homines irrhetiuit.

1 ¶ Ganymedem imprimis fabulātur poetæ Iouis eſſe amaſium, quem ob formam Aquila pedibus in Ida corripuerit/& in cœlum euexerit. Virgilius. Quemprępes ab Ida Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis. Ouidius libro decimo. Rex ſuperum quondam Phrygij Ganymedis amore Arſit. Et paulo poſt loquens de Aquila. Arripit Iliadem, qui nunc quoq; pocula miſcet Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.

2 ¶ Endymionem formoſum paſtorem Luna fertur adamaſſe, adeo vt cœlo relicto in montem Lathmium eius oſculandi gratia plęrūq; deſcenderit. Ouidius lib. 3. de Arte. Lathmius Endymion non eſt tibi Luna pudori. Propertius lib. 2. Nudus & Endymion Phœbi cepiſſe ſororē Dicitur, & nudę concubuiſſe deę. Stroza. Abſtulit Endymion tenera Latoida forma, Dum patrio niueas monte reducit oues. Pontanus lib. 1. de Stellis. Sed q̄q̄ properare viā timet, Ipſa relicto Aethere (cogit amor) per amici deuia Lathmi Furtim ſaxa petit complexus inter amatos Attrectare ſuis tenerum Endymiona Lacertis.

3 ¶ Hylam Thiodamantis filium adamauit Hercules, ſecūq; duxit cum Argonautis. Vbi quū aquas hauriens puer vrnę pondere fuiſſet demerſus, multis clamoribus

ab ipſo

ab ipſo Hercule cõuocatus eſt. Hinc natum Adagium. Hylam vocare. Val. Flaccus lib. 3. Arg. Rurſus Hylan, & rurſus Hylan per longa reclamat Auia, reſpõſant ſyluę & vaga certat imago. Propertius lib. 2. Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis, Innixus dextro colla trahens humero, Cuius vt accenſę Dryades candore puelle Miratę ſolitos deſtituere choros, Prolapſum leuiter facili traxere liquore, Tum ſonitum rapto corpore fecit Hylas, Cui procul Alcides iterat reſpõſa, ſed illi Nomẽ ab extremis fontibus aura refert. Bap. Pius. Pyrithoũ Theſeus, iuuenis Phoceus Oreſtem, Falſi parens genitum Thyodamante deus. Politianus. Sed ſuus Alcidę pocula miſcet Hylas. Euriſtheum item Herculis delicias fuiſſe teſtis eſt Diotimus apud Cælium.

¶ Adamauit etiam Hercules Abderum puerulum, non minori q̃ Hylam affectu. 4.

¶ Hyacinthus Apollinis fuit amaſius. Ouidius libro. 10. Te quoq; Amyclide poſuiſſet in æthere Phœbus, Triſtia ponẽdi tẽpus ſi fata dediſſent. Pamphilus. Hãc premis & veluti tenerum formoſus Apollo Oebalidem, puerum Iuppiter Iliacum. Plynius lib. 2. Hyacinthum comitatur fabula duplex, Luctum præferens eius, quẽ Apollo dilexerat. 5

¶ Adamauit etiam Apollo Branchum puerum Theſſalum, quem mortuum ſuis templis ſacrum haberi voluit. Item Daphnem puellam, Penei fluminis filiã, quam fugientem in laurũ conuertit, Mantuanus. Quot ſtuduit verbis Daphnem facundus Apollo Flectere. 6

¶ Ampelos puer ſpecioſus Baccho adamatus eſt. Ouidi⁹ lib. 3. Faſt. Ampelon intonſum Satyro Nymphaq; creatũ Fertur in Iſmariis Bacchus amaſſe iugis. 7

¶ Adonis Cynarę ex Myrrha filius Veneri fuit chariſſimus. Ouidius lib. 1. de Arte. Nec te prętereat Veneri ploratus Adonis. Properti⁹ lib. 2. Teſtis qui niueũ quõdam percuſſit Adonim, Venantem idalio vertice durus aper. Illis formoſum fleuiſſe paludibus, illuc Diceris effuſa tu Venus iſſe coma. Pontanus lib. 1. de Stellis. Nec deploratum Veneri linquamus Adonim. Venantem quẽ durus aper ſub dente peredit. 8

¶ Cephalus & Tithonus chariſſimi fuerũt Aurorę. De Cephalo Ouidius lib. 3. de Arte. Lathmius Endymion nõ eſt tibi luna pudori, Nec Cephalus roſeę p̃da pudẽda deę. Stroza fili⁹. Supprime lora p̃cor, ſic a ſeniore marito In tenero Cephali ſuſcipiare ſinu. Ouidius in Epiſt. Sapphus ad Phaonẽ. Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam. De Tithono. Stroza pater. Inuidiſſe deos perhibent, quũ mollia cano Oſcula Tithono culta puella daret. Propertius lib. 2. At non Tithoni ſpernens Aurora ſenectã Deſertũ Eoa paſſa iacere domo eſt. Illũ ſępe ſuis decedẽs fouit in vlnis, Q̃ prius adiunctos ſedula lauit equos. Item. Cum ſene non puduit talẽ dormire puellam, Et canę totiens oſcula ferre comæ. 9

¶ Athys puer Phrygius Cybeles fuit amaſius. Catullus. Tenerũ vidit Athyn prope marmor Pelagi, Facit impetũ ille demẽs fugit in marmora fera. Ibi ſemper õmne vitæ ſpaciũ famula fuit. Ouidius lib. 10. Hirſuto vertice pinus Grata deũ matri, ſiquidẽ Cybeleius Athys Exuit hac hominẽ, truncoq; induruit illo. 10

¶ Amauit Hippolytum Diana, quũ ob formam tum raram in forma caſtitatem. 11

¶ Pindari poetæ eiuſq; carminum amatorem fuiſſe Pana fabulantur. Author Plutarchus in Numa Pompilio. Syrinx quoq; Arcadica fuit Nympha, quã a Pane deo mire adamatam ſcribit Ouidius.

¶ Nunc ſuperſunt hominum amaſij, de quibus ſeriatim quoq; dicendũ eſt. ¶ Habuit imprimis Val. Flaccus poeta Setinus in delicijs Amazonicum puerum, cuius 12

formam commendat Martialis.

14 ¶Tibullus ſuum Cherinthum, de quo lib. 4. ait. Eſt qui te Cherinte dies dedit hic mihi ſanctus. Atq; inter ſanctos ſemper habendus erit. Idem. Inuiſus natalis adeſt. qui rure moleſto, Et ſine Cherintho triſtis agẽdus erit. Idẽ quoq; magnopere dilexit Marathum puerum. De quo libro. 1. ſic ait. Heuheu q̃ Marathus lento me torquet amore.

15 ¶Lygdum adamauit Pãphilus Saxus. Vnde lib. 4. ait. Sed peterẽ Lygdum, Lygdus mea vita, meum cor, Lux mea, qui facie vulnera mille gerit. Eius quoq; formam

16 multis locis magnopere extollit.

¶Bathyllus fuit Anacreontis poetę delicium. Vnde Horatius in Epodo. Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo Anacreõta Teium. Ab eodẽ quoq; adamatus eſt Megiſtheus puer. De vtroq; Politianus in Ruſtico. Nunc Samium celebras (iubet Adraſtæa) Bathyllum, Nunc teneram Eurypilẽ, tenerũq; Megiſthea laudas, Tã-

17 dem acino paſſę cadis interceptus ab vuæ.

¶Lycum puerum adamauit Alcęus poeta Lyricus, de quo Horatius lib. 1. Carminum. Liberũ & muſas/ Venerẽq;/ & illi Semper hęrẽtem puerum canebat. Et Lycũ nigris oculis/ nigroq; Crine decorũ. Politianus in Nutricia, Ipſe Lyci nigros oculos,

17 nigrũq; capillum Exactoſq; canis pugnax Alcęe tyrannos.

¶Amauit Valgius poeta elegiographus Myſten, cuius mortem multis lachrymis defleuit, dicẽte Horatio. Tu ſemper vrges flebilibus modis Myſten ademptun, nec

18 tibi veſpero Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente Solem.

¶Aſinius Gallus poeta filius Aſinij Pollionis viri cõſularis, pari quoq; affectu di-

19 lexit Hippolytum liberali forma adoleſcentem.

¶Voconius victor poeta habuit in delicijs Teſtylum puerũ elegante forma. Vnde Martialis. Teſtyle Victoris tormentum dulce Voconi, Quo nemo eſt toto notior orbe puer, Sic etiam poſitis formoſus amere capillis, Et placeat vati nulla puel-

20 la tuo.

¶Liguſinus Horatij fuit delicium. Vnde libro quarto Car. ſcribit. Sed cur heu Liguſine, cur Manat rara meas lachryma per genas? Cur facũda parum decoro Inter verba cadit lingua ſilentio? Nocturnis ego ſomnijs Iam captum teneo, iam volucrẽ ſequor. Amauit & Lyciſtum, de quo ſic ſcribit in Epodo. Nunc gloriantis quãlibet

21 mulierculam Vincere mollicia amor Lyciſti me tenet.

¶Amauit Roſcium adoleſcentem Q. Catulus Epigrammatiſta, de cuius forma hunc in modum ſcripſit. Conſtiteram exorientem auroram forte ſalutans. Quum ſubito a lęua Roſcius exorit. Pace mihi liceat cœleſtes dicere veſtra, Mortalis vi-

22 ſus pulchrior eſſe deo. Amauit & Theotimum, de quo ſic ſcribit. Au fugit mi animus, credo vt ſolet, ad Theotimũ deuenit, ſic eſt, perfugium illud habet.

23 ¶Arſit Euripides Tragœdiographus Agathonem puerulũ, quẽ adultiorẽ quoq; amplexabatur arctius. ſuauiabaturq; etiã ſpectante populo & in conuiuijs.

24 ¶Pari affectu Aratus poeta Cilix Philinum adoleſcẽtulum deperijt, pro cuius reditu e Chio inſula, deos multa precatus eſt.

¶Catullus ſuos amores in Iuuenciũ his exprimit verbis. Surripui tibi (dum ludis)

25 mellite iuuenci, Suauiolũ dulci dulcius Ambroſia. Verum id non impune tuli, nãq; amplius horam Suffixũ in ſumma me memini eſſe cruce. Quæ carmina plena ſunt prurítus/ multãq; prę ſe ferunt laſciuiam.

¶Antinous puer fuit elegãtiſſimę formæ ex Claudiopoli Bithyniæ ciuitate, quem Adrianus imperator ad infamiã vſq; adamauit, vt etiã mortuo ciuitatem coſtruxerit, templum

rit,templūq; erexerit cum ara,& eius effigiem curauerit imprimendam.Spartianus
ait puerum illum ab imperatore muliebriter desectum.
¶Pausanias Lacedęmonius authore Cælio,Argilium speciosa pulchritudine ado- 26
lescentem amore Venereo dilexit.
¶Gellius libro.19.cap.11. citat hos Platonis versus amatorios de suo Agathone, 27
quem vti meritorium dilexit.Suauia dās Agathoni/animam ipse in labra tenebam,
Aegra etenim properās tanq̄ abitura fuit. Amauit quoq; Stellam ob ingenij suaui-
tatē/& elegantiā,de qua authore Plutarcho sequentes versus lusit.Ardētes stellas
lucens mea stella tueris,Cœlum vtinā fierem,te vt multo lumine cernā. Item.Stel
la prius superis fulgebas Lucifer,at nūc Hesperus ah fulges manibus occiduus.Hęc
nouissima scripsit post eius mortem.
¶Minos rex Cretensium susceptas cum Athenien sibus inimicitias ob mortem fi- 28
lij sui Androgei/lubens deposuit amore Thesei (quem deperibat)inescatus.
¶Laius a Pelope hospitio susceptus filium eius Chrysippum ita adamauit, vt se- 29
cum Thebas rapuerit. Praxilla tamē apud Cælīū testis est hoc a Ioue perpetratū.
¶Gyges rex Lydorum Magnetem Smyrnæū eximia pulchritudine clarum vsq;= 30
adeo dilexit,vt bellum in Magnesios mouerit,q̄ puero capillos totōdissent,quo vi=
deretur deformior.
¶Aristogiton Atheniēsis Armodium insigni forma adolescētem etiam deperijt. 31
Author apud Volaterranum Thucydides.
¶Amauit Epicurus Philoclem eximium adolescentem ad quem solitus erat hoc 32
modo scribere.Consumor/ac deficio amabilem tuum/ac diuinum ingressum susti=
nens.
¶Catullus facit Aufilenum Cœlij cuiusdam Veronēsis amasium, vbi ait. Cœlius 33
Aufilenum/& Quintius Aufilenā Flos Veronensum depereunt iuuenum.
¶Inter meritorios pueros etiam ponuntur Euryalus Virgilianus, Parthenopęus 34
Statianus,Cottallus Siculus Anacreontis,Harmodius hippiæ,Aster Platonis,Pi=
so Galbæ.

¶Amasiæ deorum
et hominum.

¶Iam diximus Daphnen Penei fluminis filiam adamatam Apollini. Sappho ad
Phaonem.Et Phœbus Daphnen/& Gnosida Bacchus amauit.
¶Tyro Salmonei filia adamata est a Neptuno, & ab eodem cōpressa. Propertius
libro primo. Non sic Aemonio Salmonida missus Enipeo Tænarius facili pressit
amore deus.
¶Heben deam iuuentutis amauit Hercules. Idem Propertius lib.1. Nec sic cœ=
lestem flagrans amor Herculis Heben Sensit in Othęis gaudia prima iugis. Ama=
uit quoq; Iolen/& Omphalen reginā Lydorum.Idem Propertius lib.3. Omphale
in tātum formæ processit honorem Lydia Gygęo tincta puella lacu, Vt qui pacato
statuisset in orbe colūnas, Tam dura traheret mollia pensa manu.
¶Alię deorum & hominum amasię fuerunt, Ariadne Minois filia/ Bacchi,Syrinx
Nympha Panos,Ero Lęandri, Phyllis filia Lycurgi regis Thracū/demophoontis,
Ariadne Thesei,Atalāta Meleagri,Cydippe Acōtij.Iphis Patrocli, Similax Cro
ci.Author Plynius lib.16.cap.36.¶Glycera Pausiæ Sicyonij pictoris. Plynius li=
bro.21.cap.2.et lib.35.cap.10.¶Sappho Phaonis.
¶Campsape Alexandri,quam Alexnader ipse muneri dedit Apelli pictori. Ply.
lib.35.cap.10.¶Philace Stratoclis, Authore Plutarcho. ¶Rhoxane Alexādri.

Plutarchus/ & Curtius. ¶Echo Narciſſi. Auſonius. Cõmoritur Narciſſe tibi reſonabilis Echo. Calentius. Riſit Liriopes flagrantem filius Echo.

¶Thyſbe Pyrami. Stroza pater. Non magis infelix Thyſbe dilexit amantem.

¶Tyro Salmonei filia, Enipei. Propertius libro tertio. Teſtis Theſſalico flagrans Salmonis Enipeo.

¶Phœbe Caſtoris, Ilaira Pollucis, quę fuerunt Leucippi filiæ. Propertius libro primo. Non ſic Leucippis ſuccendit Caſtora Phœbe, Pollucem cultu non Ilaira ſoror.

¶Chloris/ ſeu Flora dea florum Zephyri, a cuius nomine dicitur Zephyritis.

¶Galathęa Nympha Polyphemũ. Propertius libro tertio. Quinetiam Polyphemę fera Galathęa ſub Aetna, Ad tua rorantes carmina flexit equos. Stroza Pater. Nil magis horrendum Polyphemo ſenſerat Aetna. Sæuior indomito fratribus ille fuit, Dum tamen æquorea ſiccas in rupe capillos, Exarſit viſa te Galathęa Cyclops.

¶Berſabea Dauidis. Idem Stroza. Ille ſacri vates operis Ieſſeia proles Prędecit populo quem deus ipſe ſuo, Berſabeę captus forma tibi magne cupido Ceſſit.

¶Helena Paridis. Propertius libro ſecundo. Ipſe Paris nuda fertur perijſſe lacęna, Quum Menelaęo ſurgeret e thalamo.

¶Acme Septimij. Catullus. Acmem Septmius (ſuos amores) Tenens in gremio, mea inquit Acme, Ni te perdite amo, atq; amare porro Omnes ſum aſſidue paratus annos, Solus in lybia / indiaq; toſta Cæſio veniam obuius leoni. Idem. Vnam Septimius miſellus Acmen Mauult / q̃ Syrias/ Britãniaſq;. Vno in Septimio fidelis Acme Facit delicias libidineſq;.

¶Aufilena Quintij. Catullus. Cœlius Aufilenum/ & Quintius Aufilenam flos Veronenſum depereunt iuuenum.

¶Atalãta Mimalionis Arcadici. Propertius. Mimalion nullos fugiẽdo Tulle labores Sęuitiam duræ contudit Iaſidos. Nam modo Partheniis amẽs errabat in antris, Ibat & hirſutas ille videre feras. Ergo velocem potuit domuiſſe puellam, Tantum in amore preces/ & bene facta valent.

¶Antigone Hęmonis Bœotij, quã quum iugulari feciſſet Creon, Hęmon ad mortuę tumulum ſe interfecit. Propertius lib. 2. Quid? nõ Antigones tumulo Bœotius Hęmon Saucius ipſe ſuo corruit enſe latus?

¶Briſeis Achillis. Horatius. Prius inſolentem Serua Briſeis niueo colore Mouit Achillẽ. Propertius libro ſecũdo. Omnia formoſam propter Briſeida paſſus, Tantus in erepto ſęuit amore dolor. Item. Necnon exanimẽ amplectẽs Briſeis Achillem, Candida veſana verberat ora manu.

¶Rhodope Charaxi fratris Sapphus. Sappho ad Phaonem. Arſit inops frater victus meretricis amore, Mixtaq; cum turpi damna pudore tulit.

¶Andromeda Perſei. Sappho ad Phaonem. Candida ſi nõ ſum, placuit Cepheia Perſeo Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ.

¶Heſperie Nympha Aeſaci. ¶Leſbia Catulli. Catullus. Nulla poteſt mulier tãtum ſe dicere amatã. Vere q̃tum a me Leſbia amata mea eſt. Hęc vero nomine vocabatur Claudia. Amauit etiam Ipſithillam.

¶Quintilia Calui licinij. Catullus. Certe non tãto morsimmatura dolori eſt Quintiliæ, q̃tum gaudet amore tuo. Propertius lib. 2. Hoc etiam docti confeſſa eſt pagina Calui, Quum caneret miſeræ funera Quintiliæ.

¶Lyde Callimachi, Batthis Philetæ. Ouidius lib. 1. de Triſtibus. Nec tãtum Clario Lyde eſt dilecta poetę, Nec tantum Coo Batthis amata ſuo.

¶Beatrix

¶Beatrix Dãtis Aligerij. ¶Aureta Patrarchę. Lycinia Horatij. Horat lib. 2. Car. Me dulcis dominæ muſa Lycinię Cantus, me voluit dicere lucidum Fulgẽtes oculos/& bene mutuis fidum pectus amoribus. Amauit & Glyceram. De qua libro. 3. Car. Me lentus Glyceræ torret amor meę.

¶Stella Platonis. Author Plutarchus.

¶Violantilla Stellę poetę, Hęc Græce hiantis dicitur. Martialis lib. 6, Perpetuam Stellæ dum iungit hiantida vati Lęta Venus, dixit, plus dare non potui. Aliter vocatur Aſteris. Vide Statium in Syluis.

¶Leucadia Terentij Varronis Atacini. Hinc fluxit illud Diſtichon. Hæc quoq; perfecto ludebat Iaſone Varro, Varro Leucadiæ maxima flamma ſuæ.

¶Dęlia, Sulpitia/ Nemeſis/ Neęra Tibulli. De Nemeſi notũ eſt illud, Vrit amatorem Nemeſis laſciua Tibullum, In tota iuuit quem nihil eſſe domo.

¶Hoſtia/ ſeu Cynthia Propertij. Propertius ipſe lib. 1. Illa vel anguſto mecũ requieſcere lecto, Et quocunq; modo maluit eſſe mea, Qꝫ ſibi dotatæ regnum vetus Hippodamię, Et quas Elis opes ante pararat equis. Idem lib. 1. Cynthia prima ſuis miſerum me cepit ocellis. Contactum nullis ante cupidinibus. Martialis. Cynthia facundi carmen iuueniſe Properti Accepit famam/nec minus ipſa dedit.

¶Melenis domitij Marſi. Martialis. Nota tamen Marſi fuſca Melenis erit.

¶Ceſennia Cn. Getulici Epgrãmatiſtæ. ¶Biſſula Auſonij Galli. ¶Metella Ticidę Epigrammatiſtæ. ¶Cytheris/ ſeu Lycoris Cornelij Galli. Hinc illud manauit. Gallus/& Heſperijs & Gallus notus Eois/ Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit.

¶Pamphila Valerij Aedituí, De qua ſic apud Gelliũ ſcribit. Dicere quum conor curam tibi Pamphila cordis. Quid mi abs te queram? membra labris abeunt. Perpectus miſerum manat ſubito mihi ſudor, Sic tacitus, ſubidus, duplo ideo pereo.

¶Chriſis Q. Trabeę Comœdiographi, de qua ſic ſcripſit. De improuiſo Chriſis vbi me aſpexerit, Alacris obuiam mihi veniet complexum exoptãs meum, Mihi ſe dedet, Fortunam ipſam anteibo fortunis meis.

¶Neęra Licinij imbricis itidem Comœdiographi, de qua afferuntur hi verſus. Nolo ego Neęram te vocent, ſed Nerienem. Quum quidem Marti es in connubium data.

¶Propertius lib. 2. de plęriſq; poetarum amaſijs ſic ſcribit.

Hęc quoq; perfecto ludebat Iaſone Varro,
Varro Leucadiæ maxima flamma ſuæ.
Hæc quoq; laſciui cantarunt ſcripta Catulli,
Leſbia queis ipſa notior eſt Helena.
Hoc etiam docti confeſſa eſt pagina Calui,
Quum caneret miſerę funera Quintiliæ.
Et modo formoſa qui multa lycoride Gallus,
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.
Cynthia quinetiam verſu laudata Properti,
Hos inter ſi me ponere fama volet.

¶Item Sidonius Apoll. lib. 2. de alijs ſic meminit. Siſq; opido meminens, q̃ olim Martia Hortẽſio. Terẽtia Tullio, Calphurnia Plynio. Pudẽtilla Apuleio, Ruſticana Symmacho, legentibus meditantibuſq; candelas/& candelabra tenuere. Reminiſcere q̃ ſępe verſum Corinna cum ſuo Naſone cõpleuit, Leſbia cum Catullo, Ceſennia cum Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. Item Stroza pater libro primo Eroticon. Abſtulit ardẽtem Gallum

formoſa lycoris, Carmine amatoris Cynthia clara ſui eſt. Viuit ab inſigni Nemeſis celebrata Tibullo. Viuit pelignis nota Corinna ſonis. His addi poſſūt Lamia Demetrij, Phryne Timothei, Flora Pompeij, Aſpaſia Periclis, Rhodope Pſamnitici/ et Antonij Cleopatra.

Cynœdi/ Pędicones/ et Pathici.

1	Aemylius.	8	Ibycus.	15	Cleocritus.
2	Naſo.	9	Hipparchus.	16	Thallus.
3	Phędon.	10	Libanius.		Portius.
4	Gargilianus.	11	L. Papyrius.		Socratio.
5	Armodius.	12	Teophraſtus.		Piſo.
	Ariſtogiton.	13	Alex. Abonotichites	17	Mamurra.
6	Cratinus.	14	Pauſanias.		Cęſar.
7	L. Quinti⁹ Flamini⁹.		Argilius.	18	Pindarus.

1 ¶ Aemylij cuiuſdam cynœdi obſcœnos amores molleſq; delicias / poſtremo infinitas libidines notat Catullus.

2 ¶ Idem in Naſonem quędam pathicum his inuehitur verbis. Multus homo es Naſo/ neq; tecum multus homo, ſed Deſcendis Naſo, multus es et pathicus.

3 ¶ Phędon philoſophus quum adoleſcētulus Athenis eſſet in ſeruitute, a domino in lupanari conſtitutus eſt, vt proſtaret/ & corpore faceret quæſtum.

4 ¶ Martialis lib. 3. arguit Gargilianum quędam, vt Cynœdū/ & mollem, quē depilatorijs vnguentis faciem lauare conſueſſe dicit.

5 ¶ Armodio/ & Ariſtogitoni apud Athenienſes mutua erat Veneris conſuetudo.

6 ¶ Cratinus Athenienſis Comœdiographus notatus eſt etiam Pędareſtiæ / ſeu obſcœni in pueros amoris.

7 ¶ L. Quintius Flaminius vir cōſularis puerum ardebat, a cuius latere nunq̄ diſcedebat. Quinetiam ad eius votum hominem quędam ſecuri percuſſit, dum ille coram ſe aliquem optaſſet interfici.

8 ¶ Ferunt Ibycum hiſtoricum patria Rhegīnum, inſano puerorū amore exarſiſſe.

9 ¶ Hipparchus Piſiſtrati filius ſtuprato Armodio Ariſtogitonis puero, vtriuſq; cōiurationem in ſe concitauit.

10 ¶ Libanius Sophiſta Antiochenus Conſtātinopoli obīpudicos amores puerorum pulſus eſt. Demum Nicomedia (quo ſe receperat) eandē ob cauſam detruſus.

11 ¶ L. Papyrius Publium adoleſcentem in vinculis tenuiſſe, plagiſq; / & contumelijs (ꝙ ſtuprum pati noluiſſet) affeciſſe dicitur. Qua re ad Senatū delata, dānatus eſt, lege lata, ne quis in corpora libera ob æs alienū ius haberet. Volebat enī hoc ſibi licere Papyrius. ꝙ Publius eidem eſſet debitor.

12 ¶ Theophraſtus philoſophus Nicomachum Ariſtotelis filiū ad prępoſterā vſq; venerem adamauit.

13 ¶ Alexāder Abonotichites copiā ſui corporis mercede faciebat. Author Lucian⁹.

14 ¶ Habuit Pauſanias Lacedęmonius ſtupri cōſuetudinē cum Argilio adoleſcente.

15 ¶ Eraſmus in adagijs ait Cleocritum veteris Comœdiæ ſcriptorem maledictis proſciſſum, ꝙ Cynœdus eſſet. Quam notam Argyrrhio cuidam inurit.

16 ¶ Catullus in Thallū adoleſcentē impudicū his verbis inuehitur. Cynœde Thalle, mollior cuniculi capillo, Vel anſeris medullula/ vel hinnula mollicella. Idem quoq; Portium / & Socrationem ſuis verſibus infamat, ꝙ ſtupri meritis a Piſone prætore prępoſiti ſint duobus alijs adoleſcentulis, ſcilicet Veraniolo/ & Fabullo.

17 ¶ Idem Mamurrā/ Phormianum/ & Cæſarē notat, vt Cynœdos / & Pathicos, dū

ait. Pulchre

ait. Pulchre cõuenit improbis Cynœdis, Mamurræ Pathicoq;, Cæſariq;. Nec mirum maculæ pares vtriſq;. Sed & Suetonius ait nihil famam pudicitiæ Cæſaris lęſiſſe, pręter Nicomedis regis Bithyniæ contubernium.

¶ Laborauit hac infamia Pindarus poeta, q in gremio pueri adamati obdormiſcẽs vitam efflauit, teſte Valerio. 18

¶ Molles, effœminati/et Elegantes.

1	Straton.	11	Nitarus.	21	Sardanapalus.
2	Mecœnas.	12	Ariſtodemus.	22	Attidius.
3	Artemon.	13	Andramytis.	23	Diadumenus.
4	Abron.	14	Ariſtoteles.	24	Miraces.
5	Cliſthenes.	15	Ariſtophanes.	25	Bacchus.
6	Syri.	16	Demoſthenes.	26	Cæſar.
7	Lyſicrates.	17	Hortenſius.	27	L. Sylla.
8	Maſſyllienſes.	18	Heliogabalus.	28	C. Duillius.
9	Argyrrhius.	19	Ariſtagoras.	29	Clodius pulcher.
10	Battalus.	20	Agathon.		

¶ Theopompus ſcripſit Stratonem Sidonium mortales omnes ſuperaſſe delicijs/ et mollicie. Ad quod alluſit Mirãdula in hymnis. Q̃ quæ Sidonium velabat purpura regem. 1

¶ Auguſtus ad Mecœnatẽ ſcribens eiuſdẽ mollicię/& delicias multis expreſſit locis, ſed hoc maxime. Vale Mecœnas mel gẽtium, ebur Ethrurię/laſar Arretinum/ Tyberinũ margaritum / Cilneorum Smaragde/Iaſpi figulorũ/Berille & carbũculum Porſenę. Anneus quoq; Seneca Mecœnatem vocat diſcinctum, molliſſimaſq; eius delicias/& portentoſam orationẽ. Idẽ. Magnum inquit Romanæ eloquentiæ daturus exemplum, niſi illum eneruaſſet felicitas. 2

¶ Aiunt Artemonem quẽdam fuiſſe mollem adeo & ſolutum delicijs, vt nunq̃ pedibus itaret, ſed ſemper lectica circũferret, haberetq; duos vtrinq; famulos peluim æream ſupra caput ferẽtes, ne quid ſuperne noxium excideret. Propterea factus eſt prouerbio locus. Artemon verſatilis. 3

¶ Fuit & Abron quiſpiã vitę adeo corruptæ / & effœminatæ, vt locũ parœmię ſequẽti reliquerit. Abronis vitam agens. De molliter/ac delicioſe viuentibus. 4

¶ Cliſthenes Comicorum conuicijs laceratus eſt, q parum vir haberetur, ſeq; cultu indecoro velut in mulierem trãſfiguraret. Quod feciſſe dicitur Aſſyriorum rex Sardanapalus, vt liberius inter fœminas laſciuiret. 5

¶ Syri olim male audierunt ob motum mollicíem. Vnde adagiũ. Syrus quum non ſis/ne Syriſſa. 6

¶ Lyſicrates abijt in vulgi fabulam, q iam ſenio confectus capillos fucaret, vt ſpecioſus videretur/& iuuenis. Cuiuſmodi ridentur apud Martialem Ollus, apud Horatium vxor pauperis Ibyci. 7

¶ Maſſyllienſes luxu perditi muliebrẽ in modum ornabãtur, comis vnguento delibutis, capilliſq; religatis. Hinc ortum adagium. E Maſſyllia veniſti, in molles. 8

¶ Argyrrhius fuit dux quiſpiam effœminatus nihil habens viri præter barbam. 9

¶ Battalus fuit neſcio quis tibicen, qui laſciua/& vinolenta carmine complexus eſt, fecitq; adagio locum. Battali ſimilis. Cælius ait hunc primum omnium calceis fœmineis in ſcæna vſum fuiſſe, artemq; tibiarum omnino remolliuiſſe. A quo fluxos/ exolutos/& parum viros Battalos vocant. 10

11 ¶Cælius ſcribit Nitarum quẽdam fuiſſe, mollicie pluſq; muliebri infamem.

12 ¶Dionyſius apud eundẽ Cęlium teſtis eſt Ariſtodemum tyrannum apud Cumas in Romanis antiquitatibus mollem fuiſſe cognominatum, qp parum vir eſſet, ac pudicitiam ſubſtrauiſſet.

13 ¶Ferunt Andramytem Lydorum regem omnium primũ fœminas Eunuchas feciſſe, eiſq; Eunuchorum vice vſum.

14 ¶Gaudebat Ariſtoteles mundo cultu/& elegante, comãq; delicatius cõtondebat. Anulis pręterea digitos onerabat, & in hoc placebat ſibi nimium. Quo factum eſt, vt mollitiei ſuſpectus haberetur.

15 ¶Ariſtophanes Philoſtratum quendam laſciuiuſcule ſe ornantẽ Cynalopeca vocabat, vocabulo ex cane/& vulpe concinnato.

16 ¶Demoſthenem tradunt cultu corporis nitido nimis/& accurato fuiſſe, adeo, vt molles (quibus laſciuiebat) tuniculę ab æmulis probro date ſint. Quinetiam notatus eſt, vt parum vir, qpq; polluto eſſet ore.

17 ¶Eodẽ quoq; modo Hortẽſius orator ꝓbroſis lacerat9 eſt Satyris, qp circũſpecte & moroſe indutus eſſet, qq; manus eius inter agendũ eſſent argutę & geſtuoſę. Sed & L. Torquatus eum Dionyſię ſaltatriculæ nomine appellabat. Author Gellius.

18 ¶Traditum eſt Heliogabalũ (qui ſupra oĩa prodigia fuit molliſſimus) verſatilia triclinia habuiſſe, in quibus amicos quandoq; ponere conſueuit, eoſq; violis & floribus opprimere, ſic vt aliqui animam efflauerint. Author Lampridius. Idem quoq; quaternos canes ad currũ iunxit, proceſſit & in publicũ iunctis quattuor ceruis, cõiunxit etiã Leones/& Tygres, Cybelem ſe et liberum patrẽ vocans, habuit vehicula gẽmata/& aurata. Atq; vt inſaniam libidini adderet, iunxit etiam quaternas mulieres, nuduſq; a nudis vectus eſt.

19 ¶Ariſtagoras quidã mileſius quum in cõcionem prodijſſet, inſolita apud Lacedęmonios veſtit9 mollicie, quidã ex Ephoris hoc eũ dicto ſubmonuit. Domi Mileſia.

20 ¶Agathon fuit quiſpiã tibicen, cantilenarũ ſuauitate aures maiorẽ in modum deliniens, quẽ infamia mollitiei laboraſſe, teſtis eſt apud Eraſmum Zenodotus.

21 ¶Sardanapalus ob inſignẽ mollitiem prouerbio locum fecit. Fuit enĩ delicijs vſq; adeo effœminatus, vt inter eunuchos/& puellas ipſe puellari cultu deliteſceret.

22 ¶Attidius melior Domitiani tẽporib9 tãtę fuit mollitiei, vt nitidus appellari meruerit, Vnde Statius. Stat quę perſpicuas nitidi melioris opacet Arbor aquas.

23 ¶Diadumenus fuit quiſpiam elegans iuuenis, cuius effigiem Polycletus expreſſit iuuenta molliore.

24 ¶Fuit Miraces neſcio quis cõcinnatulus, qui vnguẽtatos, auratoſq; capillos fertur habuiſſe. De hoc Val. Flaccus lib. 1. Argon. Simul armiger ibat Semiuir/impubẽq; gerens ſterilẽq; iuuentam. Idem. Et grauidę maduere comæ, quas flore Sabęo Nutrierat, liquidoq; parens ſignauerat auro.

25 ¶Bacchi mollitiem Seneca in Hercule furente his exprimit verbis. Non erubeſcit Bacchus effuſos tener Sparſiſſe crines/nec manu molli leuẽ Vibraſſe thyrſum, quũ parum forti gradu Auro decorum Syrma Barbaricum trahit.

26 ¶Fuit Iulius Cæſar adeo effœminatus, vt Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum/& omnium virorum mulierem appellauerit.

27 ¶L. Sylla imperator chlamydato ſibi/& crepidato Neapoli ambulare deforme nõ duxit.

28 ¶C. Duellius (qui de Pœnis triumphauit) quotieſcunq; epulaturus erat, ad funalem cęreum pręeũte tibicine et fidicine a cœna domum reuerti ſolitus eſt. Author

Valerius

Valerius maximus. Lib. III. Cap. VI.

¶Clodius pulcher eneruem et frigidam iuuẽtam egit, perditoq; amore vulgatiſſi 29
mę meretricis infamis fuit.

Viri muliebrem habitum mentiti.

1 Achilles 4 Cliſthenes
2 Hercules 5 Cleocritus 7 Sardanapalus
3 P. Clodius 6 Euclides

¶Græcis ad expeditionem Troianam proficiſcentibus, quum Thetis dea præui-
deret Achillem filium ibidem interfectum iri, eum ex antro chironis dormiẽtem
rapuit, et puellaribus tunicis indutum, prẽmonitumq; ne ſe maſculum cuipiam pro
deret, inter filias Lycomedis regis occuluit. Quarum vnam Deidamiam grauidam
fecit, Pyrrhumq; ex ea ſuſcepit. Verum quum Græci oracvlo didiciſſent Troiam
ſine Achille capi non poſſe, miſſus eſt Vlyſſes vt Græcorum omnium aſtutiſſim⁹
ad explorandam rei veritatem. Quoniam iam facti ſuſpicio & rumor ferebatur.
Vt ergo proderet Achillem, ciſtiferum ſe finxit, attulitq; mercatoris inſtar fuſos,
acus, monilia, et cętera id genus quę puellam decent, cum arcu et ſagittis. Quũ ergo
Achilles relictis puellaribus inſtrumentis arcum intendiſſet, vires ſuas et ſexũ pro
didit, et eo cõmento repertus eſt. Ouidi⁹ li. 1. de arte, Turpe niſi hoc matris precib⁹
tribuiſſet Achilles, Veſte virum longa diſſimulatus erat. Quid facis Aecide, non
ſunt tua munera lanę. Ha titulos alia Palladis arte pete. Quid tibi cum calathis? cly
peo man⁹ apta ferendo. Penſa quid in dextra (qua cadet Hector) habes? Reiice ſuc
cinctos operoſo ſtamine fuſos. Quaſſanda eſt iſta Pelias haſta manu, Stati⁹ li. 4.
Achil. Stat medius trepidante domo, Peleia virgo Quęritur. Per virginem Peleiã
intelligit Achillem.

¶Sicubi vnq̃ amor vires ſuas aut in mortalium vllo docuerit, maxime probauit iñ 2
Hercule, quem tot alioqui monſtrorum domitorem, coegit relicta (quę virum de
cet) virtute ad muliebres tranſire delicias, ſeq; in puellam tranſformare, & fœmi-
nam mentiri, vt liberius cum Omphale regina Lydorum laſciuiret, qua etiam iu-
bente fuſos et lanas rudibus illis manibus (quibus portenta ſubegerat) attrectauit.
Quod ei magno dat probro Deianyra apud Ouidium loquens, Craſſaq; robuſto
deducis pollice fila, Aequaq; formoſæ penſa rependis herę. Item apud Propertiũ
ſic loquitur. Idem ego Sidonia feci ſeruilia palla Officia, et Lyda penſa diurna co-
lo. Mollis et hirſutum cepit mihi faſcia pectus, Et manib⁹ duris apta puella fui. Sta
tius li. 1. Achil. Si Lydia dura Penſa manu, molleſq; tulit Tirinthius haſtas. Lacta
tius. Nam illud (inquit) nemo negauit, Herculem non tantum Euriſtheo ſeruiſſe,
ſed etiam impudicæ mulieri Omphale, quæ illum veſtibus ſuis indutum ſedere ad
pedes ſuos iubebat penſa facientem.

¶Tranquill⁹ in Iulio ſcribit P Clodium iter publicas bonę deę cęrimonias pene- 3
traſſe ad Pompeiã Q. Pompeii filiam et Syllę neptem muliebri veſte, et propter-
ea Cęſarem cum ipſa Pompeia diuortium feciſſe. Propterea Cicero quadem ad
Lẽtulum epiſtola ſcribit Clodium ipſum nõ pluris feciſſe bonã deã, q̃ tres ſorores.
¶Cliſthenes male audiit, et Comicoꝝ lacerat⁹ eſt ſatyris, q̃ paꝝ vir haberetur, ſe-
q; cultu indecoro in fœminam tranſfiguraret. Vnde adagia nata, Cliſthenẽ video,
et Cliſthene intemperantior.

¶Eadem nota inuritur Cleocrito, q̃ ad maiorem laſciuiam tunicis et veſtibus fœ 4
minam mentiretur.

¶Euclides Megaricus quũ Socraticę diſciplinę cupientiſſimus eſſet, neq; tamẽ au

deret Athenas ire (vbi profitebatur Socrates) q̃ capitale foret, ſi quis Atheniẽſiũ Megaris, aut Megarẽſium Athenis propter mutuũ vtriuſq; vrbis odiũ deprehẽderetur, muliebri veſte indut9 ad audiendum phũm ſub ipſam noctem itabat, ac demum ipſo aurorę diluculo reuertebatur. Author Gellius

¶ Omnium (quos eneruauit mollicies et delicię corruperũt) principem locũ maioremq; apud poſteros ignominiam meruit Aſſyriorum rex Sardanapl9, qui eo illecebrarum ſe demiſit, vt relicta maieſtate (qua princeps tãto debet excellere, quã to ſublimior eſt cæteris) poſitis maſculi ſex9 indumentis mentitus ſit fœminam, interq; puellas et Eunuchos euiratior ſpadone delituerit. Quę fuit cauſa vt ab Arbacto prefecto, laſciuiam tam corruptam peroſo ad incendium domus (in quã victus ſe receperat) et voluntariam mortem ſit coactus,

Mulieres habitum virilem mentitę.

1	Semiramis	5	Pelagia		Axiothea
2	Theodora	6	Ioanna Gallica		Phliaſia
3	Marina	7	Ioanna Anglica	9	Eugenia
4	Euphroſina	8	Laſthenia		

1 ¶ Lõge vero aliter fecit Semiramis Aſſyriorum regina, quę quum certo intelligeret, graue eſſe populo fœminam pati principãtem, mortuo marito virum mẽtita eſt, vt tantiſper iperaret, dum filius Nin9 (qui per impuberem adhuc ætatem regnare non poterat) adoleſceret / regnoq; foret idoneus

2 ¶ Laudabile fuit nec minus aſtutum Theodorę virginis Antiochenę cõmentum, quę militis ad ſe ſtuprandam miſſi libidinem et furorem adeo verbis emolliuit, vt nõ ſolum a flagicio deterruerit hominem, verum etiam mutatis cũ eo veſtimentis exitum a carcere (quo per Diocletianum fuerat intruſa) & impunitatem meruerit

3 ¶ Marina virgo natiõe Græca ſexum quoq; diſſimulauit, ſed honeſta de cauſa, vt ſcilicet admitteretur in Cœnobium quoddã, in quo ſoli viri recipiebantur / vbi ad mortem vſq; ſanctiſſime vixit nomine Marini.

4 ¶ Euphroſina virgo Alexandrina quũ animę tenus curioſa / corporis cultum nihili faceret, virũ mẽtita, pfecta eſt in cœnobium, in quo pater degebat, vbi durauit 36. annos nemini nota.

5 ¶ Pelagia mulier fuit Antiochena voluptatib9 et illecebris primũ deditiſſima, vt quę nulli rei attentius vacaret, q̃ corpori comendo, Tandem tamen meliore ducta ſpiritu / vbi aſpernari cœpit, quod pridẽ amabat maxime, virum ſe finxit. Et ne redi uiu9 aliquis priſtinę vanitatis fomes denuo repullularet, relictis hominũ colloquiis ſeceſſit in ſolitarias nemorum latebras, vbi ad mortem perſeuerauit conſtãtiſſime.

6 ¶ Nihil grauiore ſtomacho aut maiore animi indignatione excipiũt Angli, q̃ quũ audiũt verba fieri de Ioanna virgine Gallicana & bellatrice. Medii crepãt et apud ſe non ſunt prę furore, exiſtimantq; ſuam imbelliam et turpiſſimam fugam redargui, quotiẽſcũq; tam generoſę tantiq; ſpiritus puellę aliquis incidit ſermo. Habent pro rediuiuo vlcere, q̃ ab ea veſtimentis armiſq; virilibus induta inſtar leporum galeatorũ fugati ſint et extruſi Gallia, principante apud Gallos Carolo ſeptimo.

7 ¶ Scitũ eſt ex Chronicis et a maioribus ſcriptũ Ioannã Anglicã ab Ephebis ſexũ virilẽ ſimulaſſe, et tandẽ fato neſcio, quo aut fortuna volente ad pontificatũ perueniſſe, in quo annis circiter duobus ſederit poſt Leonẽ quartũ, neq; prius innotuerit facti veritas, q̃ a quodam ex domeſticis impręgnata, tandem emiſerit partum.

8 ¶ Diczarchus apud Cęliũ teſtis eſt, Laſtheniã Mantineã & Axiotheam Phliaſiã Platone vſas pręceptore, & ornatu virili auditotiũ nonnunq̃ intraſſe

Eugenia

¶Eugenia filia cuiusdã Philippi inter Romanos potentissimi, virum quoq; mẽtita est in cœnobio, quo se inclusit, vt domino commodius seruiret, 9

Meretrices quędam

1 Rhodope
2 Baryne
3 Spatale
4 Lais
5 Thais
6 Phryne
7 Faucula
8 Flora
8 Glycerĩũ
10 Leontium
11 Sinope
12 Metra
13 Niceta
Aquilina
14 Aphra
Digna
Eumenia
Eutropia
15 Maria Aegyptia
16 Maria Magdalena
17 Campaspe
18 Leęna
19 Lyde
20 Cyrene
21 Aspasia
22 Pithonica
23 Timandra
24 Chione
25 Lycisca
26 Philenis
27 Faula
28 Alce
29 Manulia
30 Stagonion
Anthis
31 Sappho
32 Mintha
33 Pandemus
34 Cynna
Salauaccha
Casaurium
35 Abrotonum
36 Anticyra
37 Hermia
38 Archidice
39 Pyrrhine
40 Cęlia

¶Rhodope meretrix fuit Aegyptia, quę tantas opes meretricio quæstu sibi comparauit, vt superbam & magnificam in Aegypto Pyramidem construxerit. Eam Sappho doricam vocat, & fratris sui Charaxi amicam his verbis, Arsit inops frater victus meretricis amore. Mixtaq; cum turpi damna pudore tulit. Sunt qui putẽt alteram fuisse Rhodopen Thraciam genere, quam Xantus Samius in Aegyptũ detulerit, itidem meretricem Pyramydis illius Authorẽ, & Aesopi fabulatoris Phrygij conseruam. Cui opinioni astipulatur Plynius li. 36 Nat. histo. De hac etiam meminit Plutarchus in Nicia, & Herodotus in Euterpe

¶Baryne Romana fuit meretrix, quam Horatius suis carminib⁹ illustrauit dicẽs, 2
Vllasi iuris tibi peierati Pœna Baryne nocuisset vnq̃.

¶Simili modo Martialis de Spatale scribit. Nouit Loturos Dasius numerare, popposcit Mammosam Spatalem pro tribus, illa dedit 3

¶Lais meretrix fuit Corinthia, ad quam propter formę elegantiam Græci omnes turmatim conuolabant. Claudianus in Eutropium. Haud aliter iuuenum flammis Ephyreia Lais, Et gemino ditata mari, Aristippo Cyrenaico cum ea fuit consuetudo, quod tamen flagicium Philosophus sic defendebat, vt diceret multum inter se et cęteros Laidis amatores interesse, q̃ipse haberet Laidem, Alij vero haberentur a Laide, Author Lactantius, qui etiam hoc ait, Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commearet, quum eum populus et riuales sui viderent omnibus perditis nequiorem? Ab hac meretrice quum Demosthenes petiisset, vt sui copiam faceret, et illa decem Drachmarum millia pro concubitu poposcisset, pecunię magnitudine deterritus et expauidus Philosoph⁹, pœnitere, inquit, tanti nonemo. Author Gellius, et post hunc Macrobius. Quam historiam Architrenius quoq; versibus mandauit. Non patitur Lais dubio Demosthene, nec quem Mouerat, euellit, perdendo prodigus auro Non emit amplex⁹, thalamos quę vendit, ementem Fallit et emptorem, mox pœnitet empta voluptas. De hac meretrice meminit. Propertius, Non ita complebãt Ephyręę Laidos ędes, Ad 4

cuius iacuit/Græcia tota fores. Ouidius. Multis Lais amata viris

5 ¶Thais fuit itidem meretrix/quę Atticam iuuentutem in sui amorē pellexit. Hāc suis carminibus celebrauit Menander poeta Græcus, Vnde et menandręa dicta est. Propertius. Turba menandręę fuerat nec Thaidos olim Tāta, in qua populus lusit Erictoni⁹. Martialis. Tale lemma est Menandri Thais. Idem. Thaida nocte volo. Fuit et altera Thais, quę suasu beati Panutij, ab impudica vita ad honestatem morum se conuertit

6 ¶Phryne meretrix Thespiensis (quę ciuitas est Bœotię) olim ī iudicium vocata/ dum sibi timeret a sententia iudicum, sublatis tunicis corpus denudauit, Cuius pulchritudine permoti iudices/liberam abire permiserunt. Neq; tam profuit pu ellæ Hyperidis actio et patrocinium, q̄ venustas formę/ Authore Quitiliano. Eidem quum apelles dedisset optionem eligēdę imaginis omnium (quas haberet) pulcherrimę, nec tamen ipse prodere voluisset, quęnam esset pulcherrima, hoc fabricauit commentum. Subornauit enim qui Apelli nūciaret officinam cum signis et tabulis conflagrare. Quo tristi nuncio permotus Apelles, per contari cœpit, esset ne saluus suus Cupido. Hoc itaq; dolo explorauit meretrix, quę nam esset tabula omnium ditissima, De hac meminit Propertius libro 1. Nec quę deletas potuit componere Thebas Phryne, tam multis facta beata viris

7 ¶Faucula clunia meretrix fuit alioqui tamen piētissima. Nam Annibale Capuam tenente/alimenta captiuis egentibus furtim suppeditabat

8 ¶Flora meretrix fuit, quę populum Romanum constituit hæredem. Vnde floralia sacra eidem confectata sunt, alio nomine Larentia vocatur. De hac vide Gellīū lib. 6. Cap. 7.

9 ¶Glycerium Thespiensis fuit meretrix, quę tabulam Cupidinis (quam a Praxitelegratis acceperat) Thespiensibus quoq; dono dedit

10 ¶Leontium Gellius scribit fuisse meretricem, quę Theophrasti libris doctissime responderit.

11 ¶Sinope scortum fuit nobile celebratę q; lasciuię, hinc Sinopissare verbū est libidinari et lasciuire

12 ¶Erisicthon quidam Thessalus quum absumptis facultatibus ad extremam deuenisset inopiam, coactus est filiam (quā habebat liberali forma) Metrā nomine prostituere. Ad quam qui commeabant adolescentes/corporis copiam non assequebātur/nisi equos/boues/amplissimaq; deferrent munera, quia nōdum id temporis repertus fuerat gemmarum vsus. Porro Thessali per iocum dicebant Metram Erisicthonis verti in ea omnia quę illi ab/amatoribus donabātur. Vnde fluxit prouerbiū. Mutabilior Metra Erisicthonis

13 ¶Niceta et aquilina sorores/quū corporis quęstu mererent/missę sunt a rege Dagnę ad corrumpendum beatum Christophorum, inculcandum q; ei falsę religionis cultum. Verum aliter res se habuit, Nam et ipsę ad fidem conuersę sunt, et iussu regis interfectę.

14 ¶Aphra fuit meretrix in Creta, quę vna cum tribus ancillis/Digna/Eumenia/& Eutropia, cunctis se prostituebat. Tandem tamen a Narcisso hierosolymarum episcopo ad bonam frugem reuocata, voluptati repudium misit, et christianam secuta est religionem, pro qua etiam martyrium passa est

15 ¶Maria Aegyptia annos nata duodecim/relictis parētibus Alexandriam se contulit, vbi 17. annos corporis sui copiam fecit cuicunq; petenti, adeo vt quū non haberet stipem, quam nautis exolueret, corpus suum obtulerit pro naulo. Tandē autē

quum ad

quum ad adorandam crucem (in qua pependerat Chriſtus) vna cum aliis profecta/ab omnibus ob impudicam repelleretur vitam, cœpit protius moueri pœnitentia, et corpus conterere/quod prius voluptati deuouerat. Profecta ergo trans Iordanē ſeceſſit in latebras nemorum/vbi tribus (quos ſecum tulerat) paníbus annos 17 vixit, Perſtititq; adeo feruenter & durauit, vt veſtimentis putrefactis remanſerit nuda/membris omnibus æſtu denigratis. Peractis illis 17 annis/durauit aliis 30/manſitq; ſine cibo, gratia ſpirituali abunde paſta.

¶ Eodem modo Maria Magdalena Syri et Eucharię filia/Lazariq; & Marthæ ſoror, aliquot annis voluptatibus indulſit, adeo vt peccatricis mernerit nomen. Demū tamē vbi ad Chriſti in Simonis leproſi domo recumbentis pedes ſe prouoluiſſet, ſuiſq; rigaſſet lachrymis/capillisq; abſterſiſſet, et delibuiſſet vnguento/veniam impetrauit. 16

¶ Plyni⁹ ſcribit Campaſpen meretricem fuiſſe forma admodum liberali, quā Alexander Apelli pictori eam depereuntis dono dederit. 17

¶ Authorum monumentis celebratur Leęna meretrix, quę nullis tormentis cogi potuit, vt Armodium et Ariſtogitonem tyrannicidas proderet/In hoc Anaxarchum imitata/quiquum ſimili de cauſa torqueretur/pręciſam dentibus linguam in tortores expuit. Authores Plynius & Lactancius 18

¶ Lyde ſcortum celebratur Horatio libro ſecundo carminum dicēti. Quis deuium ſcortum Eliciet domo Lyden 19

¶ Ferunt ſcortum quoddam fuiſſe nomine Cyrenem/quę in peragēda venere duodecim figuris vſa ſit. Author Eraſmus in explanatiane illius adagij. Duodecī artium homo 20

¶ Aſpaſia meretrix fuit, cuius gratia et ſuaſu Pericles Samios expuguauit. Author Plutarchus 21

¶ Idem in Phocione ſcribit Pithonicam fuiſſe meretricem/quam Harpalus Alexandri domeſticus ſupra modum adamauerit 22

¶ Eodem teſte Alcibiades Athenienſis meretricem habuit chariſſimam Timandram nomine, quę mortuo tumulum pro facultatibus ſuis magnificū erexit. Cū hac oppreſſus eſt Alcibiades ipſe a Lyſandro 23

¶ Chione nomen eſt ſcorti apud Martialem lib. 1. dicentem. A Chione ſaltem, vel Laide diſce pudorem, Abſcondunt ſpurcas hęc monumenta lupas 24

¶ Apud eundem notatur Lyciſca, vt fellatrix & lupa, his verbis. Facere in Lyciſcā Paule me iubes verſus, Quibus illa lectis rubeat/& ſit irata. O Paule malus es, irrumare vis ſolus. Itē apud Iuuenalem, Nomen mentita Lyciſcę 25 26

¶ Philenis meretrix fuit, quam Philochrates poeta Græcus ſuis carminibus lacerauit. De hac etiam meminit Martialis lib. 7 27

¶ Verrius apud Lactancium teſtis eſt Faulam Herculis ſcortum fuiſſe 8

¶ Alcen quandam fuiſſe meretricem palam eſt ex verbis Gellij li. 4. ſcribētis. Dicebat Pythagoras ſe Euphorbum primo fuiſſe/deinde Pyrandrum/deinde Callidenā, deinde fœminam pulchra facie meretricem. cui nomen fuerit Alce 29

¶ Manulia fuit meretrix, cui Hoſtilius Mancinus diē dixit ad populum, ꝙ de ambulacro eius noctu lapide ictus eſſet. Author Gellius 30

¶ Apollodorus prodit meretriculas quaſdam fuiſſe Aphias. i. Apuas cognominatas, ꝙ minutulę forent, albęq; oculis grandioribus. Nomina eis fuere Stagonion & Anthis 31

¶ Scribit Cęlius Sapphō e Leſbo meretricē fuiſſe/ſed nō poetriam, quoniā Lyri-

ea Scandronymi fuit filia altera aſcorto

32 ¶Fingũt fabulę Mintham Plutonis fuiſſe pellicem/quam Proſerpina dolis circũuenerit, et in hortenſem mentam commutauerit

33 ¶Pandemus meretriculę cuiuſdam fuit nomen, Authore Cęlio

34 ¶Ariſtophanes in Comœdijs ſcripſit Cynnam/Salauacham et Caſaurium fuiſſe Athenis celebres et forma exuperanti meretriculas

35 ¶Abrotonũ meretricis nomen eſt, quam Themiſtoclis fuiſſe matrẽ Amphicrates apud Cęlium prodit in libro de viris illuſtribus

36 ¶Fuit Anticyra meretrix, quam inde nuncupatam ferunt, ꝙ cum mẽtis emotę hominibus furentibuſq; diſcumberet, vel ꝙ Nicoſtratus medicus moriens hellebori vim ei magnam reliquerit

37 ¶Hermia fuit meretrix, cui prę nimio amore ſacra fecit Ariſtoteles, eiusq; laudibus hymnos dicauit, Vnde ab Eurimedõte ſeu Demophilo accuſatus relictis Athenis (vbi 30. annos docuerat) Chalciden ſe recepit. Author Origenes

38 ¶Herodotus in Euterpe ſcribit Archidicẽ Græcã fuiſſe meretriculã, cuius amore inſaniens Charaxus frater Sapphus Mitylenen redierit

39 ¶Inter Corinthias meretrices nominãtur Lais/Cyrene/Leęna/Sinope/Pyrrhine/Sicyone

40 ¶Martialis li. 7. Epig, notat Cęliam/ꝙ cuicunq; petenti corporis ſui copiam faceret. Vide verſus in hiſtoria de libidinoſis

Lenones & Lenę

1 Dipſas 3 Cinnarus 5 Hylaria
2 Crobylus 4 Silo

1 ¶Dipſas nomen eſt lenę, quam Ouidius lib. 1. Eleg. ſuis carminibus inſectatur, ꝙ puellam ſuam meretricia arte inſtrueret. Sic autem ſcribit. Eſt quędam (quicunq; volet cognoſcere lenam Audiat) eſt quędam nomine Dipſas anus &c.

2 ¶Crobylus leno fuit ſceleſtiſſimus. Is duo ſcorta domi alebat, quorum lenocinijs ꝙ plurimos adoleſcentes in perniciem allitiebat, allectos compilabat furto. Vnde natum adagium. Crobyli iugum, quod de conuentu & ſocietate duorũ hominũ (ꝙ pari ſunt improbitate) dici conſueuit.

3 ¶Timeus apud Eraſmũ teſtis eſt Cinnarũ quẽpiam fuiſſe, patria Selinuſium, arte Lenonem, qui quoad viuebat, pollicebatur ſe facultates omnes veneri conſecraturũ, Cæterũ moriens populo diripiendas expoſuit.

4 ¶Catull⁹ inuehitur in quendã Silonem, quem vt lenonem arguit.

4 5 ¶Aphra meretrix (quam diximus a Narciſſo hieroſolymarũ epiſcopo a turpi & immũdo quęſtu reuocatã fuiſſe) matrem habuit Hylariam, quę ſolis Lenocinijs victum ſibi comparabat.

¶Placet in medium afferre verba ſcitu digniſſima, quibus Aegidius Maſerius familiaris meus doctiſſimus/lenarum dolos et perniciem ad vnguẽ exprimit. Turpiſſimum (inquit in Valerium flaccum) lenarum ſtudium, quę virgineas mentes mel le perungunt. vt fel infundãt. Promiſſis euerberant, molliũt dulciloquijs, honeſtatis ſpecie & vtilitatis damna ingerunt & inhoneſta, opportunum tempus aucupantes laqueos tendunt, quos vix Lucretia vitaret, Eſcam parant, quam vel ſatur Hippolytus ſumeret, Arma mouent, quę virginitatis dea Aegide nõ propulſaret. Muera oſtendunt (Danaen omitto) inconcuſſum Penelopes animum euerſura. Minas obiiciũt/quas Suſanna expaueret. Quot quęſo Proſerpinas his harpagonibus Pluto corripit? Hęc et alia multo plura Maſerius.

Proci diuerſa aum

Proci diuerſarum Mulierum.

¶Hippoclides Tiſandri fuit filiꝰ, qui quum multis aliis iuuenibus Cliſthenis Sicyonij filiam ambiuit. Author Herodotꝰ, qui filiam illam Agariſtam vocat / alioſq; eiꝰ procos enumerat Smyndridem, Sybaritem, Syritanũ, Damaſum, quos ab Italia ad certamẽ veniſſe ſcribit. Venerunt eodẽ teſte ex Ionio ſinu Amphineſtrꝰ Epidamnius, Aetolus, Meges. E Peloponneſo Leocides Phidonis Argiuorum tyrãni filius, Amianthus, Arcas, Laphanes. Heleus. Ex Attica Megacles Alcmęõis filiꝰ. Ex Ethruria Lyſanias. E Theſſalia Diactorides, Crãnonius, Ex moloſſis Alcon. Conuenerant autem in Græciam, vt in Olympico certamine vires ſuas oſtentarent, quoniam pater puellę Cliſthenes Ariſtonymi filius proclamauerat, eiſe daturum filiam, quam in certamine pręſtantiſſimum reperiſſet.

¶Proci Hippodamię Oenomai filię numerãtur Marmax / Alcathus Parthaonis filius, Euryalus / Eurymachus, Crotalus, Acrias Lacedęmoniꝰ, Capetus / Lycurgus / Laſius, Chalcodus, Tricolonus. Ariſtomachus, Prias, Pelagꝰ Aeolius, Cromius. Erythrus Leuconis filius. Alii tamen enumerantur Merinnes, hippotous, Pelops, Opontius / Acarnan / Eurymachus, Euryochꝰ, Automedon / Laſius, Calchon, Tricoronus, Alcathus, Ariſtomachus, Crocalus. Cęlius ſcribit Marmaca omniũ primum veniſſe hippodamię procum, et ante alios ab Oenomao necatũ. Equaſq; eius tradunt vocatas Partheniam et Eripham, quas quum iugulaſſet Oenomaus, iuſſit ſepeliri.

¶Abſente Vlyſſe proci ex diuerſis locis conuenerunt, vt caſtitati Penelopes inſidiarẽtur. fueruntq; Dulchii 52 / Samij 24, zacynthij 20, Ithacenſes 22, ex quibus hi ab Homero nominãtur. Antinous, Eurynous, Eurymachus / Leocritꝰ / Neſo, Pyſander, Heſippus / Agalus / Leocles / Ampinomus / Demotholomeus, Medon pręco, Euphemus citharœdꝰ. Quos omnes reuerſus Vlyſſes occidit. Ouidiana Penelope nonnullos his verbis enumerat. Dulchij, Samiiq;, et quos tulit alta Zacynthos Turba ruunt in me luxurioſa proci. Quid tibi Piſandrum / Polybum, Medontaq; dirum Eurymachiq; auidas / Antinoiq; / manus Atq; alios referam? quos omnes turpiter abſens Ipſe tuo partis ſanguine rebus alis. Irus egens, pecoriſq; Melãthius author edendi Vltimus accedunt in tua damna pudor. De Antinoo Propertius li. 4. meminit. Penelopem quoq; neglecto rumore mariti, Nubere laſciuo cogeret Antinoo.

¶Fuit Hippomenes vnus ex procis Atalãtę virginis Arcadicę, quę cũ amatoribus certabat curſu. Vnde Statius libro 1. Syl. Vidi ego et immiti cupidum decurrere campo Hippomenem.

¶Claudianus lib. 1. de Raptu facit Martem et Apollinem Proſerpinæ (priuſq; a Plutone rapta fuiſſet) procos, vbi ait. Perſonat aula procis, pariter pro virgine certant. Mars donat Rhodopẽ, Phœbus largitur Amyclas, Mars clypeo melior, Phœbus pręſtantior arcu. ¶Virgilius / Ouidius, et Auſonius inter procos Didonis numerant Hiarbam Getulorum regem. Propterea Dido ipſa apud Auſonium ſic loquitur. Sed furias fugiens, atq; arma procacis Hiarbę Seruaui fateor morte pudicitiam. ¶Saxo Grammaticus facit Otharum quẽdam fortiſſimum, procũ Syrithæ virginis pudiciſſime, Hildigiſleũ vero Theutonicum Sygnis puellę / Sigari cuiuſdam filię.

Riuales ſeu eiuſdem
puellę amatores.

¶ Anauſis (de quo meminit Val. Flacc⁹ lib. 6. Argon) riualis fuit Stiri Albani.
¶ Excandeſcit Catull⁹ in raudum riualem, vt puellę ſuę furem, vbi ait. Quęnam te mala mens miſelle Raude Egit pręcipitem in meos iambos?
¶ Idem Catullus ægre fert leſbium riualem ſibi ob pulchritudinem a leſbia prępoſitum, vbi ait, Leſbi⁹ eſt pulcher, quid ni, quē leſbia malit, Q̃z te cū tota gente Catulle tua. ¶ Idem Catullus vocat Mamurram Phormianū et Cæſarem ſocios riuales, Q̃z durū ſit autem et intolerabile riualem pati, Propertius docet illis verſibus.

Te ſocium vitę, te corporis eſſe licebit,
Te dominum admitto rebus amice meis.
Lecto te ſolum, Lecto te deprecor vno,
Riualem poſſum non ego ferre iouem.

Raptores diuerſarum puellarum.

1	Pluto rapuit, pſerpinā		Sabinas	17	Hercules Pyrenen
2	Eurytⁱ Hippodamē	9	Pyrrh⁹ Andromachē	18	Iupiter æginā
3	Theſeus Ariadnen	10	Aiax Caſſandram	19	Caſtor Phœben
4	Paris Helenam	11	Neſſus Deianyram		Pollux Ilairā
5	Tarquinius Lucretiā	12	Apharetus Marpiſſā	20	Apollo Marpiſſā
6	Telamon Heſionen	13	Catheus Saliam	21	Axus Perhibiā
	Achilles Briſeidem	14	Tlepolem⁹ Aſtiothiā		Iupiter Europen
	& Diomedam	15	Aiax Telamonius		Hercules Augen
7	Boreas Orithyā		Tecmeſſā		Dryope Hylam
8	Romulus Herſiliā &	16	Iaſon Medeam		

1 ¶ Rapuit Pluto proſerpinam / Cererisfiliam. vnde a Claudiano infernus raptor dicitur. Ouidius. Raptor agit currus, & nomine quēq; vocādo Exhortatur equos. Syllius lib. 14, Hac Stygius quōdam ſtimulante cupidine raptor Auſus adire diem, mœſtoq; Acheronte relicto, Illicitas egit currum per inania terras. Tum rapta pręceps Ennęa virgine ceſſit. Pontan⁹ de ſtellis. Hinc etiam Graij vates, Aetneia furta, Et raptus Siculę toties fleuere puellę

2 ¶ Eurytus Centaurus hippodamen rapuit. Ouidius lib. 12. Eurytus Hippodamen, alij quam quiſq; probabat, Aut poterat rapiunt.

3 ¶ Theſeus Ariadnam Minois regis filiam, et Helenā ipſam, priuſq; Paris non offenſa tamē eius virginitate. Ouidius. Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Theſe⁹ Idem lib. 1. de arte. Forma viros neglecta decet. Minoida Theſe⁹ Abſtulit a nulla tempora comptus acu.

4 ¶ Paris Helenam, vnde fax belli Troiani ſecuta eſt. Ouidius lib. 12. Victⁱ⁹ es a timido Graię raptore maritę. Idem in Epiſtola Hermiones. Tyndaris ideo trās ęquora ab hoſpite rapta Argolicas pro ſe vertit in arma manus. Sidoni⁹. Raptor depopulatus eſt Amyclas Prędam trans pelagus petens ſequacem.

5 ¶ Tarquinius ſextus Lucretię virginis Romanę pudicitiam per vim expugnauit. Cuius rei dolore manum ſibi intulit puella, Hūc raptum graphice deſcribit Ouidi⁹ lib. 2. Faſtorum, Seneca in Octauia. Nata Lucreti ſtuprum ſęui paſſa tyrāni.

6 ¶ Telamon Græcus Heſionem puellam Troianam, & Achilles Briſeida. Ouidi⁹ in Epiſtola Acontij. Heſionem Telamon, Briſeida cepit Achilles, Vtraq; victorē nempe ſecuta ſuum. Idē Achilles rapuit Diomedam Phorbantis filiam e Leſbo.

7 ¶ Boreas Orithyiam filiam Erictheī Athenarū regis. Ouidi⁹ li. 1. Eleg. Si ſatis es raptę Borea memor Orithyię. Properti⁹ li. 3. Infelix Aquilo raptę timor Orithyię

8 ¶ Romulus Sabinas & Herſiliam. Ouidius de arte. Prim⁹ ſollicitos feciſti Romule ludos

le ludos Quum iuuit viduos rapta Sabina viros. Pamphilus. Romani si forte duces rapuere Sabinas.

¶Pyrrhus Achillides Lanassam Herculis neptem, & Andromachen. 9

¶Aiax Oilei filius Cassandram. Ouidius in ibin. Vtq; ferox perijt, & fulmine & 10
æquore raptor

¶Nessus Centaurus Deianyram Herculis vxorem, vt scite docet idē Ouidi⁹ li. 9. 11

¶Euenus Martis & Stropę filius ex Alcippa Oenomai filia Marpissam suscepit, 12
quam Apharetus visam ex chorea rapuit. Author Plutarchus.

¶Simili modo Catheus nobilissimus adolescens Saliam virginem Anij Thusco- 13
rum regis filiam adamauit vsq; ad raptum. Idem testis.

¶Tlepolemus Astyothiam ex Ephyra Peloponnesi vrbe rapuit. 14

¶Aiax Telamonis filius Tegmessam, Horatius. Mouit Aiacem Telamone natū 15
Forma captiuę dominum Tegmessę

¶Iason Medeam Aętę Colchorum regis filiam, quam postea reliquit superindu 16
cta Creusa.

¶Hercules Pyrenem virginē Bebryciam, a cuius nomine montes Pyrenęi nomē 17
sumpserūt. Syllius. Nomē Bebrycia duxere a virgine colles, Hospitis Alcidę crimen, qui sorte laborum Geryonis peteret quum longa tricorporis arua, Possessus Baccho sęua Bebrycis in aula Lugendam famę sine virginitate reliquit Pyrenen.

¶Iupiter Aeginam rapuit prope Acrocorinthum, 18

¶Castor Phœben/ Pollux Ilairam sorores Leucippi filias. Propertius lib. 1. Non 19
sic Leucippis succendit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Ilaira soror

¶Apollo Marpissam Eueni filiam et Idę vxorem. Idem Propertius. Non Idę 20
et cupido quondam discordia Phœbo Auecta externis Hippodamia rotis.

¶Axus Oceani filius rapuit Perhibiam, ¶Iupiter Europam. Seneca. Modo per 21
fluctus raptam europam, Taurum tergo portasse trucem.

¶Hercules Augen, Idem Seneca. Arcadia nempe virgo Palladios choros Dū nectit Auge, vim stupri passa excidit. ¶Dryope Nympha Hylam.

Nutrices diuersorum hominum.

1	Philix Domitiani	8	Acca laurētia romuli		Adrastea		
2	Polycha Oedipi	9	Nysa Bacchi		Ida		
3	Barce Sichei	10	Amycla alcibiadis	14	Ino Bacchi		
4	Charme Scyllę	11	Hellanice Alexādri	15	Hypsiphile arsinoes		
5	Caieta Aeneę	12	Eupheme musarū	16	Caphyrna Neptuni		
6	Beroe Semeles	13	Amalthea Iouis	17	Spaco Cyri		
7	Aceste filiarū adrasti		Melissa	18	Euryclia Vlyssis		

¶Philix nutrix fuit Domitiani, quę domini cadauer populari Sandapila per vespil 1
lones exportatum in suburbano suo Latina via funerauit. Author Suetonius.

¶Polycha nutrix fuit Oedipi, quem pater laius deuouerat, q; eius manu periturum 2
se ab oraculo didicisset

¶Barce nutrix Sichei Phœnicū ditissimi et mariti Didonis. Virg. li. 4. Aen. Tū 3
breuiter Barcen nutricem affata Sichei, Annam chara mihi nutrix huc siste sororē.

¶Charme Scyllę puellę. Vnde Virg. in Cyri. Illa autem quid nunc me inquit nu- 4
tricula torques.

¶Caieta Aeneę. Vir. li. 7. Aen. Tu quoq; littorib⁹ nostris Aeneia nutrix Aeter- 5
nam moriēs famā Caieta dedisti. Martialis. Seu placet Aeneę nutrix, seu filia Solis

6 ¶Beroe Semeles, quę fuit mater Bacchi. Ouidius lib. 3. Meta. Ipſaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

7 ¶Aceſte nutrix fuit filiarum Adraſti, Statius lib, 1. Theb. Tunc rex lōgeuus Aceſten (Natarum hæc altrix, eadē et fidiſſima cuſtos) Imperat acciri.

8 ¶Accam Laurentiā Romuli fuiſſe nutricem teſtis eſt. Plynius lib. 18. Cap. 2. Itē Statius li. 1. Syl. Iam ſecura parens Thuſcis regnabat ī vndis Ilia, portantem laſſabat Romulus Accam.

9 ¶Nyſa Bacchi fuit nutrix, quam Plynius ait ſepultam fuiſſe prope Scythopolin.

10 ¶Habuit Alcibiades nutricem nomine Amyclā, vel (vtalij legunt) Amydā, Pędagogum vero z opyrū. Teſtis Plutarchus in Iycurgo et Alcibiade.

11 ¶Fuit et Hellanice nutrix Alexandri, teſte Curtio,

12 ¶Eupheme nutrix fuit muſarū, quę filium nomine Erotum ſuſcepit Parnaſi incolam, et venationi deditum.

13 ¶Amalthea et Meliſſa iouem infantulum caprino lacte fouerunt, hinc orta fabula, qua poetę nutritum a capra fabulati ſunt. Pontanus. Poſt hinc et pecus Oleníum/& Iouis inclyta nutrix. Alij tamen dicunt iouem ab Adraſtea & Ida Meliſſei filiab⁹ nutritum, vt docet Eraſmus in illo adagio. Copię cornu.

14 ¶Ino fuit nutrix Bacchi. Ouidius in ibin. Vt teneri nutrix, eadē matertera Bacchi. Statius lib. 2. Syl. Quid te poſt cineres deceptaq; funera matris Tuti⁹ Inoo reptātem pectore Bacche? Ammoni⁹ grāmatic⁹ ponit Feſulā vnam e Bacchi nutricib⁹.

15 ¶Archemor⁹ filius Lycurgi regis Thracum nutricem habuit Hypſiphile m, quę quum infantem in herba reliquiſſet, depaſtus eſt a ſerpente, Statio authore

16 ¶Caphyrna ſeu Calphurnia Oceani filia Neptunum educauit vna cum Rhodijs. Teſtes Annius in Beroſum/& Calderinus in Statium.

17 ¶Spaco nutrix fuit Cyri, quę dictio quoniam' mœdorum lingua canem ſignificat, factum eſt, vt Cyrus credit⁹ ſit nutritus a cane. Teſtis Herodotus in Clio.

18 ¶Eryclea ſeu Euryclia nutrix fuit Vlyſſis, de qua Ouidius in Epiſtola Penelopes intelligit, dicens. Hoc faciunt cuſtoſq; boum, longęuaq; nutrix.

Obſtetrices.

¶Plynius lib. 28. Cap. 7. Sotyram & Salpem obſtetrices facit, quarum etiam placita in quibuſdam morborum remedijs citat. Idē li. 32. Cap. 6. de Salpe meminit.

Ancillæ quædam.

1	Cybale Simili	7	Tegmeſſa aiacis	13	Elos athamantis
2	Lathris Cynthię	8	Naæra Cleopatrę	14	Chionia Anaſtaſię
3	Cypaſſis		Charmione	15	Lardana
4	Phyllis phocei	9	Agar Abrahę	16	Titula
	Bryſeis achillis	10	Gyge paryſatis	17	Plecuſa Dianę
5	Galantis Alcmenę	11	Treſſa Thaletis		Lagopice
6	Ocreſte Tanaquilis	12	Rhodope Iadmonis		Proconneſia.

3 ¶Cybale ancilla fuit pauperis cuiuſdam Simili, cuius paupertatem Virgil. deſcribit in Moreto, Idem ibidem. Exuit interea Cybale quoq; ſedula panem.

2 ¶Lathris ancilla fuit Cynthię Propertianę. Idem lib. 4. Delicięq; meę Lathris, cui nomen ab vſu eſt.

3 ¶Cypaſſis ancilla fuit Corinnę. Ouidius lib. 2. Eleg. Comendis in mille modis pfecta capillis, Comere ſed ſolas digna Cyppaſſi deas.

4 ¶Phyllis Troiana Phocei, Bryſeis Achillis. Horatius. Ne ſit ancillę tibi amor pudori Xanthię Phoceu, prius inſolentem Serua Bryſeis niueo colore Mouit Achillē.

¶Galantis ponitur

¶Galantis ponitur ab Ouidio ancilla Alcmenę matris Herculis lib.9, vbi ait. Vna 5
miniſtrarum media de plebe Galantis Flaua comas aderat faciendis ſtrenua iuſſis.
¶Plynius lib.34.Cap.27.facit Ocreſtem Tanaquillis reginę ancillam. 6
¶Tegmeſſa Aiacis Telamonij, Caſſandra Agamennonis. Horati9. Mouit Aiacē 7
Telamone natū Forma captiuæ dominū Tegmeſſę, Arſit Atrides medio in triū=
pho Virgine rapta.
¶Naæra et Charmione duę fuerunt Cleopatrę ancillę, quę ſpontaneam dominę 8
mortem ſecutę ſunt, ac ſuis gladijs ſe confoderunt. Author Plutarchus
¶Agar ancilla fuit Abrahæ, a cuius nomine Agareni dicti ſunt, qui et Sarraceni a 9
Sarra eiuſdem Abrahæ vxore nominantur.
¶Gyge ancilla fuit Paryſatis reginę Perſarum & matris Cyri. Author Plutarch9 10
¶Threſſa Thaletis fuit ancilla, quę Thaletē ipſum in foueā collapſum obiurgaſſe 11
dicitur, ꝙ cœleſtia ſcire cuperet, quum ne proſpicere quidem potuiſſet, quę ad pe=
des eſſent. Author Theodoricus Cyrenenſis
¶Herodotus in Euterpe ſcribit Rhodopen Thraciam ancillam fuiſſe Iadmonis 12
Samij.
¶Elos ancilla fuit Athamantis, a cuius nomine dicta eſt vrbs Achaię Alos. 13
¶Chionia beatę Anaſtaſię fuit ancilla, 14
¶Lardana apud Herodotum nomē eſt ancillę, a qua fluxerunt Heraclidę 15
¶Titula ſeu Philotis nomen eſt ancillę Romanę apud Plutarchum in Camillo, & 16
apud Macrobium lib.1.Saturnalium.
¶Plecuſa fuit ancilla Dianę, de qua martia, lib.2. Et cecidit ſectis icta Plecuſa co= 17
mis. ¶Apud eundem lib.7. Lagopice nomen eſt ancillę
¶Proconneſia ancilla eſt apud Plynium, quę eiuſdem diei coitu alterum domino
ſimilem, alterum procuratori eius peperit.

Eunuchi & Spadones.

¶Ariſtonic9 fuit Eunuch9 Ptolemęi. ¶Phileterus Lyſymachi. ¶Dorotheus prę
ſul Antiochenus natura fuit Eunuchus.
¶Fauorinus quoq; philoſophus Arelate oriundus fuit Eunuchus Hadriano prin
cipi maxime infenſus. Propterea tria de ſe mira prędicabat. ſe Gallum Græciſſare,
Eunuchum mœchum putari, inimicum imperatori viuere. ¶Hyacinthus & Pro=
thus Eunuchi fuerunt Eugenię filię prętecti ſub Maximiano.
¶Narſes fuit Eunuchus. Iuſtiniani principis cubicularius, e Cartulario & Biblio=
pola princeps copiarum fact9 poſt Beliſarium, qui multis reb9 prędare geſtis tan=
dem ſiue inuidia, ſiue fortuna, ſiue populi accuſatione in odium Iuſtiniani & vxo=
ris eius deuenit, adeo vt imperator literas ad eum dederit plenas ignominię, quib9
eum monebat, vt ad colum, penſum/et lanas rediret. Tum ille irat9, ducā (inquit)
tale penſum, talemq; ordiar telam/quā non facile ſit vobis explicare. Itaq; vt iniuriā
vlciſceretur, Longobardos Romam iandiu inuadere cupiētes conuocauit.
¶Parthenius & Calocerus Eunuchi Tryphonię vxoris Decij, martyres facti ſunt
ſub eodem principe. ¶Ananias, Azarias & Miſael pueri nobiles, natiōe iudęi fue
runt, quos Nabuchodonoſor captos duxit Babylonem, & ibidem caſtrauit, deditq;
Aphanam Eunuchorum prętecto. ¶Paroneten9 fuit Spado, quem Plynius ait in=
genti precio fuiſſe emptum. ¶Arnaces Eunuchus fuit, quem Themiſtocles acce=
pit in deditionem. Plutarchus in Ariſtide. ¶Tyreus Eunuchus fuit et cubicularī9
vxoris darij ¶Didymus fuit quiſpiam Eunuchus, qui vxoris ſuæ copiam omnibus
faciebat, vt eo diteſceret modo. ¶Photinus fuit Eunuchus Ptolemęi, qui in grtiam

Cęſaris victoris, Pompeium ſuaſit interimendū, Lucan⁹. Auſus Pompeiū Lœtho dānare Photin⁹ ¶ Ganymedes fuit Eunuch⁹ et nutrici⁹ Arſinoes, de quo Lucanus lib. 10. A famulo Ganymede dolis peruenit ad hoſtes Cæſaris Arſinoe. ¶ Bagoas fuit ſpado, qui Alexandrum obſequio corporis ſibi deuinxit. Author Cælius. ¶ Cor. Tacitus ſcribit Pelagonem fuiſſe Spadonem, quem Nero Centurioni & manipulo miniſtrum regiū prępoſuerit. ¶ Poſſidius fuit Eunuchus Meſſalinę vxoris Claudij Tiberij. cui imperatrix ipſa, poſt triumphum Britannicum inter militariū fortiſſimos arma inſignia tanq̄ participi victorię dono dedit. Author Sex. Aurelius ¶ Sporus fuit Spado Neronis, quem Nero ipſe exectum formare in mulierē tentauerat. Hic dominum iuuit ad inferendam ſibi mortē. ¶ Fuit Menophil⁹ Mithridatis Pontici regis Eunuchus. Author Ammianus Marcellinus, ¶ Amantius fuit Eunuchus Iuſtini imperatoris. ¶ Hermotim⁹ Xerxis. Author Herodotus, ¶ Candaces Aethiops natione fuit Eunuchus et Chriſti diſcipulus. ¶ Sylla et Cotta cū vnico teſticulo nati ſunt. Author Blondus. ¶ Halotus fuit Eunuchus Agrippinę & pręguſtator Cæſaris Claudij, qui ſuaſu imperatricis, boleto medicato dominum interfecit, Author Suetoni⁹. ¶ Bochis Eunuchus fuit Statyrę & Rhoxanę ſororum Mithridatis.

Inceſtuoſi

1 Anchemolus
Caſperia
2 Artaxerxes
Atoſſa
3 Tereus
Philomela
4 Menephron
5 Caunus
Biblis
6 Myrrha
Cynara
7 Macareus
Canace
8 Cleopatra
9 Themiſon
10 Oedipus
Iocaſta
11 Cydon
12 Thyeſtes
Europa
13 P. Clodius
14 Secūd⁹ philoſoph⁹
15 Antiochus
16 Stratonice
17 M. Antonius
Fauſtina
18 Ant. Caracalla
Iulia
19 Ptolemęus
Berenice
20 Theodoricus
21 Capronia
22 C. Caligula
23 Commodus
24 Aufilena
25 Nereus
Doris
26 Phœnix
27 Phinidę
Cleopatra
28 Pto. Philadelphus
Arſinoe
29 Hypermeſtra
30 Hęmon
Rhodope
31 Leucon
32 Armitus
Medulina
Cyanippus
Cyane
33 Valeria
Valerius
34 Papyrius
Canuſia
35 Gidica
Phædra
36 Tucia
37 Syſimibritas
38 Agrippina
39 Perdix
Polycaſte
40 Claudius Cęſar
Agrippina
41 Io. Ariminus
42 Cambyſes
43 Scythes
Opœa
44 Philippus
Chriſtiana
45 Nycteus
Nyctimene

1 ¶ Anchemolus fili⁹ Rheti Matrhubiorū regis nouercā ſuam Caſperiā ſtuprauit. Virgi. li. 10. Hinc Sthelenū petit, & Rheti de gēte vetuſta Anchemolū thalamos auſum inceſtare

auſum inceſtare nouercę.

¶Artaxerxes puellam Atoſſam perditiſſime adamauit, Quo factũ eſt, vt poſt fre 2
quentem veneris conſuetudinem, eam in matrimonium duxerit contemptis Græ
corum legibus, Author Plutarchus.

¶Tereus rex Thracum Martis filius ex Biſtonide Nympha, Philomelam filiam 3
Pandionis regis Athenarum, vxoris ſuę Prognes ſororem ſtuprauit. Ouidius li. 6.
Meta. Faſſuſq; nefas et virginem et vnam Viſuperat, fruſtra clamato ſępe parẽte.
Auſonius. Intulit inceſtam tibi vim Philomela ferus Thrax.

¶Menephron iacuit cum matre. Ouidius lib. 7. Meta. Dextera Cyllene eſt, in qua 4
cum matre Menephron Cõcubiturus erat ſęuarum more ferarum. Quintianus in
Cleopol. Flagret ſi matris amore Menephron.

¶Caunus Mileti ex Cyane filius, quũ eſſet forma liberali, adamatus eſt a ſorore 5
Biblide ad inceſtum vſq;, cuius pœnitentia poſtea ſe interfecit. Ouidius lib. 9. Biblis
Apollinei correpta cupidine fratris Non ſoror vt fratrem, nec qua debebat, amauit.
Idem lib. 1. de Arte. Biblida quid referam, vetito quę fratris amore Arſit, et eſt la=
queo fortiter vlta nefas? Architrenius. Biblíſq; ſororia fratri. Alij dicunt Biblidem
ab ipſo Cauno repulſam ſibi mortem intuliſſe. Petrarcha. Biblida qui vetito can=
taret amore furentem. Calentius. Quas non per terras, quę non per littora Biblis,
Teq; tu amq; gemens Caune ſecuta necem eſt?

¶Myrrha Cynarę Cypriorum regis filia, rem habuit cum patre, & ex eo concubi= 6
tu ſuſcepit Adonidem. Ouidius lib. 10. Accipit obſcœno genitor ſua viſcera lecto
Virgineoſq; metus leuat, hortaturq; timentem. Plena patris thalamis excedit, &
impia diro Semina fert vtero, cõceptaq; crimina portat. Stroza pater, Et ignaro ſub
dita Myrrha patri. Architrenius. Hic patris amplexus vſurpat Myrrha. Calentius.
Myrrha patris vetitum potuit temerare cubile. Propertius lib. 3. Crimen et illa fuit
patria ſuccenſa ſenecta, Arboris in frondes condita myrrha nouę.

¶Macareus filius Aeoli rem habuit cum ſorore Canace. Ouidius li. 2. Triſt. No= 7
bilis eſt Canace fratris amore ſui. Idem in Epiſt. Canaces. Cur vnq̃ plus me frater
q̃ frater amaſti? Et tibi non debet quod ſoror eſſe, fui? Idem in Ibin. Vtq; ſua Ma=
care, ſic potiare tua. Idem. Biblidos et Canaces ſicut facis ardeat igne, Nec niſi per
crimen ſit tibi fida ſoror. Calentius. Tentauit Canacę fratria fulchra ſoror.

¶Cleopatra a fratre (quem pro marito habebat) polluta eſt. Vnde Lucanus li. 8. 8
Degener inceſtę ſcœptris ceſſure ſororis. Et li. 10. Miſcuit inceſtã ducib9 Ptolemęi=
da noſtris. Idẽ. Nupſit ſoror impia fratri, id ẽ Ptolemęo. Sidoni9. Profugiſq; bibax
Antonius armis Inceſtam vacuat patrio Ptolemęida regno.

¶Martialis ſcribens ad Fabullum lib. 12. arguit Themiſonem quendam inceſtus 9
cum ſorore, vbi ait. Quare non habeat Fabulle quęris Vxorem Themiſon? habet
ſororem.

¶Oedipus mortuo patre Laio (quem ignotum occiderat) neſci9 et imprudens du 10
xit Iocaſtam matrẽ ſuam, ex qua ſuſcepit Etheoclem et Polynicem. Statius lib. I.
Theba. Scandere quinetiam thalamos hic impius hęres Patris, et immeritę gre=
mium inceſtare parentis Appetijt, proprios monſtro reuolutus in ortus. Ouidi9 in
Ibin. Nec plus aſpicias, q̃ quem ſua filia rexit, Expertus ſcelus eſt cuius vterq; pa=
rens. Claudianus in Eutropium. Oedipodes matrem, natam duxiſſe Thyeſtes Cã
tatur. Idem in Ruffinũ. Hac auſpice tędę Oodipodem matri, natę iunxere Thye=
ſten. Idem apud Senecam ſic inducitur loqui. Occidi patrem, ſed matrem amaui,
proh loqui hymenęum pudet. Idem quoq; ſcribit. Egit in ortus ſemet, et matri

impios fœtus regessit, quiq; neq; mos est feris fratres sibi ipse genuit

11 ¶Statius lib. 9. Theb, ait Cydonem quẽdam adamatum a sorore. Eius verba sunt hęc. Et male dilectum miserę Cydona sorori,

12 ¶Thyestes rem habuit cum Europa fratris vxore, et cum Pelopeia filia. Ouidius. Filia si fuerit, sit quod Pelopeia Thyesti, Myrrha suo patri, Nyctímeneq; suo.

13 ¶M. Tullius Cicero postulauit P. Clodium inimicum incestus cũ sororibus. Ait enim eum non plurís fecisse bonam deam, q̃ tres sorores.

14 ¶Secundus philosophus quum matri nescienti esse filiũ/se commiscuisset, et illa facto cognito sceleris horrore intulisset sibi mortem/ipse quoq; quum incestus pœnitentia/tum dolore maternę mortis æternũ tacuit, vt vlciscerętur vocem, qua in concubitu matri innotuerat. Author Diogenes

15 ¶Antiochus Sother rex Syrię, quum Stratonicem nouercam impatienter deperiret, indulgentia patris obtinuit. Author Valerius.

16 ¶M. Antonius imp. consutudinem veneris habuisse dicitur cum Faustina sorore, ex qua & Lucillam genuit, quam L. Antonio fratri copulauit.

17 ¶Antonius Caracalla imp. quum Iuliam nouercã impotẽti amore deperiret, Vellem inquit si liceret. Quibus verbis ostendebat se eius cõcubitum appetere. Tum illa, si libet/licet, respõdit, Leges dat ĩperator, non accipit. Quib⁹ verbis audacior factus Caracalla, nouercam ipsam sibi copulauit, cuius filium Getam paulo ante ĩterfecerat. Authores Sex. Aurelius/& Aelius Spatianus.

18 ¶Ptolemęus Euergetes Berenicem sororem adamatam in matrimonium duxit,

19 ¶Thodericus francorum rex fratris a se intefecti filiam duxit in vxorem.

20 ¶Fuit et Iouí deorum maximo stupri frequens consuetudo cum Cerere & iunone sororibus, vt volunt poetę, qui quum deorum furta carminibus suis detegunt, nihil aliud faciunt, q̃ ꝙ indicant non esse ijs credendũ, quos stupris, incestib⁹/& adulteríjs contaminatos docent.

21 ¶Capronia virgo Vestalis comperta incestus/laqueo suffocata est,

22 ¶Caligula tres sorores suas stupro cõtaminauit, ob quem incestum Iouem se vocabat. Authores Sex. Aurelius et Tranquillus, cuius verba sunt hæc. Cum omnibus sororibus suis stupri cõsuetudinem fecit, plenoq; conuiuio singulas infra se vicissim collocabat, vxore supra cubãte. Ex his Drusillam viciasse virginem prætextatus adhuc creditur.

23 ¶Commodus quoq; imperator (qui natus est eo die, quo Caligula) sorores constuprauit, concubinasq; sub oculis suis constuprari ab amicis iubebat.

24 ¶Aufilena quędã proscinditur a Catullo, ꝙ patruo se ꝑstituisset, & ex eo genuisset liberos. Hęc sunt eius verba. Aufilena viro contentam viuere solo Nuptarũ laus est laudibus eximiis, Sed cuiuis quanuis potius succumbere fas est, Q̃ matrẽ fratres efficere ex patruo.

25 ¶Fabulantur poetę Nereum maris deum, iacuisse cum Doride sorore, et ex ea suscepisse Nymphas, quas Nereides vocant,

26 ¶Phœnix Amyntoris filius rem habuit cum patris pellice, Author Domitius Calderinus in Ibin Ouidij.

27 ¶Phineus duos habuit filios. qui nouercam Cleopatram Dardani Scytharum regis filiam violarũt. Vnde et a patre excęcati sunt. Author Ouidius in ibin.

28 ¶Ptolemęus Philadelphus stupri consuetudinem fecit cũ Arsinoe sorore, vt Herodes Antipas cum Philippi fratris vxore.

29 ¶Hypermestra cõcubitũ fratris (quẽ deperibat) nocturno tempore assecuta est.

Ouidius in

Ouidius in ibin. Quęq; sui Venerem iunxit cum fratre mariti Locris in ancillę dissi mulata necem.

¶Hæmon Rhodopen filiam pro vxore habuit, Diis incestum vindicantibus ambo in mõtes conuersi sunt. Ad quod allusit Ouidius in ibin dicens. Nec tibi si quid amas, felicius Hæmone cedat. 30

¶Leucon interfecit Oxilochum regem ponti fratrem suũ, vt eius vxore frueretur. 31

¶Armitus quum Bacchi sacra despicaretur, vlciscente numine in ebrietatem lapsus, filiam Medulinam corrupit. Quod ægreferens puella, patrem ipsum interfecit 32

¶Idẽ quoq; cõtigit Cyanippo, q vlciscẽte Baccho (cui⁹ sacrificia itidẽ spernebat) lapsus in ebrietatem, Cyanen filiam stuprauit, a qua postea interfect⁹ est. Author Plutarchus in Parall.

¶Valeria Tusculana Valerio patri (quem deperibat) fraude ancillę concubuit. Quod vbi resciuit Valerius, intulit sibi mortem. Idem Author. 33

¶Papyrius Romanus nomine, Papyrij volucris filius, sororem nomine Canusiam grauidam fecit. Rei certior factus pater, vtriq; gladium misit, quo se interfecerunt. 34

¶Gidica Pomminij Laurentini vxor / Cõminium priuignum adamauit vsq; ad incestum. A quo repulsam passa, laqueo se suspendit, Quo mortis genere perijt Phœdra, ab Hippolyto priuigno itidem spreta. 35

¶Tuciam virginem Vestalem incestam fuisse testis est Plynius lib. 28. Capite. 2. 36

¶Sysimibritas Persarum satrapes duos ex matre liberos suscepit. Nam Authore Curtio, apud Persas parentibus stupro coire cum liberis fas est. 37

¶Scribit Cor. Tacitus Agrippinam se plęrumq; ad incestum obtulisse Neroni filio, quum per vinum et epulas incalesceret. 38

¶Perdix venator fuit ifãdo matris Polycastes amore corrept⁹ / quã et cõtaminauit. Vnde ꝑdicis libido abiit in ꝓuerbiũ, ꝓ efferata / turpi, atq; infami. Author Cęlius. 39

¶Claudius Cęsar Agrippinam Germanici fratris filiam nouercam duobus liberis superinduxit, cuius insidijs & venenis postea interfectus est 40

¶Ioannes Ariminensis sororẽ suam duxit vxorẽ. Author Põtanus de Obediẽtia. 41

¶Herodot⁹ scribit Cambysem regẽ Persarũ, vni ex sororib⁹ stuprũ intulisse, eaq; mortua, alteram iuniorẽ itidẽ violasse et vxorẽ duxisse, quam postea interfecerit. 42

¶Scythes rex Scytharũ Opœã nouercã duxit in matrimoniũ. Author idẽ Hero. 43

¶Philipp⁹ frater Alfonsi decimi Hispanię regis, Christianam Dacię regis filiam & fratris sui vxorem sibi per vim copulauit, spreta religione, ac sacerdotio / quum esset abbas et prędsul Hispalensis. 44

¶Nycteus rex Aethiopię cum Nyctimene filia concubuit. 45

Adulteri & adulterę.

1	Paris	7	Agrippina	15	Lug. Gonzaga
	Helena	8	Domitianus		Messalina
2	Aegysthus		Critheis	16	Fabia
	Clytemnestra	9	Dauid		Petronius
3	Leuina		Bersabea	17	Vectius valens
4	Thelesina	10	Conradinus	18	Eudemus
	Proculina	11	Egica		Liuia
	Lectoria	12	Limone	19	Alcibiades
	Aufilena	13	Ioannes duodecim⁹		Thimea
5	Hippia	14	Vgolinus	20	Saluftius
6	Pompeia		Isabella	21	Phaon

22 Molurus
23 Phauorínus
24 Phocas
25 Zoe
Míchael paphlago
26 Cõſtãtín⁹
27 Cęſar
Poſthumía
Lolía
Tertulía
Mutía
Seruílía
Iunía
28 Auguſtus
Terentílla
Druſílla
Saluía
Citíſcenía
29 Frígga
30 Deuteríа
31 Dagulphus
32 Aeſopus
33 Gyges
34 Arípertus

¶Paris, ꝙ Helenã Menelaí vxorem rapuerit, et Helena ꝙ marítum relíquerit, ĩter
1 adulteros numerantur. Ouídíus ín Epíſt. Sit facie q̃uis ínſignís', adultera certe eſt, Deſeruít ſocios hoſpite capta deos. Idẽ. Quíd petítur tanto níſi turpís adultera bel lo? Horatíus. Iam nec Lacenę ſplendet adulterę Famoſus hoſpes
2 ¶ Clytemneſtra amore Aegyſthí, quo cũ mœchari conſueuerat, maritũ Agamẽnona Troía redeũtem interfecit. Propertíus líb. 3. Quíd ve Clytemneſtrę, propter quam tota Mycenis ínfamis ſtupro ſtat Pelopęa domus. Ouídí⁹ líb. 1. de remedío. Quęritur Aegyſth⁹, quare ſít factus adulter, In promptu cauſa eſt, deſídíoſus erat. Stroza pater. Arſít ín Aegyſtho furíoſí mater Oreſtis.
3 ¶Martíalís arguít Leuínam mulierem, ꝙ caſta venerít Baías, et adultera redierít. Hęc ei⁹ verba. Incídít ín flammas veneremq; ſecuta relícto Coníuge, Penelope venit, abítq; Helene. Idem quoq; arguít adulterií Paulam alíam fœmínam.
4 ¶Idem líb. 2, de Theleſína, ſcríbít. Vxorem nolo Theleſínã ducere, quare? Mœcha eſt. Sed pueris dat Theleſína, volo. Idem líb. 6. Et nubít decimo ıam Theleſína víro. Quę nubít toties non nubít, adultera lege eſt,
¶Proculína quoq;, Lectoría, & Gellía ab eodẽ notãtur vt adulterę/ vt a Catullo notatur Aufílena.
5 ¶Hippía. Iuuenalís. Promptíus expedíam, quot amauerít Hippía mœchos
6 ¶Suetonius ſcríbít Iulíum Cæſarem diuortíum feciſſe cum Pompeía vxore Q. Pompeií fílía et Syllę nepte, ꝙ fama ferret, eam a P. Clodío ínter ſacra bonę deę adulteratam,
7 ¶Iulía Agrippína mater Neronís adulterií conſuetudínem fertur habuíſſe cũ Domitíano. Iuuenalís. Quĩ tot abortíuís fœcundã Iulía vuluam ſolueret.
8 ¶Homerus poetarum maximus natus eſt ex adulterío matrís Critheidís, virginís Cumanę, Author Plutarchus.
9 ¶Dauíd lumen ſapientię et religíonís ſpeculum cum Berſabea vxore Vríę adulterium commíſít, cuí ſceleri adiecit ípſi⁹ Vríę mortem, quẽ bello perdẽdũ expoſuít.
10 ¶Conradínus ímp. Conradí fílíus, vt vxore comitís Caſertaní potíretur, vírũ honoris ſpecie ablegauít.
11 ¶Egíca rex Híſpanię fafíllam ducẽ Tudenſem (vt eíus vxore potíretur) ínterfecit
12 ¶Hippomenes fíliam Limonem ín adulterío deprẽhenſam equo famelíco deuorãdam expoſuít. Ouídíus in ibin. Solaq; Límone pœnam ne ſenſerít íllam, Et tua dente ferox víſcera carpat equus. Idẽ. Vtq; nouũ paſſa eſt genus Hippomeneía pœnę.
13 ¶Quum turpíſſimum ſít ab hís vírtute nos ſuperarí, quos antecellímus dígnítate, nihílomínus Ioannes duodecímus Pont. max. exuta morum honeſtate relegataq; verecundía greges meretrícum aluít. Quíbus flagícíís non defuít vltio. Ad extremum enim deprẽhenſus in adulterío íbídem ínterfectus eſt
14 ¶Vgolínus Gonzaga prínceps Mantuę cũ Iſabella vxore Luchíní Vícecomítís Italię mœchatus eſt

¶Ludouicum

¶Ludouicum Gonzagam in adulterio deprẽhenſum Mantuani capite puníerunt. 15
¶Meſſalina vxor Claudíj Tiberíj primo clam, mox paſſim quaſi iure adulteríjs vtebatur. Ex quo facto plures metu abſtinẽtes extincti ſunt. Dehinc atrocius accẽſa nobiliſſimas quaſq; nuptas & virgines turpitudinis ſuę comites delegit, coegitq; mares vt adeſſent. Quod ſi quis recuſaret, ficto crimine in ipſum omnẽq; eius familiã iubebat ſęuiri. Quinetiã (quod turpius eſt multo) prouocauit ad lecti paleſtrã vnã ex ancillis, quæ meretricio quęſtu victum ſibi quęritabat. De hac Iuuenalis Saty. 6. Claudíus audi Quæ tulerit, dormire virum quũ ſenſerat vxor, Auſa Palatino tegetẽ pferre cubili Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos Linquebat, comite ancilla non amplius vna, Et nigrum flauo crinem abſcondente galero Intrauit calidum veteri centone lupanar, Et ſellam vacuã atq; ſuam/tunc nuda papillis Excepit blanda intrantes, atq; æra popoſcit. Mox lenone ſuas iam dimittente puellas Triſtis abit, ſed quod potuit tãtum vltima ſellam Clauſit adhuc ardens rigidæ tentigine vuluę, Et laſſata viris nondum ſatiata receſſit.
¶Fabia Fabíj Fabrícíani vxor dum Petroniũ Valentinũ líberali forma adoleſcẽtẽ 16
(quo cum adulteríj conſuetudinẽ habebat) maxime deperiret, marítum interfecit, vt adultero frueretur ſecurius. Plutarchus in Paral.
¶Plynius lib. 29. ait Vectium valentem medicũ fuiſſe adulterio Meſſalinæ impe- 17
ratrícis nobilitatum.
¶Idem ait adulteria fuiſſe in domibus príncipũ, vt Eudemi in Liuia, Druſi Cæſa- 18
rís/& Valentis medici in Meſſalína.
¶Alcíbiades Athenienſis cum Thimea Agidis regis vxore líbidínari ſolitus eſt. 19
Author Plutarchus.
¶M. Varro apud Gelliũ teſtis eſt C. Saluſtiũ hiſtoríarum ſcriptorẽ deprẽhẽſum 20
in adulterio ab Annio Milone / & loris cęſum, dataq; pecunia dimiſſum. Cicero imperat ipſi Saluſtio, ꝙ paternã domum vendíderit, vt adulteríj pœnã declinaret.
¶Cælius ſcribit Phaonem ſpectabili forma adoleſcentem a Mitylenęorũ mulieribus ardenter adamatũ. Vnde factum, vt in adulterio deprẽhenſus, iugularetur.
¶Hyettus vir quidam Argiuus, Molurum quendam in adulterio cum vxore de- 21
prẽhenſum interfecit. Author Idem Cælius.
¶Phauorinus philoſophus quum Eunuchus foret/& Androgynus, adulteraſſe ta- 22
men viri conſularis vxorem creditus eſt. Idem Teſtis.
¶Qui imperatorum vitas ſcripſerunt, teſtantur Phocã imp. díuerſis adulteríjs in- 23
famem fuiſſe.
¶Zoe imperatrix Romanũ Argyropylum maritũ interfecit, quo liberi⁹ mœcha- 24
retur cum Michaele Paphlagone, qui ímperio ſucceſſit.
¶Conſtantínus Monomachus imp. concubinã egregia admodũ forma loco legití- 25
mæ vxoris habuit, quam effligtim deperijt.
¶Corrupit Iulius Cæſar plurimas illuſtres fœminas, vt Poſthumiã Seruíj Sulpícij, Loliã Auli Gabini, Tertuliam M. Craſſi, & Cn. Pompeíj Mutiã. Sed ante alias 26
dilexit M. Bruti matrem Seruíliam, cui & ſexagies ſeſtercium gẽmã mercatus eſt. Corrupit quoq; Seruilię filiam Iuniam tertiam, M. Craſſi vxorem. Dilexit & regínas, vt Euriem mauram Bogudis vxorẽ, ſed maxime Cleopatram, cum qua & conuiuia in primã lucem ſæpe protraxit, & eadem naue thalamoq; pene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit. Author Suetonius.
¶Exercuit & Auguſtus adulteria, vt cum Liuia, quam quum grauidã reddidiſſet, 27
tegẽdi ſceleris cauſa, nuptias feſtinauit, vt obiecit Antonius. Abduxit & fœminam

consularem e triclinio, viro coram/quã rursus ad conuiuium rubẽtibus oculis,& in-
cõptiore capillo reduxit. Rem quoq; habuit cũ Tertulia/Terentilla/Drusilla/Sal-
uia/& Citiscenia. Author Suetonius.

29 ¶Saxo Grãmaticus ait Friggam Othimi Danorum regis vxorem cuidam fami-
liarium se stupro subiecisse.

30 ¶Gregorius Turonensis scribit Deuteriam quandam fœminam a Theodeberto
Francorum rege adulteratam.

31 ¶Idem ait Dagulphum abbatem in adulteria admodũ procliuem fuisse.

32 ¶Scribit Macrobius Aesopũ libertum demosthenis/consciũ adulterij (quod cum
Iulia patronus cõmiserat)tortũ diuitissime perseueravisse nõ prodere patronũ,donec
alijs consciis coarguentibus Demosthenes ipse fateretur.

33 ¶Plato in secundo de Rep.scribit Gygem stupravisse Candaulis Lydorũ regis vxo-
rem,quod & confirmat Herodotus.

34 ¶Aripertus Clotarij filius Francorum rex / ob amorem in ancillas, cum vxore di-
uortium fecit.

¶Alij Libidinosi/& Lasciui.

1	Pasiphae	27	Surinas.		Aeschylus.
2	Aiax	28	App.Claudius.	51	Lusius.
3	Cęlia.	29	Tigillinus.	52	Bagoas.
4	Alexander.	30	Papilus.	53	Cicero.
5	Hipparchus.	31	Hostius princeps.	54	Pindarus.
6	P.Clodius.	32	Agrippina.	55	Agathocles.
7	Q.Elaminius.	33	Eunus.	56	Crathis.
8	Iuliæ.	34	Sotades.	57	Pausanias.
9	Palemon.	35	Socrates.	58	Proculus.
10	L.Papyrius.	36	Nero.	59	Heliogabalus.
	C.Plotius.	37	Galuia.	60	Augustus.
11	Philippus Macedo.	38	Timarchus.	61	Celmis.
12	Semiramis.	39	L.Torius.	62	Tiberius Cęsar.
13	Victorinus.	40	Sardanapalus.	63	Domitianus.
14	Aristo.	41	Pygmalion.	64	Nicomedes.
15	Tullus Stellus.	42	Adolescens athen.	65	Amythone.
16	Demetrius.	43	Ant.Caracalla.		Thelesippa.
17	Theodegosillus.	44	Dionysius iunior.		Megara.
18	Caligula.	45	Orpheus.		Athis.
19	Commodus.	46	Rufus.		Cidno.
20	Childericus.		Gallus.	66	Aristoteles.
21	Gordianus.	47	Cęsar.	67	Hercules.
22	Vgutius.	48	Thamyras.	68	Periander.
23	Xerxes.		Thalo.	69	Alchidas.
24	Messalina.	49	Cretenses	70	Anthia.
25	Arellius.		Chalcidenses.	71	Gemellus.
26	Crassus.	50	Sophocles.	72	Catilina.

1 ¶Pasiphae Solis filia & vxor Minois regis Cretę,taurum ad coitũ vsq; fertur ada-
masse,ex quo & biforme illud mõstrum Minotaurũ susceperit. Propertius. Vxorẽ
quõdam magni Minois (vt aiunt) Corrupit torui candida forma bouis. Idẽ lib.3.
Testis Cretęi fastus quæ passa iuuenci Induit abiegnę cornua falsa bouis. Virgil. Et

fortunatam

fortunatam ſi nunq̃ armenta fuiſſent, Paſiphaen, niuei ſolatur amore iuuenci.

¶Fuit in Aiace Oilei filio tãtus libidinis feruor, vt temperare ſibi nequiuerit, quin Caſſandram Priami filiam in templo Palladis oppreſſerit. Quo factum eſt, vt dea iniuriam vlciſcente fulminatus ſit in mari cum aliquot alijs Græcis, vt docet Virgilius libro primo Aeneid. 2

¶Immoderatam Cęlię libidinem notat Martialis lib. 7. Epigrã. ſcribens. 3

Das Cattis, das Germanis, das Cęlia Dacis/
Nec Cilicum ſpernis, Cappadocumq; toros.
Et tibi de Pharia Memphiticus vrbe fututor
Nauigat, a rubris & niger Indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina Iudęorum,
Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.
Qua ratione facis, quum ſis Romana puella?
Q̃z Romana tibi mentula nulla placet.

¶Herodotus apud Cęliũ teſtis eſt Perſas a Græcis didiciſſe pueris abuti. In quos debacchari ſolitum Alexãdrum ſcripſit Athenęus, quum etiã Bagoan inſpectante theatro vniuerſo ſuauiari plęrũq; non erubuerit. Contra tamen plęriq; ſentiunt, ferũtq; tãta caſtitate prędituũ fuiſſe, vt præter vxorẽ, & Berſanen e Damaſco viduam mulierem nullã aliam cõplexus fuerit. 4

¶Hipparchus Piſiſtrati filius, quũ Armodium/ & Ariſtogitonem excellenti forma pueros per vim pędicaſſet, coniurationẽ in ſe cõcitauit. Iuuenes enim probrum ęgreferentes non prius finẽ inſidijs fecerunt/q̃ eum de medio ſuſtulerint, libidinem hois, magis q̃ tyrannidem pertęſi. Author apud Volaterranum Thucydides. 5

¶Iam docuimus, quomodo P. Clodius pręter ſtupratas ſorores, mulierẽ mentitus inter publicas bonę deę cęrimonias ad Pompeiã Q. Pompeij filiã furtim penetrauerit, eamq; adulterauerit. 6

¶Q. Flaminius vir cõſularis puerũ impudice deperijt, adeo vt quocũq; proficiſceretur, nunq̃ ab eius latere diſcederet. Quoq; magis inſeruiret amaſio, quendã in cõuiuio ſecuri percuſſit, quum puer aliquem ſe præſente optaſſet interfici, licet hoc in fœminę gratiam factum dicant nõnulli. 7

¶Coactus eſt Auguſtus Iulias filiam/ & neptẽ oĩbus libidinũ probris cõtaminatas relegare. Conſtat filiam infamem fuiſſe vulgatis per vrbem adulterijs. 8

¶Ferunt Palemonem Grammaticum flagraſſe libidinibus in mulieres vſq; ad oris infamiam. 9

¶L. Papyrius Publium adoleſcẽtem in vinculis tenebat & afficiebat plagis, q̃ eius ſtuprum pati nollet. Re ad Senatum delata dãnatus eſt Papyrius/ lata lege, ne quis in corpora libera ob æs alienum ius haberet. ¶Idem in T. Veturium adoleſcentem feciſſe dicitur C. Plotius. 10

¶Habuit Philippus Macedo Alexandrum adoleſcentem Olympiadis vxoris ſuę fratrem non ad alium vſum/q̃ ad ſtupri conſuetudinem. 11

¶Semiramis Aſſyriorum regina, quę maſculam virtutẽ ſemper fere prę ſe tulit, & omnium calculis laudata eſt, ad extremũ tantis delicijs tantoq; pruritu libidinis incaluit, vt mortuo marito non admiſerit ſolũ, at etiam prouocauerit plęroſq; ex ſuis militibus, qui forma eſſent elegantiore, quos poſtea crudeliter necabat. Produnt et nõnulli eam a Nino filio interemptam, quum eius congreſſum appeteret. Et (quod omnium longe turpiſſimum eſt) equum ab ea adamatum vſq; ad coitum. Iuba teſtis eſt apud Plynium. 12

13 ¶Victorinus tyrannus (qui Galeni tẽporibus Gallias rexit) causa libidinũ in matronas interfectus est apud Agrippinam.

14 ¶Aristo Ephesius genus fœmineum perosus cum asina concubuit, ex eoq; cõcubitu genita est puella, cui a cruribus asininis nomen inditũ est Onoscelí. Author Plutarchus in Parall.

15 ¶Idem ait Publium Stellum (quem Fuluium alij vocant) mulierum odio equæ se cõmiscuisse, ex qua formosam suscepérit puellam, Hipponam nomine.

16 ¶Demetrius Poliorcetes Antigoni filius Democli laudabilis formę adolescentulo stuprũ inferre voluit. Quod quum per inualidas ętatis vires puer nõ posset aliter effugere, in proximũ feruentis aquę lebetẽ se coniecit, ibiq; mortuus est. Idem Demetrius Lamię alijsq; scortis talenta. 250. erogauit. Author Plutarchus.

17 ¶Non erubuit imperator Caligula sororibus suis cõgredi, quarum ambas exoletis suis prostrauit, quo facilius eas in causa Aemylij condemnaret/tanq̃ adulteras. Liuiam Horestillam C. Pisoni nuptam, sibi iunxit, & intra biennium repudiauit, repudiatã relegauit. Loliã Paulinã C. Memmio ablatã coniunxit sibi, breuiq; missam fecit, interdicto cuiusq; in perpetuũ coitu. Cesoniã adamauit, quam amicis plerũq; ostendit nudã. M. Lepidũ & M. Nestorem Pantomimũ dilexisse fertur cõmercio mutui stupri. Val. Catullus consulari familia iuuenis, stupratũ se ab eo & latera sibi contubernio eius defessa vociferatus est. Author Suetonius.

18 ¶Commodus imperator sorores constuprauit, suasq; cõcubinas videns/ac volens a amicis constuprari passus est. Adolescens infamauit omne genus hominũ, quod erat secum, & ab oĩbus est infamatus. Habuit in delicijs homines appellatos noĩbus verendorũ vtriusq; sexus, quos libẽtius oculis suis applicabat. Author Lampridius.

19 ¶Idem Cõmodus cum 200. concubinis, quas ex matronarum meretricũq; delectu ad formę speciẽ cõstituerat/ac trecẽtis alijs puberibus exoletis (quos ex plebe & nobilitate collegerat in palatio) bacchabatur & lasciuiebat.

20 ¶Childericus Francorum rex ob libidinem in matronas regno pulsus est, demum tamen restitutus.

21 ¶Gordianus Iunior (qui cũ patre imperauit) totus fuit mulierosus/ac libidini deditus. Concubinas habuit 22. & ex omnibus liberos. Vnde & Priamus sui ęculi vocatus est, & a nullis per cauillum Priapus, Author Capitolinus.

22 ¶Vgutius princeps Florentinus interfectus est a ciuibus, ob procliuem in fœminas libidinem.

23 ¶Xerxes rex Persarũ eo lasciuiæ se demisit, vt Spintrijs nouarũq; voluptatum repertoribus prẽmia constituerit. Author Val. Maximus.

24 ¶Messalina Claudij Cęsaris cõiunx ad certamen veneris elegit nobilissimã ex prostitutis ancillã mercenariæ stipis, eãq; die/ac nocte superauit, quinto/ac vicesimo concubitu. Author Plynius lib. 10. cap. 62. Prius citauimus Iuuenalis carmen, de hac insatiata eius libidine. Vide in adulteris.

25 ¶Idem Plynius scribit Arellium celebrem fuisse Romæ pictorẽ paulo ante diuũ Augustum, qui semper alicuius amore fœminæ flagrauerit.

26 ¶Crassus Romanorũ ditissimus vni e fratribus mortuo illius vxori congressus est, et ex ea filios aliquot procreauit. Author Plutarchus.

27 ¶Surinas Parthorum ditissimus & secũdus a rege, ducentas pellices habebat in castris. Idem Author.

28 ¶Appius Claudius decẽuir Virginiã puellam plebeiã, sed forma excellentẽ (quã Virginius pater L. Icilio Tribunicio viro & expertæ virtutis homini despõderat)

per vim

per vim ſtuprauit, quum nec precio/nec ſpe poſſet allícere. Quę fuit cauſa abrogãdi magiſtratus decemuirorum, quemadmodum reges prius ob ſtupratam Lucretiam eiecti fuerant. Author Liuius/& Cicero lib. 2. de finibus.

¶ Tigillinus fuit quiſpiam inter Romanos vitæ corruptiſſimæ, qui per impudici- 29
tiam multa a Nerone conſecutus eſt, quem ad omne corruperat.

¶ Martialis lib. 7. taxat Papillum quẽdam velut cunnilingum/& irrumatorem. 30

¶ Hoſtius princeps quidam fuit obſcœnitatis perditiſſimę, pręferuidęq; libidinis/ 31
Auguſti tẽporibus, vtriq; Veneri maſculæ ſcilicet & muliebri deditiſſimus, qui fecit ſpecula eius notæ. vt imagines multo redderent maiores. Quum ergo Veneri ſe daret, ea ita diſponebat, vt quũ virum pateretur, oẽs admiſſarij ſui motus in ſpeculo videret/ac deinde falſa ipſius mẽbri magnitudine tanq; vera gauderet.

¶ Aggrippina filij Neronis concubitum deſyderaſſe fertur. 32

¶ Auſonius inuehitur ſuis carminibus in quendam Eunum, quem vt ligurítorem 33
et irrumatorem taxat.

¶ Sotades poeta fuit iãbographus impuriſſimus, qui verſus adeo Pathicos, Cynœ- 34
dicãq; Venerem ſpirantes cõſcripſit, vt ab eius lectione caſti abhorrerẽt oculi. Quo factum eſt, vt Sotadica poemata prouerbio locum fecerint. Politianus in Nutricia. Pars quoq; Sotadicos ceu proſtituere Cynœdos.

¶ Conuenit inter multos Socratem (qui tamen Apollinis oraculo mortaliũ ſapien- 35
tiſſimus eſt habitus) Athenis in ius fuiſſe vocatum, & ab Anyto accuſatum, q; puerorum mores corrũperet. Quod etiã Tertullianus confirmat.

¶ Quum multa ſint exẽpla crudelitatis in Nerone, libidinis quoq; nõ pauciora tur- 36
piſſimam eius vitã infamãt. Quorum hæc pręcipua. Rubrię veſtali virgini vim intulit. Puerum Sporũ exectis teſtibus in muliebrem naturã trãſfigurare conatus eſt, quem & ſolemni nuptiarum officio ad ſe cum dote perductum pro vxore habuit. Propterea emanarat iocus, bene agi potuiſſe cũ rebus humanis, ſi Domitius eius pater talem habuiſſet vxorẽ. Pręterea matris concubitũ appetijt, cum qua (dum in lectica vna veheretur) libidinatus eſt. Viros & fœminas ad ſtipites quãdoq; deligauit, vt eorũ inguina & inuaderet & delamberet. Doryphoro liberto (ſicut ipſi Sporus fecerat) denupſit, voces/& eiulatus/vim patiẽtium virginũ imitatus. Hęc Trãquillus. De hac eius portẽtoſa libidine Cor. Tacitus abunde ſcribit.

¶ Fuit Galuia Criſpillina magiſtra libidinum Neronis, digna diſcipulo magiſtra. 37
Author idem Tacitus.

¶ Aeſchines criminoſa & virulenta oratione Timarchum de impudicitia accuſa- 38
uit, apud Athenienſes.

¶ Cicero lib. 2. de finibus ait L. Torium Balbum ita vixiſſe, vt nulla tam exquiſita 39
poſſet inueniri voluptas, qua non abundaret.

¶ Omnes libidinum voluptates experiri voluit Aſſyriorũ rex Sardanapalus, dum 40
virtles peroſus tunicas, in mulierem ſe tranſformauit, relictaq; regni cura, laſciuiæ ſe totum deuouit/ac perdendum cõmiſit.

¶ Quid iam mirũ debet videri, ſi concinna & elegans puellarũ forma viros torreat, 41
et ad Venerem titillet, quum etiã reperiãtur, qui inanimatarũ rerũ amore/& deſyderio intabuerint? Aiunt enĩ Pygmalionẽ quẽdam fuiſſe, qui ſtatuã formoſam dilexerit, eãq; ceu egregiam aliquã Nymphã/& frequentibus oſculis ſuauiatus ſit, & lecto dignatus. Vnde Quintianus in Cleopoli. Concedat honori Pygmalion, licuit cui eburnea mẽbra puellæ Complecti, & pulchro cõponere corpora lecto.

¶ Adoleſcens quoq; Atheniẽſis ſpecioſum fortunæ ſimulachrum, ad tantam ada- 42

mauit insaniam, vt ipsum & arctissime complecteretur, & suauiaretur blandissime. Quo desyderio quum indies acrius intabesceret, impatiens amoris perrexit ad senatum, extentisq; precibus rogauit fieri sibi statuæ potestatem, largũ auri cumulum paratus erogare. Qua in re quum repulsam passus esset, ad statuam ipsam corpus confodit.

¶Est & aliud simile exemplũ apud Plynium de puero, qui Praxitelis simulachro congressus sit, Cuius concubitus relictæ maculæ fuerunt indices. De hoc Quintianus. Cedat Praxiteles, cuius muliebris imago procacem Impulit ad coitũ iuuenem.

43 ¶Antonius cognomento Caracalla Iuliam Nouercam in matrimoniũ duxit.

44 ¶Dionysius iunior quum se in locrensium vrbem contulisset, per summã lętitiam virgines eius loci constuprabat, quas pulso paulopost in exilium tyrãno ciues peremere impactis sub vngues acubus, ossibusq; in mortario attritis. Author Cęlius.

45 ¶Ferunt Orpheum Thraca detestandæ in mares libidinis principẽ & repertorem fuisse, quũ tamen aspernaretur fœminas. Vnde Ouidius lib. 10. Meta.

Ille etiam Thracum populis fuit author, amorem
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam
Aetatis breue ver, primos decerpere flores.

46 ¶Catullus Rufi cuiusdam Bononiensis libidinẽ amarulẽte lacerat, q̃ mulieris mage os irrumaret. ¶Satyrus felle aspergit quẽdam Gellium patrui sui irrumatorem, matrisq; & sororis stupratorem. ¶Conuicijs quoq; proscindit Gallum quendam, qui vt facilius posset fratrum suorum liberos & vxorem in suam libidinem allicere, ipse leno eos stupra committere docuit. Hęc autem Catulli verba. Gallus homo est bellus, nam dulces iũgit amores Cum puero, vt bello bella puella cubet, Gallus homo est bellus, nec se videt esse maritum, Qui patruus patrui monstret adulteriũ.

47 ¶Nihil prope (quod virũ perfectũ deceat) Cæsari defuisset, si pudicitiæ famam seruasset tenacius. Verũ, seu malis artibus, siue natura hoc Cacoethes pestilensq; virus ei vsq; adeo inhęsit, vt Curio pater quadam eum oratione omnium mulierũ virum & omnium virorum mulierẽ appellauerit. Quod (vt cętera taceamus exempla) portentosam eius libidinem satis arguit.

48 ¶Sunt qui dicant Thamyram primum flagitiosis puerorũ amoribus, ac prępostero concubitus fœditate pollutum, quum cœpisset efflictim deperire Hymenæum Calliopes, & Magnetis filiũ. Alij tamen Thaloni Cretensi rei tam probrosæ initia contribuunt, qui Rhadamanthum adamarit.

49 ¶Aristoteles prodit permissam fuisse in Creta masculam Venerem, lata quoq; de hoc lege. Traditum est, & Chalcidenses in Euboia, pueriles amplexari amores ad stuporem vsq;.

50 ¶Sophocles & Aeschylus hac peste famã suã corruperunt. non tacẽtibus theatris.

51 ¶Lusius Marij ex sorore nepos, quũ Trebonio pudicæ sanctitatis militi vim & stuprum vellet inferre, ab eodem interfectus est.

52 ¶Deuinxit sibi Alexãdrum Bagoas spado, nec alio obsequio, q̃ impudica sui corporis copia. Propterea quum Orsines Persa nobilissimus Alexandrum eiusq; amicos muneribus cumularet, soli Bagoæ nihil honoris detulit. Rogatus causam, respõdit se amicos regis non scorta colere.

53 ¶Salustius impingit Ciceroni, q̃ filiam habuerit pellicem matris, Sed inimici verba fidem non capiunt.

54 ¶Testatum est Græcorum monumentis Pindarum nouem lyricorum principem in gremio dilecti pueri mortuũ in gymnasio repertum.

¶Ferunt

¶Ferunt & Agathoclem Siciliæ tyrannũ forma & venuſtate corporis prę eminẽtẽ diu vitam ſtupri patientia exegiſſe. Propterea Timęus dixit illũ primęuo ætatis flore ſcortum promiſcuũ, impudentiſſimo cuiq; expoſitum. 55

¶Crathis paſtor quũ in venerem eſſet procliuior, Capram omniũ formoſiſſimam deperire cœpit, cui congrediebatur frequẽter, demũq; vti amicam grate amplexabatur, cum multa ſuauiatione. Quod contemplatus Hyrcus zelotypiæ œſtro concitatus, dormientem Crathim cornibus inuaſit & interfecit. Hoc ex Græcis aduocant Cęlius et Volaterranus. 56

¶Pauſanias dux Lacedęmonius Argillum forma conſpicuũ adoleſcẽtem mire dilexit, ſed amore Venereo. Habebat enĩ puerũ pro ſcorto. 57

¶Proculus imperator centum Sarmatas virgines bello captas intra dies 15 (vt ipſe gloriabatur) grauidas reddidit, magno libidinis argumento. 58

¶Collegit Heliogabalus naturæ monſtrum lenones / meretrices / exoletos / & ſubactores prope innumeros, quibus adiecit naſatos homines. i. mutoniatos, quoniã his ad libidinem / & flagitiũ vtebatur ſceleſtiſſime. Quocirca Lampridius ad Conſtantinum imperatorem, de prodigioſa eius Venere ſcribẽs ait. Quis ferre poſſet principem per cuncta caua corporis libidinẽ recipientẽ, quũ ne beluã quidẽ talẽ quiſq; ferat Romæ? Habuit inſuper emiſſarios, quibus nihil aliud erat negocij, niſi vt bene naſatos perquirerent, eoſq; ad aulã perducerent, vt illis ſe cõpollueret. 59

¶Ferunt Auguſtum inter duodecim Catamitos, totidẽq; puellas accubare ſolitũ. Idem abiecta vxore Scribonia, amore alienæ coniugis poſſeſſus, Liuiã quaſi marito concedẽte ſibi coniunxit. Quũq; eſſet luxuriæ mancipium, eius tñ vicij ſeueriſſimus fuit vltor. Teſtis Sex Aurelius. M. Antonius dicebat eũ adoptionẽ auũculi ſtupro meruiſſe. Fertur & Aulo Hircio in Hiſpania trecentis milibus nũmum ſe ſubſtraiſſe. Idẽ ſolitus eſt ſuburere crura nuce ardẽti, quo mollior pilus ſurgeret. 60

¶Celmis vnus fuit ex Idęis Dactylis, qui matrem deorum Rheã violauit ſtupro. 61

¶Tiberius Cęſar authore Tranquillo ſellariã excogitauit ſedem arcanarum libidinum, In quã accerſiti puellarum / & exoletorum greges / monſtruoſiq; cõcubitus repertores triplici ſerie connexi inceſtarent ſe corã ipſo. In ſyluis quoq; Venereos locos cõmentus, quibus impenetrabat proſtantes. Inſtituit & pueros primę teneritudinis (quos piſciculos vocabat) vt natanti ſibi inter fœmina verſarentur / ac luderẽt, lingua morſuq; ſenſim appetentes. Eoſq; quaſi infantes firmiores / nec dum tamen lacte depulſos inguini ceu papillæ admouebat. Fertur & in ſacrificando / quondam facie miniſtri Acerrã prę ferentis nequiuiſſe abſtinere, quin pene vix dum re diuina peracta ibidem ſtatim ſeductũ cõſtupraret, fratrẽq; eius tibicinem, quibus tamẽ poſtea crura infregit, q; flagitium mutuo exprobrabant. 62

¶Exercuit imperator Domitianus aſſiduitatẽ nimiæ lididinis, quã Clinopalen. i. lecti paleſtrã vocabat. Inter vulgatiſſimas meretrices quandoq; natаſſe dicit. Fratris filiam adhuc virginem alteri collocatam vltro corripuit. 63

¶Nicomedes rex Bithynię ſtuprum Cæſari intulit, non ſine maxima vtriuſq; nota, theatriciſq; cõuiciis. Extant enim C. Licinij verſus. Bithynia quicquid & pędicator Cæſar vnq; habuit. Dolobella quoq; Cæſarem ipſum pellicem reginę vocabat. Cnrio ſtabulũ Nicomedis / et Bithynicam fornicem. Et Bibulus proſcripſit collegam ſuũ Bithynicam reginã, cui dicebat regem antea fuiſſe cordi, nũc eſſe regnum. Et C. Memmius obiecit ad ciathum & vinum Nicomedis ſtetiſſe, cũ reliquis exoletis pleno conuiuio accubantibus. Gallico deniq; triũpho milites eius inter cætera carmina illud pronunciauerunt. Gallias Cęſar ſubegit, Nicomedes Cęſarem. 64

65 ¶Amythone, Theleſippa/Megara/Atthys/Cidno, ancillę fuerunt Sapphus, quibus Sappho ipſa ad lididinē vtebatur. Eas enī ſubagitabat/& mutuo ab eis patiebatur. Vnde in eius epiſtola ad Phaonem legitur. Vilis Amythone/vilis mihi candida Cidno, Non oculis grata eſt Atthys, vt ante meis.

66 ¶Fuit Ariſtoteles in amore tam infelix, vt pellici ſacra faceret.

67 ¶Hercules tanta in fœminas licētia fuiſſe fertur, vt quinquaginta virgines vna nocte dicatur ſtupraſſe. Author Io. fr. Mirandula.

68 ¶Periander Corinthius (qui tamen inter ſeptem ſapiētes Gręciæ numeratus eſt) rem habuit cū Meliſſa vxore, vel (vt aliis placet) meretrice mortua. Author Herodotus.

69 ¶Alchidas Rhodius formoſo cuidā ſimulachro ſe cōmiſcuit, reliquitq; indices tā immoderatę libidinis maculas. Author Plynius.

70 ¶Anthia vxor Prœti regis Argiuorū Bellorophōtem ad ſtuprū voluit inducere.

71 ¶Gemellus Tribunitius lupanar domi ſuæ inſtituit, in quo Mutiam/& Fuluiā fœminas illuſtres, nobilēq; puerum Saturninum proſtituit.

72 ¶Fecit Catilina multa ſtupra/cum virgine nobili/& cum ſacerdote Veſtę. Poſtremo vt Aurelia Oreſtilla frueret, filium eius veneno ſuſtulit, qp is iam adultus terrori eſſet matri, ne ſecundum nuberet.

¶Amatores quorūdam animalium et aliarum rerum.

¶Semiramis adamauit equū, vt diximus. ¶Paſiphae taurum. ¶Ariſto Epheſius aſinę ſe cōmiſcuit. ¶Fuluius equę. ¶Hortenſius orator amauit Murenā, quā atratus multos dies fleuit. ¶Ariſtomachus ſolēſis tāto apum amore captus eſt, vt duode ſexaginta annis nihil aliud fecerit. Hyliſcus quoq; Thaſius apes coluit in deſertis. ¶Morum arborem ætate Plynij adamauit Paſſienus Criſpus, bis conſul/oſculari/complectiq; eam ſolitus/atq; etiam cubare ſub ea/vinumq; illi affundere. ¶Multorū quoq; literis proditum eſt amatam a Xerxe platanum. ¶Iam diximus Crathidem paſtorē amore Capræ exarſiſſe, Puerū Atheniēſem/& Pygmalionem ſtatuas adamaſſe, Alchidā Rhodium ad ſtatuam ſe polluiſſe. ¶Iunius Piſciculus ſimulachrum vnius e Theſpiadibus pari feruore complexus eſt. ¶Antonia Druſi Murenā adeo dilexit, vt ei inaures & monilia addiderit. ¶Cypariſſo tantus fuit in Ceruam amor, vt ea mortua/prę dolore quoq; expirauerit. ¶Pontius Pylatus legatus Caij principis, imagines Atalātæ & Helenę nudas a Cleophanto Corinthio pictas earum libidine captus, rapere conatus eſt.

¶Amatia diuerſis animalibus.

¶Egeſidemus apud Plynium teſtis eſt Hermiā puerum adamatum a Delphino vectūq; per maria. Quūq; tempeſtate ſuborta perijſſet Hermias, amaſij perditi dolore Piſcem in ſicco expiraſſe. ¶Varia ſunt ibidem exēpla/de pueris ab huiuſmodi piſcibus adamatis. ¶Argis puer Olenus nomine adamatus eſt ab anſere. ¶Glauce quędā cythariſtria ab Ariete. ¶Lacydi philoſopho anſer adhęſit perpetuꝰ comes/nuſq; ab eo nō in publico/non in balneis/non noctu/non interdiu digreſſus. ¶Apud Cilicię Solos/Xenophōtis puerū forma pręcellētem dilexit canis. ¶Spartæ quoq; adoleſcentē Graculus. ¶Nicander apud Cęliū teſtis eſt gallo gallinaceo eſſe amoris intellectum in hominē. Quod ne cui videatur fabuloſum, ait Secundū (qui pincerna regius fuit in Bithynia) a Gallo amatum eximie, cui nomen foret Centaurus. Pueri nomē fuit Amphilochus, genere Olenius. ¶In Leucadia virginem in tātum

adamauit

adamauit Pauo, vt ea mortua cõmoreretur. ¶Educata a virgine apud Seſton vrbẽ Aquila retulit gratiã/aues primo/mox deinde venatus aggerens. Quin dum mortuæ virginis cremarentur oſſa, in defunctæ rogũ ſe coniecit volucris/ ſimulq; cõflagrauit. Author, Plynius lib. 10, capi. 5. ¶Vrſus filiã cuiuſdã patriſſamilias in agro Suetico/ cũ ancillulis luſum egreſſam/ deturbatis comitib⁹ rapuit/ exceptãq; vnguibus prę ſe leniter ferẽs, ad notã nemoris latebram deportauit. Cuius egregios artus nouo genere cupiditatis aggreſſus / petitã laniatu prędam in vſum nefarię libidinis vertit. Effectus enĩ ex raptore amator, famẽ cõcubitu ſoluit/ ardorẽq; gulę/ Veneris ſatietate penſauit. Author Saxo Grãmaticus lib. 10. Hiſtoriæ Danicæ.

¶Zelotypi.

CYrce filia ſolis Venefica ęgre ferens Scyllã Nymphã amatã a Glauco deo marino/ fontẽ (quo illa ſe lauare cõſueuerat) infecit venenis. Quo factum eſt, vt Scylla in monſtrum marinum ſit conuerſa.

¶Phanus quũ vxorẽ haberet adulterij ſuſpectã, atrij fores ſic occluſit, vt non niſi cum ſtridore ſonituq; poſſent aperiri. Verum quum illa per tegulas adulterum intromitteret, vicini per iocum dicebant. Phani hoſtium. Quo prouerbio innuebant aliquid ſeruatum fruſtra.

¶Procris ſuſpicata maritũ Cephalum alterius fœminæ amore captum/ eundem in ſyluas ſecuta eſt/ delituitq; in dumis, vt obſeruaret clanculum, quid maritus faceret. Quum autem vepres (in quibus latebat) aliquãtum mouiſſet / Cephalus arbitratus eſſe feram/ eam iaculo confodit. Plutarchus in Parall. idem memorat de vxore Cyanippi/ & vxore Aemylij adoleſcentis.

¶Dirce vbi ſenſit maritum ſuum Lycum amore Antiopæ captum / puellã raptam tauri ceruicibus alligauit. Quo tormento cruciata Antiope/ tantiſper vociferata eſt, dum a vicinis ſit concurſum.

¶Memmius Romanus quũ ageret Tarracinę, deperibat in quendã mulierculã nõ ſine Largio quodã riuali. Cum hoc igitur quũ aliquãdo rixa incidiſſet/ eo iracundię prouectus eſt Memmius, vt ipſi Largio brachium mordicus arripuerit. Vnde fluxit adagium in vulgus. Lacerat lacertum largi mordax Memmius.

¶Helena poſt mortem Menelai a Megapentho/ & Nicoſtrato filijs Oreſtis fugata in Rhodum/ ad Polyzo vxorẽ Tlipolemi peruenit, quę iuſſit eam arbori ſuſpendi ob viri Zelotypiam.

¶Caſtiſſimi.

1 Penelope.
2 Daphne.
3 Biblia.
4 Aſbylus.
5 Cęſtus.
6 Lucretia.
7 Alexander.
8 Democles.
9 Amœbeas.
10 Apollonius.
11 Clitomachus.
12 Chryſanthus.
Daria.
13 Ictus.
14 Hippolytus.
15 Origenes.
16 Publius.
17 Pauſanias.
18 Sophronia.
19 Spurina.
20 Veturius.
21 Zenobia.
22 Amos.
23 Amianus.
24 Alfonſus.
25 Etelfrida.
26 Bellorophon.
27 Baldraca.
28 Xenocrates.
29 Dula.
30 Euphroſina.
31 Edeltrudis.
32 Eduardus tertius.
33 Petrus Vrſeolus.
34 Vandegiſillus.
35 Fara.
36 Vvenceſlaus.
37 Cazinitus.
38 Henricus primus.
39 Iulianus martyr.
40 Iſacius.
41 Ludouicus epiſcopus.

42 Triptolemus.
43 Sulpitia.
44 Melanio.
45 Rhodogune.
46 Pontia.
47 Scipio.
48 C.Gracchus.
49 Chię mulieres.
50 Trebonius.
51 Euripides.
52 Iulianus imp.
53 Syritha.
54 Dryas.
55 Patauinæ.
56 Diogenes.
57 Pontius Aufidianus.
58 Pub.Meuius.
59 Q.Fab.Seruilianus.
60 Pub.Attilius.
61 Hippo.
62 Theutonicę mulieres
63 Amator.
64 Leo Pont.
65 Benedictus abbas.
66 Auguſtinus.
67 Ioānes Anachoreta.
68 Arſenius.
69 Pion.
70 Vrſinus.
71 Hilario.
72 Euagrius.
Bernardus abbas.
Aniumarus.
Franciſcus Aſiſias.
73 Iudich.
74 Anna.
75 Eſſenij.
76 Timoclia.
77 Damon.
78 Cyane.
79 Medulina.
80 Abſalon.
81 Conſtantinus imp.
82 Hieron Syrac.
83 Marcia.
84 Eugenia.
85 Ioānes Malateſta.
86 Ludouic⁹ Seneſchall⁹
87 Fr.Gonzaga.
88 Rodulphus Gōzaga.
89 Paſtor.
60 Hugo Carthuſienſis.

1 PEnelope Icarí filia nullis procorū blandimētis/nullis pollicitationibus adduci potuit, vt abſente per viginti annos marito Vlyſſe / caſtitatem corrūperet. Vnde Propertius lib.3. Hæc etiā clauſas expugnant arma pudicas, Quæq; terunt faſtus Icarioti tuos. Idē. Nec fida Euadne/nec pia Penelope. Idem lib.2, Penelope poterat bis denos ſalua per annos Viuere/tam multis fœmina digna procis. Ouidius libro.3. Eleg. Penelope manſit (q̄uis cuſtode careret) Inter tam multos intemerata procos.

2 ¶Daphne Penei filia fuit ſeruandę caſtitatis adeo ſtudioſa, vt procos oēs reiecerit, ipſumq; Apollinem q̄uis perpetua iuuenta/intonſiſq; crinibus ſpecioſum. Ouidius lib.1. Meta. Multi illā petiere/illa auerſata petētes Impatiens/ experſq; viri nemora auia luſtrat. Nec quid Hymen/quid amor/quid ſint connubia, curat.

3 ¶Biblia vxor Duilli Romani (qui primus nauali certamine triūphauit) tantę fuit pudicitiæ, vt ſuo ſęculo caſtitatis norma/& ſpeculum videretur.

4 ¶Plato de Rep. teſtis eſt Aſbylum athletā Crotoniatā perpetua virginitate prædituſ fuiſſe ob ſtudium curſus.

5 ¶Martialis lib.8. Cęſti pueri caſtitatē/& formam cōmendat his verbis. Quāta tua eſt probitas/quāta eſt prędſtātia formę Cęſte puer/puero caſtior Hippolyto. Teſecum Diana velit/doceatq; natare, Te Cybele ſecum vellet habere Phryga.

6 ¶Lucretia ob acceptum a Tarquinio ſtuprum/temeratāq; pudicitiam/ facinus ſua morte vindicauit.

7 ¶Alexandrum Macedonem ſunt qui libidinis arguant, Contra tamen reperiuntur exempla, quæ hoc ipſum refellant / & in eo doceāt caſtitatem. Nam & victi Darij vxorem filiaſq; captiuas non ſolum non corrupit/at etiā edicto cauit, ne quis aliquid in eas moliretur. Prętter vxorem & Berſanen e Damaſco viduam/ac regiam mulierem/nullam aliam complexus eſt. Puerorum inſuper abſtinentiſſimus, quorum viginti millia ad militarem diſciplinam/iubebat erudiri, quum tamen ætatis illius homines maſcula/& prępoſtera libidine paſſim obbruteſcerent.

8 ¶Democles puer dubium maiore pudicitia/an forma corporis elegantiore, quum videret ſe

videret ſe ad ſtuprum ſolicitari a Demetrio Poliorcete / nec aliter vim tyranni im=
portunã poſſet effugere, in proximũ feruentis aquę lebetẽ ſe coniecit, ibiq; ad mortẽ
durare maluit / q̃ quid inhoneſtum perpeti. Teſtis Plutar.

¶ Amœbeas citharœdus tãta fuit caſtitate, vt vxorẽ (quam habebat formoſam) 9
nunq̃ attigerit.

¶ Apollonius Tyanęus philoſophus a puero titillationes Venereas adeo repreſſit / 10
et contudit, vt pręſignis in eo noſceret caſtitas, a qua nunq̃ poſtea reclinauit.

¶ Fuit in Athleta Clitomacho tanta caſtitas, vt ſi forte canes vidiſſet coeuntes, ſta= 11
tim vultum auerteret.

¶ Cryſanthus Alexãdrinus eiuſq; vxor Daria noĩe virgines mãſerunt in coniugio. 12

¶ Ictus Tarẽtinus athleta nobilis, quũ certo ſciret corporis vires eneruari libidine, 13
toto vitę tẽpore durauit expers veneris, vt paleſtricis ludis eſſet accõmodatior.

¶ Hippolytus Theſei filiꝰ, quum a Phędra nouerca adamaretur ſupra fidẽ / nullis 14
tamen precibus adduci potuit, vt ei congrederetur. Seneca. Exoſus omne fœminæ
nomen fugit Immitis annos celibi vitę dicat.

¶ Origenes Adamantius virilia ſibi amputauit, ne moleſtam ſibi Venerem expe= 15
riretur. Imitatus Hierophantas Atheniẽſium ſacerdotes, qui ſorbitione Cicutæ ſe
caſtrabant, quo mundius in ſacerdotio viuerent.

¶ Publius adoleſcẽs L. Papyrij clíens / & libertus, quũ dñi ſtuprũ pati nollet, in vin= 16
cula / & carcerẽ cõiectus / & multis poſtremo plagis affectus eſt. Malluit tamẽ egre=
gius adoleſcens oĩa tormẽta corporis experiri / q̃ prępoſtera illa Venere cõtaminari.

¶ Pauſanias Macedo per vim ſtuprum paſſus ab Attalo, puocauit ad Philippum, 17
iniuriãq; non ſine magna querimonia ad eum detulit. Quem quũ ridentem facinus
eoq; riſu probantem conſpiceret, iram in eum conuertit, exegitq; vltionẽ ab iniquo
iudice, quã a ſtupratore non poterat. Trogus author.

¶ Sophronia Romana mulier, quũ vim & ſtuprum Decij principis nõ poſſet effu= 18
gere / gladiũ mariti conſenſu arripuit, eoq; corpus ſibi confodit.

¶ Spurina adoleſcẽs, quum egregia ſua forma decoroq; aſpectu viros / & mulieres 19
ad libidinem cõcitaret, faciem / & pulchritudinem oris / ſpõte vulneribus deforma=
uit. Author Val. Maximus.

¶ Veturius carcerem / plagas / diuerſaq; tormenta maluit pati / q̃ Cęlio Plocio ſtu= 20
prandum ſe cõmittere.

¶ Zenobia regina Palymireorum / tanta fuit caſtitate, vt ne cum viro ſuo quidem / 21
niſi prolis cauſa congrederetur.

¶ Amos Aegyptius / mulieri (quã in matrimonium duxerat) nunq̃ cõgreſſus eſt, 22
quinetiam eidem amorem virginitatis in animum induxit.

¶ Amianus Alexandrinus epiſcopus / beati Marci Euangeliſtæ diſcipulus oculum 23
ſibi perforauit, ꝙ intuitu parum pudico tranſeuntes fœminas aſpexiſſet.

¶ Alfonſus ſecundus Alfonſi Catholici nepos / & Hiſpaniæ rex nunq̃ vxori con= 24
greſſus eſt. Vnde & caſti meruit cognomentum.

¶ Etelfrida Anglię regina poſt primum partum abſtinuit a viro. 25

¶ Bellerophon Glauci Corinthiorũ regis filius, quum a Sthenobea vxore Prœti 26
Argiuorum regis efflictim adamaretur, nullis tamẽ precibus induci potuit, vt cum
ea ſtuprum committeret.

¶ Baldraca puella generis obſcuri / peregineq; cõditionis / q̃uis multarum rerum ob 27
paupertatem eſſet indiga / noluit tamen corporis ſui copiam facere Othoni impera=
tori / q̃uis montes & maria (quod aiunt) promittenti.

28 ¶Xenocrates philoſophus, quum magnam caſtitatis opinionem ſibi comparaſſet, acceſſit ad eũ Phryne meretrix/petijtq; partem lecti, quam ille cõceſſit. Nec tamen vllo noctis tẽpore attigit puellã/ q̃uis formoſiſſimam. Hinc illa mane rediens dixit ſe non a viro/ſed a ſtatua venire. Quod argumentum eſt magnæ caſtitatis. Nam proxime voluptates magis titillant/& multos (quorum mores in tuto poſiti videntur) ſeducunt/& euerberant.

29 ¶Dula maluit a milite quodam interfici/q̃ ab eodem violari.

30 ¶Euphroſina virgo Alexandrina/virum mẽtita/domum patris Pannutij reliquit, ne ad nuptias cogeretur.

31 ¶Edeltrudis regina/duobus in Anglia regibus nupta, caſtitatem ſemper illibatam ſeruauit, vtroq; ad pudicitiam inducto.

32 ¶Eduardus tertius Anglorum rex vxorem (quam duxerat) nũq̃ attigit. Matrem Euinam (quam adulterij ſuſpectam habebat) in cœnobium relegauit.

33 ¶Petrus Vrſeolus dux Venetorũ/poſt ſuſceptum filiũ/vxorẽ nunq̃ attigit. Quod vtriuſq; voto factum eſt.

34 ¶Vandegiſillo comiti Palatino (qui ſub Dagoberto rege floruit) quũ per vim data eſſet vxor, eam ad amorem caſtitatis induxit. Quo factum eſt, vt vterq; cœnobio ſe incluſerit.

35 ¶Fara virgo fuit Gallica clariſſimis orta natalibus Heraclio imperãte. Quã dum parentes Hagerricus/& Leodegunda per vim cogere vellent ad matrimonium/in tantas prorupit lachrymas, vt inde cęcitatem contraxerit.

36 ¶Vvenceſlaus filius Borſinoi regis Bohemorum perpetuã ſeruauit caſtitatem.

37 ¶Cazinitus quoq; rex Poloniæ perpetuo celebs/& caſtus manſit.

38 ¶Henricus primus imperator, perpetuam in matrimonio ſeruauit caſtitatem cum vxore Sinegunda.

39 ¶Iulianus martyr/& Baſiliſſa vxor impolluti quoq; manſerunt in coniugio.

40 ¶Iſacius Conuenus imp. tanta fuit continẽtia, vt vxorem nunq̃ inire voluerit poſt prolẽ ſemel ex ea ſuſceptam, q̃uis tamen ad morbi remediũ medici conſulerent, vt coitu frequentiore vteretur.

41 ¶Ludouicus epiſcopus Toloſanus Caroli ſecundi Sicilię regis filius ea fuit caſtitate, vt nulli prorſus fœminæ præterq̃ matri/& ſororibus verba faceret, ne vel colloquio ſanctitatem corrumperet.

42 ¶Triptolemo Cereris filio quũ pleræq; virgines ampliſſimã offerrẽt dotẽ, vt cum eo nuptias cõtraherent/aſpernabatur oẽs & reijciebat. Ouid. in Ibin. Filius vt Cereris fruſtra tibi ſemper ametur, Deſtituatq; tuas vſq; petitus opes.

43 ¶Pudiciſſima fœmina ſemel matronarum ſentẽtia iudicata eſt, Sulpitia paterculi filia. Author Plynius.

44 ¶Melanio quidam odio mulierum in ſolitudinem demigrauit/perq; auia mõtium et nemorũ cane vno feras inſectari ſolitus eſt, nec vnq̃ domũ reuocari potuit. Vnde natum adagium. Melanione caſtior.

45 ¶Rhodogune Darij filia/mortuo marito nutricem dedit morti ſecundas nuptias ſuadentem.

46 ¶Cor. Tacitus ſcribit Pontiã quãdam Romanam fœminã nullis verborum lenocinijs/aut pollicitationibus ad adulterium cũ Octauio tribuno plebis cõmittendum impelli potuiſſe, quin ab eodem interfici maluiſſe.

47 ¶P. Scipio Africanus expugnata Carthagine Hiſpanię ciuitate/virginem tempeſtiuã forma egregia/& nobilis viri filiã/productam ad ſe/patri inuiolatã reddidit.

Author

Author Gellius libro ſexto.

¶Quandiu C.Gracchus Sardiniã prouinciã adminiſtrauit/ nulla meretrix introi- 48
uit eius domũ,nulli pueri eximia facie ei ad ciathũ ſteterunt. Idem Gellius.

¶Chię mulieres tanta fuerunt caſtitate, vt neq; adulteriũ/neq; illegitimus concubi 49
tus apud eas vnq̃ prodatur accidiſſe.

¶Trebonius pudicę ſanctitatis miles Luſiũ Marij ex ſorore nepotem/caſtitati ſuæ 50
ſtuprũ & inſidias molientem dedit morti.

¶Fertur Euripides perpetuo mulierũ odio cõflagraſſe, ſiue quia natura eſſet talis/ 51
abhorreretq; a mulierũ cœtu,ſiue q̃ duas habuerat vxores ſimul pro Atheniẽſium
decreto,quarũ matrimonij quũ pertęduiſſet,toti ſexui bellũ indixit.

¶Iulianus imp.tanta enituit caſtitate, vt poſt amiſſam coniugẽ nihil vnq̃ Venereũ 52
attigerit. Author Ammianus Marcellinus.

¶Syritha Synaldi regis Dauorũ filia tantæ fuit pudicitiæ, vt quũ ob elegantiã for- 53
mæ magna procorũ frequentia peteretur,neminẽ tamen inſpexerit.

¶Dryas Fauni filia aſpectũ virorũ vſq;adeo refugit, vt in publicũ ꝓdire nunq̃ viſa 54
ſit. Quo factũ eſt, vt vetitũ ſit/ne eius ſacris intereſſent mares. Author Plutar.

¶Olim tanta fuit Patauinarum mulierũ caſtitas, vt non niſi operta facie prodirent 55
in publicum. Vnde Martialis. Tu quoq; nequitias noſtri luſuſq; libelli
Vda puella leges,ſis Patauina licet.

¶Diogenes tragœdus ab vxore perpetuo abſtinuit. 56

¶Pontius Aufidianus vbi reſciuit filiã a Fãnio Saturnino pędagogo ſuo corruptã, 57
vtrũq; puniuit morte. Val.Maximus.

¶Publius Menius libertum (quem vnice diligebat)proter illatum filiæ iam nubili 58
oſculum interfecit. Idem.

¶Q.Fabius Seruilianus, quum ſuſpectã haberet filij pudicitiã, eum morti dedit, 59
demũ voluntario receſſu conſpectũ patriæ vitans exulauit.

¶Pub. Attilius Philiſcus filiã ſuam interemit, ꝓ ſtupri ſe crimine coinquinaſſet. 60
Idem. Val.

¶Hippo Greca mulier capta a nautis,quum pudicitiæ ſuæ ſtuprum & inſidias pa- 61
rari ſenſiſſet,noctu ſe in aquas præcipitem dedit, maluitq; mori pudica/q̃ impudi-
ca viuere.

¶Captiuę Theutonicorũ coniuges mariũ victorẽ orarunt, vt ab eo virginibus Ve- 62
ſtalibus dono mitterẽtur,affirmãtes æque ſe/atq; illas virilis cõcubitus expertes fu-
turas. Qua re non impetrata/laqueis ſibi nocte proxima ſpiritũ eripuerunt.

¶Amator (qui poſtea Altiſſiodorenſis fuit Antiſtes) quum vxorẽ eleganti for- 63
ma clariſq; natalibus ortam duxiſſet, eam tamen ad ſtudium caſtitatis induxit/tan-
tum aberat, vt ei congrederetur.

¶Leo pontifex manum (qua aliquando oſculum matronæ contigerat) vltro ſibi 64
abſcidit,q; inde ſecuta eſſet tacita quędam libidinis appetentia.

¶Benedictus Abbas ad inceſtã recordationem mulieris a ſe viſæ caſtigãdam, vſus 65
eſt crebra corporis volutatione ſuper ſentes.

¶Noluit Beatus Auguſtinus habitare cũ ſorore, ne aliqua titillatio carnis aut pru- 66
ritus ſuboriretur. Interrogatus cur hoc faceret, quoniã inquit malum videre fœmi-
nam/peius alloqui/peſſimum attingere.

¶Nulla vnq̃ fœmina a Ioanne Anachoreta viſa eſt/nec ab vlla videri voluit. 67

¶Arſenius Abbas viros oẽs iuxta & fœminas ad ſanctiorem vitę cultũ refugiebat. 68

¶Pion Auſonij Abbatis diſcipulus, dum cõgreſſum quoq; mulierum ſolicite de- 69

clinaret precibus expugnatus, vt ſororem morbo laborantē inuiſeret / alieno ductu/ clauſiſq; oculis eius domum ſubijt/ac retro abijt.

70 ¶Vrſinus Nurſiæ preſbyter moriens quum vxorē (quam multis ante annis ad ſe venire nulla de cauſa permiſerat)admotam ſibi cognouiſſet, Faceſſe inquit mulier. Nondum penitus extinctus eſt ignis.

71 ¶Hilario Abbas ingenitā corpori concupiſcentiam alloquēs, dicere ſolebat, Conficiam te inedia, vt de cibo cogites/non de voluptate.

72 ¶Euagrius quoq; Abbas ad reprimendam Veneris tentiginem varia tormēta mēbris ſuis irrogauit. Nam & corpus inedia cōfecit / & hibernas plęrūq; noctes in puteis egit, vt Bernardus Abbas in lacu / Aniumarus Tamanenſis in vepribus/ Franciſcus Aſiſias in hibernis niuibus.

73 ¶Iudich mulier vidua, quū ad recens cōnubiū impelleretur/ cilicio ornatu pręt ulit/ obiecitq; libidini ieiuniū/ vigilias ſomno/ & ocio laborē, inquit Sabellicus.

74 ¶Anna Phanuelis filia poſt ſeptimum connubij annum vidua facta / ad quartum vſq; & octogeſimum caſte vixit.

75 ¶Eſſenij populi Syriæ vitam olim duxerūt alienam ab omni mulierum cōmercio/ Venere abdicata, inquit Plynius.

76 ¶Timoclia mulier Thebana, ſtuprū a quodā Barbaro Thracū principe per vim paſſa, iniuriam hoc modo vlta eſt. Odio enī diſſimulato dixit ſtupratori ſe ſcire locum, vbi plurimum eſſet auri, perductuſq; eſt ab ea ad profundiſſimum puteū, qui fuit in remotiore domus parte. Quo quū Thrax explorabūdus veniſſet, & iamiam pronus imineret puteo, a Timoclia (quæ a tergo ſtabat) deiectus eſt in præceps/ & ſaxis obrutus. Author Sabell.

77 ¶Damon Peripolta inſigni forma adoleſcens/ videns Romanū quēdam pręfectū Cheronę/ ſtuprū ſibi per vim machinari/ quia prius blandiendo nihil profeciſſet/ ad pudicitię munimen aliquot ſocios cōuocauit/ qui omnes fuligine tincti, ne agnoſcerentur, præfectum in foro ſacrificantem obtruncarūt.

78 ¶Cyane virgo Syracuſana violatā ab ebrio patre pudicitiā ęgre ferēs/ appręhēſum capillis ſtupratorē ad aram traxit/ eūq; pro victima cecidit, ad pacādam peſtē, qua propter facinus Syracuſę laborabāt. Author Plutar. in Parall.

79 ¶Medullina quoq; virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata, vt ſtupri authorem agnoſceret, digito eius anulum detraxit. Vbi ex pignore patrem eſſe cōperit, eundem ad aram gladio confodit. Idem Author.

80 ¶Abſalō Amon fratrem occidit, q̄ immodeſte Thamar ſororem cōmunem deperibat, eiq; vim intulerat.

81 ¶Conſtantinus imp. Criſpum filium capite puniuit, q̄ nouercam Fauſtam ſtupri compellaſſet.

82 ¶Hieron Syracuſanus Epicarmum poetā Comicum mulctauit / q̄ pręſente ipſius coniuge/ laſciuos recitaſſet verſus.

83 ¶Marcia Varronis filia, quū ſuo ſęculo ſculpendi/ pingēdiq; arte inſignis haberet, abſtinuit ſemper ab effingenda virili figura, ne pudibunda quoq; exprimeret.

84 ¶Eugenia virgo Philippi proconſulis Alexandrini filia, quū ab imperatore Commodo ſtuprum ſibi timeret/ Monachi habitum mentita eſt & nomen.

85 ¶Ioannes Malateſta vxorē nomine Franciſcam in cōplexu Pauli Malateſtæ fratris ſui depręhenſam gladio tranſfixit vna cum adultero.

86 ¶Ludouicus quoq; Normanię Seneſchalus Carlottam vxorē cum Ioanne Lauerno eius adultero/ morti dedit.

¶Franciſcus

¶Franciſcus Gonzaga Agneti adulteræ caput adimi iuſſit. 87

¶Rodulphus quoq; Gonzaga quum vxorẽ adulterij cõpertam haberet, eam vna cum adultero in concubitu deprẽhenſam occidit. 88

¶Paſtor preſbyter/& Anachoreta matrẽ ad ſe veniẽtem ſella clauſa reppulit/cauſa ſeruandæ caſtitatis. 89

¶Vgo Carthuſienſis per annos 15. mulieris faciem nunq̃ videre voluit. 90

¶Mulieres doctę.

1 Corinna Thebana.
Corinna Theſpia.
Corinna Ouidiana.
Myrtis.
2 Erinna.
3 Sappho.
4 Polla.
5 Aſpaſia.
6 Cleobulina.
7 Cornificia.
8 Cornelia.
9 Lelia.
Hortenſia.
Liciniæ.
Mutiæ.
10 Anaſtaſia.
11 Damophila.
12 Hyptathia.
13 Leontium.
14 Pamphila.
15 Praxilla.
16 Phemonoe.
17 Soſipatra.
18 Theano.
19 Zenobia.
20 Alpaides.
21 Catharina Senenſis,
22 Delbora.
23 Hildegardis.
24 Ioanna anglica.
25 Luceia Mima.
26 Laſthenia.
Axiothea.
27 Michale.
28 Diotima.
29 Themiſte.
30 Arete.
31 Dama.
32 Thargelia.
33 Muſca.
34 Charixena.
35 Mœro.
36 Agallis.
37 Teleſilla.
38 Hipparchia.
39 Caſſandra Priami.
40 Claudia.
41 Eudoxia
42 Iſtrina.
43 Caſſandra fidelis,
44 Themiſtoclea.
45 Proba Valeria.
46 Amalthea.
47 Elizabeta.
48 Baptiſta prima.
49 Iſota.
50 Damiſella.
51 Minerua.
52 Manto.
53 Nicoſtrata.
54 Catharina Coſtis.
55 Fabiola,
56 Marcella.
57 Euſtochium.
58 Genebria.
59 Conſtantia.
60 Noſſis.
Agacle.
Anyte.
Myto.

¶Corinnæ tres fuerunt. Prima Thebana/ſeu Tanagręa/Archelodori/& Procratiæ filia/& Myrtidis diſcipula, quæ Lyricorum principem Pyndarum quinquies vicſſe/& Epigrammatum quinq; libros edidiſſe fertur. De hac Propertius libro ſecundo. Et ſua cum antiquæ cõmittit ſcripta Corinnæ. Statius libro quinto Syl. Sophronaq; implicitum/tenuiſq; arcana Corinnæ. Bap. Pius. Nec tetigit dulcem trina Corinna Lyram. Idem. Non tres dulciloquo preſtẽt ſermone Corinnę. Politianus. Sed Tanagręa ſuo/mox iure poetria riſit. Secũda fuit Theſpia veterum quoq; monumẽtis celebrata plurimum. Tertia floruit Ouidij tẽporibus, poetę chariſſima. De hac Martialis. Norat Naſonem ſola Corinna ſuum. 1

¶Erinna poetria Teia aut Telia (eſt enim Telos inſula prope Guydon) floruit Dionis Syracuſani tẽporibus. Scripſit Dorica lingua elegans poema, trecẽtis verſibus abſolutum. Aliaq; item Epigrammata. Ferunt eius carmina ad Homericã acceſſiſſe maieſtatem. Mortua eſt annos 19. nata. De hac Propertius libro. 2. Carminaq; Erinnes non putat æqua ſuis. Bap. Pius. Erinnam credet Græcia docta ſuam. Idem. Non melior coluiſſe ſacras Erinna ſorores. Fuit contemporanea Sap- 2

phus. In eam elegãs eſt apud Græcos diſtichon, cuius talis habetur ſenſus. Quanto Erinna in Lyricis Sappho præſtantior, tanto Sapphus gloriam Erinna hexametris pręcellit.

3 ¶ Sappho Leſbia Lyrica floruit temporibus Alcęi / & Steſichori poetarum. Maritum habuit Cercylam ditiſſimũ virum ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit Clionomine. Scripſit Lyricorum libros .9. Pręterea Epigrãmata, Elegias / iambos / & Monodias. Carmini Sapphico (cuius inuentrix fuit) dedit nomen. Sunt qui dicant aliam fuiſſe Leſbiam, poetriã quoq; , quæ adoleſcẽtem Phaonẽ adamauerit, & e Leucade in aquas ſe demiſerit. Vtracũq; fuerit, vnam tantum cõmendant Latini poete. Statius libro quinto Syl. Steſichoruſq; ferox / ſaltuſq; ingreſſa viriles, Nõ formidata temeraria Leucade Sappho. Sidonius. Aut quod compoſuit puella Leſbi. Bap. Pius. Maſcula quęq; ſuos cãtat moritura calores, Leucadij Sappho crimẽ, honorq; freti.

4 ¶ Polla argentaria Lucani fuit vxor teſtimonio Martialis. Hæc eſt illa dies, quæ magni cõſcia partus Lucanum populis, & tibi Polla dedit. Tanta dicitur fuiſſe doctrina, vt maritũ iuuerit, in emendandis tribus primis libris Pharſalię. Statius lib. 2. Syl. Huc caſtæ titulum / decuſq; Polle / Iucunda dabis allocutione. Sidonius. Quid ꝙ duplicibus iugata tædis Argentaria Polla dat poetas. Eadem incœptos a marito permultos verſus perficiebat parí grauitate & elegantia.

5 ¶ Aſpaſia mulier Mileſia magna doctrinæ fama claruit. In ſtudijs Philoſophicis abunde promouit. Rhetoricen exercuit, Fuit Periclis magiſtra / & tandẽ vxor.

6 ¶ Cleobulina Cleobuli Lindij (qui fuit vnus ex ſeptem ſapientibus Gręciæ) filia, ſcripſit Aenigmata quędam verſibus hexametris, quorum hoc vnum adhuc extare fertur. Eſt vnus genitor, nati bona pignora bis ſex, Triginta cuius natæ, ſed diſpare forma. Hæ niueæ aſpectu / nigræq; coloribus illæ / Atq; immortales omnes moriũtur ad vnam.

7 ¶ Cornificia ſoror Cornificij poetę elegantiſſima ſcripſit Epigrãmata.

8 ¶ Cornelia vxor Africani & mater Gracchorum epiſtolas reliquit ornatiſſime ſcriptas, vnde & filiorum fluxit eloquentia. Vnde Quintilianus. Nam Gracchorũ eloquentiæ (inquit) multũ contuliſſe accepimus Corneliam matrẽ, cuius doctiſſimus ſermo in poſteros quoq; eſt epiſtolis traditus.

9 ¶ Idem de filiabus Lęlij / & Q. Hortẽſij ſic inquit. Lęlij filia reddidiſſe in loquẽdo paternã eloquentiã elegantiorẽ dicitur. Et Q. Hortenſij filiæ oratio apud Triũuiros habita legit̃ / nõ tm̃ in ſexus honorem. ¶ Liciniarũ quoq; in dicẽdo lepos a patre L. Craſſo emanauit. ¶ Mutiæ duæ filiæ ab vtroq; parẽte eloquentiã didicere.

10 ¶ Anaſtaſia diſcipula Cryſogoni martyris fuit & vxor Publij Romani, cuius torũ ſimulato morbo euitauit. Scripſit epiſtolas ad Cryſogonum, quibus conquerebatur facultates ſuas a ſacrilego viro abſumi / ſeq; in carcere detineri. Hæc ad palũ cremata eſt, ꝙ ſanctis miniſtraret.

11 ¶ Damophila Græca vxor Pãphili / ſocia Sapphus poetriæ / poemata ſcripſit amatoria / & Dianæ laudes.

12 ¶ Hyptathia mulier Alexandrina Theonis Geometræ filia / & vxor Iſidori Philoſophi / vixit imperante Arcadio. Scripſit in Aſtronomiam. Profeſſa eſt Alexandriæ varia diſciplinarũ genera / magno & frequenti auditorio, conuolantibuſq; turmatim / & vndecunq; diſcipulis.

13 ¶ Leontium Græca adoleſcẽtula Philoſophicas diſciplinas adeo ſectata eſt, vt etiã nõ dubitauerit cum magna ſui nominis laude in Theophraſtũ Philoſophum alioqui laudatiſſimum ſcribere.

¶ Pamphila

¶Pamphila ſcripſit commentarios in grammatica. Citatur a Gellio. 14

¶Praxilla Sicyonia fuit poetria, quę in ſuis carminibus Adonidem inducit ab infe 15
ris interrogatum, quid apud ſuperos pulcherrimum reliquerit, reſpondere, ſolem/ cucumeres/ mala. Quod quum vehementer inſulſum videretur, cucumeres & ma la cum ſole componere, fluxit inde prouerbiũ. Stultior Praxillę Adonide, In homi nes nullius iudicij.

¶Phemonoe prima Apollinis Delphici vates fuiſſe, carmenq; heroicum inueniſſe 16
dicitur.

¶Soſipatra vates fuit lyda multis diſciplinis cumulatiſſima, quam propterea credi 17
tum eſt a numinibus quibuſdam fuiſſe educatam

¶Theano mulier fuit apud Locros in Lyricis pręcellens. Alia fuit Metapõtina ſeu 18
Creſſa genere/ mulier Pythagorea vxor Brotini Crotoniatę, quę ſcripſit commen tarios in Philoſophia/ de virtute/ Poemata quoq; et Apophthegmata Pythagorea.

¶Zenobia regina Palmyreorum Græci/ Aægiptijq; ſermonis fuit peritiſſima & 19
latini non ignara. Scripſit Epitomen in Orientalem/ Alexandrinamq; hiſtoriam/ Herennianum & Timolaum filios literis erudijt. Elegantiſſimas orationes ad mi lites ſuos plęrumq; habuit, quas galeata recitabat.

¶Alpaides virgo quum religionem magno cultu amplecteretur, cœlitus meruit 20
ſcripturę ſacrę bibliorumq; ſenſum percipere.

¶Catharina Senenſis puella adeo profecit in ſacris literis, vt libros ſcripſerit cum 21
Theologorum doctrina conferendos.

¶Delbora mulier de tribu Effraim vaticinio claruit. 22

¶Hildegardis virgo Germana, ſpiritu quodam imbuta Prophetico multa prędi= 23
xit de futuris, ſcripſitq; aliquot Catholicę doctrinę libros. Hãc epiſtolis ſuis digna tus eſt beat⁹ Bernard⁹. Scripſit ſuper Benedicti diſciplina, trigĩta Theologas quę= ſtiones eruditiſſime abſoluit. Excellentium virtute virorum vitas ſcripſit. De alta= ris ſacramento, Omilias in Euangelijs. Prętera in medicina, Quę ſmplicia & quæ compoſita tollendis ęgritudinibus proſint. Item carmina et epiſtolas teſtimonio Apoſtolicę authoritatis comprobaras. Quo factum eſt/ vt Eugenius 3. Anaſtaſius 4, Adrianus 4. pontifices/ Conradus 3. et Federicus prim⁹ Cęſares ad eam plę= rumq; ſcripſerint.

¶Ioanna Anglica ab ephebis virum mentita/ Athenas ſe contulit, vbi literis ſtu= 24
dioſe adeo operam impertiuit, vt Romam rediens/ paucos haberet doctrina pares et ſacris literis. Vnde tantum apud omnes beniuolentię et authoritatis ſibi deme ruit, vt artibus illis pontificatum ſit adepta poſt Leonem quartum/ quum vir eſſe crederetur.

¶Luceia Mima authore Plynio centum annis in ſcęna pronunciauit. 25

¶Laſtheniã Mantineam/ et Axiotheam Phliaſiam Platone vſas pręceptore ſcribit 26
Plutarchus/ ornatuq; interim virili auditorium ingreſſas.

¶Michale Centaura mulier docuit Theſſalas remedium amoris. 27

¶Diotima et Aſpaſia mulieres adeo in philoſophicis promouerunt diſciplinis, vt 28
alteram Diotimam appellare magiſtram/ alterius lectionibus intereſſe non erubue rit Socrates philoſophorum omnium longe optimus

¶Lactantius ait philoſophos nullas vnq̃ mulieres philoſophari docuiſſe, præter 29
vnam ex omni memoria Themiſtem. Sed quę nam hęc & cuias fuerit, non docet.

¶Arete mulier eo doctrinę conſcendit, vt filium etiam inſtitueret, qui appellatus 30
eſt Ariſtippus. Fuit Cyrenaica, et Ariſtippi patris Socratici dogma ſequuta eſt.

Mortuo patre ſcholam rexit in philoſophia magno et frequenti auditorio.

31 ¶Dama Pithagoręfilia,et ipſa philoſophię ſectatrix ingenium & doctrinam in exponendis paternis ſententiarum inuolucris exercuit.

32 ¶Thargeliam quoq; fœminam ſola illuſtrauit philoſophia.

33 ¶Ferunt & muſcam poetriam fuiſſe Lyricam,quę & epigrammata ſcripſerit,& lyricos nomos.

34 ¶Fuit et multorum carminum author Charixena,cuius meminit Ariſtophanes Cynicus.

35 ¶Celebratur item Mœro condito in Neptunum hymno.

36 ¶Fuit Agallis Corcyræa illuſtris in arte grammatica,cui inuentum pilę nonnulli aſcribunt.

37 ¶Teleſillam in poetica illuſtrem celebrat Pauſanias.cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua ſit erecta.Hanc Fulgoſus Theſelidem vocat.

38 ¶Philoſophicis quoq; diſciplinis valde excelluit Hipparchia mulier Græca.

39 ¶Caſſandra Priami filia,vaticinio & doctrina illuſtris habita eſt/ & apud hoſtes in lacędemone/templo fuit inſignita

40 ¶Statius Papinius vxorem habuit nomine Claudiam,magno ingenio,doctrinaq; non vulgari prędita m.

41 ¶Eudoxia Theodori iunioris vxor pręter egregiā formam/ ſingularemq; pudicitiam etiam literis excelluit,adeo vt librum quendam emiſerit

42 ¶Iſtrina Scytharum regina/ Aripithis vxor/Sylē filium Græcam Linguam/literaſq; edocuit.Author Herodotus.

43 ¶Politianus magnis laudibus commendat Caſſandram Fidelem Venetam puellam,quam ait pro lana librum, pro fuſo calamum,ſtylum pro acu tractaſſe, Latinaſq; epiſtolas ſcripſiſſe,Sic enim de ea in pricipio cuiuſdā epiſtolę meminit.O decus Italię virgo, quas dicere grates/ Quas ve referre parem,cp etiam honore metuarum literarum non dedignaris? Mira profecto fides tales proficiſci a fœmina (quid fœmina dico?)immo vero a puella et virgine potuiſſe? Nō igitur iam muſas/non Sibyllas /non Pythias obijciant nobis vetuſta ſęcula.Non ſuas Pythagoręi philoſophantes fœminas,Non Diotimam Socratici/nec Aſpaſiā.Sed nec poetrias illas Græca iactent monumenta Teleſillam,Corinnam/Sapphō/Anyten/Erinnā/ Praxillam/Cleobulinam.

44 ¶Themiſtoclea ſoror fuit Pythagorę/cuius placitis & opinionibus,plęriſq; in locis vſus eſt Pythagoras,

45 ¶Proba Valeria/ Romana puella Græcis latiniſq; literis eruditiſſima truncatos Virgilij verſus/ad fidem et myſteria Catholicę religionis conuertit,fecitq; de Chriſti geſtis et eius morte opus nobiliſſimum/quod Centones appellauit.

46 ¶Amaltheę Sibyllę Cumanę libris non ſecus ac diuinis oraculis in imperij adminiſtratione populus Romanus ſemper vſus eſt.

47 ¶Elizabeta Abbatiſſa Germanica multas orationes ad ſui conuentus ſorores conſcripſit,opuſq; de vijs,quibus ad deum itur.

48 ¶Baptiſta prima Galeatij Malateſtę Piſaurienſis principis filia et Guidoni Montefeltrenſi Vrbinatium comiti matrimonio copulata cum doctiſſimis viris plērūq; magna ſui laude diſputauit.Libros quoq; de humana fragilitate,& de vera religione conſcripſit.

49 ¶Iſota Nouatolla Veronenſis philoſophiam verbo et opere profeſſa eſt.Scripſit quandoq; ad Nicolaum Quintum et Pium ſecundum pontifices, Scripſit quoq;

dyalogum

dyalogum, quo diſputatur vter grauius peccauerit, Adam ne/an Eua, Quibus lite rarum laudibus adiecit perpetuum virginitatis votum.

¶Damiſella Triulcia Mediolanenſis virguncula annos non amplius quatuordecim nata iam cœpit eloquentię inſueſcere/bonaſq; imbibere diſciplinas, adeo vt nouum terris prodigium eſſe videretur. Patrem habuit Ioannem equeſtris et ſenatorię dignitatis virum/matrem Angelam literarum non expertem. Qui ambo muſis innutriti, filiam quoq; hiſdem artibus voluerunt inſtitui, in quibus adeo profecit, vt quum latine vel ſcriberet, vel loqueretur, omnes traheret in admirationem, ita vt plęriq; dicerent parienti matri affuiſſe muſas obſtetrices. Habuit orationis genꝰ luculentum/& ſparſum fruge bonarum lectionum vſq; ad luxuriem. Nunq̃ loquebatur, quin verborum aculeos auditorum animis imprimeret. Dicẽtem omnes ſuſpiciebant, et ab eius ſermone pendebant attoniti. Fuit pręterea tam fœcunda, tamq; tenaci memoria, vt vel Mithridati par haberetur, Nam ſi quem vel publice cõcionantem aut declamantem audiſſet, reuerſa a conſeſſu/omnia ad vnguem verbatim ſyllabatimq; repetebat. Latinis inſuper non contenta literis, Græcarum ſtudio deflagrauit, quas vſq; ad promptum et peculiarem didicit ſermonem. Ne multis agã, propter immenſas corporis et animi dotes/luſum eſt in eam ſequentibus verſibus, qui circumferebantur paſſim. 50

Quid facis in terris Damiſella triulcia? cœlum
Ingenijs debet talibus eſſe domus.
At ſcio/quid facias, flores cum coniuge ditis
Non legis, ad ſtygios vt rapiare lacus.
Cura tua eſt virtus, et iter meditaris ad aſtra,
Nam virtus comites tollit ad aſtra ſuos.

¶Placuit nobis propter morum eius puellę honeſtatem, pręcipuamq; formam corporis, mentiri et confingere nomen. Amaſię non ad laſciuiam/ſed carminis argumentum/quam et nos Damiſellam vocauimus.

¶Minerua Iouis primi filia non aliam ob cauſam relata eſt in numerũ deorum, q̃ propter bonarum artiũ (quarũ fuit inuentrix) peritiam. Vnde et veteres illę Athenę ſui nominis immortalitatem mutuatę ſunt. 51

¶Manto Tyreſię vatis filia (quę Mantuę nomen indidit) doctrina quoq; & vaticinijs claruit, adeo vt ex pecudum fibris/extorumq; intuitu futura pręſentiſceret/ac pręſagiret. 52

¶Nicoſtrata ſeu Carmentis Græcas literas impenſe docta/plęraſq; ex latinis primum reperit. Quo coniectare licet mulierẽ verſatili ingenio/variaq; doctrina fuiſſe pręditam. 53

¶Catharina virgo Coſti Alexandrię regis filia ſacris literis partim ſtudio, partim diuini ſpiritus afflatu adeo fuit imbuta, vt accerſitos a patre vndecũq; doctiſſimos viros et philoſophos ad perſuadẽdam idolatriam, refellendamq; vnius dei religionem, viuaciſſimis terruerit argumentis, ſuęq; opinioni attraxerit, nedum non ſuccubuerit eorum rationibus, 54

¶Fabiola Romana mulier quum magno ſtudio ſacras literas amplecteretur, Prophetias, Euangelia, & Pſalmos frequentiſſime reuoluebat, vt iterata plęrumq; lectio amorẽ diuinę religionis (qua deflagrabat) augeret vehementius. Vnde & beatus Hieronymus librũ de veſte ſacerdotali, eidẽ nuncupauit. 55

¶Marcella Romana propter ſacras literas (quas egregie callebat) frequentibus epiſtolis a beato Hieronymo ſalutata eſt. Ad eã enim ſcripſit de mũdi contemptu, 56

de decem nominibus, quib⁹ apud hebręos dicitur deus/ de fide noſtra et hęretico= rum doctrina/ de Blaſphemia in Spiritum ſanctum/ de ſtudio Theophili epiſcopi Alexandrini, et alia id genus per multa.

¶ Euſtochium Paulę mulieris Romanę filia/ Latinarum/ Hebraicarum et Græ= carum literarum ſtudijs plurimum excelluit. Vnde et ſuo tempore nouũ orbis ꝓ= digium vocata eſt, Ingenium ſacris literis deuouit maxime, atq; adeo, vt Pſalmos hebraice legeret curſim et mira celeritate. Qua in re amorem beati Hieronymi mul tum ſibi demeruit,

¶ Genebria mulier natione Veronenſis tempore Pij ſecundi pontificis Romani, ſua egregia eruditione meruit nomen immortale. Epiſtolas ſcripſit luculẽtas et ma xima refertas doctrina. Recitabat decoro geſtu/ voce virili permixta ſuauitate.

¶ Conſtantia Alexandri Sfortię vxor numeratur inter claras mulieres et excellen tes doctrina. Ab infantia bonis diſciplinis operam dedit, adeo vt imparata quoq; di= ſertiſſime loqueretur. Habebat aſſidue prę manibus opera, Hieronymi/ Ambro= ſij, Gregorij/ Ciceronis et Lactancij. Valebat etiam ſcribendis ex tempore carmi= nibus, non ſine magna multorum admiratiõe. Quod ſine pręceptore ferebatur di= diciſſe. Nec defuit tam illuſtri fœminę germẽ ſimile. Habuit enim filiam Baptiſtã nomine/ tanta doctrina/ vt doctiſſimos quoſq; ſua terreret eloquentia.

¶ Politian⁹ ī Nutricia pleraſq; mulieres doctas et eruditas his carminib⁹ enumerat.

Non illi Praxilla ſuos/ prędoctaq; Noſſis
Contulerint Myrtiſq; modos/ non dulcis Agacles/
Non Anyte/ non quę verſus Erinna trecentos
Caſtalio ſeu melle rigat, non candida Myto/
Non Teleſilla ferox/ Non quę canit Aegida ſęuę
Pallados/ effuſum crinem vittata Corinna,

Muſę nouem

Calliope	Euterpe	Erato
Clio	Melpomene	Terpſicore
Thalia	Polyhymnia	Vrania

¶ Muſas Poetę fingunt eſſe Iouis et memorię filias, ꝙ doctum oporteat fœcunda eſſe memoria, Dicunt inſuper has muſicę pręeſſe & carminum inuentrices vocant, ꝙ Muſa cantum ſignificet/ & poeſis proxime ad Muſam accedat, quum pręſertim & numeris cõſtet & proſodia. Fingũt earũ ſedẽ eſſe in Helycone Bœotię mõte pro pe Phocidem, a quo vt a cõfinib⁹ locis diuerſa meruerunt nomina. Vocantur ſiqui dem Helyconides & helyconiades ab Helycone. Parnaſides a Parnaſo Phocidis monte, vbi etiam finguntur habitare. Aonides & Aonię, ab Aonia, quę eſt propin qua Phocidi. Cytheriades a Cytherone Boetię monte, Pierides a Pieria regiõe Ma cedoniæ/ vbi etiam Muſarũ domus eſſe dicitur, Theſpiades a Theſpia oppido He lyconi propinquo. Pęgaſides a Pegaſo equo Bellorophõtis, qui pedum vngulis fon tem e terra dicitur elicuiſſe/ ſacrum Muſis, nomine Hippocrenen/ a quo et Hippo= crenides dicuntur, Libethrides a libethro macedonię mõte ſibi ſacro. Pymplęides ſeu Pymplęę/ vel a Pymplęo Macedonię fonte/ vel monte Orchomenorum. Ca= ſtalides quoq; pari ratione dicuntur a poetis a Caſtalio

fonte Parnaſi

fonte Parnaſi,quem etiam ſacrum muſis fabulãtur.Supereſt vt hęc omnia teſtimo niijs confirmemus. Vir.in Buccolicis. Nymphę noſter amor Libetrides. Columel la lib.11.Nunc vos pęgaſidum comites Acheloidas oro.Ouidius in epiſtola Sap= phus.At mihi Pęgaſides blandiſſima carmina dictant.Idem ibidẽ.Nec mihi Pie rides ſubeunt/Dryades ve puellę/Nec me Theſpiadũ cætera turba iuuat.Lucretí⁹ Lib.3.Adde Helyconiadum comites,quorum vnus Homerus.Ouidius li.4.fa= ſtorum.Pandite mandati memores Helyconis alumnę.Statius lib.1.Syl.Nũc op⁹ Aonidum comites tripodũq; miniſtri,Statius li.2.Syl. Et ſuperet Pymplęa ſitim, Sidonius.Hippocriniſatas iungebat Pęgaſus alas. Dicũtur etiam Aganippides & Agganippęę ab Aganippe Bœotię fonte.Marullus.Nec melior vita ſciẽtia eſt,Ex emplo q; Aganippidum.Item Iliſſiades a fluuio Athenarm/Ligyę ob canorum ge nus/Corycides a colle vel antro apud Delphos.Mnemoſynides a memoria.Callio pe dicitur bona vox,Clio gloria vel celebritas/Erato amor vel cãtus amoris,Thalia cantus laſciuia/Melpomene cantus/Terpſicore exultans choreis,Euterpe concen tus ſuauitas,Polyhymnia multitudo cantionum & hymnorum'. Varia ſunt earum inuenta, Clio inuenit hiſtoriam/Thalia Georgiam & circa Plantas Pragmatiã/Eu terpe mathemata/Terpſicore Pędiã.Erato Orcheſim.Polyhymnia lyrã.Melpo= mene cantum, Vrania Aſtrologiam.Calliope poeſim.Muſis in helycone rem pri mum diuinam fecerunt Othus et Ephialtes/ſacrumq; illis dixerunt montẽ,quas tres tantum intelligi voluere.Meleten/Mnemen/Acœden.Nouem poſtea fecit Pierus Macedo/nominibus (quę nunc habentur) impoſitis,inquit Cęlius.

Gratię tres.

Paſythea Egyale Euphroſyne

¶Quas vocamus Gratias latine,Græci Charites vocant.Heſiod⁹ poſuit Aglaen/ Euphroſynen & Thaliam.Homerus vnam ex his Paſytheam vocat.De Euphro ſyne Bapt.Pius,Geſtibus Euphroſyne/blandus amos oculis.Pinguntur autem fa= cie virginum/hilari vultu/veſtibus lucidis & fluentibus/item vt iuuenes/manibuſq; complexis ſeipſas inſpicientes.Inducuntur a poetis ſaltantes verno tempore.Vnde Horatius.Iunctęq; nymphis Gratię decentes Alterno terram quatiunt pede.Poli= tianus.in Ruſt,In medijs reſoluta comas/nudata papillas Ludit,et alterno terrã pe de Gratia pulſat.de Paſythea Statius lib.2.Theb.Non hoc Paſythea blandarũ pri ma ſororum.Finguntur iouis et Authonoes fuiſſe filię & Veneris pediſſequę.

Sibyllę decem

Perſica	Lybica	Delphica
Cumęa	Erithręa	Samia
Cumana	Helleſpontia	Phrygia
Tyburtina		

¶Fuerunt primis ſęculis puellę vaticino ſpiritu afflatę et futura preſagientes/ quas Sibyllas dixerunt.Decem autem ſcribit fuiſſe Varro.Cumana proprio nomine vo catur Amalthea,a Virgilio Deiphobe.Tyburtinam veteres Albuneam appellarũt. Politianus in nutricia quaſdam enumerat his verbis

Quin et veteres prompſere Sibyllę
Carmen/Amalthea/et fati Marpeſia diues
Herophileq; idęa genus/prędoctaq; Sabbe,
Demoq;/Phygoq;/et veri gnara Phaennis
Et Carmenta parens/et Manto/et Pythia longos
Phœmonoe commenta pedes/et filia Glauci

Deiphobe. Sed hęc forte nomina ſunt aliarum Phœbadũ, Heropohile ex ioue & Lamia Neptuni filia genita eſt. Prędixit excidium Troię et Helenę raptũ, Lactantius ſcribit Amaltheam eandẽ eſſe cum Herophile ſeu Damophile, Qui omnium vaticinia volunt cognoſcere, videant Lactantium.

Nomina quarundam
fœminarum illuſtrium

¶ Hecuba vxor Priami/ Andromache Hectoris/ Creuſa Aeneę/ Artemiſia mauſoli/ monyma Mithridatis/ Erſilia Romuli/ Herpilida ariſtotelis/ Hipſicrathea mithridatis/ Amaſtrix xerſis. Hermodice mydę/ Semiramis nini/ Fũdania varronis Plotina Traiani/ Caſſandane Cyri/ Atoſſa Darij/ Sarra Abrahę/ Penelope Vlyſſis Dido Sichęi/ Portia Bruti/ Poppea Neronis/ Eurydice Orphei/ Pyrrha Deucalionis. ¶ Perictiõe mater Platonis/ Ceres Proſerpinę/ Agrippina Neronis/ Alcmena Herculis/ Veturia Coriolani/ Olympias Alexãdri/ Helena Cõſtãtini/ Critheis homeri/ Beronice Ptolemęi Philadelphi/ Ilia Romuli/ Elbia Ciceronis/ Aurelia Iulij Cęſaris/ Alcimede Iaſonis. ¶ Caſſãdra filia Priami/ Heſione Laomedõtis/ Helena Lędę/ Muſę Iouis/ Proſerpina Cereris/ Aegina Aeſopi/ andromeda Cephei/ Ariadna Minois/ hypermeſtra Danai/ Niobe Tantali/ Polixena hecubę/ Deidamia Lycomedis, Europa Agenoris/ hypſiphile Thoãtis/ Ino Cadmi/ Lauinia latini regis/ maia Atlantis, Antigona iocaſtę, manto Tyreſię, Veſta Saturni. direptis Mithridatis. ¶ Semiramis regina Aſſyriorum, Camilla Volſcorum, Nicaula ſeu Saba Aethiopum/ Athalia hebręorum, Thomyris Scytharum, Heſter Perſarũ, Cleopatra Aegypti, Zenobia Palmyreorum, Amalaſuntha Gothorum/ Theolinda Lõgobardorum, Radegundis Francię, Caſſiope Aethiopum, Harpalice Amazonum, Hippolyte Magneſię, Teuca Illyricorum. ¶ Itẽ minerua/ Rhea/ Iuno, Iſis, Diana, Delbora/ Medea/ Nicoſtrata, Pentheſilęa, Sappho, Iudich hebręa, Lucretia, Chœlia, Irene imperatrix, Ioanna Gallica, Briſeis, Phyllis, Dirce, Erigone, Iuturna ſoror Turni, Oenone amica Paridis, Amazones omnes, Sibyllę, Poetrię, Atalanta venatrix, Nyſſa, Scribonia, Victoria, Elpinice, Faunia, Hyparetha, Locris, Macaria, Metella, Myrtha, Nycia, Olbia, Papyria Perictoria, Pheſtias Phila/ Phitais, Sandane, Seruilia, Sophoniſba, Stratonice, Terẽtia, Teſta. Tymea, Tymoclia, Nauſica, Victorina, Siſigambis, Cęcilia, Panthea, Phedalia, Thargelia. Mammea, Theodora, Phya, Nitocris, Euryale, hiera. Sunt et alię prope infinitę, quorum nuda nomina creſcerent in volumen. Nec ego commentariũ hac in re voluí contexere, quum q; eſſet operis prope infiniti, tum etiam ne alienis veſtigijs inſiſterem. Nam hoc iam negocium pręmoliti ſunt/ Boccacius et aliquot alij. Si cui videbor inaudita confinxiſſe nomina, legat Plutarchi vitas. Reperiet eorum (quę videntur inuſitata) partem non modicam.

¶ Stroza pater illuſtres quaſdem fœminas
ſequentibus verbis enumerat

Magnanimam Tomyrim, fortem propone Camillam,
Et ſubeat menti Pentheſilęa tuę.
Adde & amazonias reliqua de ſtirpe ſorores,
Reſpice Carmentam, reſpice Penelopen.
Vlta nefas animo, propriaq; Lucretia dextra
Inuicto occurret clara pudore tibi.
At rapidum nando tranſmittere Chœlia Tybrim,

Auſa, ſuis

Auſa, ſuis animis prȩmia digna tulit.
Quid te commemorem veſtalis Claudia virgo,
Qua ſtetit attoniti vindice fratris honos?
Quis ve tuum dignis nomen Cornelia tollat
Laudibus? Aut animum Portia caſta tuum?
Quis te prȩtereat generoſi pectoris Heſter,
Non bene damnatos protinus vlta Syros?
Quis ve Paleſtina genitam te ſtirpe virago,
Spem taceat patrię ſubſidiumq; tuę?
Si fortaſſe petes exempla recentia, nonne
Cognita perpetua laude Mathildis erit?
Sponte opibus ſpretis regnum Violanta reliquit,
Seq; ſacri ſociam maluit eſſe chori.

Mulieres bellicoſę & maſculę virtutis

1	Pentheſilea	11	Ioanna gallica	21	Margarita
2	Camilla	12	Artemiſia	22	Gaditanę
3	Cleopatra	13	Amazones	23	Germanę
4	Helerna	14	Atalanta	24	Bellouacę
5	Candace	15	Thomyris	25	Leſbia
6	Semiramis	16	Delbora	26	Amalaſuntha
7	Hippolyte	17	Haſbite	27	Maria Puteolana
8	Zenobia	18	Tyburna	28	Bona longobarda
9	Hypſicratea	19	Teuca		
10	Valaſca	20	Lacęnæ		

1 PEntheſilęa Amazonum regina/muliebrē aſpernata molliciem operibus ſemper (quę virum decent) innutrita eſt. Troianis fauit contra Græcos/fuitq; vexillifera & turmas equitum duxit. Properti⁹ lib. 3. Auſa ferox ab equo quōdā oppugnare ſagittis Męotis Danaū Pentheſilęa rates, Aurea cui poſtq̄ nudauit caſſida frōtem, Vicit victorem candida forma virum, Virg. lib. 1. Aeneidos.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilęa furens/mediiſq; in milibus ardet,
Aurea ſubnectens exertę cingula mammę
Bellatrix/audetq; viris concurrere virgo.

Pāphil⁹. Nō ꝓbo peltatas iter quę tela cateruas Hectore ſnb forti ſāguinolēta tulit,

2 CUnabula Camillę Volſcorum reginę manifeſtum futurę virtutis lumen promiſerunt. Nam ab ipſa iam tum infantia/non molliculis inuoluta eſt pannis/nona blandientibus nutriculis educata, ſed a patre Metabo in mediis ſyluarum latebris ferino lacte paſta eſt. Relictis demum crepundiis paulo prouectior facta/neq; tractādis inſueuit lanis/nec fuſos aut penſa manibus accepit, ſed ferinis amicta pellibus fundas cœpit circumagere/complicare arcus/ſagittas torquere/ceruos et capreas laſſare curſu. Cui virtuti adiecit ſtudium virginitatis. Orto demun inter Turnū & Aeneam bello/Rutulis adhęſit, fuitq; ductrix copiarum. Quam eius virtutem Virgilius in fine ſeptimi ſic deſcribit.

Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla
Agmen agens equitum, & florentes ęre cateruas

Bellatrix,non illa colo/calathis ve mineruę
Fœmineas aſſueta manus.ſed pręlia virgo
Dura pati,curſuq; pedum pręuertere ventos.
Illa vel intactę ſegetis per ſumma volaret
Gramina,nec teneras curſu lęſiſſet ariſtas.
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter,ce ler es nec tingeret ęquore plantas.

3 ¶Cleopatra Aegypti regina Dionyſij Auletis filia/quum mortuo iam Cęſare Antonium laſciuientibus momordiſſet oculis/et in amorem ſui pellexiſſet,pręter Syrię & Arabię regnum auſa eſt Romanum quoq; imperium ſperare.Quum ergo magis ac magis in dies creſceret libido principandi.imperium ipſum ab Antonio petere nō dubitauit.Quod quū exoraſſet,ſumptis cum eo armis,in Auguſtū eiuſq;generis Agrippam copias duxit,mouitq; bellum,cuius fortuna anceps aliquandiu pependit.Victis ad extremum Antonianis effrenata mulier cecinit receptui/ ac ſe in pedes dedit cum adultero.Quos ſecutus victor Auguſtus ita oppreſſit, vt neglecta pacis conditione Antoniumad inferendam ſibi mortem compulerit.Quo extincto vbi nullum rebus afflictis ſubſidium vidit Cleopatra/brachiū Aſpidi mordēdum prębuit,ne in triumphū captiua raperetur.De hac Properti⁹li.3.ſic inquit.

Scilicet inceſti meretrix regina Canopi
Vna Philippęo ſanguine aduſta nota/
Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubim,
Et Tyberim Nili cogere ferre minas/
Romanam q; tubam crepitanti pellere ſiſtro,
Baridos & contis roſtra liburna ſequi,
Fœdaq; Tarpeio Conopea tendere ſaxo,
Iura dare ſtatuas inter & arma mari

4 ¶Helerna Iani filia/mortuo patre apud Tyberim regnauit,pręfuitq; viris ſine viri auxilio.

5 ¶Apud Meroē quoq; principata eſt Candace regina,& imperauit Aethiopū gēti

6 ¶Semiramis regnādi libidine tota pruriens petiiſſe fertur a marito Nino, vt quiq; dies tantum imperaret, & ſceptro vteretur.Quod quum exoraſſet,ſatellitibus iuſſit,Ninum vt interficerent.Hoc itaq; modo regnum cōſecuta,Aſſyrijs tantiſper dominata eſt/dum a Nino iuniore filio interfecta ſit, ꝙ eius concubitum rogaſſet.

7 Eadem muros Babylonis cōdidit,aut a Nitocri regina conditos auxit & reparauit.

¶Hippolyte Amazonum regina quum inſtar cęterarum bello inſueſceret/ auſa eſt arma capere in Theſeum,a quo expugnata & in vxorem ducta eſt. Propertius.

8 Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla/Et texit galea barbara molle caput.

¶Zenobia Palmyreorum regina poſt mortem Odenati mariti ſui imperium arripuit in in Syria/Nec dubitauit arma capere in Aurelianū imperatorem,a quo victa & in triumphum ducta eſt.Quum autem probro daretur ipſi Aureliano, ꝙ de ea triumphaſſet,Nihil inquit me pudet de fœmina triumphaſſe, quę virtute pluſq̄ virili ſit prędita.Pontanus.Qualis et Aethiopum quondam ſitentibus aruis Inful uum regina gregem ſeſe armat, & audet Sola pedes ſeſe irato obiectare leoni/Inſigniq; arcu/ & duplici zenobia telo.

9 ¶Hypſicratea Mithridatis cōiunx in omni bellorum diſcrimīe adiutrix aſtitit marito.Quinetiam capillos ſibi raſit,ne ferendę galeę eſſent impedimento.

10 ¶Valaſca Bohemorum regina facta cum cæteris mulieribus coniuratione de excutiendo virorum

¶ Valaſca Bohemorum regina facta cum cęteris mulieribus coniuratione de excu- 10
tiẽdo virorum principatu/copiarum ductrix bellum mouit,interfectiſq; viris fœ-
minas omnes aſſeruit libertati,adeo vt Amazonum inſtar multos annos principa
tę ſint ſine viris.

¶ Regante apud Gallos Carolo ſeptimo quum Angli omnia populabũdi paſſim 11
irrumperent,et iam proſpero fortunę Zephyro adiuti nihil ſibi non pollicerentur/
deſperatis Gallorum rebus adfuit Ioanna magni ſpiritus virguncula / quę attritos
Gallos animans ad vltionem & libertatis gloriam/prima belli campũ ingreſſa/non
priꝰ ſuos hortari & ipſa certare deſinit q̃ hoſtem in fugã verterit reportata victoria.

¶ Artemiſiam reginam Carię/et Mauſoli coniugem mirantur Græci/q̃ irruentes 12
Rhodios claſſe exuerit/inſulam quoq; domuerit erecta in vrbe ſtatua,quę ciuitati
ſtygmata videretur inurere,Herodotꝰ ad hunc modum de ea ſcribit. Verum (in
quit) Artemiſię pręcipua me tenet admiratio,mulieris expeditonẽ aduerſus Græ
ciam ſecutę/ quę defuncto viro nulla adacta neceſſitate/ſed pręſtantia animi atq; vi
rilitate in militiam conceſſit.Nomen ei erat Artemiſię Lydami filię/ Paternũ ge-
nus ex Halicanaſſo,maternum ex Creta.Hæc Halicarnaſſęis et Cois/et Niſyriis/et
Calyduis quinq; cum naualibus venit omni copia inſtructis.

¶ Vulgata eſt et nota Amazonum virtus,que reiecto virorum et principatu et cõ 13
mercio ſolę ſibi imperauerunt,ſuamq; libertatem armis defenderunt.

¶ Atalanta venatrix fuit Arcadica/ vibrandis iaculis et arcubus cõplicandis aſſue- 14
facta,quæ inuſitatę magnitudinis aprum vniuerſę formidoloſum Aetholiæ prima
aggreſſa eſt et vulnerauit vna cum Meleagro.Pontanus libro.3.de Stellis. De hac
puella/eiuſq; virtute ſic meminit.

Qualis in Aetholum campis Meleagria virgo
Strauit aprum/primamq; manu ſtringente ſagittam
Intorquens/auſa eſt ſpumanti oc currere monſtro.
Mox lęta et ſpolijs/famoſa et cędę ſuperba.

¶ Thomyris Scytarum regina potentiſſimo Perſarum regi Cyro/bello congreſſa 15
eſt,ipſumq; et vita et caſtris ſpoliauit ad vlciſcendam filij mortem,quem ille prius
occiderat.

¶ Delbora mulier bellatrix/imperauit Iſraelitis / quos ab incurſionibus vicinorum 16
plerũq; tutata eſt/quorumq; remp.et imperium varijs auxit honoribus.

¶ Virtutem Haſbites fœminæ bellis exercitæ ſic deſcribit Syllius lib.1. 17

Hæc ignara viri/ vacuoq; aſſueta cubili
Venatu et ſyluis primos defenderat amos.
Non calathis mollita manus/operata ve fuſo.
Dyctinuam/et ſaltus/et anhelum impellere planta
Cornipedem/ac ſtrauiſſe feras immitis amabat.

¶ Idem lib,2.ait Tyburnam Sagunthinam fuiſſe fœminam Murrhi vxorem et 18
bellatricem.

¶ Teuca Illyricorum regina/ viris fortiſſimis imperauit/et Romanorum vires fre 19
git ſępe numero. Fuit Argonis vxor.

¶ Lacenę mulieres virorum obibant munera/ſeſe in gymnaſio/in bello/ invenatio- 10

ne exercentes. Hę cum viris in certamen aduersus Messenios fortiter descenderunt

21 ¶Margarita Henrici sexti Britannię regis coniunx aciem viri deficientē restituit.

22 ¶Gaditanę mulieres/a partu statim surgunt/ministeriaq; domus obeunt.

23 ¶Olim Germanorum mulieres/inclinatam aciem/et iam ad Triarios vergentem restituerunt.

24 ¶Bellouacę mulieres a Carolo Burgundiorum duce longa obsidione fatigatę/mœnia defenderunt,& obsessorē e scalis in fossas vrbis detruserunt, reportatis ad suos vexillis.

25 ¶Lesbia puella murorum parte machinis Turcarum deiecta/oppidanis fugam aut deditionem meditantibus salutem peperit. Obtulit enim se primam impetui & iaculis inimicorum pro tutandis ipsis muris.

26 ¶Amalasuntha Gothorum regina principata est apud Rauennam/Burgūdiones & Alemanos Liguriampopulantes Italia pepulit/adiuuante Theodato,quem regni consortem susceperat.

27 ¶Maria puteolana a Puteolis Campanię vrbe nomē adepta, bellica virtute maxime floruit ætate Francisci Petrarchę. Erat laborum apprime patiens ab ipsa iā inde adolescētia, Abstinebat vino/Erat parca cibi & verborum. Reijciebat colos/pensa/fusos/& lanas/et cætera/ quę muliebrem decēt mollitiem. Gaudebat arcubus/iaculis/pilo/galea/scuto. Noctes perpetuas quādoq; vigilabat,nec dormiebat nisi coacta idq; sub dio & humi/reclinans caput in scutū ꝓpuluinari. Inter armatos versabatur. Quod q̄uis ipudētię speciē prę ferat,nihil tamē vehementius curauit,q̄ studiun vir, ginitatis,in qua permansit ad mortem vsq;. Cultum corporis aspernabatur. Quibus artibus bellicosa admodum facta est.

28 ¶Bona Longoborda bellatrix itidē puella floruit anno domini 1468. Nupsit Brunorio Parmensi egregio bellatori. A teneris annis lustrabat syluas venatricibus stipata canibus. Maritum in omni discrimine comitabatur/ Quem quum Alphonsus rex Sicilię aliquando certa de causa in vincula coniecisset,miserta captiui fœmina ad diuersos principes instar Pęgasarij cursoris cucurrit, vt ab eis literas et patrocinium obtineret pro viri salute,quod obtinuit.

Amazones.

Harpalice	Penthesilęa	Menalippe
Antianyra	Artemisia	Thomyris
Antiopa	Hippolyte	Marthesia
Lampedo	Othrera	Strongylios
Minythia	Thalestris	Euryale
Harpe	Allęa	Philippis
Parthoe	Eribie	Cœleno
Phœbo	Archenis	

AMazones Scythicę fuerunt mulieres ad Tanaim et Thermodoonta fluuios habitātes. Vnde Claudian⁹. Thermodoontiaca Tanaim fregere securi. Syll. li. 8. Perstrepit & tell⁹,& Amazoni⁹ Thermodō, Hę quū nuptias seruitutē esse /nō matrimoniū opinarent,animū nubēdi omiserunt. Duxerunt remp,sine viris. Solebant inire finitimos,ne gēs periret. Si qui mares nascerentur/interficiebant. Virgines non ocio neq; lanificio,sed armis/equis/ venationibus et sagittis exercebant, Infantibus dexteriores inurebant mammas/ne sagittarum ictus impediretur. Duę primum his reginę fuerunt Marthesia et Lampedo. quæ maiore Europæ parte suis armis potenter subacta, Asiæ quoq; nonnullas ciuitates occupauere

tes occupauere. Martheſię ſucceſſit Othrera, ſeruata in omne ęuum virginitate cō=mendabilis. Hac pricipante cum antiope ſorore, bello petitę ſunt ab Hercule, quas quum viciſſet, Antiopen & Menalippen rapuit Hercules / Theſeus Hippolyten. Othrerę ſucceſſit Pentheſilęa, quę dum Troianis ſuppetias ferret, ab achille iuxta multorum opinionem interfecta eſt. Qua mortua reliquę iam ægre ſe tutantes ad Alexandri ætatem durauerunt. Huius minythia concubitum per dies 14. obti=nuit, vt filium haberet paternę virtutis hęredem. Cęterum Peltam et ſecurim pri=mę omnium inuenerunt, Vnde ſecurigerę & peltiferę dicuntur. Pelta quoq; & ſecu ris Amazonię et Pentheſilęęæ dicuntur. Ouidius in epiſtola Phędrę. Prima ſecu=rigeras inter virtute puellas. Val. Flaccus. lib. 5. Vtq; ſecurigeras ſtimulauerit ira cateruas. Statius lib'. 12. Non cum peltiferis atq; hęc tibi pugna puellis. Horati⁹ li. 4. car. Amazonia ſecuri dextras obarmet. Oui, lib. 2. de Ponto. Nec tibi Amazo nia eſt pro me ſumenda ſecuris. Mantuanus. Pentheſilęęa nō inferiora ſecuri. Ama zonum quędam poetarū carminibus celebratę ſunt. ¶ Harpalice. Vir. li. 1. Aeneí. Vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice, volucrēq; fuga prędertitur hebrum. ¶ Pentheſilęa. Idē. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Pentheſilęa furēs / medijſq; in millibus ardet. ¶ Hippolyte. Seneca in Agamennone. Vidit Hippoly=te ferox pectore e medio rapi Spolium & ſagittas. ¶ Harpe. Val. Flacc. lib. 6. Qua Pelta vacat, iamq; ibat in harpē. Menalippe. Virg. Threiciā ſexto ſpoliauit Ama=zona baltheo. Porro autem Stephanus Byzātius ſcribit Amazones Sauropatidas a Græcis fuiſſe appellatas, ꝙ lacertis veſcerentr, quas illi Sauras vocant, De earū mo ribus pauca admodm Curtius refert lib. 5. de geſtis Alexādri his verbis, Veſtis nō toto Amazonum corpori obducitur, nam lęua pars eſt ad pectus nuda, cętera dein de velantur, nec tamen ſinus (quem nodo colligunt) infra genua deſcendit. Al=tera papilla intacta ſeruatur, qua muliebris ſexus liberos alant, Aduritur dextra, vt arcus facilius intendant, et tela vibrent, Strozа pater lib. 1. Eroticon de quibuſdā ſic meminit.

Virginitas vltro ſeruata, et bellica virtus
Magnum Orithyię contribuere decus.
Lampedon, Hippolyten, Menalipen iane videmus
Illuſtres inter nomen habere viros
His quoq; ſe comitem merito Martheſia iungit,
Nec caret Antiope laude, nec harpalice.

Bella et alia quędam mala a mulieribus orta.

BEllum Gręcorum in Troianos ortum eſt ab Helenę raptu. Oui. lib. 1. Elegi. Qualis ab Europa Phrygijs aduecta carinis / Coniugibus belli cauſa duobus erat. Propertius lib. 2. Olim mirabar, ꝙ tanti ad perga=ma belli / Europę atq; Aſię cauſa puella fuit, Idem lib. 2. His olim (vt fama eſt) vicijs ad prędia ventum eſt. His Troiana vides funera prin=cipijs. Seneca. Quiſq̄ dubius ad thalamos eat. Quos ſuadet Helena? peſtis exitiū / Lues / Vtriuſq; populi? Cernis hos tumulos ducum, Et nuda totis oſſa (quę paſſim iacēt) ihumata cāpis? hęc hymē ſparſit tu⁹, Tibi fluxit Aſię / fluxit Europę cruor. ¶ Pelops quum Prygię regno ſucceſſiſſet, bellum mouit in Oenomaū patrē Hip=podamię propter puellam ipſam adamatam / & negatam ſibi in matrimonio.

¶Alia fuit Hippodamia Atracij filia & vxor Pyrithoi/quam quum mero calescē-tes et ęstuantes libidine centaurí rapuissent, bello petíti sunt a Pyríthoo. Vnde puel-lam ipsam Propertius Iscomachem vocat. Isco enim Gręce significat habeo, & ma che dicitur pugna, Verba eius sunt hęc. Qualis et iscomache Lapithę gen⁹ heroinę, Centauris medio grata rapina mero, Idem. Aspera Centauros eadem demētia iuss-sit Frangere in aduersum pocula Pyrithoum. Oui. lib. 14. Helene non plurib⁹ esset Sollicitata procis, nec quę Lapitheia mouit Prelia.

¶Archelaus rex Macedonię interfectus est ab adolescente Crateua nomine, quem habebat in delicijs, cp ei promissam filiam, alteri posthabuerit.

¶Archilochus poeta Iambographus Lycambem socerum ad prępostera laquei mortem impulit, propter eius filiam sibi in matrimonio denegatam. Vnde Ouidi⁹, Post modo si perges, in te mihi liber iambus Tincta Lycambęo sanguine tela dabit.

¶Pericles propter Aspasia m concubinam/Samios infestos milesijs debellauit.

¶T. Corruncanum liberius in legatioue ad Teucam Illyricorum reginam locutū regina ipsa interfici iussit violato gentium iure. Liuius.

¶Propter Cryseidem filiam Cryse (qui sacerdos fuit Apollinis) ab Agamēnone raptam Apollo pestem in castra Græcorum immisit, quę non prius desiit serpe-re, q̄ patri suo reddita sit puella.

¶Propter Lauiniam Latini regis et Amatę filiam ortum est bellum inter Aeneā & Turnum. dum vterq; eam sibi in matrimonium dari cuperet'. Pontanus lib. 4. de Stellis. Hinc atrox bellū exoritur/pro coniuge certat Hinc rutulū manus/ hinc ful-gentibus Arcades armis. Ac tandem victor potitur regnoq; toroq;, Sed fato cadit infelix caua ad antra Numyci.

¶Roma condita quum Romulus ad augendum vrbis populum/ Sabinorum fœ-minas rapuisset, inde bellum ortum est et motum a maritis raptu m vlcisci et raptas repetere volentibus. Propertius lib. 2. Cur exempla petam Graium? Tu crminis author Nutritus duro Romule lacte Lupę. Tu rapere intactas docuisti impune Sa-binas, Per tenunc Romę quidlibet audet amor.

¶Mortuo Menelao Megapenthus et Nicostratus Orestis filij Helenā in Rho-dum fugauerunt/ vbi a Polyzo Tlipolemi vxore arbori suspensa est ob zelotypiā.

¶Lysimachus filius Agathoclis filium Agathoclē (cuius auspicijs multa bella fe liciter gesserat) veneno sustulit instigante Arsinœ nouerca Ptolemęi sorore.

¶Lucretius poeta amore fœminę in furorem versus amatoriū hausit poculū/quo spiritum efflauit.

¶Tullia procurauit, vt marit⁹ suus Seruí⁹ Tull⁹ a Tarquinio superbo interficeret.

¶Sanson quum dalidę vxori crinem fatalem ostendisset, in quo prodigiosę vires consistebant, dormiens ab eadem rasus incidit in manus inimicorum.

¶Iphis egregia forma adolescens spretus ab Anaxarete puella se suspendit.

¶Deianyra author fuit duelli inter Herculē et Nessum Centaurum atq; etiā mor tis ipsius Herculis. Seneca. O turpe fatum. fœmina Herculęe necis author feretur

¶Achab rex israelitarum suasu Iezabelis vxoris, occidit prophetas.

¶Chilpericus Clotharij filius opera Fridegundis seu Fridegundę vxoris, dum ve-natu rediret, interfectus est

¶Seleucus Callinicus rex Syrię dum nouercam Berenicem Ptolemęi sororē ex-pulisset abipso Ptole męo bello petitus est.

¶Deiphobus Insidijs Helenę (quam post mortem Paridis coniugē duxerat) oc cisus est toto corpore inhonestis plagis deformato.

Amphiaraus vates quum pręuidiſſet ſe periturum Thebis, ſi eo ad bellum profi-ciſceretur, coniecit ſe in latebras & occuluit. Eũ tamen prodidit vxor Eryphile ſpe habendi monilis aurei, quod gerebat Polynices. Itaq; vxoris fraude coactus ire Thebas, hiatu terrę abſorptus dicitur

¶ Euander Pallantis Arcadum regis nepos, ſuaſu Nicoſtratæ matris occidit patrem ſuum.

¶ Eduardus Anglorum rex et martyr, vxoris ſuę fraude occiſus eſt.

¶ Pterelas Thebanorum rex, proditione filię, Polydices interfectus eſt a Creonte.

¶ Niſus quoq; Megarenſium rex obſeſſus a Minoe rege Cretę, proditione Scyllę filię (quę Minois amore tenebatur) fatalem amiſit crinem, atq; ita ab hoſte interfectus eſt. De vtroq; Ouidius, Filia ne ve magis capiti ſit fida parentis. Quam tua vel Pterela, vel tua Niſe fuit.

¶ Cleopatra cauſa fuit belli inter Ptolemęum Philopatorem patrem ſuum & Alexandrum Syrię regem.

¶ Gandulphus martyr dum vxorem adulterij increparet, eiuſdem inſidiis interfectus eſt ab adultero.

¶ Hippolyt⁹ a Phędra nouerca ſtupri falſo accuſatus, dum Theſei patris furorem vellet declinare, diſcerptus eſt ab equis.

¶ Propter Hermionen Oreſtes Pyrrhum occidit.

¶ Ottarus rex Bohemię inſimulatus ignauię et timoris ab vxore Margarita, q̄ cum Rodulpho Cęſare fœdus iniſſet, bellum mouit, in quo profligatus eſt.

¶ Ioram Iſraelitarum rex ſuaſu Athalię vxoris infinita prope commiſit flagicia.

¶ Iſis cauſa fuit, cur Mercurius mandato Iouis Argum occiderit.

¶ Luchinus Italię comes mouit bellum in Vgolinum Gonzagam propter Iſabellam vxorem ſuam ab ipſo Vgolino viciatam.

¶ Martia meretrix Antonium commodum Imp. (cuius erat concubina) fecit occidi ab Athleta quodam, quo cum adulterii conſuetudinem habebat.

¶ Rodericus Gothorum rex, quum filiam Iuliani cuiuſdam prefecti (qui Tingitanam prouinciam adminiſtrabat) adulteraſſet, dolore animatus pater, Sarracenos conuocauit, mouitq; bellum, in quo ſeptingenta vtriuq; millia hominum perierunt.

¶ Alexander inſtinctu Thaidis meretriculę Perſepolim vrbem combuſſit. Curti⁹ Ebrio (inquit ſcorto) de tanta re ferente ſentētiam, vnus et alter, et ipſi mero oneratí aſſentiuntur, rex quoq; fuit auidior. q̄ patientior. Quin igitur vlciſcimur Greciam, et vrbi faces ſubdimus? Omnes incaluerant mero. Itaq; ſurgunt temulēti, ad incēdendam vrbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regię iniecit, tū cōuiuę, et miniſtri, pellices q;,

¶ Violata Lucretia cauſa fuit exigendi regum principatus, quemadmodū per Virginiam Triumuiri deſierunt.

¶ Octauia ſoror Auguſti ab Antonio repudiata, cauſa fuit belli ciuilis.

¶ Antiochus dum bellum gereret in Romanos, vino et Veneri dies multos indulſit, cum puella quadam Chalcidenſi, quam deperibat. Ex quo factum eſt, vt mollicie illa deliciiſq; corruptus hoſti, victoriam reliquerit.

¶Ouidius lib. 2. Eleg. de quibuſdam bellis & alijs multis malis, quorum authores extiterunt fœminę, ad hunc modum ſcribit.

Nec belli eſt noua cura mei. Niſi rapta fuiſſet
Tyndaris, Europę pax Aſięq; foret.
Fœmina ſylueſtres Lapythas/populumq; biformem
Turpiter appoſito vertit in arma mero.
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit in regno iuſte Latine tuo.
Fœmina Romanis iterum nunc vrbe recenti
Immiſit ſoceros/armaq; ſęua dedit.
Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge Tauros.
Spectatrix animos ipſa iuuenca dabat. Item Horatius lib. 1. Ser. Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Cauſa. Item Pamphilus Saxus.
Baccatum caperet coniunx vt auara monile,
Iuit ad infernas Amphiaraus aquas.
Tyndaris ad Phrygij vultum cor flexit amantis,
Et Menelaęam liquit iniqua domum.
Vertit opes Aſię/diſiecit mœnia Troię/
Hectora vulneribus fodit & Aeacidem.
Fraude Clytemneſtrę clarus mactatur Atrides,
Fraude cadis natę tu quoq; Niſe tuę.
Ad Ptolomęęam nam munera tranſtulit vrbem
Cęſaris/& magni ſcęptra beata Numę.
Quę tenuit Pharium meretix ſcelerata Canopum/
Opponens latijs ſtridula ſiſtra tubis.
Vincla/faces/ferrum/lœthalia ſpicula/virus,
Sub roſeis claudit quęq; puella genis.

IDas & Iynceus Aruenes & Aphareí filij pro leucippi filiab⁹ Phœbe & Ilaira aduerſus Caſtora & pollucem prope Spartam dimicarunt. In quo congreſſu periit Caſtor, Pollucí autem profuit immortalitas. ¶Contra tamen nonnullę reperiuntur fœminę, quę maximi quando q; boni authores extiterunt, ſed breui admodum numero.

¶Dominica vxor Valentis Imp. Gothos ad euertendam Conſtãtinopolim irruẽtes pacauit.

¶Anno verbi incarnati circiter 412. conſtituerat Ataulphus Gothorum rex/vrbem Romam/vel diripere/vel expugnare ſaltem/eamq; Gothiam appellare/niſi Placidia honorij/ſoror et vxor ipſius barbari ferocientem animum et iam paratum ſceleri verbis emolliuiſſet.

¶Iuguldis ſoror Childeberti Hermogillum Lemigildi Gothorum regis filium/et maritum ſuum ad chriſtianam conuertit pietatem.

¶Clotildis regina francię Clodoueum regem maritum ſuum Chiderici filiũ/eodem modo ad cultum ſacrę religionis induxit.

¶Pompeia Plautina Iulianum imp. maritum ſuum auertit ab extoquenda populo pecunia et colligendo fiſco. Author Sex. Aurelius. His adduntur Helena Conſtantini mater/Monica Auguſtini/et nonnullę alię.

Nouercę quędam

Ino	Hippodamia	Caſperia
Phędra	Stratonice	Iulia
Gidica	Ida	Iuno
Opœa	Eríbœa	Alfrida
Martina	Nucería	

INo Phryxi & helles Athamantis filię fuit nouerca. ¶Hippodamia Chryſippi. ¶Caſperia Archemoli. ¶Phędra Hippolyti. ¶Stratonice Antiochi Sotheris. ¶Iulia Antonij Caracallę. ¶Gidica Comminii. ¶Ida Phinidarũ. ¶Iuno Herculis. ¶Opœa Scylis regis Scytharum. ¶Eríbœa Mercurii. ¶Alfrida Eduardi ſecundi Anglorũ regis, ¶Martina Conſtantini heraclii quem veneno ſuſtulit. ¶Nucería vxor Hebii/nouerca fuit firmi/quem morti dedit. Author .Plutarchus in parall

Textrices & Lanificę

Pholoe	Pamphile	Arachne
Cloſter	Penelope	

PHoloe Cretenſis fuit fœmina/ lanificii et texturę admodum perita. Virg.li.5. Aenei. Olli ſerua datur operũ haud ignara Mineruę/Creſſa genus Pholoe,geminiq; ſub vbere nati.

¶Prima telas texere/eaſq; retorqueri inuenit in Co/ Pãphile mulier Platis filia. Author Plynius.lib.11.Cap.22.

¶Arachne(vt fabulantur poetę) quum eſſet lanificii peritiſſima,auſa eſt Mineruam eius artis inuentricem ad certamẽ prouocare, A qua victa,in araneam mutata eſt,quę nunc quoq; nere non deſinit,ſuiſq; filis.hęret adhuc penſilis, Architrenius Nobile ſurgit opus/leuius q̃ torſit Arachne,Pollice Lyda manus et veſtibus impluit aurum,Pectinis ingenio nulli ceſſura.

¶Fuſos in lanificio reperit Cloſter filius Arachnes Linũ et Rhetia Arachne ipſa, Authore Plynio.

¶Fuit et optima textrix Penelope poetatum teſtimonio,Ouidius.Nec mihi quęrenti ſpacioſam fallere noctem/Laſſaret viduas pendula tela manus. Vnde et tela Penelopęa et icariotis dicitur,q̃ icari filia fuerit Penelope.Idem Oui.li.3.de Põto. Morte nihil opus eſt,nihil Icariotide tela.

Veſtales quędam virgines

Oppia	Claudię	Fonteia
Marcia	Minutia	Floronia
Poſthumia	Sextilia	Tutia
Caię	Suffecię	Licinia
Vibidia		

OPpia vna fuit ex veſtalibus,quę cõperta ſtupri viua defoſſa eſt.Stroza filius. Veſtalis virgo leſi damnata pudoris, Contegor hoc viuens Oppia ſub tumulo

¶Duę quoq; fuerunt Claudię Veſtę cerimoniis addictę. Fuit et Fonteia Veſtalis ſoror M. Fonteij,qui quum Gallię exercitui pręeſſet,accuſatus eſt prouincię male adminiſtratę. ¶Marcia Item inceſti damnata. ¶Minutia propter elegantem corporis cultum venit in ſuſpicionem libidinis. Vnde & viua defoſſa eſt. ¶Floronia conuicta ſtupri ſibi mortem intulit metu grauioris ſupplicij. ¶Poſthumiam Veſtalem nimius corporis cultus ſtupri quoq; ſuſpectam fecit.Pontificum tamen abſoluta eſt ſententia.

¶Stupri damnata est Sextilia, vt etiã Tutia. Authore Liuio. ¶Thracię Caiæ/siue Suffetiæ statua posita est Authore Plynio. ¶Plutarchus in Gracchis ait Liciniam fuisse vnam e Vestalibus. ¶Vbidia Vestalis fuit, quam Messallina misit ad pacandum Claudium maritum suum, quẽ iratum sibi intellexerat.

¶Exercitus numerosi.

1 Exercitus Tartarorum.
2 Exercitus Pompeij in Cæsarem.
3 Exercitus Cæsaris in Pompeium.
4 Exercitus Mardonij.
5 Exercitus Hieroboam.
6 Exercitus Athilæ.
7 Exercitus Amuratis.
8 Exercitus Brenni & Senonum.
9 Exercitus Theoderici.
10 Exercitus Tamburlani.
11 Exercitus Antigoni.
12 Exercitus Antiochi.
13 Exercitus Annibalis.
14 Exercitus Achęorum.
15 Exercitus Athenienſium in Syracusanos.
16 Exercitus Artaxerxis
17 Exercitus Darij in Alexandrum
18 Exercitus Alexandri
19 Exercitus Antigoni
20 Exercitus Seleuci & Antiochi
21 Exercitus M. Antonj in parthos
22 Exercitus parthorũ in Antonium
23 Exercitus Antonij in Cęsarem
24 Exercitus Cęsaris in Antonium
25 Excercitus Crassi in parthos
26 Excercitus Carthaginenſium in Siciliam.
27 Exercitus Demetrij
28 Excercitus Marij & Catuli
29 Exercitus Mithridatis
30 exercitus Pompeij in pyratas
31 exercitus Pelopidę in Syracusanos
32 exercitus Heluetiorum
33 exercitus Ariouisti Germanorũ regis
34 exercitus Neruiorũ in Cęsarem
35 exercitus Luculli in Mithridatem
36 exercitus Perſei
37 exercitus Tigranis Armenię regis.
38 exercitus Terentij Varronis
39 exercitus T. Q. Flaminij
40 exercitus eumenis
41 exercitus Radagasi Gothorũ regis
42 execitus L. Aemylij & C. Attilij
43 exercitus vectigis
44 exercitus Gallorum
exercitus Q. Fabij Maximi
45 exercitus Aruernorum
46 exercitus Seſostris
47 exercitus Nini in Bactrianos
48 exercitus Xerxis
49 exercitus Græcorum in Troianos
50 exercitus Troianorum in Græcos
51 exercitus Mosis
52 exercitus Hieroſolymarum
53 exercitus Caroli Martelli

1 ISela quarto Andreę Hieroſolymitani filio apud Pannonios regnante Tartari cum quingentis armatorũ millibus Pannoniam ingreſſi ſunt, a quibus ſuperatus Bela aufugit.

2 ¶Pompeij in Cæſarem dimicantis acies habuit 40. millia peditum/equitum in ſiniſtro cornu ſeptẽ millia/in dextro quoq;/prętер Oriẽtis auxilia/totam vrbis nobilitatem/ſenatores, Prętorios/Conſulares.

3 ¶Cęſar in acie habuit peditum 30. millia/equites non amplius mille. Author Eutropius.

4 ¶Mardonius Perſa (quem Xerxes apud Salaminem reliquit, vt diſpalatos milites reſarciret) habuit in exercitu peditum ducẽta millia/equitum viginti millia. Victus eſt tamen apud Plateas a Pauſania Lacedęmonio turmis longe minoribus ſtipato.

¶Hieroboam

¶Hieroboam rex Iſraelitarum in exercitu (quã contra Abyam iudęorum regem duxit) habuit 80. millia bellatorum. Abyas vero 40. 5

¶Habuit Athyla rex Hunnorum in exercitu quingenta armatorum millia. 6

¶Amurathes rex Turcarum Pannoniam cum centum hominũ millibus ingreſſus eſt, quam bis domuit. 7

¶Senonũ dux Brẽnus (qui primus Romanã ſuperbiã retudit) habuit 300. millia. 8

¶Theodericus Clodouei primi filius in Italiã cum 80. millib⁹ traiecit, quibus impetu repẽtino Beliſarij copias fregit/omnẽq; tranſpadanã ſubiugauit regionem. 9

¶Tamburlanus Scytharũ rex Euphratem fluuium cum ſexcentis peditũ millibus, equitum vero trecentis traiecit, quo numero Aſiam minorẽ obtinuit, Regem Turcarum Pazaitem captiuũ duxit/Scythas/Mœdos/Albanos/Meſopotamiã/Parthiam/Perſiam/Armeniam ſibi ſubiugauit. 10

¶Exercitus Antigoni habuit peditũ viginti millia, Equites mille trecentos. 11

¶Exercitus Antiochi 300. millia armatorum, quibus Romanos inuaſit. Falcatis etiam curribus/& Elephantis aciẽ inſtruxit. Author Plutarchus in Ruffo. 12

¶Idem ait certum non eſſe q̃tę fuerint Annibalis copię. Alij cẽtum millia peditũ/et viginti equitum fuiſſe dicunt. Quidam aiunt addita ex Gallis & Liguribus 80. millia peditum, decem equitum. Q̃uis autem exactus ad fidem numerus dari nequeat, hoc tamẽ arguí poteſt numeroſum habuiſſe exercitũ, q̃ amiſſis in Alpiũ traiectu triginta millibus, adhuc Romanorum potentiã non expauerit. 13

¶Achęorum exercitus in Cleomenem ducem Spartanorum fuit viginti millium peditum/equitum mille. 14

¶Athenienſes in Syracuſanos certaturi duce Alcibiade/habuerunt ſupra centũ/& quadraginta triremes, Centum/& quinq; millia peditum, tum ſagittarios/& fundítores mille & trecentos. Tormentorũ prẽterea/ac machinarũ expugnandis vrbibus copiam ingentẽ. Plutarchus in Alcibiade. 15

¶Exercitus Artaxerxis regis Perſarũ in Caduſios/habuit triginta peditũ millia, pedites mille. 16

¶Certaturus in Alexãdrum Darius habuit ſexcenta hominum millia. Plutarchus ſcribit, Dario fuiſſe decies centena millia militum. 17

¶Copiarum Alexandri qui minimũ aſſerunt numerũ, tricena millia peditũ. equitum vero quinq; fuiſſe tradunt. Fertur in Aſiam traieciſſe cum millibus armatorum non amplius 48. 18

¶Antigonus Philippi filius/& pater Demetrij Poliorcetis Macedoniæ regis habuit in exercitu cõtra Seleucum Syrię principem & alios reges ſupra 70. millia petum/equitũ vero decem millia. Item Elephantos 75. 19

¶Seleucus vero & Antiochus eius filius armarũt in ipſum Antigonum 64. millia peditum/equites ſupra decem millia. Elephantos quadringẽtos/currus centum et viginti. 20

¶Bellans in parthos M. Antonius habuit 60. Romanorum peditum millia/& his auxilia equitum adiuncta. Hiſpanorum/& Gallorum decem millia, Cæterarũ nationum equitum peditũq; trecenta millia. 21

¶Parthorum vero exercitus in Antonium habuit 400. millia equitum. 22

¶Exercitus Antonij contra Cęſarem habuit peditum centum millia/Equitũ 22, Naues quingentas. 23

¶Exercitus Cæſaris contra Antonium habuit naues ducentas quinquaginta. peditum 80 millia/equitum 22. 24

45 ¶Exercitus Crassi contra Parthos habuit peditum legiones septem/Equitum quatuor millia ac totidem velites.

46 ¶Carthaginenses Siciliam cum septuaginta millibus militum/ ducētis triremibus et mille nauibus inuaserunt. Quos tamen superauit Timoleon dux Corinthiorum, eorumq; castra diripuit desyderatis decem millibus.

47 ¶Demetrius Antigoni et Stratonices filius et macedonię rex habuit in copijs/ peditum decem millia/equitum decem/naues quingentas.

48 ¶Exercitus Marij et Catuli contra Cimbros habuit quinquaginta hominum millia cum trecentis militibus.

49 ¶Mithridates rex Ponti habuit peditum centum millia/equitum decē/currus falcatos nonaginta. Cęlius ad hūc modum de Mithridate. Habuit (inquit) equitum 50. peditū 250 millia. Machinarū vero ac omnis bellici instrumenti par eius summa. Depugnabant cum eo reges Dynastęq; Armenię/ac Scytharum, qui circa Pōtum incolunt/supraq; Męotidem paludem.

50 ¶Pompeius in bello contra/Pyratas habuit quingentas naues/ peditum centum & viginti millia/Equitum quinq;

51 ¶Pelopidas dux Thebanorū duxit contra Syracusanos septuaginta millia militū.

52 ¶Heluetiorum in Galliam Aquitanicam irrumpere volentium tempore Iulij Cęsaris/exercitus habuit trecenta hominum millia.

53 ¶Credibile est Ariouistum Germanorum regem numerosas habuisse copias, vel hoc vno argumento/ qp a Cæsare victus octoginta militum suorum millia amiserit Authore Plutarcho.

54 ¶Neruij (quos Lucanus rebelles vocat, quiq; nostro tempore Tornacenses vocā tur) in bello contra Cęsarem sexaginta hominum millia amiserunt.

55 ¶L. Luculli copię in Mithridatem Armeniæ regem fuerūt triginta millia peditū, equitum duo millia cum quingentis.

56 ¶Perseo Macedoniæ regi in Paulū Aemylium dimicaturo fuere quattuor millia equitum/peditum vero 48. millia.

57 ¶Tigrani regi Armenię/fuere ducenta quinquaginta quinq; armatorū millia cōtra Romanos, qui e tanto exercitu peditum centum millia/equitum vero qninquaginta Lucullo duce interfecerunt.

58 ¶Terentius Varro consul & Aemylij Paulí collega habuit in exercitu octo et octoginta hominum millia contra Carthaginenses.

59 ¶Quintius Flaminius in bello contra Philippum Macedonię regem habuit .26. millia hominum.

60 ¶Habuit Eumenes rex Pergami ī excercitu cōtra Macedones 36 millia bellatorū.

61 ¶Radagasus Gothorum rex (qui floruit Arcadij et honorij imperatorum temporibus) habuit in exercitu supra ducenta bellatorū millia. Author Paulus diacon⁹.

62 ¶L, Aemylius et Attilius consules principio sui consulatus quattuor legiones vrbanas in Gallos armauerunt, quarum singulis quinq; millia et ducenti pedites/equites vero trecenti inerāt, Habebant et ex sociorum auxilijs triginta millia peditum/ Equitū vero duo millia, Cui numero Thusci et Sabini septuaginta addiderūt millia, vbi primum Galli Apœninū trāsire nūciati sūt. Post hos Vmbri et Sarsennatę Apœnini incolę viginti millia contulerūt. Sānites 70. millia peditū / Equitū septē millia. Iapigenses/& Mesapij 50. millia peditū/ Equitū 16. millia/ Lucani 30. millia peditū/ Equitū tria millia. Marsi/Maricini/ ferētani/& Vestini peditū viginti millia. Eoq; modo cętere totius Italiæ vrbes suas suppetias contulerunt, ita vt numerus

excreuerit

excreuerit ad ſeptíes centena míllia peditū/Equitū vero 70. míllia. Author Polybíus, qui dū forte ſuís mēdacijs Gallos deprímere/Romanos vero laudare ſtudet/ſua ſpe fallit. Nam ſi ita eſt, nihil accedit Gallis opprobrij/quin potíus plurimū laudis meruerūt, q̄ Italię (quę totí⁹ orbis ſe vocabat īperatrícē) tm̄ terrorē icuſſerint, vt nullo/q̄líbet numeroſo exercitu ſe ſatis tutos opinarentur. Sed age, quíd egerunt Galli? Non dubitarunt (vt eſt gens ipſa periculí contēnens/& vitæ ſuæ prodíga) contractis vndiq; tot centurijs/quínquagínta non amplius míllia opponere.

¶Vectiges rex Gothorum poſt Atalarícum fílium Amalaſunthæ reginę/ad obſí- 43
dionem vrbís Romę cum ducentis armatorum míllíbus profectus eſt.

¶Scriptores (quí gloriā Gallorum/non níſi retortís oculis poſſunt inſpícere) aiūt 44
ducenta Gallorū míllía profligata fuiſſe a Q. Fabío maxímo trígínta vix míllíbus ſtípato. Hoc aūt q̄ fabuloſum, ſít cęcís pateat/vel hoc vno argumēto, q̄ eo tempore quo altera manu orientē/altera occidentē cōplecti ſe gloríabantur, Brenno Senonū duci/nec ín ſuís pomœrijs/atq; adeo ſterquílinijs reſiſtere potuerint.

¶Soli Aruerni (modica Gallorum portío) ducenta bellatorum míllía obiecerunt 45
Aemylíano Maxímo ad Iſarę/& Rhodaní confluenta.

¶Seſoſtrís rex Aegypti (qui inſuetam ſeruitij Arabiā ſubegit/maximā lybię par- 46
tem occupauit) habuit in pedeſtríbus copijs ſexcēta peditū míllía, equitū vero 24. Curruum bello aptorum 8000.

¶Ninus Aſſyríorum rex armauit in Bactrianos terdecíes centena míllía peditum/ 47
equítum/ducenta. Curruum 100. míllía.

¶Xerxes rex Perſarū ī Gręcos dimicaturus habuit de regno ſuo ſeptingēta míllía, 48
de auxílijs trecēta/Roſtratas naues mille/& ducētas/Onerarías ad tría míllía. Toto numero habuit tría míllía nauiū/in quíbus fuerūt hominū Myríades 23. Terreſtrís autem exercitus fuerunt centum/& ſeptuagínta Myríades/Equítum octo.

¶Ad vindícandum Helenæ raptum/Græcí armauerunt in Troianos 886. bella- 49
torum míllía.

¶Contra vero Troiani habuerunt 776. míllía/Carinas circíter mílle. Author 50
Dares Phrygius.

¶Exercitus ſub Moſe habuit 63. míllía. Imbellis aūt popelli 55. míllía. Tota ſum- 51
ma míllies mílle/& centum quínquagínta.

¶Obſeſſis a Veſpaſiano Hieroſolymís vndecíes cētena míllía ferro/& fame perie- 52
runt. Author Ioſephus.

¶Carolo Martello Gallorum regí fuerunt trecenta armatorum míllía. ¶Porro 53
autem Laedęmones prodíbāt in bellum cum tíbíarum modulatione, vt ſuauiſſímo cantu delíníti non reminíſcerentur periculí. ¶Parí modo Cretēſes canebāt cíthara. ¶Maſſagetę rubras índuebant tunicas, ne vulneratorum cruor terrorem cęteris afferret. ¶Parthi in fuga ſagíttas a tergo íaculantur. Lucanus. Ocyor & míſſa Parthi poſt terga ſagítta.

¶Bella ín quíbus multum
cruorís effuſum eſt.

1 Bellum Abyę in Hieroboam.
2 Bellum Phaceę regís.
3 Bellum Benadab regís Syríę
4 Bella Cęſaris.
5 Bellum Gedeonís.
6 Bellum Athilę.
7 Bellum Ladíſlaí regís Pannoníæ.
8 Bellum Carolí Martellí.
9 Bellum Cyrí in Scythas.
10 Bellum Míltíadís.
11 Bellum Claudíj Neronís & Líuíj Salinatorís.

12 Bellum Scytharum.
13 Bellũ M. Claudij/ & C. Cornelij.
14 Bellum Friolę regis Hiſpaniæ.
15 Bellum Eduardi quarti.
16 Bellum Claudij Imp.
17 Bellum Coſrois regis perſarum.
18 Bellum Roderici.
19 Bellum Q. Fabij.
20 Alia plęraq; bella.

1 AByas iudęorum rex bellans in Hieroboam regem Iſraelitarum 50. millia ex eius exercitu deleuit.

2 ¶Phaceas rex vno die deleuit ex copijs Achab Iudęorũ regis poſt Ioathã 120. millia bellatorũ/ & ducenta vtriuſq; ſexus millia captiua duxit.

3 ¶In bello Benadab Syriæ regis contra Achab Iſraelitarum regem perierunt homi num centum millia.

4 ¶C. Cæſar dictator prædicare ſolitus dicitur vndecies cẽtum/ & nonaginta millia pręter eos qui ciuilibus bellis perijſſent, ſuo ductu/ & auſpicijs cęſa.

5 ¶Gedeon nocte vna apud Iordanẽ cẽtũ/ & viginti millia Madianitarũ interfecit.

6 ¶In agro Tholoſano Athila rex Hunnorum congreſſus eſt cũ Etio/ & Theoderico Gothorum regibus. In quo conflictu 180. millia virorum decubuere.

7 ¶Quantã ſuorũ ſtragẽ acceperit Ladiſlaus rex Pãnonię/ dum in Amuratem regẽ Turcarum confligeret, hinc auſpicari licet, q; ex ipſis etiam victoribus quadringẽta millia poſt pugnam deſyderata ſint.

8 ¶Carolus Martellus Gallorum rex Abidiramum Viſigothorũ regẽ (qui in Galliam hoſtiliter irruperat) ad Burgadalam domuit/ Cecidit q; eius exercitu 380. millia, quum tamen Franci non amplius mille perierint.

9 ¶Cyrus Perſarũ rex traiecto Araxe cum ducentis millibus in Scythas profectus/ tam infeliciter bellauit, vt ne nuncius quidem tantę cladis ſuperfuerit.

10 ¶Miltiades Athenienſium dux in Marathone Atticę cãpo cẽtum millia ex Darij Perſarum regis exercitu profligauit. Sunt etiam qui ducenta dicant deleta.

11 ¶Claudius Nero/ & Liuius Salinator ſexaginta Pœnorum millia apud Metaurũ Vmbrię fluuium cecidit.

12 ¶Vſcodoniam/ ſeu Hadrianopolim Thracię vrbem, quum cepiſſent Scythę, in ea centum hominum millia iugulata ſunt.

13 ¶M. Claudius/ & C. Cornelius cõſules quinquaginta Gallorũ millia profligarunt.

14 ¶Friola filius Alphonſi Catholici regis Hiſpanię 50. millia Sarracenorum in bello occidit.

15 ¶In bello Eduardi quarti Anglorum regis contra Scotos/ perierũt Scotorum 60. millia, Anglorum ſeptem ſolum.

16 ¶Claudius princeps 300. millia Sarmatarum cecidit ad Martinopolim.

17 ¶Coſroes rex Perſarum Paleſtinam cum hieroſolyma/ ac nongẽtis millibus chriſtianorum euertit.

18 ¶In bello Roderici regis Gothorum contra Sarracenos 700. millia hominum vtrinq; perierunt.

19 ¶Q. Fabi⁹ Allobrox de exercitu Bituiti Aruerno⁹ regis 120. millia hoim cecidit.

20 ¶Cæſa ſunt ab Alexandro ex Darij exercitu ſupra vndecim millia. ¶Cæſa ſunt a Craſſo duodecim millia de Spartaci exercitu. ¶Cęſa ad cãnas Romanorũ 50. millia. ¶Cęſa ad Granium flumẽ a Lucullo ex Mithridatis copijs hoim viginti millia pręter captos. ¶Cęſa ſunt a Põpeio ex Iberis 9. millia. ¶Cęſar a Sylla ex Marianis 20. millia. ¶Decem millia ex Mithridatis exercitu a Põpeio. ¶Cæſa a Ptolemęo ex Demetrij exercitu 50. millia. ¶Cæſa ab Alexandro Perſarum 20. millia.

¶Cæſa

¶Cęſa a Parthis/Romanorum decem millia duce Craſſo. ¶Cæſę ex Scipionis & Catonis exercitu a Cęſare quinq; hominum myriades. ¶Cæſa a Mithridate ſeptẽ Romanorum millia. ¶Cęſa a Lucullo/ex Tigranis Armenię regis exercitu peditũ cẽtum millia/equitũ quinquaginta. ¶Cæſa octo millia Cilicum a Lucullo. ¶Cæſa 80. millia Germanorum ſub Arioviſto duce a Cęſare. ¶Cæſa Pœnorum 40. millia a Scipione. ¶Cæſa 15. millia Romanorum ad Thraſymenum. ¶Cæſa 60. millia Neruiorum a Cæſare. ¶Cæſa 30. millia hominũ de exercitu filiorum Pompeij a Cæſare. ¶Cęſa in bello Macedonum contra Lacedęmonios quinq; millia/& trecenti, ex Maccdonibus trecenti/& non amplius. ¶Cæſa in vrbis Hieroſolymitanæ excidio vndecies centena millia. ¶Cæſa a Britannis Romanorũ 70. millia ducibus Petilio/& Suetonio. Author Cor. Tacitus. ¶Cęſa paulopoſt a Romanis Britannorum 80. millia. Quam cladem ægreferens Boudicea eorum regina Veneno clauſit vitam. ¶Cæſa a Gratiano imp. triginta Alemanorum millia, apud Argentarium oppidum. Author Sex. Aurelius.

¶Bellicoſi viri/cum illuſtribus victorijs.

1 Alexander.
2 Xerxes.
3 Arſaces.
4 Tamburlanus.
5 Amurathes.
6 Seleucus.
7 Antiochus.
8 Cyrus.
9 Darius.
10 Mithridates.
11 Annibal.
12 Aratus.
13 Cleomenes.
14 Demetrius.
15 Epaminũdas.
16 Lyſimachus.
17 Pyrrhus.
18 Philippus Macedo.
19 Timoleon.
20 Ceneus.
21 Archidamus.
22 Codrus.
23 Idanthyrſus.
24 Arturus.
25 Leonidas.
26 Clodoueus.
27 Theodericus.
28 Carolus Martellus.
29 Carolus magnus.
30 Gedeon.
31 Themiſtocles.
32 Conon.
33 Pompeius.
34 Cæſar.
35 M. Antonius.
36 Attilius regulus.
37 Acilius. Cynegyrus.
38 Acilinus.
39 Furius Camillus.
40 M. Curius.
41 T. Q. Flaminius.
42 T. Sempronius.
43 Manl. Capitolinus.
44 M. Cl. Marcellus.
45 C. Marius. Porſena.
46 Cocles.
47 Scipio Africanus.
48 Scipio Aemylianus.
49 M. Sceua.
50 Paulus Aemylius.
51 Aurelianus.
52 Iuſtinianus.
53 L. Sicinius Dentatus.
54 M. Sergius.
55 Veſpaſianus.
56 Manl. Torquatus.
57 Auguſtus.
58 M. Probus.
59 Nonnulli Romani.
60 Gylippus.
61 Alij Pleriq;.

ALexander Macedo Philippi ex Olympiade filius tantum nomẽ bellica virtute ſibi comparauit, vt recens quoq; ſit ſemper eius memoria. Vigínti natus annos Thebas euertit. Traiecto Helleſponto Iliũ profectus eſt, vbi animaduerſo Achillis ſepulchro Achillem ipſum felicem prędicauit, q̃ laudum ſuarum præconem habuiſſet Homerum. Dariũ Perſarũ regẽ ad Granium flumẽ perdomuit cæſis viginti Perſarũ millibus, vbi Dariũ ipſum cũ vxore/& filiabus captiuum duxit, quẽ tñ iterum donauit venia. Verum vbi tertio redintegraſſet copias, victo regnũ eripuit. Eius tñ interfectorem Beſſum ſupplicio affecit. Scythas demũ laceſſiuit. In India Porum regẽ numeroſis armatum copijs/& quattuor cubitis cum palmo procerum fudit, cui & pepercit. I

2 ¶Xerxes rex Perſarum centena millia armauit in Greciam. Athon montem aceto dirupit, diruptum fecit peruium velis. Cum Themiſtocle congreſſus eſt / & apud Salaminem ab eodem victus. Poſt aliquot annos cum Cimone Atheniēſium duce manum conſerēs, quum fortunam vbiq; nouercam experiretur, voluptati ſe dedit.

3 ¶Arſaces obſcuræ cōditionis homo collecta Scytharū exulū manu Parthos ſubegit. Syriæ regem Seleucum / & Hircanos redegit in ſeruitutem.

4 ¶Tamburlanus Scytharum rex Mœdos / Albanos / Meſopotamiā / Perſiam / Parthiā / & Armeniā ſubiugauit. Traiecto cum 600. millibus peditum / equitum vero trecentis Euphrate Aſiam minorem obtinuit. Regem Turcarū Paȝaitem captiuū in laqueos coniecit / tanta feritate, vt eum inſtar belue Clatris incluſum / ſecū ſemper duxerit, & ſub mēſa in modū canis micas / & fruſtilla comedere iuſſerit, equūq; aſcē ſurus, eius humeros pro ſcabello pedibus conculcauerit.

5 ¶Amurathes rex Turcarum Theſſalonicam vrbem vi captam diripuit / Epyrū & Aetholiam ſubiugauit. Pannoniam cum cētum armatorum millibus ingreſſus eſt. Pannonios bis bello fudit.

6 ¶Seleucus Nicanor rex Syrię Babylonem cepit, Bactrianos expugnauit, Penetrauid ad Indiā. Compoſitis in Oriente rebus Lyſimachū domuit & interfecit.

7 ¶Antiochus maximus Syrię rex Babyloniā / Aegyptum / & Iudęam patrio adiecit imperio. Græciam cum ſexaginta millibus intrauit.

8 ¶Cyrus Aſtyagem regno Perſarum expulit trāſlato in Perſas Mœdorū imperio. Babylonios cum Cræſo Lydorum rege domuit, quē primo venia donatū / ac ſecūdo rebellantem vita / & regno ſpoliauit. Subacta Aſia / ac toto Oriente aggreſſus eſt Scythas, vbi a Thomyri eorum regina victus eſt / & interfectus.

9 ¶Darius Iſtaſpis filiꝰ Babylonios perdomuit. Ionas nauali pręlio ſuperauit. Athenienſibus congreſſus eſt, ſed magno ſuo incommodo.

10 ¶Mithridates Phraatis filius / Parthorum auxit imperium / Armenios nunq̄ antea ſub iugum miſſos adortus eſt. Babylonios accepit in deditionem / fratre interfecto, quem ſubditi regno prefecerāt ob ipſius Mithridatis crudelitatem. Cum Romanis bellum gerens Craſſum cum filio / ac toto exercitu deleuit.

11 ¶Annibal Amilcharis filius viginti annos natus Sagūthum expugnauit. In Italiā quinto mēſe ſuperatis Alpibus ab Hiſpania peruenit. Apud Ticinū Cor. Scipionē patrem Africani maioris occurrentē ſuperauit. Sempronīū conſulē apud Trebiam ingenti clade affecit. C. Flaminiū quoq; profligauit ad Thraſimenū / interfectis ex eius copijs 25. millibus. P. Aemyliū / & Terentiū conſules cū exercitu deleuit apud Cannas, vbi ſenatores 90. alij ad 45. millia perierūt. vbi & annulorū modij tres reperti ſunt. Inde omnium metu acceſſit proxime Romam / & ad tertiū vſq; lapidem Claudium Marcellum Romanorum ducem iterum fudit / & ad extremum victus a Scipione, Romam liberauit metu.

12 ¶Aratus dux Sicyonius collecta coniuratorū manu patriā ſeruitute liberauit / expulitq; Nicoclem tyrannum. Compoſito patriæ ſtatu dux Achęorum factus, eorum Remp. annos 24. feliciſſime adminiſtrauit. Locridem / & Calydoniam depopulatus eſt, Acrocorinthū expugnauit, Macedonibus inde repulſis Argęorum tyrānos Ariſtonicum primo, deinde Ariſtippum bello ſuſtulit. Aetholos Achęis inimicos plęrūq; debellauit. Sublatus demum dicitur / & veneno potus a Philippo Macedonum rege, cui erat formidoloſus.

13 ¶Cleomenes dux Lacedęmoniorū Aratum ducem Achęorum multis affecit cladibus, Argos antea nulli expugnatum in poteſtatē recepit. Annos 14. feliciſſime imperauit,

imperauit, ſuiſq; reliquit multas illuſtres victorias.

¶ Demetrius Poliorcetes Antigoni Macedoniæ regis filius traiecto Euphrate Ba 14
byloniã occupauit. Athenas a Caſſandri & Ptolemęi imperio redemit. Cyprũ ex=
pugnato Ptolemęo nauali bello recepit. Bœotios accepit in deditionẽ. Pyrrhum ab
oppugnatione Theſſaliæ repreſſit. Ad extremum fortuna inſidiante venit in ma=
nus Antiochi.

¶ Epaminundas Thebarũ princeps/cũ Lacedęmoniis congreſſus multas victorias 15
rettulit. Traiectus lancea/& in caſtra ſemianimis relatus, vbi audiuit ſaluũ eſſe ſcu=
tum ſuum/nec ab hoſtibus raptum, Bene res habet inquit, mortem hanc morior lu=
bens, Atq; ita velut gratulabundus expirauit.

¶ Lyſimachus Agathoclis filius Leoni famelico/ Alexãdri iuſſu datus in prædam 16
(q̃ Caliſtheni captiuo ad remedium calamitatis dediſſet venenum) manum ami=
culo inuolutam in os leonis intulit, arreptaq; lingua feram exanimauit. Quo illuſtri
facinore conciliatus eſt Alexandro.

¶ Pyrrhus Epyrotarum rex Leuinum conſulem apud Heracleam bellorum noui= 17
tate turbauit. Ad vigeſimum ab vrbe lapidem caſtra poſuit. Curio/ & Fabricio cõ=
greſſus eſt. Argos obſedit, vbi tegulę iactu ad extremũ fertur periiſſe.

¶ Philippus Macedo Athenienſes vicit / Traiecit in Illyricum/ Lariſſam vrbẽ ce= 18
pit/expugnauit Theſſaliã & Methonẽ Magneſiæ vrbẽ. Dux a Thebanis delectus
contra Phocenſes, eos diripuit/ Olynthios deleuit/ Ariſbã Epyri regem regno deie=
cit. Byzantium obſedit, vbi longa mora cõſumptus/ad Pyraticã ſe cõuertit. Scythas
ſtratagemate ſuperauit. Rebellantes iterũ Athenienſes domuit.

¶ Timoleon dux Corinthius Syracuſas a Dyoniſij tyrãnide liberauit/tyrannum in 19
exilium miſit. Leontinorum principem nomine Icetem bello captũ interfecit. Ma=
mercum Catanæ tyrannum in fugam vertit. Leptinum (qui Apoloniam per vim
ceperat) captum & vinctum Corinthum miſit. Carthaginenſes in Siciliam irrũpen
tes ſuperauit, eorũq; caſtra diripuit.

¶ Ceneus Theſſalus, quũ multis interfuiſſet pręlijs/nunq̃ tamen lędi potuit. Hinc 20
natum prouerbium. Inuulnerabilis vt Ceneus. Neſtor apud Ouidium lib. 12. Ve=
ſtro fuit vnicus æuo/ Contẽptor ferri/ nulloq; forabilis ictu Cycnus/ at ipſe olim pa=
tiẽtem vulnera mille Corpore non leſo perrhębum Cęnea vidi, Cęnea perrhębum,
qui factis inclytus Othryn Incoluit.

¶ Archidamus lacedęmoniorũ princeps Methonẽ ad Athenienſes deficiẽtẽ rece= 21
pit. In bello cõtra Pylon primus e nauí proſiliẽs/nec vulneratꝰ eſt/ nec ſcutũ amiſit.
Aduerſus Amphipolim ſtrenue decertauit. Tandẽ inſimulatus, q̃ Agnoni Thra
ciæ regi faueret, damnatus eſt.

¶ Codrus Athenienſium rex, quũ in bello Pelopõneſiaco/accepiſſet ab oraculo vi= 22
ctricẽ fore gentẽ/cuius princeps bello periret/relictis veſtibus imperatorijs, grega=
rium ſe finxit militem/eoq; modo inimicis occidendum ſe præbuit.

¶ Idanthyrſus Scytharum rex bello res magnas geſſit / multũ Aſiæ ſubiugauit / & 23
totam prope Aegyptum peruagatus eſt.

¶ Arturus rex Britãnię adeo bellica virtute excelluit, vt quadringẽtos/& ſexaginta 24
viros in prędio ſolus iterfecerit, ac regna plurima ſuæ adiecerit ditioni. Vtebat galea
aurea/in qua ſculptũ Draconẽ prędferebat. Ferebat clypeũ, in quo picta erat Chriſti=
parę genitricis effigies, vt in omni diſcrimine / rebuſq; omnibus eã ſemper haberet
præ oculis velut adiutricem. Vtebatur lancea ardua/ & inuſitati ponderis, quam ſe=
cum deferri ſemper volebat. Cantatiſſima eſt eius virtus/ & recens prope memoria

frequenſq; fama in ore omnium.

25 ¶Leonidas Spartanus quattuor/nec amplius ſuorũ millibus ſtipatus/auſus eſt ma-
num cõſerere cum numeroſo illo & omniũ poſt homines natos populoſiſſimo xer-
xis Perſarũ regis exercitu apud anguſtias Thermopylarum, vbi parta victoria/im-
mortale quoq; ſibi nomen peperit. Idem quoq; milites ſolebat hortari, vt prãderẽt
tanq̃ apud inferos cœnaturi, quo verbo iubebat eos eſſe vacuos metu.

26 ¶Clodoueus Gallorũ rex Alemanos domuit, Gothos regno ſuo expulit, Alaricũ
eorum regem cecidit, Aliaq; permulta egit facinora, quibus docuit gentem ſuam ad
arma natam.

27 ¶Huius filius Theodericus Turingiam cũ rege ſubiugauit. Traiecit in Italiã cum
80. millibus armatorum/ Beliſarij copias repentino fregit impetu. Tranſpadanam
regionem vicit. Decem Burgundiorũ millia/ Gothis auxilio miſit.

28 ¶Carolus Martellus Pipini primi filius Aurelianos vno impetu fudit. Traiecto
Rheno Alemanos/ Sueuos/ Bauaros/ regno Francorum adiecit. Sarracenos ab Eu-
done duce in Aquitaniã vocatos profligauit cæſis ex eorũdem exercitu 385. milli-
bus. Amorreũ alterũ eorum regẽ ſuppetias Athimo apud Narbonẽ obſeſſo ferẽtẽ
deleuit. Gothos (qui Hiſpaniam citeriorem Gallię partẽ annos iam 300. turbaue-
rant) profligauit, Omnẽ poſtremo Galliã Francorum regno ſubiecit.

29 ¶Carolus magnus Pipini ſecundi filius/ euidens virtutis Gallicæ reliquit argumẽ-
tum. In primis Aquitanorũ regem Himuldum in deditionẽ accepit. Accerſitus ab
Adriano pontifice, Longobardos cũ duce Deſyderio Italia expulit, quã annos iam
204. poſſederãt. Domum reuerſus bellũ Saxonum (quod annos prope 34. dura-
uerat) q̃uis interpolatum proſecutus eſt. Quos ſub iugum redactos ad Chriſtianæ
quoq; pietatis cultũ induxit. Aigolandum Sarracenũ/ Hiſpanoſq; male de Chriſto
ſentiẽtes ſubiugauit. Beneuẽtanorũ (qui duce Araiſo in Romanum pontificem tu-
multum parabant) repreſſit. Taxilonẽ Bauarię ducem res nonas molientẽ ſola pa-
cauit legatione. Hunnos (qui Pannoniã occupauerãt) magnis affecit cladibus. Go-
defredum Normanorũ ducẽ Frãcorum ſocios vexantem in poteſtatẽ ſuã redegit.
Leonem tertium Pont. a Romanis expulſum ſuæ ſedi reſtituit. Cui tãtę virtuti ad-
iecit amorẽ literarũ, quas vſq; adeo/ & amabat/ & mirabatur, vt Parrhiſiẽſem Aca-
demiã primus inſtituerit. Erat corpore procero, vaſtis prętер cõſuetudinẽ viribus.

30 ¶Gedeon iudex Hebręorũ percuſſit 4. reges Madianitarũ Oreb/ Zeb/ Zebeę/ &
Salmanã. Interfecitq; ex eorũ exercitu 120. millia hoim apud Iordanẽ nocte vna.

31 ¶Fecit Themiſtocles filiũ ſuũ Cleophãtum in equeſtri facultate adeo ſtrenuũ, vt
equis rectus inſiſteret/ & rectus iacularetur/ aliaq; permulta efficeret ſtupenda.

32 ¶Conon dux Atheniẽſium fuit bellica virtute clariſſimus, qui Lyſandrũ Lacedę-
moniorum ducem terreſtri pręlio vicit/ & Athenarum reſtituit libertatẽ. Vnde fa-
ctum adagium. Bellum Cononi curę fuerit.

33 ¶Pompeius Magnus Syllæ primum partibus adhęſit. Domitium expugnauit. De
Iarba rege Mauritanię triũphauit nondum patientibus annis. Contra Sertorium in
Hiſpaniam profectus Metelli copijs ſe coniungẽs, eum cum tota factione ſuſtulit.
Pyraticum bellũ tribus cõfecit mẽſibus. Triũphauit de Mithridate rege Ponti. Ti-
granem vicit regẽ Armeniæ, quem tamẽ ad genua ſua prouolutum regno reſtituit.
Iberos/ Albanos/ Iudæos debellauit capto eorum rege Ariſtobolo/ & in triũphum
vna cum filio Tigranis ducto. Reuerſus ex oriẽte triũphum egit biduo, Pręnotatis
victarum gentiũ titulis. Ad extremum verſo fortunæ Zephyro victus a Iulio Cę-
ſare in cãpis Philippicis/ coactus eſt velut profugus ad Aegypti regem Ptolemęum
ſe recipere,

se recipere, vbi hospitis (cui se cõmiserat) perfidia interfectus est.

¶ Victor Pompeij Cæsar Galliam omnem decẽnio subegit, eamq; redegit in pro- 34
uinciæ formam. Germanos ponte super Rhenum fabricato maximis affecit cladi-
bus. Aggressus est Britãnos ignotos antea/superatisq; pecunias & obsides impera-
uit. Macedoniam transgressus, Pompeium per 4. pene menses maximis obsessum
operibus ad extremum Pharsalico prælio fudit/& fugientem Alexandriam per-
secutus occisum vt deprehẽdit, cum Ptolemęo rege bellum difficillimũ gessit. Vi-
ctor Aegypti regnum Cleopatræ fratriq; eius minori permisit. Ab Alexãdria Sy-
riam/& inde Pontum transijt vrgentibus de Pharnace nuncijs, quem Mithridatis
magni filium multis iam successibus pręferocem intra quintum (qua affuerat diẽ)
vna profligauit acie. Dehinc Cor. Scipionem Pompeij socerum/& Iubam reliquias
partiũ in Africa refouentes deuicit, & Põpeij liberos in Hispania. Confectis bellis
quinquies triumphauit. Primum triumphum egit Gallicum, Sequentem Alexan-
drinum ex victo/& interfecto Ptolemęo. Huic proximum Africanum ex Iuba de-
bellato. Deinde Ponticum de Pharmace. Nouissimum Hispanensem de Pompeij
liberis. Reflante demum Fortuna, quum optimatium partibus esset formidolosus,
Bruti/Cassij/& aliorum coniuratione, tribus & viginti vulneribus in senatu confos-
sus est.

¶ M. Antonius Triũuir interfecto Cęsare fœdus cũ Lepido/& Augusto cõtraxit. 35
Brutum/& Cassium Cęsaris interfectores vicit in Macedonia. Profectus in Asiam
multos in oriente reges debellauit. Antigonum iudæorum regem securi percussit.
Phraati Mœdorũ regi congressus, quum victor euasisset, victum ad Araxem vsq;
persecutus est. Armenię regẽ/Alexandriã duxit in triũphum. Quũ ergo vidit se po
sitũ in gremio luxriãtis Fortunæ (in quo parũ sibi cauet mortalitas) delicijs captus
incidit in amorẽ Cleopatræ/quã repudiata Octauia Augusti sorore sibi copulauit.
Hinc orta fax belli ciuilis. Hinc Augusti nata indignatio, cui apud Actiũ cõgressus
et ad extremum victus/profugit in Alexandriam, ibiq; gladio se confodit.

¶ Attilius Regulus consul fusis Salentinis triumphauit. Primus Romanorum du- 36
cum in Africã classe traiecit. Quassata Amilcharis classe naues longas 63. oppida
200. ac totitem hominum millia cepit. In Africa portentosę magnitudinis serpen-
tem occidit. Captus demũ insidijs Xantippi Lacedæmonij mercenarij militis/mi-
serabili exitu ab inimicis enecatus est.

¶ C. Acilius Cæsaris miles nauali ad Massiliam pręlio/iniecta in puppim hostium 37
dextra/& obtruncata eam lęua apprehẽdit, Nec ante dimicare desijt/q̃ captã pro-
fundo mergeret, Athenienſem illum Cynegirum imitatus, qui incõsectanda xerxis
classe, idem legitur fecisse.

¶ Acilius Belisarij miles solus ad portam Pintianam Gothorum repressit impe- 38
tum.

¶ Furius Camillus Falisco obsedit. Veios decẽnali obsidione domuit, Gallos Se- 39
nones Roma pepulit, eisq; vexilla Romanorũ extorsit. Quinto dictator Celtas ite-
rum Romam petentes ad Anienem fluuium superauit.

¶ M. Curius Dentatus triumphauit de Samnitibus, Iterum de Sabinis. Tertio de 40
Lucanis ouans vrbem ingressus est. Pyrrhum Epyrotarum regem ex Italia pepulit.
Legatis Samnitum aurum offerentibus respondit se malle imperare aurum habẽti-
bus/q̃ accipere.

¶ T. Q. Flaminius eius Flaminij filius (qui ad Thrasymenum Annibali inauspi- 41
cate congressus cecidit cum exercitu) Philippum Macedoniæ regem prælio fudit/

caſtris exuit. Theſſaliam iuuantibus Aetholis/ & Acarnanibus vexauit. Ciuitates (quę ſub Philippo erant) per præconem liberas eſſe pronũciauit. Demetrium obſidem accepit, quem poſtea pecunia mulctatum in regnũ reſtituit. Nabin Lacedæmoniorum tyrannũ ſubegit. Legatus in Græciam contra Antiochum/ & Aetholos ad confirmandas in fide Romanorum ciuitates miſſus eſt.

42 ¶T. Sempronius Gracchus Gracchorum pater Celtiberos in dedidionem accepit, Prætor Galliam domuit, Subiugauit Sardiniam, cuius incolas plurimos expoſuit vęnales.

43 ¶Manlius Capitolinus ob Capitolinũ a Gallis defenſum nomẽ ſortitus annos 16. natus militem voluntarium ſe obtulit. Militaribus donis 37. a ſuis ducibus donatus eſt. Cicatrices habuit 33. in corpore. Plynius.

44 ¶M. Claudius Marcellus (Gallos qui ſe inſubribus iunxerant) iuxta Padum vicit interfecto eorum duce Viridomaro. Annibalem inuictiſſimum ducem primus apud Nolam ſuperauit. Contra Syracuſas profectus, triennio vrbem oppugnauit. Tandem interfectus eſt ab exercitu Annibalis apud Venuſiam.

45 ¶C. Marius ſepties conſul Iugurtham captum in triumphum duxit. Cimbros in Gallia/ Teutones in Italia opreſſit, deq; his triumphauit. Apuleium/ & Glauciam prætores ſeditioſos interemit. Syllam victũ coegit Minturnis deliteſcere inter paludes. Spiculatorem Gallum ad inferendam ſibi mortem miſſum, vultus maieſtate deterruit.

46 ¶Porſena rex Ethruſcorũ dum Tarquinios in vrbẽ reſtituere tentans ianiculũ cepiſſet, Horatius Cocles pro ponte Sublicio ſtetit/ ſuſtinuitq; hoſtilẽ impetũ/ donec pons a tergo frangeretur, quo cũ in Tyberim decidit. Sabellicus. Quiq; ſibi pontem paſſus poſt terga reuelli/ Ipſa licet contra ſtaret Ethruſca phalanx.

47 ¶Scipio Africanus annum agens 17. principio ſecundi belli Punici ductus in caſtra/ circũuentum ab hoſtibus patrem liberauit. Poſt Cannẽſem cladem, quum iuuentus de relinquenda Italia cogitaret, ipſe gladio ſupra capita erecto iurare ſingulos coegit ſe nõ relicturos patriam. Mortuo in Hiſpania patre, quum omnes id bellum refugerent, ſpõte ſe obtulit natus annos 24. vbi Carthaginem nouam vno die expugnauit. Aſdrubalem ſuperauit. Maſaniſſę nepotem in bello captũ auo remiſit. Syphacem regem vi cepit. Annibalem ex Italia accerſitũ ſuperauit/ Carthaginẽq; Romanis fecit tributariã. Reuerſus Romã triũphauit. Cõſul in expeditionẽ Aſiaticam profectus/ omnia ſuis auſpicijs rexit. Antiochum ſub iugũ miſit. Accuſatus demum ꝙ prædam Aſiaticam non totam in ærariũ contuliſſet, Linternum ſeceſſit in villam ſuam/ pertęſus ingratitudinem vrbis.

48 ¶Scipio Aemylianus Pauli Aemylij filius Numantiam euertit, Carthaginem penitus ſuſtulit.

49 ¶M. Scæua Centurio Cæſaris in Gallia ſolus in acie reſtitit. Quum in hoſtes rueret, et iam telo femur trãſfixus eſſet/ contuſuſq; caput ictu ſaxi, clypeo & galea diſiectis/ gladioq; fracto, duplici lorica munitus ſe in mare proiecit. Et quũ natando peruenıſſet ad ſuos, Parce (inquit) imperator. Arma perdidi. Tranquillus ſcribit eum effoſſo oculo, tranſfixiſq; humero & femore/ ac clypeo centum & viginti foraminibus terebrato caſtelli cõmiſſi portam non reliquiſſe. Conſule Vale: Max: lib: 3. cap. 2.

50 ¶Paulus Aemylius Aemylij Pauli cõſulis collegę Terẽtij Varronis filius, de liguribus triũphauit. Perſeum Macedonię regem cepit, demũ in triũphum duxit. Proconſul in Hiſpania cũ Vaſcetanis & Luſitanis aduerſo marte pugnauit. Anno tamẽ ſequẽti Luſitanos fudit cæſis ex eorum exercitu 18. millibus. Captis vero 330.

¶Aurelianus

¶ Aurelianus imp. irrumpentes in Italiam Sarmatas bello fudit / e quibus vno die octo / & quadraginta / ſua manu interfecit. Zenobiã quoq; Palmyrę reginam in triũphum duxit. Profectus in Galliam Tetricũ ſubiugauit, Mox in Aegyptum traijciens, regionem pacauit ſublato Firmo factiones ibidem ſuſcitãte. Romam poſtremo reuerſus de his omnibus triumphauit.

¶ Iuſtinianus imp. Perſas domuit. Vandalorum gentem deleuit. Africam Romano imperio totam reſtituit. Gothos iterum in Italiam irrumpentes fudit. Mauros Africam infeſtantes cum Athila rege ſubiugauit. Quæ magna ex parte auſpicijs Beliſarij geſſit. Propter tot victorias dicebatur Alemanicus / Gothicus / Alanicus / Vandalicus / Africanus. 51

¶ L. Sicinius Dentatus propter ingentem fortitudinem Achilles Romanus vocatus eſt. Pugnauit in hoſtem 120. prelijs. Cicatricem auerſam nullam / aduerſas 45. tulit. Coronis donatus eſt aureis 8. Obſidionali vna / Muralibus tribus / Ciuicis 14. Torquibus 83. Armillis plus centum / & ſexaginta. Haſtis 18. Phaleris item quinquies / vicieſq;. Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem. Author Plynius / & Gellius. lib: 11. cap: xi. Vale: Max: lib: iii. cap: ii. 52

¶ M. Sergius (vt ſcribit Plynius) ſecundo ſtipendio dextram manum perdidit. Stipendijs duobus, ter & vicies vulneratus eſt. Bis ab Annibale captus. Bis vinculorum eius profugus 20. menſibus nullo non die in cathenis / & compedibus cuſtoditus. Siniſtra manu ſola quater pugnauit / duobus equis inſidente eo ſuffoſſis. Dextram ſibi fecit ferreã, eaq; religata preliatus eſt. Cremonam obſidione exemit. Placentiam tutatus eſt. Duodena caſtra hoſtium in Gallia cepit. Vicit etiam Fortunam. 53

¶ Cor. Tacitus prodit Veſpaſianum cõſueſſe anteire agmen / Locum caſtris capere / cibo fortuito / veſte habituq; vix a gregario milite diſcrepante / legiones habuiſſe exercitas bello / noctu ſtetiſſe in excubijs / milites ſtratagematibus / doliſq; bellicis inſtruxiſſe. 54

¶ Manlius Torquatus, Gallũ prouocantem ſcuto / & gladijs duobus armatũ / ornatumq; torque / & armillis / viribus / adoleſcentia / magnitudine / & virtute anteſtãtem ceteris occidit / mortuo torquem detraxit, eãq; ſanguinolentam collo ſuo impoſuit. Quo facto ipſe, poſteriq; eius Torquati cognominati ſunt. 55

¶ Auguſtus imp. Cantabros / Aquitanos / Rhetos / Vindelicos / Dalmatas Romano ſubiecit imperio. Sueuos Cattoſq; deleuit. Sicambros in Galliam tranſtulit. Pannonios ſtipendiarijs adiecit. Getarum populos / Baſternaſq; laceſſitos bellis ad concordiam impulit. Obſides accepit a Perſis, creandiq; regis arbitrium. Ad eum Aethiopes / Indi / Scythæ / Garamantes legatos cum donis miſerunt. Bella ciuilia quinq; geſſit Mutinenſe / & Actiacum aduerſus M. Antonium. Philippenſe in Brutum / & Caſſium. Peruſinum aduerſus L. Antonium Triumuiri fratrem. Siculum aduerſus Sextum Pompeium Cn. Pompeij filiũ. In bello Mutinenſi. non modo ducis ſed etiã militis functus eſt munere. Nam aquilifero legionis ſuæ grauiter vulnerato / ipſe aquilam humeris ſubijt diuq; portauit. Quod fuit argumentum / & indicium magnę fortitudinis. 56

¶ M. Publius imp. bello Sarmatico tribunus tranſmiſſo Danubio multa fortiter fecit. Donatus eſt haſtis puris quattuor / Coronis vallaribus duab⁹ / ciuica vna / vexillis puris quattuor, armillis aureis duabus, torque aureo vno / patera vna librarum quinq; ad rem diuinam. 57

¶ Sabellicus in Elegijs Romanos quoſdam bellicoſos his verbis enumerat. 58

Et quem decepte plectentem crimina dextræ
Cernere magnanimus Porsena non potuit.
Tercentum Fabios/assertoresq; Camillos,
Nec quibus agnomen Africa terra dedit.
Non Catulos/Decios q; duos/geminosq; Catones.
Non Capitolini nomina magna laris.
Nec taceat Cossum/nec te Marcelle relinquat,
Non Curios parcos/Fabriciumq; senem.
Tollat in immensum Syllam/Marios q; feroces,
Pompeios q; duos/Cęsareamq; domum.

60 ¶Gylippus vir Lacedęmonius bello strenuus / Athenienses multis bellis multisq; cladibus affecit. Tibullus lib. 4. Non magni potior sit fama Gylippi.

61 ¶Sunt & alij plærique virtute bellica memorabiles, vt ex Troianis / Priamus/Aeneas / Hector / Paris / Deiphobus / Troilus. Ex Græcis Agamennon/Menelaus/Achilles/Aiax vterq;/Patroclus/Vlysses/Nestor/Diomedes. De Achille/Catullus. Non illi bello quisq̃ se cõferet heros. Horatius. Scriptor honoratum si forte reponis Achillẽ, Impiger/iracundus/inexorabilis/acer/Iura neget sibi nata/nihil non arroget armis. ¶Bellicam Aeneæ virtutem Diomedes apud Virgilium lib. 11. sequentibus aperit versibus.

Munera (quæ patrijs ad me portastis ab oris)
Vertite ad Aeneam/stetimus tela aspera contra,
Contulimusq; manus/experto credite/q̃tus
In clypeum assurgat/quo turbine torqueat hastam.
Si duo prętera tales Idęa tulisset
Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus/& versis lugeret Gręcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ.
Hectoris Aeneęq; manu victoria Graium,
Hęsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis / ambo insignes præstantibus armis. ¶His adduntur Adrastus rex Argiuorum/Agesilaus/Brennus/Cambyses/Catilina/Cimon Athenienſis/Crœsus/Euander/Iugurtha/Iason/Hercules/Pacorus rex Parthorũ/Perseus/Theseus/Pyrithous/Pyrrhus Achillides/Tideus/Thrasybulus/& alij plærique / poetarũ carminibus cantatissimi.

¶Fortissimi fortitudine corporea.

1 Herilus.
2 Gratianus.
3 Cleomedes.
4 Milo.
5 Titormus.
6 Cacus.
7 Monychus.
Rhœtus.
8 Scinis latro.
9 Turnus.
10 Iunius Valens.
11 Lysimachus.
12 Polydamas.
13 Sabinus Syrus.
14 Sanson.
15 Scillis.
16 Taurea Iubellius.
17 Tritanus.
18 Agatho.
19 Tideus.
20 Seleucus.
21 Firmus.
22 Maximinus.
23 Aristomenes.
24 Fusius Saluius.
25 Athanatus.
26 Attilius.
27 M. Seruilius.
28 Bithon.
29 Cynegirus.

L. Glaucus.

L.Glaucus.
30 Skyodus.
Vffo.
Freſicus.
Starcatherus.
31 Amelongus.
32 Odenatus.
33 Smerdis.
34 Dioxippus.
35 Eutymus.
36 Carolus magnus.
37 Telamon.
38 Peleus.
39 Periclymenus.
40 Neſtor.
41 Theſeus.

Virg.lib.8.Aen.fingit Herilū tres animas habuiſſe,ter lœtho ſternēdū fuiſſe,Nec aliam ob cauſam (vt coniícere eſt) q̄ propter inuſitatas/ & portentoſas hominis vires. Sic autem loquitur Euāder Maroníanus. 1

Et regem hac Herilum dextra ſub tartara miſi,
Naſcenti cui tres animas Feronia mater.
(Horrendum dictu)dederat,terna arma mouenda.
Ter lœtho ſternendus erat,cui tunc tamen omnes
Abſtulit hęc animas dextra,& totidem exuit armis.

¶Gratianus pater Valentíniani imp.funarius eſt appellatus,q̄ vęnalicium funem portanti quinq; milites non poſſent extorquere. 2

¶Cleomedes Aſtypalęus Lachum Epidenniū pugilem armatum vnico ictu inermis occidit,occiſi latera aperuit / & iniecta manu eduxit inteſtina. Ob quā feritatē, quū a iudicibus in ius vocaretur,per forū abiens,colūnam (qua ludi literarii domus fulciebatur)diſiecit,eaq; ruina pueros omnes adobruit. Alíj dicunt fugientē in mineruę tēplo arcam ingreſſum operculo ſe obtexiſſe, vbi nuſq̄ repertus ſit. 3

¶Milonem Crotoniatam (dum conſtitiſſet)nemo veſtigio educebat, Malum tenenti nemo digitis poterat extorquere. In Olympia bouē per ſtadium retēto anhelitu portauit,quem ictu pugni interfecit,& vno die integrum deuorauit.Quum autem nimia neruorum fiducia arborē vellet diducere, brachijs hinc inde conſtrictis/ et deficiente conatu retētus/lupis fuit pręda.Iuuenalis Satyra.10. Viribus ille Cōfiſus periit/admirandiſq; lacertis. 4

¶Titormus Bubſequa fuit quiſpiā procero corpore viribuſq; portētoſis, cuius vires quū Milo vellet experiri,ille in Euenū deſcendens permagnum arripuit lapidē, quē ad ſe protraxit/ & inde ꝓpulit, biſq; & ter hoc ipſum effecit, poſtea erexit/erectūq; & humero impoſitū ad 50.vlnas vexit.Hunc aūt lapidē vix emouebat Milo. Aliud itē roboris ſui argumentū exhibuit Titormus. Maximi enī tauri pedē corripuit/furentēq;/& inde prorípere ſe cupientem conſtātiſſime retinuit. Quod vidēs Crotoniates,O Iuppiter inquit,an alterū nobis proſeminaſti Herculem hunc? 5

¶Poetę ſcribunt Cacum immanē fuiſſe latronem, Vulcani filium, ignes & flāmas ore vomentē,qui boues cauda raptos/inuerſis veſtigijs cauſa tegēdi furti in ſpelūcā traxerit.Fabulātur quoq; tam prodigioſis fuiſſe viribus,vt cauernā ſuā obice mōtis pręſtrueret.Ouid.lib.1.Faſt.Ille aditū fracti pręſtruxerat obice montis. Vix iuga mouiſſent q̄nq; bis illud onus.Nitit̄ hic humeris(cœlū quoq; ſederat illis)Et vaſtū motu collabefactat on9.Quod ſemel euulſum eſt,fragor ęthera terruit ip̄m. Ictaq; ſubſedit pōdere mollis humus.Scribēs demū ei9 cōflictū in herculē,ſubiūgit.Prima mouet Cacus collata prælia dextra, Rēq; ferox ſaxis/ſtipibuſq; gerit. Queis vbi nil agitur,patrias male fortis ad artes Confugit, & flammas ore ſonante vomit. Quas quoties perflat,ſpirare Typhoea credas. Et rapidum Aetnęo fulgur ad igne iací. 6

¶Monychus nomen eſt Centauri,qui arbores/ & ſaxa pro telis iaculabatur. Lucanus lib.6.Pharſa.Aſpera te Pholoes frangentem Monyche ſaxa. Ouidius in Ibin. Quiq; trabes preſſas ab humo mittebat in auras.Iuuenalis Satyra prima.Quantas 7

iaculetur monychus ornos. ¶Idem quoq; fingitur de Rhœto Centauro. Lucanus. Teq; ſub Oethęo torquentem vertice vulſas Rhœte ferox (quax vix Boreas inuerteret) Ornos.

8 ¶Scinis latro fuit prope Corinthum, qui ſummas arbores in terram complicabat, hiſq; allígatos homines diſcerpebat, truncis cũ magno impetu in aera laxatis. Ouíd. in Meta. Occidit ille Scinis magnis male viribus vſus, Qui poterat curuare trabes, et agebat ab alto Ad terram late ſparſuras corpora Pinus.

9 ¶Quantę fuerint Turni vires, hoc licet arguere, qꝑ ſingulari certamine Saxum antiquum/ingens (campis quod forte iacebat Limes) in Aeneam cõtorſerit. Authore Virgilio. Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

10 ¶Iunius Valens (qui in prętorio Auguſti meruit) vehicula cum culeis ſuſtinebat. Carpenta cõprehenſa vna manu retinebat cõtra nitentibus iumentis. ¶Ruſticellus mulum ſuum tollebat, inquit apud Plynium Varro.

11 ¶Lyſimachus leonem (cui Alexandri iuſſu fuerat expoſitus) ſtrangulauit arrepta eius lingua.

12 ¶Græcorum monumentis proditum eſt leonem inſolita magnitudine confectum in Olympo mõte a Polydamãte athleta inermi. Eundem quoq; ſcribunt in armenta boum intraſſe, vbi taurum magnitudine inſignem/altero poſteriorum pedum arripuerit, ferocientemq; / & prærabido impetu proſilientem non dimiſerit prius / q̃ in eius manu vngulam reliquerit. Narratur etiam quadrigas tota vi concitatas cõſtantiſſime retinuiſſe. Qua fortitudinis fama permotus rex Darius Artaxerxis filius/virum magnæ mercedis pactione Suſa pellicuit. Eo quum veniſſet Polydamas, tres omnium Perſarum fortiſſimos (qui vna ex prouocatione arma ſuſceperant in aduerſum) ſolus contrucidauit. Cui inuſitato robori confidẽs, dum forte fortuna cum aliquot alijs in ſpelunca recũberet ad menſam/ cõuulſuſq; ſuperne ſcopulus ruinam minaretur/ & omnes ad fugã impelleret, ſolus ibidẽ remanſit fore ſperãs, vt ſaxum decidens facile ſuſtineret, quo tamen oppreſſus eſt.

13 ¶Sabinus Syrus vir fuit memorandæ fortitudinis, qui tẽpore Titi Veſpaſiani primus Hieroſolymę muros aſcendit.

14 ¶Sanſon mille quondam Philiſtęos aſini maxilla interfecit. Ligatus domum concuſſit / ac diruit, eaq; ruina oppreſſit q̃ plurimos. Portas vrbis euellit. Capillis demum a Dalida meretrice raſis, in quibus robur fatale cõtinebatur, venit in hoſtium manus.

15 ¶Scillis Sicyonius claſſis Perſicæ (qua xerxes Græciæ bellũi nferebat) anchoras natando vrinandoq; præcidit.

16 ¶Taurea Iubellius Campanus vir fuit memoranda fortitudine, qui in caſtris Annibalis Claudium Aſellium Romanum ingenti hominem robore ad duellum prouocauit. Idem capta a Fuluio Capua/ vxorẽ/ liberos/ ac ſe poſtremo ante pedes imperatoris gladio confodit.

17 ¶Tritanus hoſtem ex prouocatione dimicãtem inermi dextra vno digito ſuperauit. et poſtremo correptum in caſtra tranſtulit.

18 ¶Agatho vir fuit Athenis monſtroſæ fortitudinis / & magnitudinis octo pedum in ipſa etiãnum adoleſcẽtia/ vaſta coma/ hirſutis oculis/ & iunctis, vt vnus prope videretur, Lęta facie/ naſo Aquilino/ ceruice toroſa/ pectore vaſto / cruribus breuibus et extra incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis, Frequẽs cum aprís/ lupis / & tauris certamen, quorum vulnera oſtentabat. Veſcebatur lacte Aſinino. Cratera ſibi iuſſu Herodis

ſu Herodis oblatum reſpuit, dicens haud purum eſſe, quod odore mulieribri offen deretur.

¶Tydeus Oenei Calydoniæ regis filius, quum Mycenis moraretur/ neminem ſibi 19
viribus conferendum reperit. Miſſus ad Etheoclem legatus, Thebanos ad quodli= bet certaminis genus prouocauit, omniumq; euaſit victor. Quod quũ egreferrent, inſidias in opportuno loco tetẽderunt. Conſtituerunt enim iuuenes omnium fortiſ= ſimos, qui tranſeuntem illac Tydeum interciperent/ & obtruncarent. Quos omnes tamen interfecit.

¶Seleucus Nicanor Syrię rex corpore fuit ingenti & robuſto, adeo vt taurũ ſylue= 20
ſtrem in Alexãdri ſacrificio elapſum ſeſe opponẽs, vtraq; manu tenuerit.

¶Firmus imperator (quem Aurelius latronem Aegyptium vocabat) ſtatura fuit 21
ingenti, oculis promicãtibus/ capillo criſpo/ fronte vulnerata/ fuſco vultu/ reliquum corpus piloſus/ & hiſpidus. Ita vt Cyclops vulgo diceretur. Robore autem adeo in= ſignis, vt Triarium vinceret. Nam & incudem pectori ſuperpoſitam, tundentibus fabris conſtanter pertulit, quum reſupinus/ & in manus curuatus pendere magis vi= deretur q̃ iacere.

¶Legimus Maximinum imp.' (qui Thrax fuit) appellatũ fuiſſe milonem ſui ſæ= 22
culi, qp is amaxas traheret, Rhedam onuſtam propelleret, aliaq; item plurima perfi ceret, fidem vix capientia.

¶Ariſtomenes Meſſenius ſolus 300. Lacedęmones occidit. Tandem vulneratus/ 23
et captus pœnam per cuniculos ſubterraneaſq; cauernas effugit. Iterum captus, cu= ſtodibus ſomno ſepultis, acceſſit ad ignem/ & lora combuſſit. Tertio captum quum Spartani diſſecuiſſent/ introſpexiſſentq; qualis eſſet, repertus eſt hirſuto corde. Au thor Plynius.

¶Fuſius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus/ & ducenaria 24
duobus humeris contra ſcalas ferebat.

¶Plynius ait ſe vidiſſe Athanatũ quẽdam prodigioſę oſtentationis, quinquagena= 25
rio thorace indutũ, cothurniſq; quingentorũ pondo calciatũ per ſcænam ingredi.

¶Attilius/ ſeu Acilius Cæſaris miles nauali apud Maſſiliam prælio hoſtilem in= 26
greſſus puppim, abſciſſa dextra vmbonem ſiniſtra retinuit, eouſq; vultibus terrẽs, vt proſtratis omnibus nauẽ occuparit victor. Author Plutarchus in Cæſare.

¶M. Seruilius vir conſularis, tricies & vigeſies in ſingulari certamine pugnauit/ ac 27
ſemper trucidauit hoſtem. Idẽ Plutarchus in Aemylio.

¶Bithon quidam (vt apud Cælium teſtis eſt Pauſanias) taurũ humeris geſtabat, 28
cuius memorabilis/ & prodigioſę fortitudinis indicẽ habuit ſtatuam Argis.

¶Cynegirus Athenienſis in bello Perſico magna pertinacia in conſectandis hoſti= 29
bus vſus eſt. Nam & nauem onuſtam dextera manu tenuit, ea amputata ſiniſtram iniecit. Quam & ipſam quum amiſiſſet, nauem mordicus arripuit, morſuq; retinuit furenti ſimilis. Authores Trogus/ & Herodotus. ¶Idem quoq; dicitur accidiſſe Lucio Glauco viro Romano, vt vtrãq; amiſerit manum, quum Aſdrubalis nauem detinere voluiſſet.

¶Skyodus/ Vffo/ Freſicus/ Starcatherus nomina ſunt apud Saxonem Grammati= 30
cum, hominũ magnis viribus/ & magno robore prędicorũ. Quorum Skyodus Lo= theri Danorum regis filius, quũ ab adoleſcentia venandi ſtudio flagraret, immanẽ (cui nemo audebat cõgredi) beluam ſubegit, quę futurã in eo fortitudinẽ ominata eſt. Idẽ poſtea repertũ mirę magnitudinis vrſum/ & inſolitę grãditatis cingulo de= tinuit/ ſociſq; prębuit occidendũ. Complures quoq; ſpectatę fortitudinis athletę ab

eodem ſuperati ſunt. E quib⁹ Attalus/ & Scarus illuſtres fuere. ¶ Vffo maiore erat corpore, q̃ vt armis vti poſſet alienis. Oblatis compluribus gladiis, manu capulum ſtringens fruſtillatim ſingulos agitando comminuit. Nec erat tanti rigoris gladius, quem non ad primę conditionis motum, in varias partes effringeret/ac diſſolueret. ¶ Vbbo Freſicus Haraldi regis miles/ præter vndecim, quos in acie vulnerauerat, viginti quinq; delectorum/ pugilum interfecit. Idem nemine propius cum ipſo cō=gredi audente, ſagitis impetitus 144. ictibus prius perforatus eſt, q̃ lapſis corpo=ris viribus genua reclinaret. ¶ Starcatherus iam ſenex gemino cinctus enſe/ totí=dem baculis infirmam ſenectutem iuuabat. Cui quum popularium quidã illudens, inutilem/ & ſuperuacuum dixiſſet gladiorũ vſum/ ac propterea alterum ſibi donari per ludibriũ petijſſet, iuſſum accedere ſpe petitionis Starcatherus gladio tranſuer=berauit. Ad cuius facti vltionem, quum duo Hatheri milites magno equorum con=curſu aduolaſſent, vtrũq; occidit. Facti cauſam percontanti Hathero reſpondit ſe ſemper pœnas ab irriſoribus exigere ſolitum/ nec vnq̃ impune ſibi a procacibus in=ſultatum.

31 ¶ Paulus Diaconus ſcribit Amelongum Romualdi Longobardorum regis míli=tem, quẽdam Græcum equitãtem/ ictu baculi ſella excuſſiſſe/ & in aera ſupra caput ſuum leuaſſe.

32 ¶ Ferunt Odenatum Zenobiæ Palmyreorum reginæ (de qua Aurelius triũpha=uit) maritum primam ætatem exercuiſſe in capiendis Leonibus, pardis/ vrſis/ cæte=riſq; ſylueſtribus feris, Famem inſuper/ eſtus/ frigora/ pluuias vbiq; pertuliſſe. Qui=bus duratus bellicas poſtea difficultates tum aduerſus alios/ tum maxime aduerſus Perſas tulerit.

33 ¶ Smerdis frater Cambyſis ſolus arcum ad duos digitos complicabat, quem nemo Perſarum poterat incuruare. Author Herodotus.

34 ¶ Dioxippus Alexãdri fuit miles fortiſſim⁹, qui prouocatus a Corrago milite, eũ=dem claua interfecit.

35 ¶ Eutymus athleta patria Locrenſis, quũ ingenti eſſet robore/ ſaxum miræ magni=tudinis allatum humeris pro porta Locrẽſium ſtatuit, quod miraculi gratia viſeba=tur. Idem quoq; Temeſeum quendam reddere compulit, quæ cuiq; magno fœno=re extorſerat.

36 ¶ Fuit Carolus magnus (vt iam dictum eſt) procero corpore/ vaſtiſq; præter hu=manam conſuetudinem viribus, Cuius rei haud dubia ſane reliquit argumenta, tam præclaris/ tamq; multiplicibus victoriis.

37 ¶ Telamon propter inſignem corporis fortitudinẽ herculis amicus habitus eſt, & heſionam poſſidere meruit.

38 ¶ Peleus feras omnes (ad quas diſcerpendas fuerat miſſus) viribus ſuſtulit.

39 ¶ Periclymenus congreſſum Herculis ſuſtinere auſus eſt.

40 ¶ Neſtor apud Ouidiũ lib. 12. vires ſuas ſic exprimit. Tunc ego debuerã capienda ad pergama mitti, Tũc poterã magni ſi non ſuperare, morari Hectoris arma meis.

41 ¶ Theſeus Aegei filius Herculeę virtutis æmulus Scyronem/ & Procuſtem latro=nes/ Scinin arbores complicantem/ Creontem Thebarum tyrannum/ Minotaurum monſtrum biforme/ Centauroſq; plurimos interfecit, & (vt fabulantur poetæ) ad inferos deſcendit cum Pyrithoo, vt Proſerpinã raperent. Quę omnia Phyllis apud Ouidium declarat his verbis.

Quum fuerit Scyron lectus/ toruuſq; procuſtes,
Et Scinis, & Tauri/ mixptaq; forma viri.

Et domitę

Et domitę bello Thebę, fuſiq; bimembres,
Et pulſata nigri regia cæca dei.

¶Si poetarum verba fidem capiunt, nemini dubium eſt, quin omnium (qui prodigioſis viribus extitere) laudē multis intruallis exceſſerit fortiſſimus ille Iouis & Alcmenę filiꝰ hercules, Qui odio nouercę Iunonis agitatꝰ multa paſſus ē/et plęriſq; naturę portentis expoſitus, a quibus tamen ſemper rediit victor. Imprimis dum adhuc eſſet infans, duos angues arctatis gutturibꝰ eliſit. Prouectior factus in Lerna palude certamen ſuſcepit cum Hydra rediuiuis capitibus pullulante/dum vnicus amputabatur vertex, Leonem Nemęum toti populo formidoloſum/precibus Molorchi paſtoris (a quo ſuſceptꝰ fuerat hoſpitio) interfecit, Alterum item in Theſſalia non minus terribilem. Aprum in Męnalo Arcadię monte/cuncta vaſtantem/itidē iugulauit. Ceruā æripedem & aureis cornibus decorā curſu arripuit. Harpyas volucres immundas virgineum prę ferentes vultum prope Stymphalum Arcadiæ lacū ſagittis confodit. Taurum furioſum & flammas vomentem diſtentis faucibus iugulauit in Attica, Acheloum in varias formas ſe commutantem vicit. Diomedem regem Thracię equos hoſpitum cruore paſcentem occidit, Buſyrim regem Neptuni & lybię filium hoſpites mactantē & adiacentes Nilo regiones/latrociniis deprędantem itidem interfecit. Antæum Gygantem (cui terra mater ſuppeditabat vires) lucta ſuperauit. Abylam et Calpen columnas in occidente poſuit. Aurea mala ſuſtulit Heſperidibus/interfecto (qui eorū cuſtos erat) Dracone. Geryona tricorporem vita ſpoliauit et armento. Amazonum reginę Balteum abſtulit. Cacum Vulcani filium et latronem flammas ore vomētem de medio ſuſtulit. Neſſum Cētaurum Deianyrę raptorē confodit iaculis, Heſionam Laomedontis filiam liberauit a monſtro. Troiam deleuit. Lacinium latronem in Italia peremit, Cœlum humeris (vt ad exprimendas vires fingitur, ſuſtulit. Iunonē in papilla vulnerauit/velut laborum ſuorum authorem. Deſcēdit ad inferos/ibiq; Cerberum rapuit, raptū et cathenis vinctum in auras eduxit. Theſeum liberauit, Lycum Thebarum regē (ꝙ Megarę vxori ſuę ſtuprum inferre voluiſſet) morti dedit. Vnicum fuit monſtrum, cui non potuit ſupereſſe, Amor. Vnde Ouidius. Quē non mille feræ, quē non Stheleneius hoſtis, Non potuit Iuno vincere, vicit Amor.

Gygantū quorundā nomina & aliorū inuſitate magnitudinis hominum

1 Cœus
Iapetus
2 Typhœus
3 Alœus
Othos
Ephialtes
4 Enceladus
5 Tityus
6 Polyphemus
7 Aegęon
8 Briareus
9 Numas
10 Porphyrio
Adamaſtor
11 Antęus
12 Aſtręus
13 Atlas
14 Gyges
15 Agatho
16 Porus
17 Chriſtophorus
18 Araanthas
19 Oreſtes
20 Orion
Etion
21 Gabbara
22 Puſio
Secundilla
23 Goliath
24 Maximinꝰ
25 Offotus
26 Noa
Tuyſco
27 Hercules
28 Artachees
29 Oromedon
30 Harthbenus
31 Gemagog.

QVoniam de prodigioſis viribus facta eſt mentio/decens et cogruum videatur, vt ſubſequantur Gygantes,& qui inuſitat fuerunt corporũ magnitudine. Finguntur autem Gygantes terrę filij, vnde & terrigenę vocantur a Lucano ſcribente. Aut ſi terrigenę tentarent aſtra Gygantes, Dicuntur et impetum feciſſe in deos,eoſq; cœlo detrudere voluiſſe,cuius rei cauſa dei omnes mutatis formis delituerint. Vnde Ouidius.

Emiſſumq; ima de ſede Typhoea terra
Cęlitibus feciſſe metum/cunctoſ dediſſe
Terga fugę/donec feſſos Aegyptia tellus,
Ceperit/et ſeptem diſcretus i in hoſtia Nilus,
Huc quoq; terrigenum veniſſe Typhoea narrat/
Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris,
Duxq; gregis(dixit)ſit Iuppiter,inde recuruis
Nunc quoq; formatus lybicis cum cornibus Ammon.

Delius in Coruo/proles Semeleia capro/ Feleſoror Phœbi/niuea Saturnia vacca/ Piſce Venus latuit ,Cyllenius Ibidis ales. Fuerũt ingẽtis ſtaturę/vnde et ex his nõnulli cœlum humeris dicuntur ſuſtinuiſſe, vt Atlas/Hercules. Fulmine omnes percuſſi ſunt ob prędictam impietatem. Pugna illa vocatur Gygantomachia, Ipſi vero aliter dicuntur Phlegręi fratres a Phlegra valle Macedonię, vbi cũ cœleſtibus pugnauere. Seneca in Thyeſte. Nunq d ſtruit vía Phlegęos alta p hoſtes,et Theſſalicũ Threſſa premit Pelion Oſſa? Dicũtur et Titanes. Idẽ Seneca in hercule furẽte. Titanas auſos rumpere imperium Iouis. Antiquitus ſic formabãtur, vt eorum pedes in draconum volumina deſinerent,quod ea ratione factum eſt, vt intelligeremus eos nihil rectum aut ſublime cogitaſſe,quum detorti eorum greſſus ad inferna demergantur. Auctor Vectius apud Macrobium. Ea eſt cauſa, quamobrem vocẽtur a poetis Anguipedes & ſerpẽtigeri. Ouidi9 Li.i. Meta, Qua cẽtũ quiſq; parabat Initere Anguipedũ captiuo brachia cœlo. Põtanus. Tu ne deus/tu ne Anguipedes victure Gygãtes? Stoza ſilius in Gygãtomachia. Anguipedũ vires/imaniaq; arma Gygãtũ, Aſſertoſq; polis mõtes/ſedẽq; tonãtis Affectatã homini/diſiectaq; ab æthere mõſtra Sicania ęternas ſubter iuga pẽdere pœnas/Lęticiãq; deũ domitę poſt prędia Phlęgrę Eſt animus memorare, Eadẽ rõne vocãtur ſerpẽtigeri ab Oui. Lib,4. de Triſti, vbi ait, Sphingaq;/et Harpyas/ſerpentigeroſq; Gygantas. Nũc ſeriatim dicendum eſt/de his/quorum frequentior eſt apud ſcriptores mentio.

¶ Virgili9 Lib.i. Georgi. de quibuſdã ſic meminit. Tum partu terra nefando Cœumq; Ia petũq; creat,ſęuumq; Typhœa Et cõiuratos cœlum reſcidere fratres. Ter ſunt conati iponere Pelio oſſã/Scilicet atq; Oſſę frõdoſũ iponere Olympũ. Ter pater extructos deiecit fulmine mõtes. ¶ De Iapeto Syllius li.12. Apparet ꝓcul Inarime/quę turbine nigro Fumantẽ premit iapetũ, flãmaſq; rebelli Ora reiectantem ¶ De Typhœo ſeu Typhone Vir. lib. 9. Tum ſonitu prochyta alta tremit. durũq; cubile Inarime Iouis imperiis impoſita Typhœo. Val. flac. li. 2. Horror abeſt, Sicula preſſus tellure Typhœus. Virgilius in Cyri . Additur aurata cõfixus cuſpide Typho. Lucanus lib. 4. de hoc et quibuſdam aliis.

Nondum poſt genitos tellus effœta Gygantes
Terribilem lybicis partum concepit in antris.
Nec tam iuſta fuit terrarum gloria Typhon.

Aut Tity9/Briareuſq; ferox/cœloq; pepercit. Seneca. Nõ tam ferũ Typhonem neglecto Ioue Irata tellus edidit quondam parens. Ab hoc Typhœo vocantur fulmina Typhoea, Virg. Nate patris ſummi qui tela Typhoea temnis. Eadem ratiõe

Aetna Typhois dicitur, ꝙ obrutus ſit in Sicilia. Ouidius. Arua Phaõ celebrat díuerſa Typhoidos Aetnę. Mantuan⁹. Tẽdit ab hiſpanis ad regna Typhoidos Aetnę. Hunc Gygantem poetę Auguipedẽ vocant & centimanum. Politianus in Ambra. Seruabat Thetys Anguipedi iurata Typhœo. Manilius li. 2. Aſtron, Anguipedem alatos vngues Typhona ferentem. Ouidius lib. 3. Meta. Nec quo centimanum deiecerit igne Typhœa,

¶ Inter Gygntes etiã numerantur Alœus Titanis filius, geminiq; eius filij ex Iphimeride a Neptuno violata geniti Othos & Ephialtes. Virgilius in Culice. Nã victus ſedet immanis ſerpentibus Othos/ Deuictũ mœſtus procul aſpiciens Ephialtem/ Conati quondam quum ſint incendere mundum. Idem libro. 6, Aene, Hic & Aloidas geminos immania vidi Corpora, qui manib⁹ magnum reſcindere cœlum Aggreſſi/ ſuperiſq; iouẽ detrudere regnis. Claudian⁹ de victoria Stiliconis. Quũ gemini fratres (genuit quos aſper Alœ⁹) Martẽ ſubdiderint vinclis/ & in aſtra negatas Tentarit munire vias/ ſteteritq; reuulſis Pene tribus ſcopulis cœleſti machina cœlo. Idem. Morienſq; Ephialtes In latus obli quam proiecit languidus Oſſam Lucanus lib. 6. Impius hinc prolem ſuperis immiſit Alœus. Virgil, in opuſculo de obitu Mecœnatis. Fudit Aloidas ſummi moderator Olympi. 3

¶ Enceladum poetę fabulantur in Sicilia fulminatũ, vt Othum in Creta/ Typhœũ in Campania. De hoc Virgil. lib. 3. Aen. Fama eſt Enceladi ſemuſtũ fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingentemq; inſuper Aetnam Impoſitam ruptis flammã expirare caminis. Et feſſum quoties motat latus, intremere omnem Murmure Trinacriam/ et cœlum ſubtexere fumo. Idem in Aetna, Murmure Trinacrio morientem Iuppiter Aetna Obruit Enceladum, vaſti quoq; pondere montis Aeſtuat, & petulans expirat faucibus ignes. Claudianus Aetna, gygantęos nunq; tacitura triũphos Enceladi buſtum, qui ſaucia membra reuinctus/ Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur. Et quoties detrectat onus ceruice rebelli In dextrũ lęuumq; latus/ tunc inſula fundo Vellitur, & dubię nutant cum mœnibus vrbes. Seneca in Medea. Queq; anhelantem premens Titana/ tantis Aetna feruebit minis. 4

¶ Tityus Gygas fuit nouẽ iugerum, qui quum Latonę vim vellet inferre, ab Apolline ſagittis confoſſus eſt, & ad inferos detruſus, vbi a vulture corroditur/ fibris et iecore ſemper renaſcentibus. Virgil. lib. 6. Aene, Nec non et Tityũ terrę omniparentis alumnum Cernere erat, cui tota nouem per iugera corpus Porrigitur, roſtro q; immanis vultur adunco Immortale iecur tundens, fœcũdaq; pœnis Viſcera, nec fibris requies datur vlla renatis. Ouidius lib. 1. de Ponto. Sic inconſumptum Tityi ſemperq; renaſcẽs Non perit, vt poſſit ſępe perire iecur. Tibullus. Porrectuſq; nouem Tityus per iugera terrę Aſſiduas atro viſcere paſcit aues. 5

¶ Polyphemus Cyclops Neptuni filius ex Thoa/ propter immanem corporis molem numeratur inter Gygantes. De hoc Virgil. libro tertio Aeneidos.

Nam q̃tus/ qualiſq; cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; vbera preſſat. Stroza pater. Nil magis horrendum Polyphemo ſenſerat Aetna, Senior indomitis fratrib⁹ ille fuit. Politianus. Lotophagos, vinoq; grauem Cyclopa per antrum Ex porrectum/ ingẽs/ humanaq; fruſta vomentem Mixta mero. 6

¶ Aegęon Gygas eſt, quẽ nonnulli eundẽ cũ Briareo faciunt. Fuiſſe fertur centimanus, vnoq; ictu centũ ſcopulos in Iouem torſiſſe. Virgilius lib. 10. Aeneidos,

Aegęon qualis, centũ cui brachia dicunt,
Centenaſq; manus, quinquaginta oribus ignẽ/ 7

Pectoribus arsisse, Iouis quum fulmina contra
Tot paribus streperet Clypeis, tot stringeret enses. Hunc poetę fabulantur a Neptuno fuisse alligatum maris Aegęi scopulis. Statius. Audierat duros laxantē Aegęona nexus.

8 ¶ De Briareo, Claudianus. Quę brachia centum Briareus alijs numero crescente lacertis Tot simul obiectis posset confligere rebus. Vir. lib. 6. Aen. Et centumgeminus Briareus/et belua Lernę. Horati⁹. Nec si resurgat centimanus Gygas, diuellet vnq̄.

9 ¶ Inter hos ponitur Numas, quem aiunt sub Prochyta conclusum. Syllius lib. 12. Apparet Prochyte sęuum sortita Numanta.

10 ¶ De Porphyrione et Adamastore. Sidonius. Hic rotat excussum vibrans in sydera Pindum Enceladus, rapido fit missilis Ossa Typhœo, Porphyrion Pangęa rapit, Rhodopenq; Adamastor. Claudianus. Sęuusq; Adamastor, Ad depellendos iaculum dum quęreret hostes.

11 ¶ Anteus Gygas fuit in lybia procerí corporis, cui in Herculem luctantí terra mater augebat vires, quotiescūq; eam attigerat. Lucanus lib. 4. Hoc quoq; tam vastas cumulauit munere vires Terra sui fœtus, q; quum tetigere parentem, Iam defecta vigent renouato robore membra.

12 ¶ Fuit & Astrę⁹ vnus e Titanibus, qui contra deos arma sumpsere. Hic ex Aurora ventos genuisse fertur.

13 ¶ Atlantem poetę fabulantur Gygantem omnium maximum, qui cœlum humeris sustinuerit. Quod fingitur propter eiusdē nominis montē in Mauritania tantę altitudinis, vt nubes contingere videatur. Virgilius. Vbi cœlifer Atlas Axem humeris torquet stellis ardentibus aptum. Ouidius lib. 5. Fast. Hinc sata Pleyone cum cœlifero Atlante Iungitur.

14 ¶ Gygem hesiodus in Theogonia facit cœli & terrę filium & Briarei fratrem. Ouidius. Centimanumq; Gygem.

15 ¶ Pontanus libro tertio de Stellis quosdam enumerat sequentibus verbis.

Iam manus Anguipedum cœloq; irata inuentus
Insultat portis/iamq; ex Adamante securim
Porphyrios quatit/et postes diffringit apertos.
Immittitq; acies Briare⁹/atq; agmina densat. ¶ Quintianus in Cleopoli.
Ecquid Achilleum corpus miremur/Orestem/
Pallanta/atq; Erycem/Polyphemon?
Horatius item lib. 3. Car. Sed quid Typhœus & validus Numas/Aut quid minaci Porphyrion statu/Quid Rhœt⁹/euulsisq; truncis Enceladus iaculator audax Contra sonātem Palladis Aegida possent?

16 ¶ Sunt & alij qui excreuisse dicuntur in Gygantęam prope magnitudinem. Nam Agatho Athenienſis (qui floruit ætate Adriani principis) adhuc adolescēs fuisse dicitur altitudinis octo pedum.

17 ¶ Fuit et Por⁹ rex ī India quattuor cubitis et palmo procerus, quē Alexāder bello vicit.

18 ¶ Ferunt beatum Christophorum fuisse longitudinis duodecim pedum.

19 ¶ Aranthas Bebrycius octonis cubitis longus fuisse traditur.

20 ¶ Orestis corpus oraculi iussu refossum, septem cubitorū fuisse monumentis proditur. Authore Plynio. Architrenius. Staturam cubitis septem distendit Orestes.

21 ¶ In Creta terrę motu rupto monte inuentū est corp⁹ stans 46 cubitorum, quod alij Orionis/

alíj Oríonís/alíj Etionís fuiſſe tradunt.

¶Aetate Plyníj víſus eſt nouem pedum ac totidem vnciarum homo Gabbara nó 22
míne/ex Arabía aduectus. Architreni⁹. Inbís quinq; pedes produxit Gabbar⁹art⁹.

¶Fuerunt ſemipede maiores Puſío & Secũdílla, quorum corpora míraculí gratía 23
aſſeruata ſunt ín conditorío Saluſtianorum hortorum.

¶Goliath Gygas fuit, quem Dauid fundę verbere deiecit ín terram & ínterfecit. 24
Polítian⁹ in Nutrícia. Pſallentẽq; deo regẽ, quí turbíne fundę Icta Philiſtęo ſecuit
puer ora Gyganti.

¶Qz Procer⁹ extíterít Maxímin⁹ Imp. hoc ſatís argumẽto conſtat/q vxorís dex 25
trocherío (id eſt ornamento brachíorum) pro annulo vteretur.

¶Saxo grammaticus ait Offotum fuiſſe Gygantem/& paſtorem/ cuíus armenta 26
tutabatur canís Biornonís cuíuſdam.

¶Beroſus líb. 5. antíquítatum Noma reponít ínter Gygantes & aſtrologos. Fa- 27
cít & Tuyſconem Gygãtem, cuíus fílíus Mannus apud Sarmatas regnauerit ætate
Semíramídís.

¶Inter Gygantes quoq; numeratur Hercules, quem feſſo Atlante cœlũ humerís 28
ſubíiſſe ferunt.

¶Artachees vír fuit ínter perſas proceríſſimus ætate Xerxís, vt cuí quattuor oíno 29
dígití deeſſent a lõgitudíne quinq; regíorum cubítorum. Author Herodotus.

¶Oromedon quoq; nomen eſt Gygantís apud Propertíum líb. 3. ſcríbentem. Te 30
duce vel Iouis arma canam/cœloq; mínãtem Cœũ et Phlegręís Oromedonta iugís

¶Saxo grammatícus aít Harthbenum fuiſſe quendam exhelſyngía, quí raptas re- 31
gum fílías ſtupro fœdare glorię loco ducebat/íllum perímere ſolítus, a quo per agen
dę Venerís vſu prohíberetur. Aitq; tantam ín eo corporís magnitudínem extítíſſe,
vt 9. cubítís procerítatis eíus dímenſío tenderetur.

¶Fuít et Gemagog Gygas cubítís duodecím procerus. Architrenius. Cubítís ter 32
quattuor altum Gemagog Herculea ſuſpendít in aera lucta. Idem. Gemagog ar-
duítas Corínei fracta lacertís.

Nanı et pumíliones.

Conopas	Molon	Pygmęi
Andromeda	Manius max.	M. Tullíus
Síſyphus		

Nanı dicuntur homũcíones breuículí et modíce ab humo extantes, vocantur alíter Pumíliones et Pumílí. Statíus. Mírantur Pumílos ferocíores. Talís fuit Conopas in delícíís Iulię neptís Auguſtí/duos pedes et palmũ longus authore Plynío. Cuíuſ modí etíam fuiſſe fertur Andromeda líberta Iulię Auguſtę. ¶Manium Maximũ et M. Tullium equítes Romanos/bínum cubítorum fuiſſe/author eſt Varro apud Plynium. ¶Duo fuerũt molones/nota corporís breuítate, quorum alter hiſtrioniã exercuit/alter latrocíníjs famoſus factus eſt, Inde natum adagium. Puſíllus/q⁹mo lon. ¶Pygmęorum quí longiſſímí ſunt, duos pedes & quadrantẽ nõ excedunt, hínc prouerbium. Pygmęo breuíor. Mantuanus. Inter Pygmęos nõ pudet eſſe breuem. Habítãt in extrema parte montíũ Indię horũ mulíeres quínto anno pariũt/et ſene-ſcunt octauo. Infeſtãtur maxíme a gruíbus, in quas turmatím prodeunt, & níhílo-mínus vincũtur. Claudíanus líb. 1. ín Eutropíũ. Pendula ceu paruís moturę bella co lonís Ingẽtí clamore grues ęſtíua relíquũt Thracía/quũ tepído permutant Strymo na Nílo. Iuuenalís Satyra. 13. Ad ſubítas Thracum volucres/nubẽq; ſonorã Pyg-męus paruís currít bellator ín armís. Mox ímpar hoſtí/raptuſq; per aera curuís Vn

guíbus/a ſęua fertur grue. Sí videas hoc Gentibus in noſtris riſu quatiere, ſed illís Q̃q̃ eadem aſſidue ſpectentur prelía, rídet Nemo, vbi tota cohors pede non eſt altíor vno. ¶M. Antonius Siſyphum pumílionem habuiſſe fertur intra bipedalē ſtaturam/ingenio tamen víuacem. Auguſtus exhibuit ſpectaculís Luciū adoleſcentulum honeſte natū bipedalí minorem.

1 ¶Aloidę	2 ¶Tyndaridę	3 ¶Atrídę
Othos	Caſtor	Agamennon
Ephíaltes	Pollux	Menelaus

¶Aloidę dícti ſunt Othos & Ephialtes ab Alœo Gygante, cuius vxorem Iphímedíam compreſſit Neptunus, et ex ea ſuſcepit geminos, qui quum Alœí putarentur eſſe fílij, dícti ſunt Aloidę, vt iam díximus.

¶Eo quoq; modo Tyndaridę vocati ſunt Caſtor et Pollux, ꝙ crederētur Tyndarí fílij. quum tamē ex concubitu Iouis cū Lęda geniti eſſent, Seneca. Hínc clara gemíni ſigna Tyndaridę micāt. Ouidi⁹, Tyndaridę fratres/hic eques, ille pugil. Símili ratione vocatur Helena Tyndaris.

¶Atrídę vocantur Agamennon et Menelaus, ab Atreo parente. Horati⁹ de Aga. Arſit Atrides medío in triūpho Vírgine rapta. De menelao vírgil. lib. 11. Atrides Protei Menelaus aduſq; columnas Exulat.

Cyclopes

Brontes	Pyragmon	Telechínes populí
Steropes	Acmonides	

¶Cyclopes miníſtrí fuerunt Vulcaní in Sícilia/quos poetę monoculos dícunt, Neptuní fílios ex Amphitríte. Dícuntur Iouí fulmína confícere apud Líparam, quæ eſt vna ex Aeoliís inſulís. Fabricam ferrariam primum in Creta repererūt. Omniū prędpuí fuerunt Brontes/Steropes/Pyragmon. De quibus Vírgí. lib. viíí. Aenei. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro/Bronteſq;/Steropeſq;/et nudus membra Pyragmon. Ouídius lib. 4. Faſtorum. Hínc mare Trinacrium candens vbí tíngere ferrum Brontes/et Steropes/Agmonideſq; ſolent. Claudíanus de tertío conſulatu Honorií. Vobís iam Mulcíber arma Prędparat, & Sícula Cyclops incude laborat, Brontes innumerís exaſperat ęgída ſignis, Feſtínat Steropes, nectit thoraca Pyragmon Ignífluíſq; gemít lípare fumoſa cauernis. Statius líbro .4. Syl. Telechínes populos inter Cyclopes reponere vídetur, vbí aít. Tale nec Idęis quícq̃ Telechínes in antrís, Nec ſtolídus Brontes, nec quí polít arma deorum Lemnius/exigua potuíſſet ludere maſſa. Hos autem occidíſſe fertur Apollo, propter fulmína Iouí fabrícata, quíbus perierat fílius Aeſculapíus. Hínc extruſus deorum cōtubernío, exulauit in Theſſalía, vbí Admeti regis fuit armentarius.

Curetes

Celmís	Acmon.	Damnameneus

¶Curetes ſeu Corybantes miníſtrí fuerunt Cybeles, quíbus ferrarían fabrícam nōnullí referunt acceptam, Horum nomína cítat Eraſm⁹ ex Grędcís carmínibus, quæ Latína fecít. Illic habitabant Montígenę Phryges Idęí, gens arte celebrís. Celmís damnameneuſq; íngēs, Acmonq; ſuperbus Montanę doctí cultores Adraſtęę. A quíbus ars Vulcanía prímís eſſe reperta Dícitur, et nígrum nemoroſo in monte repertum In varios vſus monſtrarunt cudere ferrum Impoſítumq; ígní, míro ſplendeſcere cultu. Propter hoc inuentum (quod íllís aſcríbitur) æra et ferra vocantur Corybantía. Vírg. líb. 3. Aen. Hínc mater cultrix Cybele/Coríbantiaq; æra, Tertullíanus, Iuppíter Cretam ſuam Romanís faſcibus concutí ſíneret, oblítus íllud antrum idęū

trum Idęum et aera Corybantia, Horum pręcipuus fuit Celmis, a quo ferrum soli-
dissimum cudebatur, Hinc natum Adagium. Celmis in ferro, de his, qui pręter mo
dum suis fidunt viribus tanq̃ inexpugnabiles, aut qui in sua arte magnopere excel-
lunt. Cuiusmodi sunt hęc. Roscius in scęna, Antęus in arena/Hercules in claua.

Athletę pugiles et palestritę

1	Brotheas	15	Corœbus		Phegeus.
	Ammon	16	Democrates		Lycus
2	Castor	17	Demarchus	35	Aegles
	Pollux	18	Diagoras	36	Glaucus
3	Amycus	19	Epitherses	37	Eurydamas
4	Buthes	20	Ictus	38	Heraclides
	Eryx	21	Ergoteles	39	Lachus
5	Eutymus	22	Hypenus	40	Ischomachus
6	Clytomedeus	23	Marullus	41	Topsius
	Anceus	24	Milo	42	Buthus
	Iphyclus	25	Nicedorus	43	Starcatherus
	Phyleus	26	Polydamas	44	Hama
	Polydorus	27	Theagenes	45	Phaillus
7	Agesidamus	28	Androgeus	46	Cyllon
8	Agesias	29	Antęus	47	Callias
9	Archias	30	Pithodemus	48	Pyrrhecmen
10	Asbylus	31	Dares		Degmenus
11	Autolycus		Entellus	49	Anenicon
12	Cleomedes	32	Corycus	50	Phrynon
13	Cleomachus	33	Patrobas	51	Glaucon
14	Clitomachus	34	Hylas	52	Alij nonnulli

Athletę dicuntur pugiles et luctatores/aliter Pancratiastę a Pancratio
ludo gymnico, de quo Properti⁹. Et patitur duro vulnera Pancratio.
Gelli⁹ ait vnũ ex liberis Diagorę Rhodij fuisse Pancratiastẽ. Athle
tarum nomine dicebantur, qui manibus pedibusq; quasi omni ope,
omnibusq; (vt dicitur) vnguiculis connixi certabant. Vocantur etiã
Palestritę a palestra luctatione, de qua Virgi. li 6. Aen. Pars in gramineis exercent
mẽbra palestris. Palestrici item dicuntur, qui motus gestusq; formant/vt in pale-
stra, brachia recta sint/nec idoctę rusticę ve man⁹ nequa ĩ ꝓferẽdis pedib⁹ iscitia Ne
caput/oculiq; ab alia corporis parte dissideant, Hęc ars Chironomia dicitur, quam
veteres ingenuis liberis necessariam putauerũt/videturq; nõnihil ad Histrioniam
spectare et oratoriam/Hanc qui nõ didicerunt, Apalestri vocantur, ꝙ motu flexuq;
corporis ac omni habitu nullam omnino venustatem leporẽq; pręseferant. In Gym
nicis artificibus sunt etiam Pyctę id est pugiles/et Dromeis id est cursores/quales a
Virgilio ponuntur lib. 5. Aen. vbi ad patris Anchisę tumulum exequiales celebrat
ludos. Sunt et alia permulta Athletarum genera, vt discoboli, qui discum in subli-
me iaculantur, qui frequẽs erat antiquis ludus, Haltici, qui cursus pernicitate contẽ
dunt, qualis Virgilianus ille pedibus lõge melior Lycus. De antiqua puerorũ instru
ctione Plautus. Ante solem (inquit) exorientem nisi in palestram veneras gymna-
sij, profecto haud mediocris pœnas penderes. Ibi cursu/Luctando/hasta/disco/pu
gilatu/saliendo sese exercebant magisq̃ scorto. Sed hęc fuerũt Græcorũ exercitia,
quibus non vtebãtur Romani. Gymnici Agones dicebãtur in quibus nudi exerce-

bantur Athletę, quos in arcadia primus reperit Lycaon. Hinc Gymnasia vocantur exercitij loca, quę a corporibus ad animorum exercitia postea traducta sunt. Athenis tria fuerunt Gymnasia, Lyceũ, Academia / Cynosarges. Fuit Lyceũ Aristotelis schola / Academia Platonis. Apud Cynosarges pueri exercebantur, qui nec a patre, nec a matre, ciuitatis ius habebant. Porro moris erat, vt luctaturi cęromate id est oleo cęrato perfunderentur, quos qui vngebant, vocabantur cęromatistę. Vnde Lucanus liquidam vocat palestram lib. 9. dicens. Arcados authoris citharę / liquidęq; palestrę. Vnctam Statius lib. 6. Theb. Ante alios erat vncta Pales. Eadem ratione madidam oleo palestram vocat Calentius. Post vnctionem demum insper gebantur puluere, vt corpora cęromate et sudore lubrica mutuas luctantium prę hensiones admitterent. Hinc factus prouerbio locus. Citra puluerís tactum, vbi dicimus rem aliquam sine discrimine et labore partam. Puluis ille vocatur Aphe. Cęterum vbi Fabius lib. 1. Insti. ait bonum esse, vt futurus orator Palestricis det operam, non de his loquebatur, quibus pars vitę in oleo consumebatur, sed de illa Chyronomia, quę est formãdorum gestuum ac motuum norma, quam ab Athletica palestra multum distare constat. Palestrę tamen appellatione rem athleticã omnem complectimur. Pugilatus (qui grece Pygmen dicitur) cęstibus fiebat. Cuiusmodi fuit illa Daretis in Entellum concertatio apud virgilium Qui saltu certabant, plumbeis quibusdam pilis & massulis (Halteres Græci vocant) vtebantur, quibus vtraq; manu se librabant. Hoc adhuc nostri temporis faciũt Histriones funambuli, qui ne corporis mole in hanc, vel illã partem rapiantur, prępilatis perticis vacillationẽ impediunt. De his intelligit Iuuenalis, Et lassata manu ceciderunt brachia massa, Cursorũ alij stadiodromi vocabantur qui stadium percurrebant, & quiescebant in limite. Alii diaulodromi, qui peracta meta eo demum reuertebãtur, vnde cursum inierant. Dolichodromi dicebãtur, qui sexies stadiũ curriculo obibãt. Inter Athletas etiam erant Acrochiristę / qui sũmis inter se manibus depugnabant nullo complexu hęrẽtes. Qui quinq; certabãt generib⁹ lucta pugilatu / saltu / cursu et Pãcratio Penthathli vocabantur. xystici. qui per hyemẽ exercebantur in portu. Nam xistos latam porticum significat. Sciamachi dicebantur, qui sub tectis vmbratilem pugnã fingebant, non veram, quę fiebat in sole et puluere, qualis est Lanistarum pugna, qui digladiandi artem profitentur, quiq; numeros omnes impetendi / cędendi inferendiq; et vitandi vulnera / atq; etiam vbi punctim cęsimq; feriendum sit / discipulos docent, vt si quando in puluerem prodeundum sit, et vulnificum certamen, tutẽtur se melius / et inimicos euadant cautius. Panis quo vtebantur Athletę, dicebatur Coliphium. Nunc ad eorum nomina veniendum est, qui vel vnico palestrę genere aut multis clari extiterunt.

¶ Ouidius lib. 5. Meta. facit Brotheam et Ammonem pugiles cęstibus claros, vbi ait. Hinc gemini fratres Broteasq; et cęstibus ammon Inuicti / vinci si possent cęstistibus enses.

¶ Ex duobus Tyndaridis alrer fuit equitatu clarus / alter pugilatu. Idem Ouidius lib. 8. Tyndaridę gemini prestantes cęstibus alter, Alter equo. Idem alibi. Tyndaridę fratres hic eques, ille pugil. Politian⁹ Vixq; bonum frenis Castora frater amet. Stati⁹ in Syl. Siue cathenatis curuatus membra palestris Staret, Amyclęa conceptũ matre putares.

¶ Fuit Amycus Bebryciorum rex filius Neptuni cęstibus clarus / quibus aduenas in syluis interficiebat. Hun occidit Pollux. Sidoni⁹. Sparta Therapnęa pugilem cũ Gymnade pinguem Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis. Vale, Flaccus

¶Fuit Amycus Bebryciorum rex filius Neptuni cæſtibus clarus / quibus aduenas 3
in ſyluis interficiebat, Hunc occidit Pollux. Sidonius. Sparta Terapnæa pugilem
cum Gymnade pinguem Stratum Bebryciis Amycum ſuſpexit arenis. Val. Elac=
cus Lib, 4. Argon.

Illum inſperata turbatum fraude furentem
Oebalides prima refugit, quum detonat ira.
Territus ipſe etiam atq; ingentis conſcius auſi
Sequit inops Amycus nullo diſcrimine ſeſe
Præcipitans/auiduſq; viri (reſpectat ouantes
Quippe procul Minyas) cęſtu velatur, vterq;
Irruit, hos inter Pollux ſubit, et trucis vltro
Aduolat ora viri,

¶Demum victor Pollux ſic loquitur.

Ac ſuper inſiſtens Pollux, ego miſſus Amyclis/
Et ioue natus ait, nomen mirantibus vmbris
Hoc referes/ſic et memori noſcere ſepulchro.

¶Cæſtibus ergo valuerunt Amycus a Polluce interfectus/Butes Amyci filius, &
Eryx, quem Hercules dedit morti.

¶Buthes Amyci filius et Eryx Buthæ illuſtres fuerunt gugiles, Buthem da= 4
res interfecit, Eryx magiſter fuit Entelli, cuius cæſtus Entellus ipſe in Dareta certa
turus protulit. Fertur etiã Eryx in herculem certaſſe victuſq; ſuccubuiſſe. De vtro
q; Virgil. Libr. 5. Victorem Buthen immani corpore, qui ſe Bebrycia veniẽs Amy
ci de gente ferebat Perculit, & fulua moribundum extendit arena. Idem. Vbi nũc
nobis deus ille magiſter Ne quicq̃ memoratus Eryx? Et paulopoſt. Hæc germa=
nus Eryx quondam tuus arma gerebat, His magnum Alcidem cõtra ſtetit, his ego
ſuetus, Dum melior vires ſanguis dabat. Verba ſunt Entelli in Daretem. Sidonius.
Vnius mortem libeat decernere cæſtu. Ceſſit Eryx Siculus, ſimili nec floruit
arte.

¶Eutymus Pyctes fuit patria Locrenſis, qui ſaxum mirę magnitudinis ad Locren= 5
ſium portas humeris vexit, vt iam diximus.

¶Neſtor (vt eſt apud homerum) quum adhuc iuuenis eſſet, vicit pugnis Clyto= 6
medea/Lucta Ancęum/Iphyclum pedum velocitate/Phylea & Polydorum iacu=
latione.

¶Ageſidamus Locrenſis fuit Olympionica, quem ab inimico prope victum quum 7
vnxiſſet Ilas ſocius, acrior ad conflictum rediens euaſit victor, In cuius laudem Pyn
darus ſcripſit hymnum.

¶Fuit & Ageſias Syracuſanus Soſtrati filius nobilis Olympionica. 8

¶Archias Hybłeus fuit præco, qui tres ordine vicit Olympiadas et Pythica / ſta= 9
tua cum epigrammate ob virtutem illam decoratus.

¶Aſbylus Olympionices fuit Crotoniata/ ter in Olympia continua ſerie victor, 10
quem perpetua virginitate fuiſſe prædituin ferunt.

¶Autolycus nobilis fuit Pancratiaſtes, cui ſtatua poſita eſt in Prytaneo. id erat lo 11
cus Athenis in arce digniſſimus, vbi iudices de negociis Reip. pertractabant.

¶Cleomedes Athleta Aſtypalenſis genere. De cuius robore iam dixim⁹ in cap. 12
de viris prodigioſo robore.

¶Cleomachus fuit pugil Magneſius, de quo nihil reperitur, prętereq̃ q̃ i cuiuſdam 13
Cynœdi et ancillę amorem incidens corruptiſſimis euaſerit moribus.

14 ¶Clitomachũ Paleſtritam nõ tã cõmendãt vires, q̃ pudicitia, q̃ etiã coeuntes canes ſine horrore non poſſet inſpicere, aut in conuiuijs aliquid impudicum permittere.

15 ¶Corœbus patria Elienſis primus curſu vicit in prima Olympiade.

16 ¶Democratem Athletam/facto in paleſtra circulo/ dimouere nemo poterat.

17 ¶Ferunt Demarchum Parrhaſium Olympionicam guſtatis pueri (qui immolabatur) extis in Lupum fuiſſe commutatum. Decimo demum poſt anno priſtinæ formæ reſtitutum.

18 ¶Diagoras Rhodius victor in Olympia, quum eodem die tres filios victores coronari vidiſſet, expirauit gaudio. Author Gellius.

19 ¶Epitherſes Metrodori filius vicit in quattuor certaminibus.

20 ¶Icto tarentino Paleſtritę tanta fuit glorię libido, vt toto vitę tempore caſtus vixerit, ne venereo concubitu corpus eneruaret, fieretq; propterea inutilior ad certamẽ.

21 ¶Ergoteli Athletę Cretenſi Pindarus hymnum conſecrauit ob eximias vires. Curſu vicit in Olympia.

22 ¶Hypenus Athleta primus diaulo vicit.

23 ¶Marullus fuit Athleta/qui relicta poſt modum paleſtra ludum Romæ aperuit/ fuitq; latini ſermonis exactor diligentiſſim⁹.

24 ¶De Milone Crotoniata/ prodigioſiſq; eius viri b⁹/et ſtolida temeritate/ iã dixim⁹

25 ¶Nicedorus Mantineus Pyctes ab adoleſcentia totũ ſe paleſtræ deuouit, vbi maximam promeruit laudem. Fact⁹ ſenior/cœpit philoſophari/ legibuſq; & inſtitutis conſulere.

26 ¶Polydamas Pãcratiaſtes leonem occidit inermis/taurũ appręhẽſo pede retinuit, inſiluit in equos aurigis deiectis/agitatos miro impetu detinuit currus/ſaxo ad extremum in cauerna oppreſſus eſt, dum eius ruinæ ſeſe ſatisfacere poſſe confideret.

27 ¶Theagenes patria Thaſius. 140. coronas e certamin b⁹ rettulit victor.

28 ¶Androgeus Minois regis Cretę filius, quum omnes paleſtra ſuperaret, ab Athenienſibus et Megarenſibus hanc ei gloriam inuidentibus/interfectus eſt. Cuius mortem Minos pater vltus eſt bello.

29 ¶Antęus Gygas lybicus/& egregius luctator/auſus eſt cum hercule in certamen/ deſcendere/cui quum Terra mater vires tactu augeret/conſtrictis in aere membris et faucibus ab ipſo Hercule iugulatus eſt, Hanc eorum luctam deſcribit Politian⁹ hoc modo.

Incaluere animis dura certare paleſtra
Neptuni quondam filius/atq; Iouis.
Non certamen erant operoſo ex ære lebetes,
Sed qui vel vitam/vel ferat interitum,
Occidit Antęus. Ioue natum vincere fas eſt
Eſtq; magiſtra Pales Græcia, non Lybia.

¶Simile duellum amoris in Pana deũ cõfinxit Stroza filius. Cuius carmina quoniam ingenioſiſſima mihi viſa ſunt, adieci.

Pan & Amor quondam lucta certare volentes,
Deponunt calamos ille vel ille ſacros.
Hic onusa larum, villoſę nebridos ille.
Proiicit hic arcus, proiicit ille pedum.
Tum liquido exutos artus perfundit Oliuo
Cecropięq; modum ſeruat vterq; Pales.

Conſeruere

Conſeruere manus totis conatibus ambo,
Robore Pan fidens/dexteritate puer.
Aſpera pugna fuit/primiſq; aſſultibus anceps,
Nunc pana aiebant vincere,nunc puerum.
At demum alato penſauit cornua ſaltu,
Panaq; qui vicit omnia,vicit Amor

¶Pythodem⁹ luctator fuit egregius,cuius ſtatuã fecit dynomenes/Plynius. 30

¶Daretẽ Virg.fingit fuiſſe neſcio quẽ iactãticulũ,ſuiſq; viríb⁹ immodíce fidẽtẽ,q̃ 31
in ludís illís(quos ad Anchiſę tumulũ celebrabat Aeneas)quũ ſibi nimiũ blandí=
retur,& vnũquẽq; magnifico ſermone laceſſeret,ad extremũ coegerit Entellũ q̃uis
capularẽ & ꝑpe viríb⁹ effœtũ cęſt⁹ arripere.A quo magna nois infamía ſuperat⁹,
prope ſemianimis in caſtra ſuoꝝ relat⁹ ſit,Vnde natũ adagiũ Hieronymo poſitum,
Dares Entellum prouocas.

¶Coryc⁹ luctator quũ neminẽ repiret priorẽ/aut parẽ/cuiuſq; viríbus ſuccũberet. 32
etiã adagio ſequẽti fecit locũ.Luctari cũ Coryco,de his,q̃ aliq̃d ſupra víres moliũt

¶Patrobas líbertus Neronís,tanto paleſtrę ſtudio tenebatur,vt arenã a Nilo vſq; 33
iuberet ſibi afferri in theatrũ,quą ſpargeretur.

¶De Hyla/Phegeo& Lyco Auſonius ad hunc modum ſcríbit. 34
Doctus hylas cęſtu/Phege⁹ catus arte paleſtrę,
Clarus Olympiacis eſt lycus in ſtadijs.
An poſſent omnes venturo víncere Agone,
Ammonem Lybię conſuluere deum.
Sed deus vt ſapiens/dabitur victoria vobis
Indubitata quidem,ſi caueatis,ait.
Ne quis hylam cęſtu,ne quis certamine luctę
Phegea/ne curſu te Lyce prætereat.

¶Aegles Olympionica dũ in ſacro certamine ſortitio iter ipſos & aduerſarios non
bona fide fieret,repẽte(quũ pri⁹ eſſet mut⁹)in eũ q̃ id faciebat,ſeſe vídere/ q̃d face 35
ret,magnũ iclamauit.Oriſq; viculo ſolut⁹ / recte poſtea ſemꝑ locutus eſt.Gellius.

¶Fuit Glaucus Caryſtius Pyctes coronatus.25.Olímpiade,quẽ Pythia ter vicíſſe 36
ferunt.Iſthmia decies.Is in agro colendo vomerẽ(q̃ ab aratro caſu exciderat) ma
nu loco mallei in ſuum locum reſtituit.Ductus poſtea a patre in Olympiam,quum
ab aduerſarijs conficeretur plagis,et iam ſuccumbens deficeret,inclamauit proſili=
ens pater,percute qua aratrum.Quo ille ſtímulo concitatus/ irruenſq; violentius ve
lut impetu capto/aduerſarium vicit/ſtatuamq; meruit.

¶Fuit Eurydamas Pyctes Cyrenęus patría,qui aduerſarijs plagarum vi et frequen 37
tia dentes ſępenumero excutiebat,

¶Ferũt heraclidẽ fuiſſe pugilẽ/ifiniti prope cibi/potuſq; capacẽ.Nõ repiebaꝫ illi 38
par ĩ potãdo Alios ad iẽtaculũ inuitabat,alios ad prãdiũ,ad cœnã alios,Poſtremos
ad comeſſationẽ,Recedẽtib⁹ primis/iũgebanꝫ ſecũdi.Oibuſq; ſufficiebat ſolus.

¶Lachus Epidemnius fuit Pyctes,quẽ Cleomedes Aſtypalenſis ictu pugni inter= 39
fecit,ac demũ interfecti laterib⁹ apertis inteſtina exeruit.

¶Iſchomachus Crotoniates victor fuit inſtadio,quo tẽpore M.Valeri⁹ et P.Po 40
ſthumius Tubertus conſules Romæ creati ſunt.

¶Topſius luctator fuit egregius/Dionis Alexandrini frater. 41

¶Buthus Athleta vicit in Pythijs ludis.Idẽ bouem integrum vno die deuorauit, 42
quod de Milone Crotoniata dicitur.

43 ¶Starcatherum Saxo Grammaticus prodit Athletam fuiſſe, qui nulli mortalium ſuo tempore/ viribus & virtute ceſſerit. De cuius præclaris facinoribus multa commemorat.

44 ¶Hama apud Saxones Gymnicis palmis clariſſimus habitus eſt, adeo, vt magno militaris pompę tripudio ductus ſit ad conflictum/ & Starcathero inter danos fortiſſimo, ſed capulari oppoſitus. Quum ergo in conflictum ambo deſcēdiſſent/ aſtarentq; hinc & inde numeroſi ſpectatores, vt ſuæ partis victori grātularentur, Starcatherus primo quidem inſultu propter inualidas vires pene reſupinatus eſt. Verum vbi pudore reſumpſit vires/ & ſe ſibi reſtituit/ medium hamæ corpus diſſecuit.

45 ¶Phailus fuit athleta fortiſſimus, in cuius honorem Alexander Macedo multas exuuias dono Crotoniatis miſit.

46 ¶Cylon fuit Olympionices Athenienſis/ affectatæ tyrannidis compertus.

47 ¶Callias Athenienſis tyranni Piſiſtrati inimicus/ in equorum curſu palmam obtinuit/ in quadrigario fuit ſecundus, in Pythijs primas meruit.

48 ¶Pyrechmen luctator fuit Aetholus/ qui degmenum Epeum ſingulari certamine vicit.

49 ¶Auenicon fuit Pancratiaſtes ex Anthedone vrbe.

50 ¶Phrynon dux fuit Athenienſium/ Pancratiaſtes clariſſimus, quem Pyttacus Mitylenæus ſingulari contendens certamine, reſte ſub clypeo latente inuoluit, atq; hoc modo ſuperauit.

51 ¶Glycon nomen eſt luctatoris fortiſſimi apud Horatium in epiſtolis ſcribentem. Et quia deſperes inuicti membra Glyconis, Nodoſa corpus noli prohibere chiragra.

52 ¶In honorē defūcti Archemori (q̄ filiꝰ fuit Lycurgi regis Thracum) annui Agones inſtituti ſunt. Statius libro ſexto Thedaidos, quoſdam enumerat ex, his qui ibidem certauerunt, quorum hæc ſunt nomina. Hippomedon iactu diſci præſtans/ Phlegias/ Alcidamas Lacon/ Capaneus Aetholus/ Agylleus/ Tydeus. et alij nonnulli.

¶Gladiatores.

1	Bithus	3	Spartacus		Spiculus
	Bacchius	4	Turbo	6	Veianius
2	Erſenius	5	Martianus	7	Gracchus
	Pacidianus				

GLadiatorum genera ſūt/ retiarij ſecutores/ Mirmillones/ hoplomachi/ Thraces. Horum magiſtri dicuntur Laniſtæ, hi gladiaturam domi exercebant/ inſtituebantq; tyrones/ quos vendebant munerarijs, Erant Munerarij ſpectaculorum exhibitores/ qui ludos gladiatorios populo exhibebāt. A Græcis dicūtur Agonothetæ. Martialis. Suſpectam velut emptor/ aut Laniſta. Retiarij pugnabant in Mirmillonem, vocabulo a rete deducto, quod ſubſcuto ferebant, vt inuoluerent inimicum. Mirmillones nomen habuerunt a Mirmillonio/ genere armaturæ Gallicæ, quo vtebantur.

Retiarij tunica

Retiarij tunica vtebantur et fuſcina. Iuuenalis. Vicit et hoc monſtrū tunicati fuſcina Gracchi. Sueto. Retiarij inquit tunicati quinq; numero gregatim dimicātes ſine certamine vllo totidem ſecutoribus ſuccubuerant, quum occidi iuberentur, vnus reſumpta fuſcina omnes interemit. Secutor galeam ferebat & clypeum falcemq; ſupinam/ Retiarius galerum tantum. De hoc Iuuenalis Satyra octauo. Nec galea frontem abſcondit/mouet ecce tridentem. Poſtq̄ vibrata pēdētia retia dextra Ne quicq̄ effudit, nondum ad ſpectacula vultum Erigit & tota fugit agnoſcendus arena. Credam⁹ tunicę, de faucibus aurea quū ſe Porrigat et lōgo iactetur ſpira galero

¶Inter gladiatores prȩcipui habentur Bithus et Bacchius, qui pares fuerunt arte/ et pares audacia, Hinc natum Adagium. Bithus contra Bacchium, quum duo ęqua 1
liter improbi contendunt inter ſeſe. Horatius. Vt nō Compoſiti melius cum Bitho Bacchius. Nam quum multos interfeciſſent/tandem congreſſi mutuis vulneribus ſe confoderunt.

¶Erſenius et Pacidianus Gladiatores itidem fuerunt nobiliſſimi. A quibus natū 2
Adagium prȩcedenti ſimile. Erſenius cum Pacidiano. Cicero de perfecto oratore. A me autem (quo maximis minima conferam) Gladiatorum par nobiliſſimum inducitur. Aeſchines tanq̄ Erſenius/non ſpurcus homo, ſed doctus et acer. Cum Pacidiano hic componitur, optim⁹ longe poſt homines natos.

¶Spartacus Gladiator fuit Thrax genere magnis viribus præſtans. qui vna cum 3
Chryſo et Oenomao/effracto Lentuli ludo Gladiatorio Capua erupit cum. 70. Gladiatoribus. Qui omnes collecto exulum et fugitiuorum non paruo exercitu/ bellum ingens concitarūt, adeo vt mitti Craſſum oportuerit, qui perditos eorum conatus reprimeret. Luc. Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartac⁹ hoſtis. Hora. Aemula nec virtus Capuæ/nec Spartacus acer.

¶Turbo faciens genitiuum Turbonis/nomen eſt Gladiatoris apud horatium li. 4
2, Ser. Corpore maiorē rides Turbonis in armis.

¶Martianus nomen eſt Gladiatoris apud Plutarchum in Galba. 5

¶Idem ait Spiculum fuiſſe Gladiatorem, quem Romani Neronis ſtatuis ſubiectū in foro perdiderint.

¶Hora. facit Veianiū Gladiatorēin principio epiſtolarum, vbi ait. Veiani⁹ armis 6
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro, Ne populum extrema toties exoret arena.

¶Gracchus nomen eſt Retiarij apud Iuuenalem Satyra octaua. ſcribentem. Nec 7
clypeo gracchum pugnantem aut falce ſupina. Damnat enim tales habitus/et damnat et odit.

¶Hiſtriones et actores.

1	Paris	8	Aſtydamas	15	Polus
2	Geneſius	9	Nicoſtratus	16	Callipides.
3	Roſcius			17	Theocrines
4	Aeſopus	10	Cytheris	18	Cyliſcus
5	Pylades	11	M. Ofilius	19	Fauo
	Hylas	12	Saculio	20	Spinter.
6	Stephanio	13	Satyrus	21	Caſtor
7	Rubrius	14	Thymele		Docilis.

HIſtriones vocantur ludiones et geſticulatores, qui oculos ſpectatorum ſuis oblectant ludis. Theatricorum enim artificum alij vocantur Gymnici/alij ſcenici/ De Gymnicis nonnihil dictum eſt in Athletis. Scænici vocantur qui Scenicos Agonas exercent/aliter Dionyſiaci velut patri libero dicati. In his ſunt comœdi et tragœdi id eſt fabularum actores. Item Mimi Pantomimi/ Archimimi/ Ethologi/ Ethopœi/qui omnes ſignificant alienæ perſonæ ſimulatores & hypocritas/ latine vocantur hiſtriones/vel ab hiſtria/ex qua primum venerunt/vel q̃ hiſter vocabulo thuſco ſignificet ludionem. Mimi dicuntur imitatores/qui dicta/ facta/ moreſq; hominũ & naturas imitantur, Q̃uis etiam Mimi dicãtur poemata/ſine reuerentia laſciuiã imitantia, vt apud Ouidium. Scribere ſi fas eſt imitantes turpia Mimos. Pantomimi omnium perſonarum imitatores & effictores. Suetonius in Caligula. Neſtorem Pantomimum etiam inter ſpectacula oſculabatur. Bibaculus ſcriptor egregius ob eximiam imitationem Pantomimus vocabatur. Si Venus leporem ī horoſcopo reſpexerit, faciet Pantomimos et Mimologos, inquit Iulius matern⁹. Archimimi ſũt Hiſtrionum principes, Ethologi ſunt effictores morum et affectuũ cuiuſcunq; perſonæ. Cicero li. 2. De oratore. Mimorũ eſt enim Ethologorum, ſi nimia eſt imitatio ſicut obſcœnitas. Quibus verbis Cicero nimiam et velut Mimicam in oratore culpat imitationem. Sunt & Ethopœi hiſtriones, qui mores imitantur eius perſonæ, quam ſuſtinent. Vnde Ethopœia morũ alienorum imitatio, quæ aliter vocatur Mimeſis. Inter ſcenicos quoq; ponuntur Thymelici/ſaltatores/Chyronomi. Thymelici ſunt citharœdi/cithariſtæ/lyriſtæ/tibicines. Thymelici/actiones ſuas in Orcheſtra peragebant/Comici & Tragici in ſcæna. Thymelici autẽ dicuntur vel a Thymele muliere/quæ prima ſaltationẽ docuit, vel q̃ Thymele apud Græcos hiſtrionicam ſignificet. Martialis Lib. 1. Qua Thymelen ſpectas/deriſoremq; latinum. Chironomi ſunt geſticulatores/& Chironomia ſaltatio geſticulatrix. Iuuenalis Satyra ſexta. Chironomon Ledã molli ſaltante Batyllo. vbi Leda nomẽ ẽ ſaltationis, Bathyllus hiſtrionis. Idem Satyra. 5. Saltãtem ſpectas et Chironomõta volanti Cultello. Saltationis ſpecies antiquitus fuerunt Pyrrhica, quę et Enopolia a quibuſdã dicitur, id eſt pacata. Hinc Pyrrhicarij et Pyrrhiciſtæ dicuntur ſaltatores armati. Tranquillus in Cęſare dictatore. Furius Leptinus ſtirpe prętoria et A. Calpenus ſenator quondam actorq; cauſarum Pyrrhicam ſaltauerunt. Nomen autem ſumpſit a Pyrrho inuentore. Cordax ſaltatio eſt obſcœna et Comica. Tertium genus ſaltationis Sicinnis appellatur, quę ſatyrica eſſe dicitur. Plyni⁹ Libro primo. Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhicen Pyrrhus/ vbi armatam a Pyrrhica diſtinguit, quas tamen eaſdem eſſe ſentit doctiſſimus Budæus, a quo bonam horum fragmentorum partem emendicaui. Eſt et alia ſaltatio, quæ Eumelia dicitur, id eſt pacata. Produnt hiſtoriæ Romanorum hiſtriones pulſos Italia a Nerone, quum propter eos variæ factiones ortæ eſſent, et adeo vehementes, vt ad compeſcendam fautorum contentionẽ milites theatro aſſidere iuberent, Vnde & Tranquillus. Pantomimorum inquit factiones ſimul cũ ipſis relegatæ. Reſtituti ſunt demũ p̃ Neruã, ſed ite⁊ poſtea ſublati a Traiano.

I ¶ Paris hiſtrio libert⁹ fuit domitię neronis Amitę/q̃ ſolit⁹ erat lux⁹ neronis ītẽdere tp̃e cœnę/eiuſq; aĩm demulcere, authore Cornelio Tacito. De hoc ītelligit iuuenalis Eſurit, ītactã Paridi niſi vẽdit Agauẽ. Q d̃ nõ dãt ꝓceres, dabit hiſtrio. Tranquillus ait eum a Nerone occiſum/quaſi grauem aduerſarium. Idem ſcribit domitianũ repudiaſſe

repudíaſſe vxorem Paridis hiſtrionis amore perditam,

¶Geneſi⁹ Arelatenſis patria Mimus fuit apud Diocletianũ, qui Chriſtíanos tur- 2
piſſimis geſtibus irridebat. Tandem et ipſe ſub imperatore paſſus eſt.

¶Roſcius gallus comœdus fuit vt omnium periſſim⁹, ita et notiſſim⁹, qui geſtus et 3
pronunciationis exercitatione eo venit prętantię, vt ſi quempiam in arte ſua perfe
ctum velimus dícere, eum vocemus velut Roſcium in ſcæna. Perſona primus vſus
eſt ĩ ſcęna, ꝙ obliquis eſſet oculis/turpiq; aſpectu. Scripſit librũ, quo hiſtrioniã cõpa
rauit eloquẽtię. Cicero grauiſſima ortione populum obiurgauit, ꝙ agẽte Roſcio tu-
multum mouiſſet, Idem libro ſecundo de oratore, Qꝫ ſoleo (inquit) ſępe mirari
eorum impudentiam, qui agunt inſcęna geſtum/ſpectante Roſcio. Q nis enim ſecõ
mouere poteſt, cuius vicia ille non aduertat? Porro autẽ fuit Roſcius/ L. Syllę adeo
charus, vt annulo aureo ab eodem dictatore donatus ſit. Tanta prętera tum gra-
tia/tum gloria, vt mercedem diurnam de publico mille denarios ſine gregalibus ac
ceperit, Horatius de eo ſcribit. Clament periſſe pudorem Cuncti pene patres, ea
quum reprendere coner, Quę grauis Aeſopus/quę doctus Roſcius egit,

¶Aeſopus fuit tragœdus/amicus Ciceronis, qui ex hiſtrionia tantas opes ſibi com 4
parauit, vt patinã haberet 600 ſeſtercíjs taxatã/filiũq; reliquerit adeo diuitẽ et pro
digum, vt vniones aceto liquefactos, cœnis apponeret. Plyni⁹ ait patrem poſuiſſe
in patina aues cantu aliquo aut humano ſermone vocales millibus ſex ſingulas coẽ-
ptas nulla alia inductum ſuauitate/niſi vt Imitationem hominis manderet, dignus
filio, a quo deuoratas diximus margaritas.

¶Dion Caſſius prodit Neruam Cocceium Gladiatoribus theatricis mimiſq; et ſal 5
tatoribus maxime oblectatum, e quib⁹ vnum prę cęteris (cui nomen erat Pylades)
dilexerit, Fuit hic Pylades hiſtrionica clar⁹. Hylam diſcipulum vſq; ad ęqualitatis
contentionem eruditione prouexit. Devtroq; abunde meminit Macrobius libro. 2.
Saturnaliorum, Auguſtus Cęſar authore Tranquillo Hylam Panthomimum in
atrio domus ſuę nemine excluſo flagellis verberauit/prętore Licentiam hiſtrionis
culpante. Pyladem quoq; vrbe atq; Italia ſummouit, ꝙ ſpectatorẽ (a quo exibila-
batur) demonſtraſſet digito conſpicuumq; feciſſet,

¶Stephanio etiam nomen eſt hiſtrionis, quem Suetonius togatariũ vocat, ꝙ pri- 6
mus togatus ſaltauerit fabulas dicẽte Plynio. Minus miror Stephanionem, qui pri-
mus togatus ſaltare inſtituit. Hunc Auguſtus per bina theatra virgis cęſum relega
uit, ꝙ circumtonſam in puerilem habitum matronam ei miniſtraſſe comperiſſet.

¶Rubrius apud Plynium hiſtrio dicitur, cui L. Plancus cognomen impoſuit 7

¶Aſtydamas fuit hiſtrio Morſimi filius, cui ſtatua in theatro ponenda decreta fue 8
rat, ꝙ in agendo Parthenęum ſeſe gnauiter ac ſcite geſſiſſet, Itaq; titulum conſcri-
pſit/quo ſuas ipſe laudes complectebatur. Vnde natum Adagiũ. Laudas teipſum
Aſtydamę in modum.

¶Nicoſtratus fuit Comœdiarũ actor talis apud Græcos/qualis apud Romanos
fuiſſe traditur Roſcius. Propter cuius artis peritiam reliquit locum ſequenti prouer
bio. Ego faciam omnia more Nicoſtrati.

¶Cytheris fuit Mima, cum qua M. Antonius poſt Pharſalicam pugnã vectus eſt 10
curru, quẽ generoſi ſpiritus leones trahebant. Author Plynius. Lib. 8.

¶Idem ſcribit M. Ofilium fuiſſe hiſtrionem & comœdum, qui quum populo ad- 11
modum placuiſſet natali die ſuo, conuiuiũq; haberet, edita cœna calidam potionem
in pultario popoſcerit/ſimulq; perſonam eius diei acceptã ĩtuẽs, corona e capite ſuo
in eam tranſtulerit, taliq; habitu rigens nullo ſentiente expirauerit.

12 ¶Saculio nomen est histrionis apud Plutarchum, quem Brutus in bello contra Antonium/captiuum cepit

13 ¶Fuit & Satyr⁹ apud Græcos Histrio/qui Demosthenis lingua prępediti ac propterea ingrati populo sic formauit vocem, vt non prior Demosthenes, sed, alter videretur. Author Plutarchus.

14 ¶Thymele mulier prima saltationem docuit. Hinc Thymelici dicũtur saltatores mimi. Martialis. Qua Thymelen spectas/derisoremq; Latinum, Iuuenalis. Attendit Thymele/Thymele tunc rustica discit.

15 ¶Polus histrio fuit fama celebri in terra Græcia, qui gestus & vocis claritudine & venustate cęteris antestabat. Egit tragœdias poetarum. Athenis etiam Electram Sophoclis vrnam cum Orestis ossibus gestantem. Quem actum scite a deo & docte absoluit, vt Imagines rerum verbis exprimens spectatores ad fletum & lachrymas concitauerit.

16 ¶Fuit Callipides gesticularius et tragœdiarum histrio inter Græcos clarus. Qua in re plurimum se mirabatur. Itaq; vbi Agesilao regi occurrisset, arrogantius eum salutauit subinde illi se ostentans arbitratus fore, vt comiter a rege exciperetur. Verum quum seriis rex intenderet, nec aduerteret ad Callipidem, Non admodum (inquit) nosse me videris o rex. Tum subridens Agesilaus. An non es (inquit) Callipides ille dicelictas? id est mimus/Spartanorum vocabulo. Quibus verbis ludioni tumorem retudit. Fuit autem Callipides adeo gestuosus, vt Simia gesticulosiorem Græci eum dixerint Quam ob rem pronunciatio illa tam elegans et arguta, reddebat hominem tardiorem.

17 ¶Fuit Theocrines primum tragœdiarum actor, deinde calumniator & Sicophanta. Vnde et Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem/tragicũ Theocrinem vocat.

18 ¶Cylicus nomen est tragœdi apud Plynium lib 35. Cap. 10.

19 ¶Fauo fuit Archiminus, qui in funere Vespasiani Imperatoris/personam eius tulit, viriq; (vt moris erat) facta & dicta imitatus est. Interrogatis itaq; ab eo procuratoribus exequiarum/quanti constaret funus, vt audiuit sestertium centies exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tyberim proiicerent. Quibus verbis taxabat imperatoris auariciam, qui indignaretur tantã impensam in funere suo factam fuisse.

20 ¶Spinter fuit histrio, a cuius nomine vocat⁹ est Lentulus spinter, ꝙ eius similitudinem referret maxime.

21 ¶Castor et Docilis histrionum sunt nomina/apud Horatiũ in epistolis scribentẽ. Ambigitur quid enim, Castor sciat an Docilis plus,

¶Ludi & spectacula diuersa.

1	¶Actia	9	Ludi Circenses	17	Spectacula Augusti
2	¶Bubetię	10	Venationes	18	Spectacula Caligulę
3	¶Pythia	11	Ludi sęculares	19	Spect. Cesaris claudij
4	Iuuenalia	12	Taurij	20	Spectacula Neronis
5	Olympia	13	Plebeij.	21	Spectacu. Domitiani
6	Nemęa	14	Gladiatorij	22	Spectacula Adriani
7	Aeacea	15	Scęnici	23	Specta. Antonij pij
8	Dionysia	16	Spectacula Cęsaris	24	Spectacula Gordiani

Spectacula Firmi

25 Spectacula Firmi. 29 Pila. 33 Par/impar.
26 Spectacu.heliogabali 30 Latrũculi. 34 Nuces
27 Spectacula Philippi. 31 Alea. 35 Chartę.
28 Aſtragalus. 32 Turricula. 36 Sortiri digitis.

ACtia ludi fuerunt quinquennales inſtituti apud Actium Epyri promon= 1
torium ab Auguſto poſt Antonium/& Cleopatrã ſuperatos in honorem
Apollinis Actiaci.

¶Bubetiæ ludi fuerũt a bobus appellati, quoniã a veteribus gratia boum 2
inſtituti ſunt. Vocantur etiam boalia.

¶Pythia vocabantur ludi Apollinares, inſtituti in honorem Apollinis poſt interfe 3
ctum Pythona ſerpẽtem. Horatius. Qui Pythia cantat Tibicen/didicit prius, extimuitq; magiſtrũ. Sabellicus. Heroica carmina Phœbo Delphica poſt cęſum cecinit Pythona iuuẽtus. Hos ludos inſtituit Corœbus Atheniẽſis. Liuius ſcribit ludos Apollinares votos fuiſſe ad expellendũ ab Italia Annibalem.

¶Cor. Tacitus ſcribit Neronẽ inſtituiſſe ludos iuuenalium vocabulo, in quib9 non 4
nobilitas vlla, non ætas/aut acti honores erãt impedimento, quo minus Gręci latiniq; hiſtriones artem exercerẽt vſq; ad geſtus modoſq; parũ viriles. Quin & fœminę illuſtres deformia meditabãtur. Fieri quoq; iuſſit conuẽticula/& Cauponas, vbi poſita erant irritamenta luxus, vnde corruptis moribus acceſſit libidinum colluuies poſt natos homines longe maxima.

¶Olympia ludos in honorẽ Iouis conſtituit Hercules apud Elidẽ/& Piſam Græ= 5
ciæ oppida, vbi Gymnicum certamen fiebat quinto quoq; anno. In his qui dimicabat, vocabatur Olympionices. Hic Hercules ſtadium fecit tanto cęteris maius, q̃to menſura pedis eius cęteris præpollebat.

¶Nemęa fiebant in honorẽ Archemori Lycurgi regis Thracũ filij, quẽ ab Hypſi= 6
phile nutrice in herba relictum ſerpens interfecerat.

¶Aeacea fiebãt de Aeaco apud Aeginã. ¶Marathonea ob taurũ a Theſeo inter= 7
fectum, vbi phiala argentea dabatur præmium. Thebis etiam fiebant Heraclea/Oenomaus primus apud Elidẽ ludorũ ſpectaculũ/equorũq; curſum edidit. Apud Romanos Romulus in Sabinarum raptu. Vnde Ouidius. Primus ſollicitos feciſti Romule ludos. Ad certamina Gymnica non admittebãtur fœminę. Vnde Statius. Excluſęq; expectãt prędia matres. In ludis illis certabatur quinq; generibus/diſco/haſta/ſaltu/iaculatione/luctatione. Qui in omnibus vincebat, vocabaꝫ Pentathlus.

¶Dionyſia fiebant in honorẽ Bacchi, vbi maxima bibẽdi licentia permittebaꝫ. His 8
intererãt populus/& Athletę paſſim coronati. Omnium certaminũ prędipua quattuor fuerũt genera. Olympia/Pythia/Nemęa/Iſthmia, quorum prędia erãt Oleaſter/laurus/apiũ/pinus. Fiebãtq; in honorem Pelopis/Apollinijs/Archemori/& Palemonis. Aliqui ad Iouem/& Neptunum Olympia/& Iſthmia referunt. Vnde Statius lib. 1. Theb. Non aliter/q̃ Piſęo ſua luſtra tonãti Quum redeunt.

¶Ludi Circenſes qui fiebãt in Circo. vbi loca erãt/& ſubſellia equitibus patribuſq; 9
deſignata. Primus circum deſignauit Tarquinius Priſcus. Spectaculũ faciebãt equi pugileſq; ex Ethruria maxime accíti. De his Trãquillus in Cęſare. Circenſibus inquit ſpacio circi ab vtraq; parte ꝓducto in gyrũ, Eurippo addito/quadrigas/bigas/et equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes. Troiã luſit turma duplex maiorum/& minorũ puerorum. Troia autem erat equeſtre ſimulachrũ/ſeu vmbratica equitum pugna. In qua equi in orbem ſe inuicem petebãt. Huius ludi originẽ Virgil. lib. 5. ſic deſcribit. Hunc morem ſacrorũ/atq; hæc certamina primus Aſcanius

(longam muris quũ cingeret albam) Rettulit, & priſcos docuit celebrare latinos. Idem. Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen.

10 ¶Venationes erant ſpectacula, in quibus poſitę in theatro ferę, vt Tygres/Elephãti/& leones Gladiatoribus congrediebantur/vſq; ad mortem/& caſum alterutrius partis. Suetonius. Venationes editæ per dies quinq;/ac nouiſſime pugna diuiſa in duas acies quingenis peditibus, Elephantis vicenis/tricenis equitibus hinc & inde cõmiſſis. In Venationibus/& Gladiatorijs ſoli conducti/aut damnati/& ambitioſi ad oſtentationẽ ſuarũ viriũ adhibebant, quoniã maximũ vitę diſcrimen imminebat.

11 ¶Ludi Sęculares in honorẽ Apollinis/& Dianæ inſtituti, fiebant centeſimo quoq; anno/prędone per cõpita clamãte. Venite ad ludos, quos nemo mortaliũ vidit, neq; viſurus eſt. Hos inſtituiſſe fertur Val. Publicola propter exactos reges. Celebrauit Philippus imp. anno poſt vrbem conditam 1000. In quibus fuerunt Elephãti 30. Alces 10. Tygres 10. Leones manſueti 40. Leopardi manſueti 30. Hyenę decem. Gladiatorum fiſcalium paria mille. Hippotamus quoq; Rhinoceros/Arcoleõtes/Camelopardi/Onagri/& Equi feri.

12 ¶Tauri ludi fiebãt in honorem deorum inferorum.

13 ¶Plebeij inſtituti ſunt exactis regibus pro libertate plebis, quos poſtea L. Sylla inſtituit.

14 ¶Gladiatorij inſtituti ſunt ad exercendã armis iuuentutem, vt iuuenes ipſi (ſi quã do res poſtularet) aſſueſcerent non expaueſcere congreſſum hoſtilem.

15 ¶Ludi Sęnici dicuntur a ſcęna/in qua celebrabant a theatricis actoribus. Inſtituti ſunt ob peſtilentiam accitis ex Hetruria ludionibus ad tibicinis modos ſaltantibus. Ludi ſcęnici fiebãt in theatris, Venationes/& Gladiatorij in Amphitheatris. Ludicros/& Scęnicos actores Cenſoria dãnauit nota, vt improbos mente/& nihili homines. Propterea labienus eques excuſauit ſeſe per Epigrãmata a Cæſare coactum, in hiſtrionicã inuitum deſcẽdiſſe. Nero eam ob cauſam infamis habitus eſt.

16 ¶Spectacula varij generis edita ſunt a diuerſis principibus, Cæſar exhibuit munus Gladiatorium. Ludos etiã regionatim vrbe tota & per omnium linguarum hiſtriones. Item Circenſes Athletas. Naumachiam in foro depugnauit. Furius Leptinus ſtirpe prætoria, & Q. Calpenus ſenator quõdam actorq; cauſarũ Pyrrhicã ſaltauerũt. Venationes edidit per dies quinq;, ſublatis metis, quo latius dimicarent. Athlętę cucurrerunt per triduũ. Defoſſus eſt in mõte Cęlio lacus ad nauale pręliũ, in quo biremes/ac triremes Tyrię/& Aegyptiæ claſſis magno pugnatiũ numero cõflixerunt. Ad quæ ſpectacula tantum cõfluxit hominum, vt prę turba eliſi/& exanimati ſint plurimi, & in his duo ſenatores.

17 ¶De ſpectaculis Auguſti ſic ſcribit Tranquillus. Spectaculorũ aſſiduitate/& magnificentia omnes anteceſſit. Fecit nõnunq; vicatim. Athletas quoq; extructis/in cãpo ſedibus ligneis, Nauale pręliũ circa Tyberim. Ad ſcęnicas quoq;/& gladiatorias operas, equitibus Romanis quandoq; vſus eſt. Milites ſecreuit a populo, Multis e plebe ordinem aſſignauit, Prætextatis cuneum ſuũ & proximum pædagogis. Fœminis Gladiatores ſpectare ſolum ex ſuperiore loco cõceſſit. Virginibus veſtalibus locum in theatro ſeparatũ contra prętoris tribunal dedit. Voluit primum ſubſelliorum ordinem vacuum ſenatoribus relinqui. Athletarum ſpectaculo muliebrem ſemouit ſexum. Athletis priuilegia cõfirmauit. Hiſtrionum licẽtiam compeſcuit. In Circo aurigas/curſoreſq;/et confectores ferarum produxit. Troiæ ludũ edidit frequentiſſime puerorũ delectu. Exhibuit Rhinocerontẽ apud ſepta, Tygrim in Scæna. Anguem 50, cubitorum pro comitio. Nulli Græco certamini interfuit, quonõ

pro merito

pro merito certãtium quẽq; honorauerit. Spectauit ſtudioſiſſime pugiles maxime latinos/nec legitimos atq; ordinarios ſolum,ſed & cateruarios oppidanos,inter Anguſtias vicorum pugnantes temere/ac ſine arte.

¶Caligula imp.munera edidit Gladiatoria,quibus inſeruit cateruas Afrorũ,Cam 18
panorũq; pugilum ex vtraq; legione electiſſimorum. Nec ſpectaculis ſemper ipſe preſedit,ſed interdũ magiſtratibus/aut amicis preſidendi munus iniunxit.Scenicos ludos varij generis fecit, quoſdã nocturnos/ accenſis tota vrbe luminibus. Panaria cum obſonio viritim dedit. Edidit & Circenſes plurimos a mane vſq; ad veſperã/ interiecta modo Africanarũ venatione/modo Troię decurſione. Minio/ & Chrycolla cõſtrauit circum. Haſticos ludos egit Syracuſis/ in Gallia Lugduni Miſcellos id eſt multiiugis ludicris varijſq; ludionibus refertos. Itẽ certamen Greçæ latinæq; facundiæ,in quo victoribus victi premia contulerunt,& eorũdem laudes cõponere coacti ſunt. Qui autem maxime diſplicuiſſent,ſcripta ſua ſpongia lingua ve delere iubebãtur,niſi ferulis obiurgari/aut in propinquo flumine mergi maluiſſent. Idem imp.Mirmillonem rudibus ſecum dimicãtem/& ſponte proſtratum cõfodit ferrea ſica/& more victorum cum palma diſcurrit.

¶Cæſar Claudius fecit Seculares ludos quaſi anticipatos ab Auguſto,nec legitimo 19
tempori reſeruatos. Circo maximo marmoreis carceribus auratiſq; metis exculto/ propria ſenatoribus cõſtituit loca promiſcue ſpectare ſolitis/& ſuper quadrigarum certamina,Troię luſum exhibuit. Exhibuit & Theſſalos equites,qui tauros per ſpacia Circi agebant,inſiliebãtq; defeſſos/ & ad terrã cornibus detrahebãt. Item Pantheras,quas cõficiebat equitum Prætorianorum turma/ducibus tribunis.

¶Nero edidit Iuuenales/Circenſes/& ſcenicos ludos/item Gladiatorium munus. 20
Iuuenalibus ſenes quoq; conſulares/anuſq; matronas recepit ad luſum. Circenſibus loca equiti ſecreta cęteris tribuit.Exhibuit et Camelorũ quadrigas. Ludos pro ęternitate imperij ſuſceptos/appellari maximos voluit,in quibus pleriq; ex vtroq; ordine/et ſexu partes ludicras ſuſtinuerũt.Nouiſſimus eques Ro.p Catadromũ decurrit/inſidens Elephanto, Fabulã Afranij togatã,incendiũ nomine (quo Troiæ ruina continebatur) induxit,cõceſſitq; ſcenicis, vt ardentis domus ſupellectilem diriperẽt/ac ſibi haberẽt. Sparſit et miſſilia omnium rerum.i. varij generis munera,quę erant occupantium. Singula quotidie millia auium cuiuſq; generis. Exhibuit etiã ad ferrum quadringetos ſenatores/ſexcentoſq; equites Ro.ad cõficiendas feras in arena. Item Naumachiam a qua ex mari proximo inducta/in qua innabãt beluæ. Item Pyrrhicas ſaltationes per ephebos,quibus peracta opera, diplomata/et priuilegia ciuitatis Romanæ ſingulis obtulit. Fecit etiam, vt Taurus Paſiphaen in ligneo iuuencę ſimulachro abditam iniret,quod multi ſpectãtium crediderũt. Inſtituit et quinquẽnale certamen more Greco triplex,muſicũ/Gymnicũ/equeſtre. Magiſtros toti certamini præpoſuit conſulares. Orationis carminiſq; latini coronã (de qua honeſtiſſimus quiſq; contenderat) ipſorum conſenſu arripuit.

¶Domitianus ſpectacula edidit magnifica/& ſumptuoſa in Amphitheatro & cir- 21
co,vbi pręter bigarum / & quadrigarum curſus duplex etiã cõmiſit prælium equeſtre / ac pedeſtre, & in Amphitheatro nauale quoq;, Venationes / et Gladiatores exhibuit,noctibus etiam ad lychnos. Pugnas prętetea nõ virorum modo,ſed et fœminarum. Toto Gladiatorij ſpectaculi tempore,habuit ante pedes ſuos puerulum coccinatum/ portentoſo paruoq; capite, cum quo plurimum fabulabatur. Edidit Nauales pugnas effoſſo circa Tyberim lacu, quas inter maximos imbres ſpectauit. Fecit et ludos Seculares. Inſtituit et quinquẽnale certamen Capitolino Ioui triplex,

Muſicum/Equeſtre/& Gymnicum. Fecit certamen Græci latiniq; ſermonis. Celebrauit et in Albano monte quotānis quinquatria Mineruæ.

22 ¶Adrianus imp. fabularum recitationem omnis generis in theatro ad ſcęnam & Orcheſtrā dedit. Hiſtriones Aulicos publicauit. In Circo multas feras & ſæpe cētum leones interfecit.

23 ¶Antonius Pius numera edidit, in quibus Elephāti/Crocutæ/Rhinocerotes/Crocodilli/Hippotami/ & omnia ex omni terrarum orbe animalia, etiam Tygres fuere. In munere publico tam magnanimus fuit, vt centum leones vna miſſione ſimul exhiberet ſagittis interfectos.

24 ¶Gordianus imp. duodecim populo Romano ſpectacula per ſingulos 12. dies dedit, Ita vt gladiatorum nōnunq̄ quingenta paria / & nunq̄ minus centum quinquaginta feras lybicas vno die, qñq; mille ediderit. Erat ei ſylua, in qua habuit Ceruos ducentos, Britānos equos feros 30. Oues feras abbas 1000. Decem aureas capreas, quas inaurari fecerat. Strutiones Mauros miniatos 300. Onagros 30. Apros 150. Ibices 200. Damas 200. Quæ omnia populo diripienda conceſſit / die muneris, quod ſextum edebat.

25 ¶Philippus Arabs imp. ſęculares ludos & munera edidit Circenſia, In quibus dati ſunt Elephanti 32. Tygres 20. Leones manſueti 60. Hyenæ 100. Gladiatorum fiſcalium paria 1000. Rhinoceros vnus. Archoleōtes 10. Camelopardali 10. Equi feri 40. Leopardi manſueti 30.

26 ¶Heliogabalus quaternos canes ad currum iunxit, eoq; modo vectatus eſt. Idem iunctis 4. Ceruis in publicum proceſſit. Sed & leones cōiunxit ſe Cybelem appellans. Iunxit & Tygres ſe liberum patrem vocans. Iunxit etiam quaternas mulieres, nuduſq; a nudis vectus eſt.

27 ¶Firmus imp. vectus eſt ingentibus Strutionibus, adeo vt magis volare/q̄ geſtari videtur.

28 ¶Sunt et ſingularium ludorum nomina, vt Aſtragalus/Sphęriſterium/Latrunculi/alea/par impar/et alij id genus. Aſtragalus latine talus ludus/ et Oſſiculorum pedis cōiunctura, quibus Apollonius in Argonauticis puerum Cupidinem ludentem ponit. Volaterranus ait Germanos/et Trāſpadanos hunc adhuc ludum obſeruare. Homerus ſcripſit Elpenora lapſu ſcalarum exanimatū eſſe, quum fregiſſet Aſtragalon id eſt iuguli coniuncturam.

29 ¶Ludus pilæ repertus eſt ab Anagallí puella Cercyręa / vel a Pytho quodam ſecūdum Plynium/aut lydis ſecundum Herodotū. Vocatur aliter Sphęriſteriū. Tranquillus in Flauio Veſpaſiano. Valetudine proſpera vſus eſt/q̄uis ad tuendam eam nihil amplius / q̄ fauces cæteraq; membra ſibimet ad numerum in Sphęriſterio defricaret. Pila primum luſit Phacia iuuentus. De hoc ludo Homerus in Odyſſea locutus eſt, cuius verſus latinos fecit Volaterranus. Ille pilā dextra miſſurus ad aſtra reflectit Terga retro, rurſuſq; ad magnum protinus ictum Conſurgēs terram procumbit pronus ad imam.

30 ¶Eſt et ludus latronum/ſeu latrūculorum. de quo Martialis. Inſidioſorum ſi ludis bella latronū, Gemmeus iſte tibi miles, et hoſtis erit. Seneca. Latrunculis ludimus. Volaterranus ait Magiolinū Florentinum fuiſſe in eo ludo adeo exercitatū, vt memoriter per aliū luderet miníme reſpiciens/aduerſario tamen diligēter aduertente.

31 ¶Aleam Palamedes reperit in caſtris Græcorū cōtra Troianos, dum eſſet in ocio. Luſoria tabula vocatur Phimū ſeu a leatoriū. Aleę teſſera duodecim habet puncta. Martialis. Hic tibi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

hoſte perit. Aleatorium etiam quandoq; pro aleę ludo ſumitur. Sidonius. Atq; illíc Aleatorium laſſis cõſumpto ſphęriſterio ſatiat. Qui alea ludunt, vocantur aleatores & aleones. Catullus. Niſi impudicus & vorax & aleo. Suetonius ſcribit Domitianum imp. (quoties ociũ eſſet) alea ſe oblectaſſe. Alea Romanis legibus erat vetita. Horatius. Seu mauis vetita legib⁹ alea. Hinc Cicero Lenticulũ colluſorẽ Antonij, de alea condẽnatum fuiſſe ſcribit. Quũ autem alea dicatur omnis ludus in varietate fortunæ conſiſtens, factum eſt, vt pro periculo periculiq; dubitatione accipiatur. Lucanus. Placet alea fati Alterutrũ merſura caput. Liuius. In dubiam imperij ſeruitijq; aleam imus. Cęſar dubitans/an traiecturus eſſet copias vltra Rubiconẽ aduerſus Pompeium, tandem relcta cunctatione, Eatur (inquit) quo deorũ oſtenta & inimicorum iniquitas vocat, iacta eſt alea. Petronius arbiter tradit Cæſarẽ dixiſſe. Iudice Fortuna cadat alea. Aleã iacere ille dicitur, qui ſe periculis Fortunęq; committit. Dicimus ludere aleam/& alea. Tranquillus in Auguſto. Aliquando vt vincat, ludit aſſidue aleam.

¶Turricula/ſeu fritillus id eſt quod apud Grecos Pyrgus dicitur. Erat enĩ vaſculũ in modum turriculę, quo incluſæ teſſerę iactabãtur ad tollendam ludẽtis fraudem. Martialis. Quęrit compoſita manus improba mittere talos, Si per me miſit/nil niſi vota facit. Fritillus autem dicitur tabula luſoria, quo teſſeræ coniectæ agitatæq; mittuntur in alueolum. Iuuenalis Satyra. 14. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Martialis. Dum blãda vagus alea decẽber/Incertis ſonat hinc & hinc fritillis. Martialis lib. 13. Hæc mihi charta nuces/hæc eſt mihi cartha fritillus. 32

¶Ludere par impar moris fuit antiquitus, quod illo carmine Horatiano cõſtat. Ludere par impar, equitare in arundine longa. 33

¶Ludere nucibus/noſtri temporis puerili ab antiquis didicerũt. Nam & maiores hoc vſos fuiſſe ludo, docet illud Perſianum. Et nucibus facimus quęcunq; relictis, Quum ſapimus patruos. Nuces autem relinquere, eſt omiſſis ſtudijs/& nugis puerilibus ad grauiora magiſq; ſeria conuerti. Hinc etiã ortæ illę dicendi figurę. Nunq; a nucibus recedere, Redire ad nuces/Nuces obijcere/Nuces intermittere/Nucibus indulgere/Nuces repetere. 34

¶Chartarum/ſortium/ac diuinationis ludi a perditis hominibus inuenti ſunt, quí quis noſtro quoq; ſęculo damnentur adeo, vt piaculum videatur, illis tamen adhuc luditur. 35

¶Sortiri digitis ludus fuit Italorum/maxime paſtorum, vt repente porrectis digitis vterq; numerum diuinet. Mantuanus Aegl. prima. Sortiri digitis res inſucũda, voluptas Magna prius tãti dũ mens erat inſcia morbi. Simile eſt illud. Micare digitis. Cicero libro. 2. de diuinatione. Quid eſt enim ſors? Idem prope modum, quod micare/quod talos iacere/quod teſſeras. M. Varro. Micandum erit cũ Gręco, vtrũ ego illius numerum/an ille meum ſequatur. Nemeſianus. Digitos iactare micantes. Vnde natum Adagium. Dignus quo cum in tenebris mices. i. cui ſecure credas, et iniurato fidem habeas. Is enim quocũ in tenebris micamus, poteſt nos fallere, ſi velit. 36

¶Porro autem veterum monumentis proditur ſummos viros & multa laude prę-ſignes luſu non abſtinuiſſe. Nam herculem illum/portentorum domitorẽ/Iouis & Alcmenę filium ferũt, cum puerulis ſępius colluſiſſe, eoq; modo curas animi remiſiſſe. ¶Ab Alcibiade quandoq; deprehenſus eſt Socrates cum Lamprocle infantulo colludens. ¶Ageſilaus cum filio arundinem interdum equitabat, qui puerulis mos eſt, alludente Horatio. Ludere par impar/equitare in arũdine longa. ¶Taren 37

tinus Archytas cum pueris de famulicio lusus agitabat, hisq; oblectabatur plurimũ, dum agitaret cõuiuia. ¶Volaterranus ait Cosmum medicẽ iam senẽ & patrię principem nepotibus paruis colluisse, & ex his cuidã, auenam in medio foro aptasse.

¶Gymnasia.

¶Craneum. ¶Academia. ¶Pœcile.
¶Cillarauium. ¶Prytaneum. ¶Tempe.
¶Lyceum. Canopum.

GYmnasiũ proprie dicebat locus, in quo nudi palestritę oleo peruncti cõcertabãt. Nũc pro quocũq; exercitij loco solet accipi. Vnde & Gymnastes præceptor. Gymnasiarcha Gymnasij magister. ¶Craneum Gymnasiũ erat apud Corinthũ. ¶Est & Cillarauium gymnasij nomen apud Plutarchum in Cleomene. ¶Lyceũ Academia/Prytaneũ/Canopũ/Pœcile/Tempe gymnasia Athenis fuere. Nam & Canopũ agnoscit Philostratus, in Herodis Attici vita. Pœcile vero porticꝰ varia a latinis appellat. Nobilitata etiã prẽter picturã Marathonicę pugnę/Zenonis Stoici cõuentu. Vnde a porticu Stoici dicti. ¶Lyceũ Aristotelis/Academia Platonis scholæ fuerũt. Versus Ciceronis. Inq; Academia vmbrifera/nitidoq; Lyceo Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. De Prytaneo Cicero lib. 1. de Oratore. Et vt ei victus quottidianus in Prytaneo publice præberetur.

¶Stadia diuersa.

STadium 12. nostros efficit passus. Hoc est pedes 625. Hoc Censorinus Italicum vocat. Olympicum pedibus 60. constat. Pythicũ circiter mille. Vitruuius stadiatas domorum porticus appellat prẽlongas/& magnificas.

¶Telorum Bellicorum et gladiorum nomina.

Lingula. Culter. Plumbatę. Issi.
Sparus. Clunaculum. Onagri. Cęstra.
Manobarbulus. Secespita. Scorpiones.
Materis. Sica. Catapultæ.
Runa. Cateia. Aclides.
Sibinus. Nouacula. Verutum.
Veruina. Parazonium. Venabulum.
Machęra. Paltum. Gesa.
Sariſſa. Pugio. Ansatę.
Harpe. Hasta. Phalarica.
Acynacis. Hastile. Semiphalarica.
Copida. Triphorum. Soliferrea.
Framea. Sagitta. Lancea.
Aeganea. Iaculum. Rumigestri.
Ancyle. Tragula. Mesanculæ.
Sigymnum. Pilum. Scibones.
Geus. Falces. Ensis.
Dolones. Harpagones. Caiæ.
Spatha. Fustibali. Telones.

TElorum vocabula Gellius lib. 11. cap. 25. multa ponit ad hũc modũ. Hasta/Pilum/Phalarica/semiphalarica/soliferrea/gesa/lancea/Rumigestri/faces/tragulę/frameę/Mesanculæ/Cateiæ/Rõpheæ/Scorpius/Scibones/Silices/veruta/enses/sicę/macherę/spathę/lingulæ/pugiones/Clunacula. ¶Lingulam veteres dixerunt gladiolũ oblõgũ in

speciem

ſpeciẽ linguę factũ. Cuius meminit Neuius apud eundẽ Gellium. Sine mihi gerere morẽ, videar lingua/ verũ lingula. Domitius in Martialẽ ait lingulã etiã capi pro inſtrumẽto, quod ad ſimilitudinem linguæ cõflatum vſui eſſe poteſt ad aromata tractanda, vt in illo verſiculo, Martialis. Gracileſq; lingulæ/ cæreiq; chartęq;.

¶ Romphea genus eſt teli Thraciæ nationis, Val. Flaccus lib. 6. Argon. Aequaq; nec ferro breuior/ nec Romphea ligno. Mantuanus mediã produxit dicens. Quam gerit, aduerſas feriat Rõphea cohortes. ¶ Sparta minimi generis ſunt iacula, a ſpargendo dicta. Sunt autem Ruſtica tela in modũ pedis recurua. Virgi. lib. 10. Agreſtiſq; manus armat Sparus. Nam vtrumq; dicimus in maſculeo/ & neutro genere. Saluſt. Cæteriq; vt quoſq; caſus armauerat ſparis/ aut lanceis. Alij pręacutas ſudes portabant. Lucil.. Tum ſpara/ tum murices portantur/ tragula porro. ¶ Manobarbulus genus eſt teli ſimilis plũbeę pilæ, quo vtebantur milites. qui manobarbuli dicebãtur. ¶ Materis telum eſt oblongũ breuius tamen lancea. Siſenna. Gallia materibus, Sueui lanceis cõfigunt. ¶ Runa teli genus/ latam habentis cuſpidem. ¶ Sibina/ ſeu Sibinis telũ eſt venabulo ſimile, Illyrijs peculiare. Ennius. Illyrij reſtãt/ ſicis/ ſibiniſq; fodẽtes. ¶ Veruina telũ eſt ſimile veru. Sidoni⁹. Cui noſter ſermo erit pro veruina. ¶ Machęra græce gladium/ ſeu cultrum latine ſignificat. Apuleius. Comminabatur ſeſe cõciſurum eum machęra fruſtratim. Plautus. Si tibi eſt machęra/ & nobis eſt vrbina domi. Quod adagium dici ſolet, quũ malum malo opponitur. Vrbina enĩ etiam genus eſt teli. ¶ Sariſſa dicitur haſta pręlonga, Macedonũ genti peculiaris. Vnde & Alexãdri ſtipatores ſariſſophoros vocat Curtius. Liuius. Pręlongas haſtas Macedones Sariſſas vocãt. Lucanus lib. 8. Primi Pellęas arcu fregere Sariſſas. Ouidius libro. 12. Qui clypeo/ gladioq;/ Macedoniaq; Sariſſa Conſpicuus. ¶ Harpe incuruus eſt Mercurii gladius, quo vſum ferũt Perſeũ. Lucanus. Et ſubitus prępes Cyllenida ſuſtulit Harpen. Harpen alterius mõſtri iam cęde rubentem. Pontanus lib. 4. de Stellis. Quæ martem clypeo/ galeaq;/ adamãtideq; Harpe Inſtruxit. ¶ Acynacis gladius eſt Parthorũ genti peculiaris. Horatius lib. 1. Car. Vino & lucernis Mœdus Acynacis immane q̃tum diſcrepat. Curtius lib. 5. de geſtis Alexãdri. Strictoq; Acynace interfecturus videbatur, ni prope Beſſus Bactrianiq; deprecarentur. ¶ Idem Curtius ait Copidas eſſe gladios leuiter curuatos, Falcibus ſimiles, quibus appetebant beluarũ manus. ¶ Framea gladius eſt Martí peculiaris. Iuuenalis. Et martis Frameã/ & Cyrrhęi ſpicula vatis. Martianus Capella. Gradiui frameã non auſus poſcere falcẽ. Cor. Tacitus vbi de populis Germaniæ loquitur, frameas pro haſtis videt accipere, dicens. Rari gladijs/ aut maioribus lanceis vtuntur. Haſtas/ vel ipſorum vocabulo Frameas gerunt anguſto/ & breui ferro, ſed ita acri/ & ad vſum habili, vt eodem telo, prout ratio poſcit, vel cominus/ vel eminus pugnent. Et eques quidẽ ſcuto, Frameaq; contẽtus eſt, pedites & miſſilia ſpargunt. ¶ Aeganea ſpecies eſt leuioris iaculi, authore apud Cęliũ Euſtathio. ¶ Eſt et Ancyle iaculũ quoddam, quo qui vtuntur, vocãtur Ancyliſtę, q̃uis etiã Ancyle ſignificet anſam iaculi. ¶ Sigymnum iaculi genus eſt. anthor Cælius ex Lyophrone. ¶ Geus/ ſiue Geum dicitur telum omnino ferreũ. ¶ Dolones tela ſunt bellica, a lędendo dicta, authore Donato. Nam Dolos Græce lęſio dicitur. Syllius lib. 3. Nec tereti dextras in pugnã armata Dolone. Tranquillus in Claudio Cęſare. Repertí & equeſtris ordinis duo in publico cũ Dolone/ ac venatorio cultro pręſtolãtes. Seruius enarrans illud ex 7. Aenei. Pila manu/ ſęuoſq; gerũt in bella Dolones, ait dolonem flagellum eſſe, intra cuius virgam lateat pugio. Hac dictione vſus eſt Alphenus iuriſconſultus, Digeſtis ad legẽ Aquiliam. Ille (inquit) flagello, quod in manu habe-

bat, in quo Dolon inerat, verberare tabernarium cœperat. ¶Spatha genus est gladij. Iulius Capitolinus de Maximino. imp. Fecit & Spathas argenteas/ fecit etiam aureas/ & omnino quicquid pulchritudinẽ eius posset iuuare. ¶Culter/ seu cultrum (vtrũq; enim dicimus) proprie dicebatur gladius victimariorũ, quo scindebantur victimę, hinc cultrarij dicebãtur victimicidę. Propertius. Quum fallẽda meo pollice cultra forent. Eius prope generis sunt Clunaculum/ & Secespita. ¶Clunaculũ dicitur a scindendis victimarũ clunibus. ¶Secespita a secando gladius erat ferreus/ et oblongulus/ manubrio eburneo rotundo, quo Flamines/ Flaminicę/ & Pontifices vtebantur ad sacrificia. Tranquillus in Cęsare Tiberio. Nam & inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plũbeum cultrum subijciẽdum curauit. ¶Sica gladius est occultus & inuasorius, qui inclusus ligno formã habet baculi. Hoc qui vtunt, Sicarij vocãtur. Horatius. Si quis erat dignus describi, q̃ malus/ aut fur. Q̃ mœchus foret/ aut Sicarius. Martialis lib. 11. Inuasit medicus Sica Phreneticus Euclí. ¶Cateia gladius est falcatus Germanis olim frequens. Syllius. Panda manus est armata Cateia. Põtanus lib. 5. de Stellis. Armaq;/ Pilaq;/ Cateias. ¶Nouacula culter est rasorius, cuius artifices dicuntur Nouacularij. Martialis de ferramentis tonsorijs. Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis, Vnguibus hæc longis, vtilis illa genis. ¶Parazoniũ gladij genus, quod accingi solet zonę. ¶Paltum teli genus est/ seu minoris iaculi, quod in itinere torquet. ¶Pugio genus teli/ seu gladij breuiusculi a pugnãdo dicitur, vel q̃ punctim feriat/ vel q̃ punctim teneatur. Hinc diminutiuũ Pugiunculus. Cicero Hispaniẽsem Pugiũculum Cn. Pisonem appellat. ¶Hasta dicitur, q̃ stans/ vel a stante ferri soleat. Vnde & hastile deductum. Moris erat antiquitus hastam subijcere rebus, quæ exponebantur vęnales per auctionẽ. Hinc hastariũ dicebatur auctionaria illa vẽditio. Trãquillus in Augusto. Ipsum bonaq; eius subiecit hastę, Hastici ludi qui hasta conficiuntur. Idem author in Caligula. Edidit et peregre spectacula in Sicilia Syracusis hasticos ludos. Hasta pura dicitur, nullo ferro prępilata. Virgilius. Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta. Suetonius in Claudio. Posidem spadonẽ Britannico triũpho inter milites hasta pura donauit. Hastis puris eni milites ob fortitudinem donabantur. Hinc scribit Plynius Siciniũ Dentatum donatũ fuisse hastis puris duodeuiginti. ¶Triphorum dicitur telũ longitudine trium cubitorũ, quod Catapulta mittitur. Ennius. Aut permaneret paries percussus triphoro. ¶Sagitta iaculũ quod arcu mittitur. Hinc sagittare verbum/ id est iaculari. Hieronymus, Vt sagittẽt in occultis immaculatũ. Sagittarius, qui sagittas intorquet. Trãquillus in Flauio Vespasiano. Syriacum promisit exercitũ. Hinc 40. millia sagittariorum. Sagittarios equestres Gręci Hippotoxatas vocant. Omnium optimi sagittarij sunt Parthi, qui fugiẽtes / & auersi iaculãtur & lędunt perinde acaduersi, Lucanus. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta. Fiunt etiam cõposita sagittifer/ & sagittipotens. Cicero in Arati Phęnomenone. Mense sagittipotẽs solis quum sustinet orbem. Rufus Festus. Membra sagittigero cedũt postrema reuecto. ¶Iaculum, quicquid iaci potest. Hinc iaculari verbũ. Iuuenalis Satyra. 1. Et q̃tas iaculetur Monycus ornos. Dicimus etiã iaculo/ & eiaculo. ¶Tragula a traijciẽdo/ vel q̃ infixa scuto trahatur. Metaphorice pro dolo capitur. Plautus. Tragulã in te inijcere adornat. ¶Pilum dici potest quinq; pedũ hastile. Sulpitius ait Pila Romanorum esse missilia trium pedũ, vtrinq; pręfixa ferro trigono vnciarum nouem. Lucanus. Infestisq; obuia signis Signa, pares aquilas/ & pila minãtia pilis. ¶Falces/ Harpagones/ fundę/ fustibalę/ plũbatæ, Onagri/ Scorpiones numerantur a Vegetio inter tela naualia. Fundis qui vtũtur vocãtur funditores. ¶Catapulta dicitur velox

iaculum

iaculum/ vel ſagitta. Plautus. Atq; ita te neruo torquebo, vt Catapultæ ſolent.
¶Aclides Seruius ait tela eſſe adeo antiqua, vt nec vſq; cõmemorentur in bello. Legitur tñ, q̃ ſint clauæ cubito/ & ſemis factę eminẽtibus hinc inde acuminib⁹, quæ ita in hoſtem iaciuntur relígatæ loro/ vel líno, vt peractís vulneríbus poſſint ad dominos redíre. Putatur tamen eſſe teli genus, quod per flagellum in immenſum iaci poteſt. Vírgil. lib. 7. Aeneí. Oſcorũq; manus, teretes ſunt Alcides íllís Tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello. ¶Verutũ eſt telũ breue & anguſtũ Authore Nonío. Saluſtíus ín. 3. Híſt. Auxilíũq; manebãt in modũ Veruti mílitaris. ¶Geſa Gallorum ſunt tela. Vírgil. lib. 8. Aeneí. Duo quíſq; Alpína coruſcat Geſa manu. Seneca ín Hippolyto. Et rígida molli Geſa iacularí manu. ¶Venabulum Venãtium haſta lato prępílata ferro. Ouidíus ín epíſtola Phedrę. Síue tenes lato venabula cornea ferro. ¶Anſatę ſunt íaculamẽta cũ Anſis. ¶Sequentía íaculorum noía enumerantur a Crínito, vbí de telorũ generíbus meminít. Spari/ Cateíę/ Frameę/ Caíę/ Rumígeſtí/ Meſanculę/ Sibíní/ Geſa/ Veruta/ Aclídes/ Rõphea/ Lãceę/ Píla/ Sariſſę/ Scíbones/ Tragulæ/ Telones/ Haſtæ/ Sudes/ Phalaricæ/ Iſſí/ Faces/ Semiphalaricæ/ Cæſtra/ Soliferrea/ Scorpíj.

¶Propría Gentium tela.

¶Framea Germanorum. Romphea Thracum. Lãcea Híſpanorum, vnde Varro apud Gellíum aít Lanceã non latínũ / ſed Híſpanorũ eſſe verbũ. Píla Romanorũ. Iſſí Boíorum. Sariſſę Macedonum, Sibíní Illyrícorum.

¶Tela/ & Scœptra deorum.

¶Harpe gladíus eſt Falcatus Mercuríj. Vnde & Ouídius Harpen vocat Cyllenídem. ¶Frameam poetæ vocant Martís haſtam.
¶Símulachro Apollínís apponebatur arcus/ ſagittę Clypeus & Lyra. Claudíanus. Mars clypeo melíor, Phœbus præſtantíor arcu.
¶Scœptrum/ & fulmen Iouí tribuuntur. Vnde & poetę Iouem appellant fulminatorem/ fulmínigerum/ fulguratorem/ tonítrualem / ſcœptrígerum. Quíntíanus ín Orpheo. Aſtant cœlícolæ íntentí, quæ fulmíniger rex Pręcípíat. Bap. Pius. Iunxit Agenoridæ ſcœptrífer ípſe tonans.
¶Claua fuit Herculís telum. Ouídius ín epíſtola Deíanyrę. Inſtruxitq; manũ clava domítrice ferarum. Idem líb. 15. Vulnera clauígerí quę fecerat Herculís arcus.
¶Fuſcína telum fuit tríſulcum / ínſigne Neptuní, vt apud Príapeiã. Neptuní Fuſcína telum. Martíalís líb. 1. Fuſcína dente minax nexu fuit anchora curuo. Dícitur et trídens velut tres habẽs dentes. Neptunus apud Vírgílíum líbro prímo Aeneid. Non illi ímperium Pelagí/ ſęuumq; trídentem, Sed míhí ſorte datum. Lucanus líbro quarto. Aequoreí rector facías Neptune trídentis. Ouidius líb. 8. Meta. Regna vagæ díxí ſortíte trídentifer vndę.

¶Impoſſibília factu.

¶Iouí Fulmen/ Herculí clauam/ Homero verſum ſubtrahere, tría hæc olím credíta ſunt ímpoſſibília, Authore Macrobio líbro quínto Saturnalíorũ. Quod & ſí fíerí poſſet, alíum tamen nullum deceret / vel fulmen præter Iouem íacere/ vel certare pręter Herculem robore/ vel canere, quod cecínit Homerus.

¶Machínę quędam bellícæ/ et tormenta.

1 Bombarda. Falx. 2 Vínea.
Teſtudo. Aríes. 3 Plutei.

4 Muſculi.
5 Turres.
6 Sambuca.
7 Exoſtra.
8 Telenon.
9 Scorpio.
10 Cochleę.
11 Balliſta.
12 Phalarica.
13 Colubrina.
Onager.
Serpentina.
14 Arcuballiſtæ.
Carroballiſtę.
15 Malleoli.
16 Harpagæ.

1 BOmbardã Galli vocant machinã/a bõbo/& ardeo, vt autumat noſter Nícolaus Beraldus, execrabile prorſus inuentũ, quo nihil fulmini magis ſimile, luce/impetu/& odore teterrimo. Cuius inuẽtori (vt inquit ille) robur & ęs triplex circa pectus erat, illũ parentis crediderim ſui Ceruicem/& penetralia ſparſiſſe nocturno cruore Hoſpitis. Ille venena Colchica/& quicquid vſq; cõcipiẽ nefas, tractauit, qui tam horrẽdam primus machinam cõmentus eſt in hominũ perniciem/caſtrorũq;/& ciuitatum ruinã/ceu parum eſſent tot arcus/tot ſagittæ/balliſtę/ſcorpiones/Onagri/arcuballiſtæ/cuſpides/lanceæ/conti/haſtę, niſi & hoc inuẽtum multo omniũ peſſimum ingenioſa in ſui perniciem mortalitas excuderet. Graphicã tormenti huius deſcriptionẽ, vide apud eundem Beraldum in Ruſticũ Politiani/ex verſibus Ioãnis Marię Cataneí. Ricardus Bartholinus Bombardã vocat turrifragã nouo ſed tamen cõuenienti epitheto. De Bombarda/Pamphilus Saxus. Sí poſſem cœli ſublimia tecta ferire, Per me tota Iouis regia corrueret. Volaterranus ait Bõbardam primã a Germanis dono venetis datam, quum hí apud Clodíam foſſam/genuenſes obſiderent.

¶ Vegetius ait teſtudinem machinã fuiſſe bellicam, de materia/ac tabulatis contextã, quæ ne exureret incẽdio/corijs/vel ciliciis cẽtonibuſq; veſtiebatur. Hæc intrinſecus accipiebat trabẽ adunco prę fixam ferro/quod falx vocatur, ab eo q̃ incurua eſt, vt de muro lapides extrahat. Idem ait caput ei⁹ veſtiri ferro/appellariq; arietem, q̃ frontem habeat duriſſimam, quæ ſubruat muros/& arietum more retrocedat, vt cum impetu vehementius feriat. Habet autem teſtudo machina ſimilitudinem cum teſtitudine vera. Nam ſicut hęc modo reducit modo profert caput, ſic illa interim reducit trabem/& quandoq; exerit. Teſtudinem Ammianus marcellinus deſcribit hoc modo. Teſtudo compaginatur immanis axibus roborata, Longiſſimis/ferreiſq; clauis aptata, Et contegitur corijs bubulis, virgarumq; recenti textura. Atq; limo aſpergũtur eius ſuprema, vt flãmeos detractet, & miſſiles caſus. Conſerũtur aũt eius frontibus triſulcę cuſpides prę acutæ/ponderibus ferreis graues, quaſia nobis Pictores oſtẽdunt fulmina, vt quicquid petierit, exertis aculeis abrumpat. Hanc itaq; molem palis & funibus regens numeroſis intrinſecus miles, languidiori murorũ parti admouet. Et niſi deſuper pugnantiũ vires prę ualuerint, collíſis parietibus aditus facit ingentes. Hęc Heliopolis dicitur, Eiuſq; author Demetrius Antigoni filius Rhodo aliíſq; vrbib⁹ oppugnatis Poliorcetes eſt appellatus. De teſtudine Pamphilus. Contextis equites clypeis ſub mœnia tendunt. Iuncta ſimul nomen ſcuta dedere mihi. Idẽ Ammianus de ariete ad hunc modum ſcribit. Erigitur abies vel ornus excelſa, cuius ſummitas duro ferro cõcluditur/& prolixo, arietis formam efficiẽs, quæ huic machinamẽto vocabulum indidit. Hęc vtrinq; ſuſpẽſa trãſuerſis aſſeribus, & ferrati/retrocedens/rurſus ad obuia quęq; rumpẽda protruditur íctibus validiſſimis, inſtar aſſurgentis/& cedentis armati. Qua crebritate velut reciproci fulminis impetu ædificijs ſciſſis in rimas concidunt ſtructuræ laxatæ murorum. De Ariete Virgilius. Labat Ariete crebro Ianua, & emoti procumbunt cardine poſtes. Ouidius libro. 11. Meta. Nec leuius pulſata ſonat, q̃ ferreus olim Quum

laceras

laceras aries balliſta ve cõcutit arces. Hinc arietare verbum id eſt cum impetu percutere. Vrgil. Arietat in portas/& duros obice poſtes. De Ariete Pamphilus. Rũpo fores/muros quatio/demolior arces. Cornua ferrata ſub trabe dura gero.

¶Vineę (quas aliter Cattos vocant) fiebãt hoc modo. De lignis leuioribus machina colligabatur, Lata pedibus octo/alta pedibus ſeptem/longa. 16. Huius rectum munitione duplici tabulatis cratibuſq; contexebatur. Latera ſepiebantur vimine/ne ſaxorum telorumq; impetu penetrarentur. Extrinſecus autẽ ne immiſſo concremaretur incendio, crudis ac recentibus coriis/ac centonibus operiebatur. Multis in ordinẽ iunctis ſe ſupponũt milites, qui tuti penetrant ad excauanda murorum fundamenta. De vinea Propertius lib. 4. Dũq; aries murum cornu pulſabat aheno. Vineaq; inductũ longa tegebat opus. Lucanus. Adoperta leui ſuccedit vinea terra. Pãphilus Saxus. Martis nõ Bacchi noſtra eſt vindemia, cur ſic Me dicãt, latus hoc ſignat vtrũq; meum. 2

¶Plutei contexebantur ad ſimilitudinem caſſidis e vimine. Cilicijs protegebãtur/coriis/terniſq; rotulis/quarũ vna in medio, duę in capitibus opponebantur. Admouebantur in quãcũq; partem more carpẽti/& applicabãtur muris. Horũ munitione protecti obſeſſores ſagittis/fundis/& miſſilibus obſeſſos, de propugnaculis ciuitatis exturbabant, vt ſcalis aſcendendi facilior pateret occaſio. 3

¶Muſculi dicuntur minores machinæ, quibus protecti obſeſſores vrbis foſſatum (verbum eſt Vegetij) comportatis lignis/& lapidibus cõplent/& ſolidant, vt turres ambulatorię ſine impedimento admoueãtur/& applicẽtur muris. Minores ſunt vineis/& Pluteis firmiores. Vocantur autem a ſimilitudine muſculorum piſcium. Nam quẽadmodum illi quum minores ſint, tamen Balenis auxilium adminiculũq; exhibent, ita quoq; hę machinę ſubſidio ſunt ambulatorijs turribus ad parandã viã, pręmuniendaq; itinera. 4

¶Turres ambulatoriæ ſunt machinamenta trabibus tabulatiſq; compacta, crudis coriis/& centonibus cõmunita, ne hoſtili crementur incẽdio. Fiebant interdum tanta proceritate, vt & muros/& lapideas turres altitudine ſuperarent. Voluebantur multis rotis arte mechanica ſuppoſitis. Quum muris admouebãtur, pręſens erat ciuitatibus periculum. Nam ſurſum verſum habebant ſcalas, quibus irrumpebatur in vrbem. Deorſum verſum arietes, quorum impetu diuellebantur muri. In earum faſtigio collocabãtur ſagittarij, qui obſeſſos contis/& ſaxis miſſilibus protrudebãt, eoq; modo capiebant ciuitatem ſine mora. Obſeſſis enim nulla ſpes erat auxilij, quũ ſupra ſe aſpicerent altiorem hoſtium murum. 5

¶Sambuca fiebat ad ſimilitudinẽ citharæ. Nam vt in cithara ſunt chordę, ita in trabe, quæ turri admouebatur/erant funes, qui pontem de ſuperiori parte trocleis laxabant, vt deſcenderet ad murum, exibãtq; ſtatim bellatores/& per eam tranſeuntes mœnia vrbis inuadebant. 6

¶Exoſtra pons erat turris ambulatorię, per quem obſeſſores in muros obſeſſarum vrbium tranſmeabant. 7

¶Telenon machina fiebat hoc modo. Trabs vna in terram prealte defigebatur, in cuius vertice cõnectebat altera longior dimenſa medietate eo libramẽto, vt depreſſo vno capite, erigeretur alterũ, In vno quoq; capite cratibus/& tabulatis cõtexebatur machina, in qua pauci collocabantur milites. Depreſſo itaq; per funes altero trabis capite, altero vero (in quo erant) eleuato imponebantur in murum. 8

¶Obſeſſi ab obſeſſorum machinis tutabantur ſe/balliſtis/arcuballiſtis/Onagris/ſcorpionibus/fuſtiballis/& ſagittarijs fundis. 9

¶Scorpiones machinæ ſunt,quæ Vegetij tempore dicebantur manuballiſtę. Ideo autem nomen hoc traxerunt,q̄ paruis ſubtilibuſq; ſpiculis inferrēt mortem. Aliter Scorpio vocatur Onager, q̄ alíni feri quū a venantibus agitātur, ita eminus lapides poſt terga calcitrando emittunt, vt perforent pectora ſequentiū/aut perfractis oſſibus capita ipſa diſplodant. Saxis autem per Onagrum cōtortis non ſolum equi elidebantur & homines,ſed etiam hoſtium machinamenta frangebantur.

10 ¶Cochleę dicebantur rotundæ machinæ,quibus per circuitum obſeſſores cōſcendebant in muros inimicorum.

11 ¶Balliſta bellicum erat tormentum ex ferro/aut Taxo/aut oſſe/quo magni lapides emittebantur, vt ait Sulpitius. Ouidius lib. 1. de triſt. Q̄ graue balliſtę mœnia pulſat onus. Cicero lib. 2. Quęſt. Tuſ. Vt enim balliſtę lapidum,ita reliqua tormenta telorum. Balliſta formabatur ea magnitudine, vt lapides 120. pondo eiacularetur, Balliſta maior ſaxa cōtorquet. Hæc a Phœnicibus reperta eſt. De hac Syllius lib. 1. Phocais effundit vaſtos balliſta molares. Balliſta minor haſtam iacit, & parua ſpicula. De hac videtur intellexiſſe Lucanus lib. 3. Pharſaliæ,dicens. Neq; enim ſolis excuſſa lacertis Lancea,ſed tenſo balliſtæ turbine rapta Haud vnum contenta latus tranſire quieſcit. Sed pandens perq; arma viam,perq; oſſa/relicta Morte fugit, ſupereſt telo poſt vulnera curſus. Funibus neruiſq; tēdebatur, Hæc q̄to maior fuerat, tanto longius eiaculabatur/& emittebat ſpicula, Quū dirigebatur ab exercitatis hominibus, penetrabat quodcūq; percuſſiſſet. Agnoſcebaturq; interdū lœthale vulnus priuſq̄ telū cerneretur. De Balliſta Pamphilus Saxus. Nil vallum/nil terra tumens/nil mœnia proſunt, Subſequitur telum magna ruina meum.

12 ¶Phalarica genus erat teli,quod ex phalis id eſt turrib⁹ ligneis intorquebatur. Erat autem prefixa valido ferro in modum haſtę intra tubum. Cuius haſta ſulphure/reſina/bitumine & ſtuppis conuoluebatur,infuſo oleo,quod incēdiarium vocabant & e balliſta emittebatur. Lucanus. Hunc aut tortilibus vibrata Phalarica neruis Obruat,& aut vaſti muralia pōdera ſaxi. Hunc aries ferro balliſtaq; limine portæ Submoueat. Pamphilus Saxus. A ſumma veniens contorta Phalarica turre. Quæ ferit, in cineres fulminis inſtar agit.

13 ¶Inter noſtri tēporis machinas habētur Colubrina / & Serpētina, q̄ oblongę fiāt, habeātq; effigiem prope ſerpentis/& Colubri. Idē Pamphilus. Vis/ſonitus/rabies/motus/furor/impetus/ardor. Sunt mecum, Mars hęc ferreus arma timet.

14 ¶Arcuballiſtę/& Carroballiſtę,dicebant minores machinę/q̄ curriculis ferebant.

15 ¶Malleoli erant quędā miſſilia,quæ arcu iaciebantur, materiam habentia ad cōburendum. Liuius. Aliqui venerunt ferentes ſtuppam/picem/& malleolos, Inter machinas etiam numerantur trifaces, Cataphrattæ/Plumbatę/Tribali.

16 ¶Falces/& Harpagæ armorum genera ſunt apta murorum oppugnationi, Siſenna apud Nonium. Falces iniectas comminuunt, Puteos propius collocatis Harpagis deijciunt, mittunt e turribus.

¶Varia armorum genera et bellorum inſtrumenta.

1 ¶Galea.
2 ¶Ancyle.
3 ¶Parma.
4 ¶Pelta.
5 ¶Cętra.
6 Ocrea.
7 Thorax.
8 Phalerę. Ephippia. Stapedes. Frenum.
9 Capiſtrum. Pharetra. Corytus.
10 Lorica.
11 Vmbo.

Galea

GAlea dicitur Caſſis/ſeu ferreum capitis tegumentum,a galero,quo veteres 1
vſi ſunt. Ouidius in Epiſt. Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma. Ea ornata cri
ſtis/& pennis maiorem ſolet incutere terrorem. Vnde Virgil. lib.8. Aene.
Terribilem criſtis galeam/flammaſq; vomentem. Mantuanus in Alphonſo. Penni
comas tollũt galeas/ac more latino Picturata ferũt longis haſtilia roſtris. Idẽ ſigni=
ficat Caſſis. Dicim⁹ etiã Caſſida. Proper. Aurea cui poſtq̃ nudauit caſſida frontẽ.
¶Ancyle dicitur breue ſcutũ Nonio. Hoc ex vtroq; latere reciſum erat, vt nullus 2
videret angulus,& ſummũ infimũq; latus eius medio pateret. Ferunt ancylia prin=
cipante Numa Põpilio cœlitus fuiſſe demiſſa. Ouid. lib. 4. Faſt. Ecce leui ſcutum
verſatũ leniter aura Decidit/a populo clamor ad aſtra venit. Idẽ lib.5. Ecce ancyle
vocãt,quod ab omni parte reciſum eſt, Quaq; oculis ſpectes,angulus ois abeſt.
¶Parma fuit breue ſcutum peditibus peculiare. Virgil. libro.11. Enſe leuis nudo, 3
Parmaq; inglorius alba. Dicimus & parmula. Horatius. Tecum Philippos & cele=
rem fugã Senſi relicta nõ bene parmula. Ouidi⁹ lib. 12. Fulua iubis caſſis/nec onus
caua parma ſiniſtræ.
¶Pelta dicitur clypeus amazonũ,in modũ Lunæ recuruus. Virg. Ducit amazoni= 4
dum lunatis agmina peltis. Idẽ lib. 11. Fœminea exultant lunatis agmina peltis. Sta
tius libro.5. Syl. Vellet amazonia latus intercludere pelta. Tranquillus in Nerone.
Securibus peltiſq; Amazonicis inſtruẽdi. Hinc peltiferę dicũtur Amazones. Ouí=
dius. Qui modo peltiferas fudit Męotidas armis.
¶Cętra ſcutum eſt loreum,quo vtuntur Afri/& Hiſpani. Lucanus lib.7. Illic pu= 5
gnaces cõmouit Iberia Cętras. Virg. Lęuas Cętra tegit. Cętrati dicuntur,qui vtun=
tur huiuſmodi ſcutis.
¶Ocreę dicuntur crurum munimẽta. Apuleius. Ille galea caput, ille crura Ocreis 6
inuoluit. Hinc Ocreati Ocreis ornati. Plynius. Ad reliquos vſus laborioſe euellitur
ocreatis cruribus. Vegetius. Pedites ſcutati pręter catafractas/& galeas etiã ferreas,
Ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. Virgil. lib.7. Aene. Alij thoracas
ahenos/Aut Ocreas leues lento ducunt argento.
¶Thorax dicitur ferreum pectoris munimẽtum, & quicquid a collo ad coxendi= 7
cem protẽditur in anteriori corporis parte. Thoracati/thorace induti. Plynius. Par=
rhaſius pinxit Nauarchũ thoracatum. Fiebãt olim thoraces cratibus coſtarum fer=
reis, vnde & nexiles vocantur Statio/& multiplices lib.12. vbi ait. Multiplicem te=
nues iterant thoraca cathenę
¶Phalerę ornamẽta ſunt equorũ,qui inde vocãtur phalerati. Virg. lib.5. Aeneid. 8
Primus equũ phaleris inſigem victor habeto. ¶Ephippia ſunt ſtragula,quib⁹ equi
integunt, vel ſellę eis ad inſidẽdũ poſitę. Cato. Fuit mihi equus ſine ephippio. Equi
ephippiarij dicũtur,quibus imponnntur ſellę/ ne graui inceſſu vulnerent ſeſſorem.
Ephippiati equi ſuis phaleris ornati. Horatius adagiũ fecit. Optat ephippia bos, pi=
ger optat arare caballus, vbi quis vult ea curare,quorum eſt ignarus.
¶Capiſtrum/& frenum vincula ſunt capitis equorum. Martialis. Paret purpureis
aper capiſtris.
¶Stapedes machinulę ſunt ferreę,quibus pedes ſuſtinent equitantes.
¶Pharetra repoſitorium ſagittarũ, q̃q̃ & pro ſagittis interim capiat. Mantuanus. 9
Duo tela mea deprome pharetra. Ouidius lib. 1. Met. Deq; ſagittifera prõpſit duo
tela pharetra. Scranteum etiam dicitur, in quo recondũtur ſagittæ. ¶Corytus the=
ca eſt arcus/& quandoq; ſagittarum. Virgil. lib. 10. Corytiq; leues humeris/ & lœ=
thifer arcus. Syl. lib. 15. Turba ruunt/ſtridentq; ſagittiferi Corytí.

10 ¶Lorica dicitur ferreum corporis munimentum, quale apponebatur antiquis regum & imperatorum ſtatuis. Dicitur autem Lorica, velut connexa loris. Squalebat ferri laminis, vt cruſtis cochlearum, Vitruuius. Non patietur lorica teſtacea lędi latera. Modeſtus. Centuriones nimium bellicoſas loricas tranſuerſis caſſidum criſtis (vt a ſuis facilius noſcerentur) habebant. Martialis. Inuia Sarmaticis domini lorica ſagittis. Hinc loricare eſt armare, ſeu loricam induere. Plynius de Ichneumone in Aſpidem certaturo. Mox (inquit) vbi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit, in dimicationem pergit.

11 ¶Vmbo dicitur pars clypei eminentior. Capitur & pro toto clypeo. Virgilius libro decimo. Sed ſuſtinet æreus vmbo. Statius libro. 18. Euboicum duris rumpunt vmbonibus agmen.

¶Diuerſa nomina ad militiam ſpectantia.

1 Exercitus.
Tribuni.
Ruffuli.
Rutili.
Flexumines.
Troſſuli.
Myrias.
2 Legio.
3 Cohors.
4 Turma
5 Phalanx.
6 Haſtati.
Pilani.
Ordinarij.
Auguſtales.
Aquiliferi.
7 Imaginarij.
Signiferi.
8 Teſſerarij,
9 Campigeni.
10 Metatores.
Beneficiarij.
Librarij.
11 Tubicines.
Cornicines.
Buccinatores.
Liticines.
Aenatores.
12 Menſores.
13 Torquati.
Candidati.
14 Anteſignani.
Vexillarij.
15 Aquiliferi.
16 Draconarij.
17 Primipilus.
18 Manipulus.
19 Nauarchus.
20 Bellatores.
Imbelles.
21 Velites.
22 Peltati.
23 Catafracti.
24 Haſtati.
25 Scutati.
Cętrati.
Clypeati.
26 Ferentarij.
27 Arcitenentes.
Sagittarij.
28 Zoarchus.
Therarchus.
Ilarcha.
Chiliarcha.
29 Tyrones.
30 Claſſiarij.
31 Rorarii.
32 Exauctorati.
33 Gregarii.
34 Triarii.
35 Elaphri.
36 Accenſi.
37 Dimachę.
38 Lancearii.
Doryphori.
Machęrophori.
Enſiferi.
Sariſſophori.
Spathiferi.
Mucronigeri.
Cultriferi.
Teligeri.
Iaculiferi.
Spiculigeri.
Haſtigeri.
Haſtiliferi.
Vrbiniferi.
Tortores,
Scorpionarij.
Balliſtarij.
Arcuballiſtarij.
Colubrinarij.
Funditores.
Pyrobolarij.
Clauigeri.
39 Imperator.
Rex.
Dominus.
Megiſtanes.
Monarcha.
Dinaſtes.
Hecatontarchus.
Nauarchus.
Strategus.
Archipolis.
Demarchus.
Agoranomus.
Eparchus.
Ethnearches.
Genearcha.
Irenarches.
Philarchus.
Coſmoarchus.

Coſmoarchus. Decearchus. Dubenus.
Democraticus. Decarchus. Trierarchus.
Ephorus. Tetrarcha.

EXercitus dicitur magnus militum numerus, ab exercitatiõe. Cui prę- 1
eſt, qui legiones cum ſuis auxilijs comminiſtrat. Eiuſq; officium conſiſtit non ſolum in danda, ſed etiam obſeruãda diſciplina. Is vocabatur a Romanis tribunus militaris, cui iubebantur parere milites. Eius intererat milites in caſtris continere/ad exercitationes producere/claues portare/vigilias interdum circuire. Annonę & cõmeatibus cõſulere/compeſcere tumultus militares/delicta ſecũdum authoritarem caſtigare/audire commilitonum querimonias/& multa id genus alia. Dicebatur autem tribunus a tribu, quoniã Romulius primus milites ex tribu legit. Tribunorum militarium alij dicebantur Ruffuli, qui creabantur in exercitu. Alij comitiati, qui deſignabant in comitijs. Dicti ſunt & Rutili, ꝙ Rutilius Ruffus legẽ de his creandis ab exercitu, quando; tulerit. Equeſtris ordinis nomen ſæpe mutatum eſt. Nam qui ad equitatum trahebantur primum Flexumines, poſtea Troſſuli dicti ſunt, quum oppidum in Thuſcis eo nomine ſoli ſine peditatu cepiſſent. Miles ſuberat centurioni, Centurio tribuno/Tribunus legato/Legatus cõſuli/Conſul dictatori. Centurio centum peditibus pręerat. Is erat, quem nunc primipilũ dicimus. Myrias continebat decem millia, Hinc Myriarches, qui decem millibus pręeſt.

¶ Legio a delectu militũ dicta eſt authore Nonio. Romanoꝝ legiones habebãt ſin- 2
gulę ſena millia/& interdũ amplius, vbi res poſtulabat. Differebant aũt ab auxiliatoribus. Nam auxiliatores cõducebantur ad pręlium ex diuerſis locis/nec diſciplina inter ſe/nec notitia/nec affectione conſentientes/alijſq; inſtitutis vtẽtes/& diſſimili armorũ vſu. Iungebant q; legionibus adminiculi nõ principalis ſubſidij loco. Legio aũt propriis cohortibus conſtabat/habebatq; grauis armaturæ principes haſtarios triarios/& anteſignanos, Item leuis armaturę ferẽtarios/ſagittarios/funditores/balliſtarios, vt proprios, vnoq; animo/& pari cõſenſu caſtra munientes. Erat in legionibus tãta armorũ exercitatio/& fiducia, vt nuſq̃ leganꝫ plures fuiſſe legiones/q̃ duę. Qui legionũ matriculis inſeri volebãt, hoc eſt numerari inter legionarios, ſolebãt/iurare, idq; ſacramentũ dicebatur. Iurabãt aũt per deos/& imperatoris maieſtatẽ ſe fidẽ ſeruaturos inuiolatam/ęternũq; famulatum ſuo principi exhibituros/militiam nunq̃ deſerturos/nec recuſaturos mortẽ pro Rep. Habebat legio decem cohortes. Quarũ prima habebat pedites 1105. Equites loricatos 132. Secunda pedites 555. Equites loricatos 66. Tertia pedites 555. Equites itidem 66. Quarta pedites 600. Equites 66. Quinta totidẽ. Hę aũt primę ordinabant in prima acie/tãq̃ magis ſtrẽnuę. Sexta pedites 555. Equites 66. Septima pedites 555. Pedites 56. Octaua/nona/& decima ſingulæ totidem. His decem cohortibus perficiebatur legio, quæ habebat peditum 6000. Equites 732. A numero/& ordine legionum milites dicebantur Primani/Secundani/Decumani/primę & ſecundę/aut decimę legionis.

¶ Cohors diuidebatur in 50, manipulos. Manipulus in 25. milites. Manipulũ autẽ 3
Varro ait eſſe minimã exercitus manũ, quę vnũ ſequitur ſignũ. De quo verbo Ouidius. Illa quidẽ fœno (ſed erat reuerentia fœno, Quantum nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica ſuſpẽſos portabat longa maniplos. Vnde manipularis nomina miles habet. Lucanus lib. 1. Conuocat armatos extẽplo ad ſigna maniplos. Hinc Maniplares milites, dicti, a manipulo fœni, quod ſequebantur.

¶ Centuria dicebat centenarius militũ numerus, cui qui pręerat, vocabat centurio.

4 ¶Constabat Turma ex 32. equitibus. Varro turmam ait dictam esse mutata e in v, quasi ternā, q terdeni milites ex tribus tribubus lucerum, Rhamnium/ & Tatiensiū fiebāt. Sidoni⁹ vocat turmas terrificas decēti epitheto, vbi ait. Et iam terrificis diffuderat Attila turmis In campos se Belga tuos. Horatius minaces/æratas & alipedes Sylli⁹. Hastatas, Val. Flaccus. Cristatas Claudianus, Pugnaces Sabellicus, vagantes Lucanus. A turma fit aduerbium turmatim.

5 ¶Phalāx dictio est Macedonica quadratam aciem/ & cuneum militarem proprie significans, quando pes pedi/clypeus clypeo/ vir viro in acie conferebatur, qui mos erat Macedonum peculiaris. Curtius. Macedones inquit phalangem vocant peditū stabile agmen, quum vir viro/ & armis arma conferta sunt. Capitur tamen pro quouis exercitu. Virg. lib. 6. Aene. At Danaū proceres/ Agamēnonięq; phalanges, Vt videre virum. Stroza filius. It noctes animosa phalanx, innexa trilici Pectora thoracum tunica. Quoniam autē vocabulum est Macedonicum phalanx/ proprio epitheto vocatur Sarissigera, a Sarissis Macedonum hastis. Quintianus in Cleopoli. Regna Sarissigerasq; simul ductare phalanges.

6 ¶Porro autem Hastati dicuntur, qui pugnant Hastis. ¶Pilani qui pilis. ¶Ordinarij dicuntur, qui in prælio præsunt, & primos ordines ducunt. ¶Augustales dicebantur, qui ab Augusto ordinariis iuncti fuerāt. ¶Aquiliferi, qui portabāt aquilam Romanorum insigne. Lucanus. Pares aquilas / & pila minantia pilis. Constat (inquit Suetonius) Augustum Aquilifero legionis suæ grauiter saucio, aquilam humeris subijsse.

7 ¶Imaginarij/ vel Imaginiferi, qui imperatorum portabant imagines. ¶Signiferi, qui signa portant.

8 ¶Tesserarij, qui tesseram per contubernia militum nunciant. Tessera autem vocatur pręceptum ducis, quo ad bellū/ aut aliquod aliud opus mouetur exercitus. Trāquillus in Galba. Solēni forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, vt manus penulis continerent.

9 ¶Campigeni dicūtur antesignani, ideo q eorum opera/ atq; virtute exercitij genus crescit in campo.

10 ¶Metatores, qui pręcedentes locum deligunt castris.
¶Beneficiarij, qui tribunorum beneficio promouentur.
¶Librarij, qui in libros rationes referunt ad milites pertinentes.

11 ¶Tubicines/ Cornicines/ Buccinatores, q tuba/ æreo cornu/ vel buccina cōmittere solent prelium, vt liticines, qui lituo canunt. Marcellinus. Post exactum iam diem occinente liticine reuocatus inuictissimus miles, prope supercilia Rheni tendebat. Dicūtur etiam ænatores. Suetonius in Cęsare dictatore. Inter eos (inquit) & ænatores/ rapta ab vno tuba prosiluit ad flumen. Marcellinus. Quum supereesset exiguū noctis, ænatorum clangore ductore vrbem, vt mox casuram terribili corona cinxerunt. Buccinatores authore Vegetio ornamētum erāt totius legionis in ingressu cōflictus/ & eius reditu. Hinc per metaphorā buccinator pro laudatore solet accipi.

12 ¶Mensores, qui in castris demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant/ vel hospitia in ciuitatibus prestent.

13 ¶Torquati simplares/ & torquati duplares, quibus torquis aureus solidus virtutis fuit prēmium, quē qui meruisset, prēter laudē interdum duplas cōsequebatur annonas/ duplares/ duas.
¶Candidati milites dicuntur, qui priuilegijs muniuntur, reliqui vocantur municipes, q propter munera facere militiam cogantur.

¶Antesigani

¶Anteſignani dicebant̃ milites,q̃ erãt ante ſigna,quos tã q̃ duces reliqui ſequebã- 14
tur. Apulei⁹. Anteſignani noſtri partem (qua manus humerum ſubit)ictu per arti
culũ medium temperato prorſus abſcidimus.

¶Vexillarij & vexilligeri,qui vexillum gerunt. Idem Apul. Tunc itaq; (inquit)
ſublimis ille vexillarius noſter Lamathus. T. Liui⁹. Ordo (inquit)ſexagenos mi-
lites/duos centuriones/ vexillarium vnum habebat. Idem author eſt ſub vno vexil-
lo fuiſſe homines. 180, Vexillationes antiqui nominauerunt alas equitum.

¶Eadem ratione Aquiliferi dicebantur,qui aquilas Romanorum ſigna ferebant. 15
Suetonius in Cæſare dictatore. Inclinatam (iuquit)aciem ſolus ſæpe reſtituit/ob-
ſiſtens fugientibus/ retinenſq; ſingulos/et contortis faucibus conuertens in hoſtem,
& quidem adeo plærumq; trepidos, vt aquilifero moranti cuſpide ſit commi-
natus.

¶Draconarij,qui dracones ferebant in vexillis,vt aquilas. Claudianus. Stant bella- 16
trices aquilæ/ſæuiq; dracones. Primum ſignum (inquit Vegetius) Legionis eſt a-
quila,quam aquilifer portat. Dracones etiam per ſingulas cohortes a Draconarijs fe
runtur ad prælium.

¶Primipilus ſeu primipilaris,dicebatur centurio,qui. 4. centurias id eſt. 400,mi 17
lites regebat in acie prima/eratq; caput legionis. Tranquillus in Tiberio. Quum(in
quit) Pollentina plebs funus eiuſdem primipilaris non prius ex foro miſiſſet. Idem
in Caligula. Teſtamenta primipilarium (qui ab initio principatus, neq; illũ/ neq; ſe
heredem reliquiſſent) vt ingrata reſcidit.

¶Manipli ſeu Maniplares dicebantur ſigniferi,qui imperante Romulo, quum 18
Romani & Latini ſub vno centurione bellum aggreſſuri eſſent, Maniplo herbæ
haſtæ alligatur pro ſigno vtebantur. Ouidius· Vnde maniplaris nomina miles
habet.

¶Nauarchus dicebatur nauis princeps, qui in bello nauali remigibus et militibus 19
exercendis quotidianam curam et iugem exhibebat induſtriam.

¶Bellatores qui ad decertandum inſtruuntur,armiſq; aduerſarium inuadunt. 20

¶Imbelles in exercitu dicuntur/qui ſequuntur copias ad aliũ q̃ conflictus vſum/vt
medici/tabernarij et ſerui.

¶Velites dicuntur leuiſſimæ armaturæ milites. Hi loricam non induebant/ nec 21
ocrea muniebantur. Non clypeum aut ſcutum graue ferebant/ſed telis tantum vte-
bantur et ſagittis. Ouidius in Ibin, Vtq; petit primo plenum flauentis arenæ Non-
dum calfacti velitis haſta ſolũ. De velitibus videtur intelligere Cæſar apud Sueto
nium loquens, Scitote(inquit)pauciſſimis his diebus regem affuturum cum decem
legionibus equitum. Triginta leuis armaturæ. A velitibus fit velitari verbum, ideſt
leuiter contendere,et velitatio leuis contentio. A leui armatura velites aliter dice-
cebantur expediti.

¶Peltati inter leuis armaturæ milites numerabant̃ a Pelta breui paruoq; ſcuto,quo 22
vtebantur cum contis Sariſſa paulo breuioribus.

¶Catafracti dicuntur qui non ſolum ſua corpora,ſed etiam equos lorica vndiq; mu 23
niunt, Hos Marcellinus Catafractarios vocat, vbi ait. Et ne qua interueniret mora,
adhibitis catafractarijs ſolis et balliſtarijs parum ad tuendum rectorẽ idoneis/præ-
curſo eodem itinere ad arua Succorum peruenit. Eſt etiam catafracta militaris lori
ca/ſiue thorax, De Catafractis, Marcellinus. Sparſiq; (inquit) Catafractati equi-
tes (quos clibanarios dictitant) perſonatim thoracum muniti Ligaminibus, et lum
bis ferro cinctis. Idem, inter quas (inquit) Catafractarij erant, ſagittarij/ formida-

bile genus armorum.

24 ¶Haſtati dicuntur, qui manus conſerunt. & cominus haſta decertant, vnde & Trā quillus in Caligula haſtícos vocat ludos, q haſta conficiebantur.

25 ¶Scutati Cætrati & clypeati, q ſcuto & clypeo ſe præmuniunt. Nam Cætra ſcutū eſt breue & loreū, quo (vt iam dixímus) vtebantur Afri et Hiſpaní. Sylli⁹. Barbarica plaudentem carmina cętra. Frequens eſt apud Liuium Cætratorum mentio, Scutatos Marcellínus et Scutarios vocat. Nec Scutarios (inquit) adeſſe didicerat. Item Suetonius in Auguſto. Affuit et clientibus / ſicut Scutario euocato quondam ſuo. Scutígerulus a Plauto dicitur armiger, qui gerit ſcutum domini in bello. De clypeatis, Marcellínus. Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum clypeatus et criſtatus.

26 ¶Ferentarij equites dicuntur, qui eminus ſolent dimicare, quorum alij iaculis / alij arcu vtuntur. Ferentarij etiam dicebantur ab auxilio ferendo, erantq; leuis armaturæ milites / excurſu leues / armis grauibus non impediti / enſe tantum et telis inſtructi. Saluſtius. Poſtq̄ eo ventum eſt, vnde a Ferentarijs prælium commiti poſſet.

27 ¶Arcitenentes et Sagittarij qui arcu vtuntur et ſagittas intorquent, vocantur etiam ſagittiferi.

28 ¶Vbi pugnabatur Elephantis, qui vni tantum præerat vocabatur Zoarchus / ab animalis præfectura, Qui tribus Therarchus / Qui quattuor Epitherarchus. Qui octo, ilarcha, Generali vocabulo Elephantorum præfectus dicitur Elephantarcha author Aelianus.

¶Chiliarchi dicebantur, qui mille militibus prȩerant. Chilias enim dicitur Millenarius numerus.

29 ¶Tyrones dicuntur noui milites, fortes tamen et robuſti ad perferendos labores militię, quorum prima exercitatio vocatur Tyrocinium / velut rudimentum. Vnde et Tyrunculi dicuntur etiam, qui ſunt rudes in re aliqua. Tranquillus in Cæſare. Tyrones neq; in ludo, neq; per laniſtas. ſed in domibus per equites Ro. ac etiam per ſenatores peritos armorum erudiebat. Idem in Nerone. Tyrunculum militem poſitum ad cuſtodiam aditus quum eum ornari at vinciri cathenis, ſicut argumentum poſtulabat, videret. Hieronymus in fœmineo genere Tyrūculas puellas vocat. Tyrocinium etiam præter illud militare rudimenrum, dicēbatur ab eruditis, quum adoleſcentuli togam ſumebant, et ponebant barbam, eloquentiamq; in foro auſpicabantur, Nam tunc etiam dicebantur tyrones. Seneca in Decla. Ille in foro primum dictur⁹, Tyro dict⁹ eſt.

30 ¶Claſſiarij dicebantur buccinatores, q cornu ducebant exercitum, q̄q; Claſſicum canebant imperatore præſente. Claſſiarij etiam dicuntur remiges / & frequētius milites in claſſibus. Cor, Tacitus. Anicetum centurione claſſiario comitatum. Tranq̄llus in Cæſare Tiberio, Vnde damnatos poſt longa et exq̄ſita tormenta prȩcipitari coram ſe in mare iubebat, excipiente Claſſiariorum manu.

31 ¶Rorarij teſtimonio Varronis dicebantur, qui primi omnium in conflictum prodibant, erantq; leuis armaturæ, vt velites, Nec dimicabant acriter, ſed leui quadam contentione prælium tentabant, quemadmodum ros prius inchoat, q̄ pluuia.

32 ¶Exauctorati milites dicebātur. q obligatione militari et ſtipendio ſoluti erant habuerantq; miſſionem. Hoc autem verbum quandoq; in malam partem capitur, vt apud Lampridium, q ſcribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauiſſe. Nam orta quondam ſeditione militari / non timuit conſcendere tribunal, et oratione ſeueriſſima tumultuantes increpare, q̄uis omnes armati circumſiſterent. Poſtre-

mo illis

mo illis adhuc frementibus quum inclamasset, discedite, arma deponite, oēs depositis armis sagulisq; militaribus ad diuersoria recesserunt. Tunc vnam legionem totam exauctorauit, quam mox loco suo restituit. Simile est dictum Trāquilli de Cæsare dictatore scribentis, Nonam legionem apud Placētiam q̄q̄ adhuc in armis Pōpeius esset, totam cū ignominia missam fecit,

¶ Gregarij milites dicebantur vulgares non electi. Tranquillus in Augusto, 33
Nam quum spectaculo ludorum gregarium militem in. 14. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset.

¶ Triarij milites erant omnium fortissimi, qui in postrema legionum parte collocabantur, In his autem sita erat tota spes et vltimum perfugium. Erant omni armorū genere instructi, Genu posito subsidebant, vt si primam aciem vinci contigisset, ab his integrato prælio victoria repararetur. De his Modestus ad hunc modū scribit. Hi vt requieti & integri inuaderent hostes, post vltimas acies sedere consueuerūt, & si quid in primis ordinibus accidisset, de eorum viribus reparationis spes tota pēdebat. Hinc formatum adagium. Res ad triarios redijt, vbi prope desperatur victoria, resq; eo periculi redacta est, vt extremo conatu summisq; viribus sit enitendum, quibus si nihil proficiatur, iam nullus relictus est effugij & salutis locus. 34

¶ Elaphri dicebantur equites leuiter armati. qui discursu faciles erāt, iaceibātq; missilia seu sagittas. 35

¶ Accēsi dicebāturq̄ misterio ac seruitio publice adijciebātur legionib⁹, quū fas nō esset milites (q̄ pecunia publica alebātur) cuiq̄ seruire, dicebanturq; accensi velut accedentes. 36

¶ Dimachæ dicuntur, qui duplici pugnæ genere decertant, equo scilicet, et vt pedites, vbi regio non est apta equitatui. Hos primo ferunt institutos ab Alexandro, qui etiam triginta puerorum millia, ad militarem disciplinam curauit instruenda. 37

¶ Finguntur etiam quandoq; huiusmodi nomina a nominibus telorum vt Lancearij/ Doryphori id est spiculatores, Dory enim Græce/ lanceam significat Latine. Tranquillus in Nerone. Et quum affatim desæuisset, vt conficeretur a Dorypho ro liberto. 38

¶ Machærophori a ferendis Machæris gladijs. Cicero, Machærophoris cētum sequentibus miros risus nobis edidere. ¶ Ensiferi a ferendis ensibus. ¶ Sarissophori a Sarissis, quas Macedonum hastas esse diximus. ¶ Spathiferi a Spathis.

¶ Mucronigeri/ Cultriferi/ Cultelliferi/ Teligeri/ Teligeruli/ Iaculiferi/ Iaculatores/ spiculiferi/ spiculatores/ Hastigeri/ hastiliferi/ Vrbiniferi eadem forma dicuntur. ¶ Tortores quandoq; dicuntur, qui lapides tormētis iaciunt. Vnde & tortores ballistarum vocat Ammianus,

¶ Scorpionarij qui scorpionibus seu machinis iaculantur. Eiusdem notæ sunt Ballistarij/ Arcuballistarij/ Colubrinarii.

¶ Funditores & fundibularii, qui funda lapides intorquent. Salustius. Ipse cum expeditis cohortibus adhuc funditorum et sagittariorum delecta manu,

¶ Pyrobolarii qui ignitas glandes tormentis eiaculantur. ¶ Clauigeri a ferenda Claua, græce vocantur Corynophori.

¶ Sunt et quædam principatuū et præfecturarū nomina vt imperator/ Rex/ Dominus, q̄ in malā partem olim accipiebatur pro tyranno. Vir. Vendidit hic auro patriam/ dominumq; potentem Imposuit, ¶ Megistanes dicuntur proceres et primates. Cor. Tacitus. Et Megistanes Armenios, (qui primi a nodis defecerāt) pepu- 39

lit ſedibus. ¶Monarcha ſeu Monarches vnic⁹ oīm prīceps, & Monarchía príncipatus ipſe. ¶Hecatontarchus centum hominum vel ciuítatum prínceps. ¶Dynaſtes dominus regní/Dynaſtía potentatus. Cicero ad Atticum. Erít nebulo íſte cum íſtís Dynaſtís in gratía. ¶Nauarchus prínceps nauís, ¶Strategus dícitur præfectus militaris, & Stratagea præfectura íp̄a. Vnde & legimus Thraciam fuiſſe díuíſam in Strategeas 50. Ita enim vocant præfecturas. ¶Archipolís prínceps ciuitatís. ¶Demarchus tríbunuſpl. Demarchía tribunatus. ¶Agoranomus apud Plautum vocatur ædilis, vbí ait in Captiuis. Hunc fecerunt ſíbí Aetholí Agoranomum. ¶Eparchus dícitur prouinciæ præſes. Eparchía prouíncía. ¶Etnearches prínceps gentís. Ethnearchía príncipatus. ¶Genearcha generís prínceps/Geneſis eſt generatio. ¶Irenarches ſeu Irenarcha/quí præficitur in ciuítate ad auferendas díſcordías/pacandoſq; tumultus ciuíles. ¶Philarchus amator imperij. Latine dici poteſt imperij candidatus. ¶Coſmoarchus mundí prínceps. ¶Democraticus quí fouet príncipatum populí. Democratía populi príncipatus. ¶Ephorus dícitur præfectus & ſuperínſpector. Ephori magíſtratus erāt tales apud Lacedæmonios, quales apud Romanos Tríbuní plebis. ¶Dicearchus íuſtus prínceps. ¶Decarchus quí decē prę̄eſt mílítíbus. ¶Tetrarcha, quí quartam regní partem obtínet. ¶Dubenus apud antiquos capiebatur pro domíno. Pacuuius. Tum Dubenus ſeruos ligatos peſſíme verberat. ¶Trierarchus prę̄fectus triremís. Cicero actione. 3. in verrē. Qua de re Charidemū Chiū/teſtimoníū príore actione dícere audíſtís, quū eſſet Trierarch⁹.

¶Sagittarij & Iaculatores peritiſſimí.

1	Apollo	12	Aethalídes	26	Cretenſes
2	Hippocoon	13	Catenes	27	Dictæí
	Mneſteus	14	Domítianus	28	Gnoſiací
	Eurytíon	15	Toko		Gortyniací
3	Chorineus	16	Aſpar	29	Cydoníj
	Aſylas	17	Hercules	30	Orientales
4	Acaſtus	18	Eurytus	31	Lycíj
5	París	19	Commodus	32	Erithræí
6	Lycotas	20	Andreas Agídarius.	33	Scoti
7	Mopſus	21	Getę	34	Gothi
8	Ilerdes	22	Scythæ	35	Arímaſpí
9	Alcon	23	Ithyręí	36	Aetholí
10	Enarus	24	Parthí	37	Balearicí
11	Deucalíon	25	Sarmatę		

1 ¶Inter ſagittarios príncipem locum obtinet Apollo, quem ídeo poete ſagittíferū & ſagittípotentem dícūt. Vnde Claudianus, Mars clypeo melior, Phœbus pręſtātior arcu. Horatius Líbro primo Car. Nec te metuende certa Phœbe ſagitta. Val. Flaccus. Arcupotens aduerte precor nunc deníq; Apollo.

2 ¶Hippocoon/Mneſteus/Eurytion ſagittarij fuerunt, quí teſte Virgilío contenderunt de palma et vna iaculatí ſunt in ludís íllís exequialíbus, quos Aeneas ad tumulum patris anchíſæ celebrauit, quū relícta Africa in Italíam nauigaturus rediit p Sicíliam. Verba autem poetæ ſunt hæc.

Hyrtacidæ ante omnes exít locus Hippocoontís,
Quem modo nauali Mneſteus certamine victor

Cōſequítur

Conſequitur/ viridi Mneſteus euinctus oliua.
Tertius Eurytion,tuus o clariſſime frater
Pandare,qui quondam iuſſus confundere fœdus,
In medios telum torſiſti primus Achiuos.
Tunc validis flexos incuruant viribus arcus.

¶Idem Virgil. Lib.9.ait Chorineum Italum fuiſſe peritum iaculatorem/ Aſylam 3
vero Troianum/arcu & ſagittis nobilem. Hæc autem eius verba. Emathiona Liger,
Chorineum ſternit Aſylas. Hic iaculo bonus,hic longe fallente ſagitta.

¶Acaſtus venator fuit ſagittis clarus,qui cum Meleagro ad occidendum aprum, 4
(qui Calydona vaſtabat) profectus eſt. Ouidius. Lib.8,Meta,Leucippuſq; ferox/
iaculoq; inſignis Acaſtus.

¶Fuit Paris adeo ſagittandi peritus,vt Achillem ſolo pede vulnerabilem telo tra= 5
iecerit. Virgil. Lib.6. Aenei. Dardana qui Paridis direxti tela/manuſq; Corpus in
Aeacidę/ magnas obeuntia terras. Ouidius in Epiſt. Paridem ſic loquentem induc=
cit. Ne ve putes/non me niſi comínus eſſe timendum,Figittur in iuſſo noſtra ſagit
ta loco. Statius Libro tertio Syl. Sic fixum Paridis manu potentis Peliden Thetis
obruit cadentem.

¶De Lycota Ouidius Lib.12. Iaculatoremq; Lycotam Sternit. 6

¶Mopſum Cretenſem ab arte ſagittandi commendat Syllius Italicus Libro pri 7
mo his verbis.

Cres erat ęriſonis Curetum aduectus ab antris,
Dictæos agitare puer leuioribus arcus
Pennata ſaltus aſſuetus arundine Mopſus.
Ille vagam cœlo demiſit ſæpe volucrem/
Ille procul campo linquentem Retia ceruum
Vulnere ſiſtebat,rueretq; inopina ſub ictu
Ante fera incauto/q̃ ſibila poneret arcus,
Nec ſe tum pharetra iactauit iuſtius vlla.
Eois q̃q̃ certet Gortyna ſagittis.

¶Ilerdes fuit iaculator quiſpiam,qui tam certis iaculabatur ictibus,vt etiam volu= 8
cres in medio aere percuteret. Syllius. Iam ſocius volucreſq; vagas deprende=
re nube Aſſuetus iaculis idem & bellator Ilerdes/Cui ludus nullam curſu non tol=
lete damam,

¶Alcon Cretenſis fuit ſagittarius,cuius filium quum rapuiſſet Draco,tanta arte ſa 9
gittam direxit,vt illęſo filio Draconem ipſum confecerit, Val. Flaccus Libro pri=
mo Argon. Vacua nam lapſus ab arbore/paruum Ter quater ardenti tergo circum
uenit anguis. Stat procul intendens dubium pater anxius arcum. Sidonius. Vetuiſ
ſes Caſtora frenos/ Pollucem cæſtus/Alconem ſpicula noſſe. Politianus in Epi=
grammatis.

Vidit vt implicitum puero pater anxius anguem,
Intendit dubia cornua flexa manu.
Inq; feræ fauces calamum ſic torſit,vt audax
Terruerit natum non minus angue ſenex.
Sed nunq̃ pius errat amor,puer hoſte perempto
Saluus erat,ſtupuit morte direpta ſalus.
Victor ab hac pharetram quercu ſuſpendit & arcum,
Fortunæ atq; artis quæ monumenta ſuæ.

10 ¶Saxo grammaticus ſcribit Enarum fuiſſe ſagittarium magno corporis artiſq; robore præditum, qui tanto rigore arcum intendebat, vt excuſſum abeo iaculum nulla rerum duricia ſiſteret, quominus citato motu/ vniuerſum penetraret obſtaculum

11 ¶Deucalion hyperæſij filius ex Hypſo nympha, fuit etiam peritus ſagittarı̄. Val. Flac. Lib. 1. Argon. Deucalion certus iaculis.

12 ¶Aethalides præco fuit inſignis, qui propter eloquentiam Mercurij filius creditus eſt. Hunc etiam telis claruiſſe teſtis eſt Val. Flac. libro primo dicens. Hic numeroſa phalanx/ proles Cyllenia certus Aethalides ſubitas neruo redeunte ſagittas Cogere.

13 ¶Catenes miles fuit, qui ictibus adeo certis deſtinata feriebat, vt aues quoq; abipſis nubibus exciperet, Author Curtı̄li. 6. de geſtis Alexandri.

14 ¶Fuit domitianus Imp. doctus adeo ſagittarum, vt inter diſtentos viri procul poſiti digitos tela tranſmitteret. Author Sex. Aurelı̄. Tranquillus ait centenas varij generis feras in albano receſſu ſagittis plærumq; abeo confoſſas multis videntibus. Ex induſtria ita quarūdem capita nonnunq̄ figebat, vt duobus ictibus/ quaſi cornua effingeret. Nonnūq̄ in pueri procul ſtantis prębentiſq; proſcopo diſpanſam dextræ manus palmam, ſagitttas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuæ euaderent.

15 ¶Toko miles fuit quiſpiam author e Saxone, doctı̄ adeo ſagittator/ vt ſermone inter conuiuas temulentius habito iactauerit tanto iaculandi vſu ſe præditum, vt exiguum q̄libet pomum, baculo procul & lōgiſſime remoto ſuppoſitum prima ſpiculi directione feriret.

16 ¶Pontanus Aſparē quendam Garamanta a pręſtantia torquendorum Miſſilium his verbis cōmēdat. Hinc Aſpar Garamas, quo non præſtantior alter Aut torquere manu iaculum, aut dare vulnera funda.

17 ¶Docuit Hercules, q̄ta ſagitttandi arte clareret, dum Centaurum Neſſum q̄is remotum & ceruam æripedem certo traiecit ictu, Harpyaſq; volucres in medio confecit aere, dicente Senęca. Petijt abipſis nubibı̄ Stymphalidas. Et alibi, Tenſus hac arcus manu Aſtris abipſis detulit Stymphalidas. His ego citatam greſſibus vici feram, Radiāti clarum fronte geſtantem caput.

18 ¶Euryt⁹ rex Oechalię pater Ioles Herculem ſagittādi artem docuit.

19 ¶Commodus imperator Fauſtinæ & Marci principis filius centum ictibus in arena totidem feras ſtrauit, tam validis viribus/ vt multas vno conficeret ictu. Adeo certa fuit illi manus, vt quicquid oculo deſtinaſſet/ iaculo & ſagitta contingeret.

20 ¶Nihil erat tā paruū tāq̄ exiguum, quod plumbea ænei tormenti pila non cōcuteret Andreas Agidarius, ſi illud oculo conſequi poſſet.

21 ¶Getæ/ Scythę/ Ithuræi/ Perſæ ſeu Parthi/ Sarmatæ/ Cretenſes, Arimaſpi & oēs prope Orientales arcu et iaculis claruerunt.
¶De Getis Scythiæ populis Ouidius lib. 5. de Triſt. Sarmaticæ maior/ Geticęq; frequentia gentis, Per medias in equis itq; reditq; vias. In quibus eſt nemo, qui non Coryton et arcum, Telaq; viperea lurida felle gerat. Idem. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. Et libro primo de Ponto. Dura pharetrato bella mouente Geta. Hinc arcus Geticus. Idem libro tertio de Ponto. Ipſe quidem Getico peream violatus ab arcu. Et ſagitta getica. Idem in Ibin'. Deniq; Sarmaticas inter/ Geticaſq; ſagittas.

22 ¶De Scythis Septentrionalibus populis. Claudianus De ſpolijs Scythicos arcus/ autrapta

aut rapta Gelonis Cingula. Plynius libro quarto, Vt sit plane arcus Scythici forma

¶Ithyra seu Ithura vrbs est in Tauro monte Parthiam versus, cuius habitatores 23
Ithuræi arcu & sagittis claruerunt, quod quemadmodum in cæteris arguitur poe-
tarum epithetis, quum arcum vocant Ithuræum/sagittas Parthicas/ neruos Geti-
cos/pharetras Sarmaticas, & ita in cæteris. Sabellicus in Oraculo. Quæ turba phare
tris Certat Ithurĝas sumptis imitarier artes. Mantuanus in Fastis. Rostraq; Ithy-
ræo iactare Cydonia neruo. Lucanus libro septimo. Ithuræis cursus fuit inde sagit-
tis.

¶Parthi seu Persæ Orientales populi/sagittis adeo claruerunt, vt fugientes a tergo 24
iacularentur, auersiq; sequẽtes hostes lęderẽt perinde ac aduersi, vt iam dixim⁹. Lu
canus. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta. Mantuanus an Alphõso. Nec par
thica tanto Agmine per cœli nubem se fundit arũdo. Catull⁹. Siue ĩ Hircanos/ Ara
basq; molles/Seu Sacas/sagittiferosq; Parthos. Ouidius lib. 1. de Remedio. Vice-
Cupidineas pariter/Parthasq; sagittas. Io. Fran. Mirandula. In molli pharetratæ
Persidos vrbe.

¶A Sarmatis Scythiæ populis doctissimis iaculorum/Arcus vocatur Sarmatic⁹. 25
Ouidius libro primo de Ponto. Moris an oblitus patrij contendere discam Sarmati
cos arc⁹. Idem. Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas. Mar. li. septimo. Inuia
Sarmaticis domini lorica sagittis. Seneca in Thebaide. Sagitta qualis Parthica ve-
lox manu Excussa fertur.

¶Cretenses omnes hac etiam arte clarissimi extiterunt. Virgilius in Cyri. Attica 26
Cretæa sternebat rura sagitta. Apuleius lib. vndecimo. Inde primigenij Phryges
Pesinunticam nominant domini matrem, Hinc Authocthones Attici Cecropiam
Mineruam/illinc fluctuantes Cyprij Paphiam Venerem, Cretes sagittiferi Dicty-
nam Dianam.

¶Inter insulæ Cretę populos/pręcipui sagittarij fuerunt Dictæi/Gnosiaci/Gorty 27
niaci/Cydonij a Dicte/Gnoso/Gortyna et Cydone vrbibus dicti. De dictęis Sylli⁹
libro decimotertio. Dictęa per auras Tranat/et in medium perlabitur vrbis arũdo.
Statius lib. quarto Thebai. Dictęaq; tela Ipsam et Amycleas humeris aptasse pha
retras.

¶De Gnoso et Gortyna vrbibus Cretæ. Lucanus. Gnososq; agitare pharetras Do 28
cta/nec Eois peior Gortyna sagittis. Idem, Dictæa procul ecce manu Gortynis a-
rundo. Val. Flac, Plenisq; redit Gortyna pharetris. Pamphilus Saxus. Superat fu-
ga volatus/et Gortyniacas leuis sagittas.

¶A Cydone Cretæ oppido tela Cydonia dicuntur, ꝙ eius loci incolę periti fuerint 29
sagittarij. Virgilius. Ire libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula/tanq̃
hæc sit nostri medicina doloris. Statius libro. 7. Thebaidos. Cydonęas anteibunt
gesa sagittas. Claudianus. Quæ vires iaculis, vel quum Gortynia tẽdis Spicula, q̃
felix arcus/certiq; petitor Vulneris, et certum mentiri nescius ictum, Scis quo
more Cydon/qua dirigat arte sagittas Armenius/refugo quæ sit fiducia
Partho.

¶De orientalibus populis Val. Flac. libro quinto. Quos neq; iber/neq; tuta suis 30
Aurora sagittis Sustinet. Per auroram intellĩgit Orientales. Syllius libro duodeci-
mo. Eois q̃q̃ certet Gortyna sagittis. Statius libro tertio Syl. Et Eoas iaculo dam-
nare sagittas.

¶Lycia regio minoris Asiæ populos habuit peritos iaculandi. Vnde Virgilius Ly- 31
cias vocat sagittas libro octauo dicens. Ille mihi insignem pharetram/Lyciasq; sa-

gittas Diſcedens/pharetramq; auro dedit intertextam.

32 ¶Erithrę quoq; ſiue Erithra Aſiæ ciuitas arte ſagittandi claruit. Sidonius. Forte ſagittiferas Euan populatus Erithras.

33 ¶Crinitus ait Scotos (qui vicini ſunt Britannis) in dirigendis ſagittis acres eſſe & egregios.

¶Paulus Diaconus ait Gothorum gentem nullo armorum genere magiſq; arcubus vti conſueſſe.

34 ¶Arimaſpi populi iuxta Riphæos in torquendis ſagittis (quarum ſunt peritiſſimi) alterum inflectunt oculum, vt altero melius cernant. Hinc et nomen traxerunt. Nam & Ari ſcythice vnum/et maſpos oculũ ſignificat.

35 ¶Ferunt Aetholos populos funditores fuiſſe peritiſſimos, longeq; iaculari ſolitos.

36 ¶In balearibus (quæ ſunt inſulæ maris hiſpani) primum repertus eſt vſus fundæ, et adeo celebratus, vt matres filios ſuos alijs auibus veſci non paterentur, niſi quas funda fuiſſent adepti. Virgilius libro primo Georgicorum. Stuppea torquentur Balearis verbera fundæ. Statius libro decimo. Roboraq; & grauidas fundæ Balearis habenas.

¶Venatores.

1	Helymus	9	Diana	20	Amimome
	Panopes	10	Hippolytus		Britona
2	Lauſus	11	Crane	21	Crocus
3	Amycus	12	Adonis	22	Hippe
4	Ornitus	13	Carpophorus	23	Philoctetes
5	Cephalus	14	Priſcus	24	Nicias
	Procris	15	Aconteus	25	Perdix
6	Atalanta	16	Mopſus	26	Melanio
	Meleager	17	Orion	27	Endymion
7	Abas	18	Acteon	28	Gargilius.
8	Caliſto	19	Arethuſa	29	Mithridates

1 HElymus & Panopes Aceſtæ regis Siciliæ comites, venatores fuerunt teſte Virgilio li. 5. Aen. Tum duo Trinacrij iuuenes/Helymus Panopeſq; Aſſueti ſyluis/comites ſenioris Aceſtæ.

2 ¶Fuit & lauſus Mezentij filius/ferarum debellator maximus. Virgilius libro ſeptimo Aeneidos. Lauſus equum domitor/debellatorq; ferarum.

3 ¶Idem vocat Amycum ferarum vaſtatorem libro. 9. vbi ait. Inde ferarum Vaſtatorem Amycum, quo non felicior alter Vngere tela manu/ferrumq; armare veneno.

4 ¶Idem li. 11. Ornitum quẽdam inter venatores reponit, his verbis. Procul Ornitus armis Ignotis/et equo venator Iapige fertur.

5 ¶Cephalus Athenienſis Procridis maritus venator fuit, quem poetæ fabulantur ab Aurora adamatum. Ouidius in Epiſtola Phędræ. Clarus erat Cephalus ſyluis/multęq; per herbam Conciderant illo percutiente ferę. Nec tamen Auroræ male ſe præbebat amandum, Ibat ad hunc ſapiens a ſene diua viro. Idem libro primo Metamorphoſeos Cephalum ſic inducit loquentem. Sum nemorum ſtudioſus ait. cædiſq; ferinæ.

Eius quoq;

¶Eius quoq; vxor Procris venationi vacasse arguitur testimonio eiusdem poetæ scribētis. Montibus errabat studijs operata Dianæ, De Cephalo, Stroza pater. Venanti Cephalo cura minor ne fuit?

¶Atalanta mulier fuit Arcadica, quę tumentes vteros fœminarum laboresq; conceptuum perosa, virginitati ac venationi se totam deuouit, adeo vt immanem aprū toti formidolosum Arcadiæ prima percusserit cum Meleagro. Ouidius libro octauo Metamorphoseos. Venit Atalāte Schœnei pulcherrima virgo. Rasilis huic sum nam mordebat fibula vestem. Crinis erat simplex nodum collectus in vnū. Ex humero pendens resonabat eburnea lęuo Telorum custos/arcum quoq; lęua tenebat. Idem. Celerem Tegeęa sagittam Imposuit neruo/sinuatoq; expulit arcu, Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo Corpus/et exiguo rubefecit sanguine setas. Pontanus libro tertio de Stellis de eadem sic meminit. Qualis in Aetholum campis Meleagria virgo Strauit aprum, primamq; manu stringente sagittam Intorquens/ausa est spumanti occurrere monstro/Mox læta et spolijs, famosa et cæde superba. 6

¶Abas Centaurus inter venatores reponitur verbis Ouidij libro. 12. scribentis. Et Pholus/et Melaneus/et Abas prædator aprorum. 7

¶Calisto Lycaonis regis Arcadiæ filia venatrix fuisse dicitur. Quod docet Ouidius libro. 2. Fast. 8

¶Dianam poetæ fingunt perpetuo venandi studio duci. Quod ideo fabulantur, vt doceant magnopere his cauendam esse desidiam, quibus curæ est virginitas. Nam (vt inquit Seneca) amor iuuentę gignitur luxu, Ocio nutritur inter lęta fortunæ bona. Et Ouidius. Ocia si tollas, periere cupidinis artes. De Diana idem Ouidius libro secundo fasto. Mille feras syluis Phœbe venata rediбat. Idē. Inter Amadryadas iaculatricēq; Dianam. Idem in episto. Phędrę. Arcus & arma tuæ tibi sint imitanda Dianę. Virgil. Notior vt iā sit canibus non Delia nostris. Vide Senecā in Hippolyto. 9

¶Ferunt & Hippolytum Thesei filium sese in consectandis feris exercuisse studio virginitatis/& ocij vitandi causa. Stroza pater. Segnior hippolytus siluis canibusq; vacauit. Phędra apud Ouidium. Si venerē tollas, rustica sylua tua est. Et apud Senecam in tragœdijs, Idem familiares/& domesticos inuitat ad venationem dicens. Ite vmbrosas cingite syluas. 10

¶Ouidius lib. 5. Fastorum ait Cranen fuisse nympham lustrandis syluis deditam. Hæc eius verba. Inde sata est nymphe, Cranen dixere priores, Nequicq̄ multis sępe petita procis. Rura sequi, iaculisq; feras agitare solebat. Nodosasq; caua tendere valle plagas. 11

¶Adonis Cynaræ ex Myrrha filius dum venaret/ab apro interfectus est. Ouidius lib. 1. de arte. Cura deæ syluis aptus Adonis erat. 12

¶Carpophorus fuit Romanus quispiā imperatori Domitiano charissimus ꝓpter venandi peritiā. Nam imperator ipse eo studio delectabatur adeo, vt si quādo esset ociū, nihil curaret ardētius, q̄ feras insequi. De Carpophoro Martialis lib. 1. Summa tuæ Meleagre fuit, quæ gloria famæ. Est quota Carpophori portio fusus aper? Ille & pręcipiti venabula cōdidit vrso, Primus in Arctoi qui fuit axe poli. Strauit et 13

ignota ſpectandum mole leonem, Herculeas potuit qui decuiſſe manus. Et volucrem longo porrexit vulnere pardum, Præmia quum laudis ferret/adhuc poterat. Idem Martialis. Dorica q̃ certo venabula dirigit ictu, Fortis adhuc teneri dextera Carpophori. Ille tulit gemios facili ceruice iuuẽcos, Illi ceſſit atrox bubal⁹ atq; Biſõ. Hunc leo quum fugeret/ prę̃ceps in tela cucurrit, I nunc/ & lentas corripe turba moras.

14 ¶Idem lib. 12. ad Priſcum venatorem hoc modo ſcribit. Parcius vtaris moneo rapiente veredo Priſce, nec in lepores tam violentus eas. Sæpe ſatiſſecit prædę̃ venator, et acri Decidit excuſſus/nec rediturus equo.

15 ¶Aconteum venatorem fuiſſe docet Statius lib. 7. Teb. Donec Flãmatus Aconteus Strage virum, cui ſueta feras proſternere virtus, Syllius libro decimoſexto. Et cuius nunq̃ fugiſſe haſtilia cerui Prærapida potuere fuga, venator Aconteus.

¶De mopſo Cretenſi venatore iam diximus in Cap. de Sagittarijs.

16 ¶Orion venator (vt fabulantur poetæ) quum viribus fidens gloriaretur nullam eſſe feram/quam non conficeret, dijs inſolens verbum vlciſcentibus contigit, vt terra ſcorpionem pareret, a quo vulneratus occubuit. Pamphilus. Errauit, quoniam cecidit venator Orion. Idem. Valle ſequebatur iaculis venator Oriõ, Sępevagas iſta retibus atq; feras.

17 ¶Nota eſt Actęonis fabula, qui Ariſtæi filius / indignatione dianæ (quam inter venandum nudam repererat) mutat⁹ in ceruum & a ſuis canibus dilaniatus dicitur, vt ſcribit Ouidius lib. 3. Meta,

18 ¶Arethuſa virgo fuit venatrix Dianæ comes. Vnde Virg, lib. 4 Georg. Et tãdẽ poſitis velox Arethuſa ſagittis.

19 ¶Amimone, Danai filia et venatrix fuit, quæ dum in ſyluis iaculo ſe exerceret, Satyrum læſit/& poſtmodum a Neptuno ibidem compreſſa eſt.

20 ¶Britona nympha Martis filia inter venatrices puellas & Dianæ comites numerata tur.

21 ¶Crocum poetæ dicunt venatorem fuiſſe Muſarum precibus in aſtra relatum,

22 ¶Hippe mulier Chironis Centauri filia, in Pelio Theſſaliæ monte ſeſe exercuit venando, vbi deorum commiſeratione in equã mutata eſt, dũ patris indignationem expaueſceret. Alio nomine Thea dicitur.

23 ¶Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio ſagittarum/configebat tardus celeres, ſtans volantes/pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat. Author Cicero lib. 5. de finib⁹.

24 ¶Nicias fuit venator quiſpiam, qui dum venandi ſtudio feras immiſſis canibus præceps inſectaretur / in fornacem carbonariam decidit, vbi canibus circum gannientibus & rapta veſte conantibus dominum educere/ crematus eſt, Authore Cęlio.

25 ¶Perdix venator fuit, qui infanda correptus libidine matri congreſſus fecit, vt Perdicis libido in prouerbium abiret.

26 ¶Ferunt Melanionem quendam odio mulierum & ſeruandæ caſtitatis deſyderio conſectandis feris ſe totum deuouiſſe / nec vnq̃ a ſolitaria illa & vmbratili vita reuocari potuiſſe.

27 ¶Endymiona paſtorem poetæ dicunt quandoq; in monte Lathmo vacaſſe conſectandis feris. Val. Flac. libro octauo Argon. Lathmius æſtiua reſidet venator in vmbra. Dignus amore deę.

Horatius

¶Horatius libro primo Episto, ait Gargilium venatorem fuisse, qui spectante po 29
pulo ceruos cum plagis et venabulis per medium forum iubebat transire / ac demũ emptum aprum palam referre, vt cepisse aliquid videretur. Hæc eius verba. Venemur, vt olim Gargilius, qui mane plagas/ venabula/ seruos Differtum trãsire forũ, populumq; iubebat, Vnus vt e multis populo spectante referret Emptum Mulus aprum,

¶Ferunt Mithridatem uenandi studio adeo intentum fuisse, vt septem annis neq; 30
vrbis, neq; ruris tecto vteretur.

¶Cæterum Casses/ Plagæ/ Retia/ Venabula/ instrumẽta sunt venatoria, Est & Podostrabe venatorium instrumentum capiendis feris concinnum.

¶Canum quorundam nomina.

1 Lycisca
2 Hylax
3 Vmber
4 Lelapa
5 Volantes
6 Gargitius
7 Canis alcibiadis
8 Canis Biornonis
9 Pilaster
10 Vertagus
11 Scymnus
12 Graucis
13 Issa
14 Perses
15 Chiron
16 Mera
17 Durides
18 Aura
19 Melampus
Pamphagus
Dorceus
Oribasus
Nebrophonos
Lelaps
Theron
Pterelas
Agre
Hylæus
Nape
Pœmenis
Harpya
Ladon
Dromas
Canache
Sticte

Tigris
Alce
Leucon
Asbolus
Lacon
Aello
Ptous
Lycisca
Harpolos
Melaneus
Lachne
Labros
Aglaudos
Hylactor
Corax
Charon
Lycitas
20 Harpalagus
Tigrina
Falco
Serpens
Ragonia
Ichthia
Helor
21 Hippocentaur9
Lethargus
Lampurus
Syagrus
Acalanthis
Catenarius
Lucernarius
Canis attali
Aristogiton
Agrus
Canis Pyrrhi

22 Psyche
Thymus
Porpax
Styrax
Aechine
Lonche
Lochos
Phrura
Phylax
Taxis
Xiphon
Phonax
Phlegon
Arce
Cheuton
Hyleus
Medas
Porthon
Sperchō
Lorge
Bremon
Thybris
Thallon
Rhome
Antheus
Getheus
Actis
Leuson
Augo
Polysibia
Stichon
Spude
Bryas
Hebasterros
Crauge

Cęnon Aether Stíbon
Thyrbas Noes Horme
Cęuon Gnomon

1 ℂLycíſca nomen eſt Canis apud Virgíliũ ín Bucc. dícentem. Excípere ínſidíjs multum latrante Lycíſca. Palladius Soranus. Non lepus íntrepídum timído fugat ore Lycíſcam.

2 ℂHylax ítídem nomen eſt canís. Virgíl, ín Buc. Neſcío quid certe eſt, et Hylax ín límine latrat.

3 ℂVmber. Virg. líb. 12. Ac viuídus Vmber Hęret hians. Sed fortaſſe vmber vocabulum eſt appellatíuum pro cane Vmbríæ. Val. Flac. líb. 6. Argon. Qz̃ ceruos vbí non vmbro venator edací Non Pínus petít hęrentes, Pontanus. Vel audací pereat laníatus ab vmbro.

4 ℂLelapa canis eſt apud Ouídíum líbro ſeptímo Metamorphoſeos. Poſcor, et ípſe meum conſenſu Lelapa magno (Muneris hoc nomen) ıamdudum víncula pugnat Exuere ípſa ſíbí.

5 ℂVolantes. Stroza pater. Ille pedum curſu præſtans/animoq; Volantes Occubuít trucíbus peſtís acerba feris. Strauerat ímmanem ſæuo certamíne taurum, Herculęq; qualem non domuere manus,

6 ℂGargítíus canís fuít Cerberí Epyrotící frater, quí Geryonís trícorporís ſeruabat armẽta Hũc Hercules vna cũ domíno ıterfecít. Incolę mortuo ſepulchrũ erexerũt

7 ℂAlcíbíades ínuſítata magnítudíne canẽ emít. 70. mínís, quẽ ãputata cauda ſpectante populo ducebat vínctum, vt garrulorum et ímportunæ loquacítatís hominũ línguas ea ín re occuparet, ne quíd deterius ín eíus nomen obloquerentur, Plutarchus teſtís.

8 ℂBíorno quídem ínter Danos ſpectatę vírtutís adoleſcens, canem habuít horrendę acerbítatís et formídoloſę, quę ſola plærumq; biſſenos víros oppreſſít, & Offotí gygantís ínter paſcua tutata eſt armentum.

9 ℂPílaſter. Põtanus ín Lepidína. Quum canere íncíperem, atrox híc dente Pílaſter latrat/íbí ípſa fuga ſeptem, ínſidíaſq; relíquí.

10 ℂVertagus canis eſt apud Martíalem, Non ſíbí ſed domínovenaꝫ Vertagꝰ acer Il læſum leporem quí tíbí dente feret.

11 ℂScymnꝰ etíam nomen eſt canís fíctum a Baptíſta pío ſcríbente. Vertagus/au Gallo nutrítus Scymnus ín aruo Præcípítí ſequítur luſtra ferína pede.

12 ℂGraucís nomen eſt catelle, qua Arethuſa abſentís marítí deſyderíum ſolabatur Proper. Líbro quarto. Graucídos & catulæ vox eſt míhí grata querentís. Illa tuí partem vendícat vna torí,

13 ℂIſſa nomen eſt Catellæ, quam Publíus habuít ín delícíjs. Martíalís. Iſſa eſt paſſere nequíor catullí, Iſſa eſt purior oſculo columbæ, Iſſa eſt blãdíor omnibus puellís, Iſſa eſt charíor Indícís lapíllís/Iſſa eſt delícíæ catella Publí. Idem alíbí. Publius exíguæ ſí flagrat amore catellæ,

14 ℂApud híſtorícos legítur Perſes fuíſſe catellus fílíæ Aemylíj Paulí
ℂChíron canís fuít Codrí poetæ pauperrímí. Iuuenalís. Et recubãs ſub eodẽ marmore Chíron.

15 ℂMera canís fuít Icaríj patrís Erígones, cuíus ductu Erígone ípſa cadauer patrís ab agreſtíbus ínterfectí reperít.

16 ℂDurídes canís fuít Lyſímachí, quí accenſo domíní rogo ínıecít ſe flammæ, Authore Plynío líbro octauo.

Atalanta

¶Atalanta Arcadica venatrix canem habuit Auram nomine, quam quum interfe 18
ciſſet aper Calydonius, ſepulchro ab indigenis ornata eſt.

¶Ouidius lib. 3, Meta. Actęonis canes his verbis enumerat. 19

Dum dubitat, videre canes, primuſq; Melampus/
Inde ruunt alij rapida velocius aura
Pamphagus & dorce⁹, et Oribaſus Arcades omnes.
Nebrophonoſq; valens, et trux cum Lępape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hylęuſq; ferox nuper percuſſus ab apro,
Deq; lupo concepta Nape, pecudeſq; ſecuta
Pœmenis/et natis comitata Harpya duobus,
Et ſubſcripta gerens Sicyonius ilia Ladon,
Et Dromas et Canache, Stictęq;/et Tigris, et Alce,
Et niueis Leucon, et villis Aſbolus atris.
Prævalidusq; Lacon, et curſu fortis Aello,
Et ptous/et Cyprio velox cum fratre Lyciſca,
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpolos/et Melaneus/hirſutaq; corpora Lachne,
Et patre Dictæo/ſed matre Laconide nati
Labros et Aglaudos, et acutæ vocis Hylactor.

¶Alia quorundam nomina ponuntur apud Cælium ex Aeſchylo, vt Corax/Harpya, Charon, Lycitas.

¶Hylax/Harpalagus, Lyciſca/Tigrina/Melampus/Falco/ Serpens/Ragonia/ 20
Ichthia/helor/nomina ſunt canũ apud Mantuanum libro .4. de Trophęis Gonzagę ſcribentem,

Volat acer Hylax, volat ocyus euro
Harpalagus, referenſq; lupum toruo ore Lyciſca.
Et Tigrina notis tergum maculoſa/Melampus
Aequiparans candore niues/veſtigia tantum
Ima niger, falco leuis Ilia/lumine ſerpens
Sanguineo, mordax Ragonia, et Ichthia regis
Deliciæ/nomen patriæ ſortita marinæ.
Et truculentus Helor certare Leonibus audens.

¶Fuit Hippocentaurus canis xenophontis. 21

¶Lethargus Hippammonis/qui etiam cum mortuo domino tumulatus eſt,

¶Lampurus apud Theocritum in Daphnide et Menalca/nomen eſt canis.

¶Apud herodotum Syagrus. ¶Apud Ariſtophanem Acalanthis. 22

¶Celebrantur etiam Catenarius et Lucernarius, et canis Attali, qui tanto fuit oris rictu, vt oblatum cibum deglutiret.

¶Fuit et Ariſtogiton canis Cydimachi,

¶Agrus canis fuit Vlyſſis, qui reuerſum ab expeditione Troiana dominum poſt 23
annos viginti fertur agnouiſſe,

¶Canis Pyrrhi Epyrotarum regis/in rogum domini ſe coniecit. De natura canum quoniã prolixe & abunde locuti ſumus in epithetis noſtris/plura loqui nunc ſuper ſedimus.

¶Cætera nomina canum in præcedenti poſita Catalogo, leguntur apud Xenophõtem in libro de venatione.

¶Equorum et equarum celebrum nomina.

1 Cyllarus
2 Rhębus
3 Aethon
4 Equi Turni
5 Pęgaſus
6 Arion
7 Pholoe
Iris
Thoes
8 Aſchetos
Cygnus
Cromis
Aethion
Cydon
Podarces
9 Tagus
10 Garganus
11 Lampon
Panchates
Pelorus
12 Harpe
Cireus
13 Lamus
Sicoris
Ilerdas
Theron
14 Bucephalus
15 Harpya
Pedaſus
16 Equus Medicis
17 Equi Rheſi
18 Aethon
19 Harpynna
Pſylla
20 Equa hecratidis
21 Paſaces
22 Equæ Cimonis
23 Equus Tiberij
24 Parthenia
Erípha
25 Boriſthenes
26 Equus Cęſaris
27 Equus Biornonis
28 Equus Artybij
29 Equus Seianus
30 Equus Nicomedis
31 Equus Antiochi
32 Equus Dionyſij
33 Equę Neronis
34 Equus Auguſti
35 Scythius
36 Hirpinus
Corithe
37 Equus Troianus
38 Equi Parthorum

1 CYllar⁹ equus fuit Caſtoris. Virgilius lib. 3. Georg. Talis Amyclęido mitus Pollucis habenis Cyllar⁹ et quorũ Graij meminere poetę, Vbi Pollucẽ ꝓ Caſtore equorũ domitore poſuit, poetica licẽtia, vt Quas illi Philomela dapes pro Progne. Item Reuocato a ſanguine Teucri pro Dardani, inquit Seruius. Statius lib. 1. Syl. Et pauet aſpiciens Lędeus ab æde propinqua Cyllarus. Idem lib. 6. Thęb. Tua furto lapſa propago Cyllare, dum Scythici diuerſus ad hoſtia ponti Caſtor Amycleas remo permutat habenas. Seneca in Hippolyto. Frenis Caſtorea nobilior manu Spartanum poteris flectere Cyllarũ. Properti⁹ lib. 2. Non mihi ſi magnus Caſtoris iret equus. Idẽ libr. 3. Potaq; Pollucis Lympha ſalubris equo. Bap. Pius. Cyllarus Oebalij / domit⁹ Pollucis habenis Cedat / & Aeripedi Pęgaſe iuncte Thoę. Politia. Iamq; deo parẽs Cyllar⁹ Oebalidę. Claudian⁹. Seruiretq; tuis contempto Caſtore frenis Cyllarus.

2 ¶Mezentius pater lauſi equum ſuum Rhebum nomine his verbis alloquitur apud Virgilium libro decimo. Rhæbe diu (res ſi qua diu mortalibus vlla eſt) Viximus. aut hodie victor ſpolia illa cruenta / Et caput Aeneę referes / Lauſiq; dolorũ Vltor eris mecũ / aut a pit ſi nulla viam vis, Occumbes pariter.

3 ¶Aethon fuit equus Pallantis Euandri filij, quem Virgilius libro vndecimo ait in exequijs domini ſui collachrymaſſe. Poſt bellator equus poſitis inſignib⁹ Aethon It lachrymans, guttiſq; humectat grandibus ora.

4 ¶Equos Turni Virg. lib. 12. magnis laudibus cõmendat his verbis.
Poſcit equos, gaudetq; tuens ante ora frementes,
Pilũno quos ipſa decus dedit Orithiya.
Qui candore niues anteirent / curſibus auras.
Circunſtant properi aurigę, manibuſq; laceſſunt
Pectora plauſa cauis / & colla comantia pectunt.

5 ¶Pęgaſus Neptũni & meduſę filius equus fuit alat⁹, quo Bellorophon expeditionẽ ſumpſit

ſumpſit contra Chimeram. Hic ſaxo in Helycone pedis vngula percuſſo fontem nomine Hippocrenen aperuiſſe dicitur. Ouidius libro tertio Faſt. Suſpice/Gorgonei colla videbis equi. Creditur hic cæſę grauida ceruice Meduſæ Sanguine reſperſis proſiluiſſe comis, Huic ſupra nubes, & ſubter ſydera lapſo Cælum pro terra, pro pede penna fuit, Idem libro quarto de Ponto. Sed tantum virtus alios tua prę-terit omnes, Ante alios q̃tum Pægaſus ibat equos. Auſonius. Pægaſus volucer actus a Lycia non vltra Ciliciam permeauit. Sidonius. Da ſacris laticis loquacitatem Quem fodit pede Pægaſus volanti, Cognato madidus iubam veneno. Politianus. Ceſſerit huic pauidas ſubmittens Pęgaſus alas. Claudianus. Ipſe tibi famulas prę-beret Pægaſus alas, Portaretq; libens/melioraq; pondera paſſus Bellorophontæas indignaretur habenas. Ouidius libro quarto Metamorphoſeos. Eripuiſſe caput collo/penniſq; fugacem Pægaſon et fratrem matris de ſanguine natos.

¶ Arion fuit equus/quem Neptunus dedit Adraſto. Statius libro primo Syl. 6
Hunc et Adraſtæus viſum extimuiſſet Arion, Propertius libro ſecundo. Qualis et Adraſti fuerit vocalis Arion, Triſtis ad Archemori funera victor equus. Statius libro quarto Thebaidos. Volucres portis auriga ſub ipſis Comit equos, et iam inde iugo luctatur Arion. Idem huius equi virtutem et alacritatem lib. ſexto deſcribit hoc modo.

Ducitur añ omnes rutilæ manifeſtus Arion
Igne iubæ, Neptunus equo (ſi certa priorum
Fama patet) primus teneris læſiſſe luptatis
Ora/et littoreo domitaſſe in puluere fertur/
Verberibus parcens, etenim inſatiatus eundi
Ardor/& hiberno par inconſtantia ponto
Sępe per Ionium, Lybicũq; natantibus ire
Interiectus equis, omneſq; aſſuetus in oras
Cęruleum deferre patrem, ſtupuere relicta
Nubila, certantes euriq;/nothiq; ſequuntur.

Auſonius. Cyllarus atq; Arion inter Argos Nemeamq; ſenuerunt, Claudianus. Si dominus legeretur equis, tua poſceret vltro Verbera Nereidum ſtabulis nutritus Arion. Idem. A quibus haud vnq̃ palmam rapturus arion.

¶ Pholoe, Iris/Thoes/nomina ſunt equarum Admeti apud Statium libro ſexto 7
Thebaidos ſcribentem. Nominibuſq; cient Pholoen, Admetus et Irim, Funalemq; Thoen.

¶ Alia equorum nomina ab eodem ponuntur his verbis. Rapidum Danaeius au- 8
gur Aſcheton increpitat/meritumq̃ vocabula Cygnum Audit/et herculeum Styrion Cromis, Euneon audit Igneꝰ Aethion, tardũq; Cydona laceſſit Hippodamꝰ, Phariumq; Thoas rogat ire Podarcen.

¶ De Tago Syllius libro primo. Iam tagus auratis agnoſcebatur in armis. 9

¶ De Gargano. Idem Virgilius libro quarto Aeneid. Nos Garganę vocant ſuperi 10
ad maiora/vides ne Quuantus erat Chrixus? Iam nunc tibi præmia pono.

¶ Lampon, Panchates, Pelorus, Camphaſus nomina ſunt equorum apud Syllium libro nono. 11

De Lampone ſcribit hoc modo.

Euolat ante omnes/rapidoq; per aera curſu
Callaicus Lampon fugit/atq; ingentia tranat
Exultans ſpacia, & ventos poſt terga relinquit.

¶De Panchate, Sed proximus ibat Astur Pancates/patriũ frons alba nitebat Insigne, & patrio spes omnis concolor albo.

¶De Peloro, Cinyphio rector radiabat fronte Peloro Camphasus, ipse asper, nec qui ceruicis amaret Applausæ blandos sonitus, clausumq; cruento Spume⁹ admorsu gauderet mandere ferrum. At docilis freni, & melior parere Pelorus Non vnq̃ effusum sinuabat deuius axem.

12 ¶Harpe apud eundem nomen est equæ matris Pelori, vbi ait/Eductum genitrix effuderat Harpe Nobilis.

¶Idem de Cireo. Percussus vocibus altis Spectantum Cireus/ fertur sublime per auras.

13 ¶Lamus/Sicoris/Ilerdas/Theron etiam nomina sunt equorum apud eundem lib. 16. vbi ait, Tum Lamus & Sicoris, proles bellacis Ilerdæ Et Therõ potator aquæ sub nomine Lethes. Idẽ. Nec patiens vltra tollit sese æquore Theron Igneus, & plenum prẽteruolat Hesperon ire.

14 ¶Equum Alexandri Bucephalum a capite bouis nominatum et talentis. 13. emptum testis est Cares apud Gelliũ. Vbi ornatus erat/armatusq; ad prẽlium nullum alium sessorem prẽter dominum admisit. Idem in bello Indico sagittis vndiq; per fossus/regem e mediis hostibus licet exanguis et moribundus, viuacissimo cursu retulit. Atq; vbi extra teli iactum portauit/domini iam superstitis securus ibidem expirauit. Quod beneficium Alexander pensauit oppido in honorem equi condito, vt docet Plynius lib. 6. & lib. 8. vbi ait, Propter que, Rex defuncto eidẽ duxit exequias, vrbemq; tumulo circundedit nomine eius. De hoc Stroza pater. Gloria nobilium tegor hic insignis equorum Raptus inaudito funere Bucephalus. De hoc equo Curti⁹ ad hunc modum scribit. Excepti sunt quidã/inter quos equus regis, Bucephalum vocabant/quem Alexãder non eodẽ (quo cẽteras pecudes) aĩo æstimabat. Nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium, et regem (quum vellet ascendere) sponte sua genua submittens/excipiebat/credebaturq; sentire/quem veheret.

15 ¶De Harpya et Pedaso Politianus in Ambra. Quos Zephyro peperit geminos Harpya Podarge Et te captiuo funalem Pedase collo.

16 ¶Idem Politianus sequenti hexasticho Laurentij Medicis equum ornauit.

Et volucrem, et Zephyros cursu preuertitur ipsos
Quem tibi misit equum barbara laure Nomas.
Cesserit huic pauidas submittens Pẽgasus alas,
Iamq; deo parens Cyllarus Oebalidę
Hunc aut carceribus, vel meta cernere in ipsa
Laure licet, medio non licet in stadio.

17 ¶Claudianus in sextũ honorij consulatum, equos Rhęsi Thracum regis commẽdat sequentibus versibus.

Graiaq; rettulerat raptos ad castra iugales,
Quorum (si qua fides augentibus omnia musis)
Impetus excessit Zephyros, candorq; pruinas.

18 ¶Aethon apud homerum libro octauo Iliados nomen est vnius equorum Hectoris.

19 ¶Harpynna et Pylla equę fuerunt Oenomai, quibus contendebat cursu in procos filiæ suę Hippodamiæ. Hos suis versibus dignatus est Lycophron,

20 ¶Plynius ait equam Hecratidis Thessali, q̃uis prẽgnantem vicisse in Olympia.

Plutarchus

¶Plutarchus in Artaxerxe ſcribit equum Cyro fuiſſe immitem/& effrenem Paſa- 21
cem nomine.

¶Cimon Atheniēſis equabus ſuis (quib⁹ ter Olympia vicerat) monumēta erexit. 22

¶Equus Tiberij Cęſaris videbatur flāmas ore euomere, indicio magnę alacritatis. 23

¶Parthenia/& Erípha equę fuerūt Marmacis vnius ex procis Hippodamię, quas 24
Oenomaus puellę pater iugulauit/& poſtmodum ſepelirí iuſſit.

¶Boriſthenes equus fuit Adríani imperatoris, quo in venando propter alacritatē 25
plęrūq; vtebatur. Dion Caſſius ait imperatorem mortuo ſepulchrum feciſſe, colū-
namq; erexiſſe cum epigrāmate inciſo.

¶Iulius Cæſar authore Tranquillo, vtebatur equo inſigni/ pedibus prope huma- 26
nis/& in modum digitorū vngulis ſciſſis, quem maxima cura aluit, honorauitq; ſta-
tua, q; aruſpices eo imperiū orbis terræ ſignificari dixiſſent, tum etiā q; nullum aliū
ſeſſorem reciperet.

¶Biorno quidam inter Danos clariſſimus, equum habuit præſtanti corpore/& 27
tanta velocitate præpetem, vt quem cæteri nequirent, obſtrepētem ſolus vorticem
ſuperaret.

¶Artybius Perſarum dux equum habuit. qui primo pugnę congreſſu in hoſtes la- 28
niādos morſu aſſurgebat, calcibuſq; & impulſu longe lateq; faciebat ſtragem. Au-
thor Herodotus.

¶Gellius ſcribit equum Cn. Seij de genere equorū Diomedis progenitū/& a Cor. 29
Dolobella centum millibus ſeſtercijs emptum fuiſſe inuſitata magnitudine, ſed eo
tamen fato, vt quiſquis eum haberet, is cum omni domo/ ac familia miſere periret.
Quod experti ſunt M. Antonius, Cor. Dolobella, C. Caſſius eius poſſeſſores.

¶Equus Nicomedis regis Bithynię tanto fuit in dominū affectu, vt eo mortuo ob- 30
latum recuſauerit cibum, & inedia ſe confecerit.

¶Equus Antiochi capto vel mortuo domino, Centeretrium quendam e Galathis 31
alumni ſui victorem domitis frenis excuſſit, & in terram deiectum pedibus ad mor
tem proculcauit.

¶Equus a Dionyſio Syracuſarum tyrāno relictus in ſalebra/ & luto, vbi ſe expedi- 32
uit, domini licet ingrati veſtigia tamen ſecutus eſt.

¶Nero equas habuit Hermaphroditas ex agro Treuerico, quas carpēto ſuo ſubiu 33
ges oſtendebat.

¶Equus Auguſti ſepulchrum a domino meruit. 34

¶Scythius primus fuit omnium equorum a Neptuno productus. 35

¶Hirpinus nomen eſt equi apud Martialē lib. 3. Epigrā. vt Corithe nomen equæ 36
apud Iuuenalem Satyra octaua. de Hirpino Mar. Hirpini veteres qui bene nouit
auos. De vtroq; Iuuenalis. Sed vęnale pecus Corithæ poſteritas/& Hirpini, ſi rara
iugo victoria ſedit.

¶Celebratur Maronis carmine equus Troianus, quem Græci diuina Palladis arte 37
ædificarunt, acerniſq; trabibus contexuerunt Epeo machinæ authore. De hoc Pro-
pertius lib. 3. Mœnia quū Graio Neptunia preſſit aratro Victor Palladiæ ligneus
artis equus. Idem lib. 4. Lęſerat abiegni vēter apertus equi. Hunc Lucretius lib. 1.
Durateum. i. ligneum vocat, vbi ait. Nec clam Durateus Troianis pergama partu
Inflāmaſſet equus nocturno Graiugenarum.

¶Equi Parthorū hippice herba paſti famē ſitimq; multos dies perferūt. Ad quod 38
alluſit Propertius lib. 4. Quot ſine aqua Parthus millia currit equus.

¶Fqui Achillis.

Balius. Aethon. Lampus.
Xanthus. Podargus.

¶De Balio/& Xãtho Politian⁹ in Ambra. Baliũ Xanthũq; iugales Quos Zephyro peperit geminos Harpya Podarge. Et te captiuo funalem Pedaſe collo Igneus exſtimulat. Claudianus. Et flauum xanthum ſpreuiſſet Achilles. Virgiliuslibro. 3. Geo . Martis equi biiuges/& magni currus Achillis.

¶Equi Martis.

Dimos. Phobos.

¶Hi duo numerãtur a Seruio inter equos Achillis. Poetę tñ Pauorẽ/& Terrorem Martis equos faciunt. Vnde Statius. Frena miniſtrat equus Pauor armiger.

¶Equi Solis.

Pyrois. Aethon.
Eous. Phlegon.

¶De his nominibus Ouidius lib. 2. Meta. ſcribit. Interea volucres Pyrois/Eous/& Aethon Solis equi, quartuſq; Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibuſq; repagula pulſant. Pyrois Pyroentis flectitur, vt Simois. Val. Flac. libro. 5. Argon. Et formidantem patrios Pyroenta dolores. Sunt qui dicãt Xanthum inter equos Solis numerari propter dictũ Martialis. Quid cupidum Titana tenes? Iam Xanthus/& Aethon Frena volũt. Thomas Radinus. Equi. 4. qui aurei licet foret, colore tamẽ quiſq; ꝓprio noſcebat. Pyrois rubẽs/Eous candicãs/Aethon coruſcãs/Phlegon nigricãs, hinnitibus flãmiferis/elatis narib⁹ auras implebãt, erraticis curſibus vagabant incerti. Sabellicus. Hic equidẽ ambigue/vergit qua lucidus Aethõ.

¶Equi Plutonis.

Orneus. Nycteus. Amatheus. Nonius.
Ethonis. Alaſter. Abaſter.

¶De quattuor primis nominibus, Claudianus lib. 1. de Raptu ſic meminit.

Orneus crudele micans/Ethoniſq; ſagitta
Ocyor/& ſtygij ſublimis gloria Nycteus
Armenti/ditiſq; nota ſignatus Aleaſtor
Stabant ate fores iuncti/ſęuumq; fremebant,
Craſtina venturę ſpectantes gaudia prędæ.

¶Aurigę/& equorum domitores.

1 Automedõ Achillis
2 Phaeton Solis.
3 Ideus Priami
4 Metiſcus Turni.
5 Naubolus Laij
6 Cirnus Melãpodis.
Durius Peleri
Atlas Camphaſi.
Iberus Panchatis.
7 Iolaus Herculis.
8 Arceptolemus hecto.
Enipeus.
Cabrion.
9 Myrtilus Oenomai
10 Menon Idomenei.
Mneſteus Diomedis
11 Amphitus Caſtoris
Telchius Pollucis
12 Sphęrus Pelopis
13 Baton amphiarai
14 Cebares Darij
15 Patiramphis Xerxis
16 Bellona Martis
17 Picus.
18 Meſapus.
19 Annicerís
20 Ericthonius
21 Aſtyr.
22 Felix Ruffatus.
23 Caſtor.

1 AVtomedon fuit Achillis auriga. Virg. lib. 12. Aenei. Vna ingens Periphas/& equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Ouidius libro. 5. de Triſt. Nunquid Achillæos inter fera prelia fidi Deſeruit leuitas Automedõtis equos. Idem libro. 1. de Arte. Curribus Antomedon lentiſq;

lentiſq; erat aptus habenis. Idem lib. 2. Quãtus erat Calchas extis. Telamonius armis, Automedon curru/tantus amator ego. Pontanus libro. 3. de Stellis. Qualis & Automedon currus moderator Achilli.

¶ Phaeton Solis filius dum currũ patris regendũ ſuſcepiſſet, equis ignotũ aurigam excutientibus cecidit in Padum cœlo paſſim conflagrante. Hinc equi Phaetontis/ pro equis Solis ſolent accipi. Virgil. lib. 5. Aenei. Aurorã Phatontis equi iam luce vehebant. Ouid. lib. 2. Meta. Hic ſitus eſt Phaeton currus auriga paterni. 2

¶ Ideus fuit auriga Priami. Virgilius lib. 6. Aenei. Idęũq; etiam currus/etiam arma tenentem. 3

¶ Metiſcus Turni. Idẽ lib. 12. Aurigam Turni media inter lora Metiſcũ Excutit. Auſonius. Nec celeres Mulas ipſe Metiſcus agas. 4

¶ Naubolus Laij regis Thebarũ. Statius. Naubolus Hippaſides tuus o mitiſſime Lai Hoſpes/adhuc currus ſecuraq; lora tenebat. 5

¶ Cirnus Melãpodis/Durius Peleri/Atlas Camphaſi/Iberus Panchatis equorum fuerunt aurigæ. De Cirno Syllius lib. 16. Quo Cirne ruis (Nam Cirnus agebat) Verbera dimitte/& reuoca moderatus habenas. ¶ Iberus ad Panchatem apud eũdem ſic loquitur. Te ne Aſtur certante feret quiſq; ęquore palmam Erepto? cõſurge/ vola, perlabere campum. 6

¶ Durius ad Pelorum. Quo ruis/aut quiſnam hic rabidi certaminis eſt mos.

¶ Ferunt etiam Iolaum Herculis fuiſſe aurigam. 7

¶ Arceptolemus/ Enipeus / Cabrion hectoris aurigæ fuiſſe memorantur. Mortuo Arceptolemo ſucceſſit Cabrion eius frater. 8

¶ Myrtilus auriga fuit Oenomai, cuius ruina mari Myrtoo nomẽ impoſuit. Ouid. in Ibin. Proditor vt ſęui perijtq; auriga tyranni. Qui noua Myrtoę noia fecit aquę. 9

¶ Tortelius ait Menonem fuiſſe aurigã idomenei/ Mneſteum Diomedis/Mydonem Pylemenis ducis Paphlagonum. 10

¶ Amphitus/ & Telchius Caſtoris / & Pollucis aurigæ fuerunt teſtimonio Plynij lib. 6. ſcribentis. Sunt qui cõditam eam ab Amphito / & Telchio Caſtoris / & Pollucis aurigis putant. Ammianus. Vbi (inquit) inter ciuitates alias Phaſis eſt nomine fluuij dictitata/& dioſcorias nunc vſq; nota, Cuius authores Amphitus / & Telchius Spartani traduntur aurigę Caſtoris/& Pollucis. Alij dicunt Caſtoris/& Pollucis aurigas fuiſſe nominatos Rhecam/& Amphiſtratum. 11

¶ Legitur in Trœzeniorum hiſtoria Sphærum fuiſſe Pelopis aurigam / q̃q̃ alij in Olympia fuiſſe Cyllam tradant. 12

¶ In Illyria ciuitas fuit Harpya prope Enchelyas, in quã Amphiarai auriga Baton abſorpto domino ſe contulit. Author Cęlius. 13

¶ Cebares fuit equiſo, cuius aſtu Darius regnũ Perſarum adeptus eſt. Nam quum Magi inter ſe pacto cõueniſſent, vt is cuius equus primus hinniret, regno potiretur, Cebares manum vuluę equinę prius admotã/naribus equi prębuit olfaciendã. Quo odore irritatus equus/primus dedit hinnitum. Author Herodotus. 14

¶ Patirãphis fuit Xerxis auriga. Idem Herodotus. Poſt quẽ (inquit) ipſe Xerxes vehebatur curru equorum Niſeorum/præcedente auriga, cui nomen erat Patirãphi Otanis filio. 15 16

¶ Poetæ Bellonam Martis aurigam faciunt, flagello armatam ſanguineo, vt docet Statius. 17

¶ Picus fuit equorum domitor dicente Virgilio libro ſeptimo. Leuaq; Ancyle gerebat Picus equum domitor. 18

18 ¶Idem de Meſapo. At Meſapus equum domitor Neptunia proles. Idem lib. 10. Subit / & Neptunia proles Inſignis Meſapus equis. Idem libro. 12. Et Meſapus equum domitor Neptunia proles.

19 ¶Anniceris Cyrenęus nobilis fuit equorum agitator, qui artem Platoni oſtẽtaturus, ante academiam currus iunxit, ſępeq; eundem curſum iiſdẽ veſtigijs nihil deliberando repetijt.

20 ¶Ericthonius Atheniẽſis quadrigas primus iunxit. Pontanus libro tertio de Stellis. Qualis Ericthonius currus/s& quattuor auſus Iungere equos, rapidiſq; rotis inſiſtere victor.

21 ¶Aſtyr Mẽnonis fuit auriga, a cuius nomine Aſtures populi Callęcis proximi dicti ſunt.

22 ¶Conſtat Felicem Ruſſatum fuiſſe aurigam verbis Plynij libro ſeptimo ſcribentis. Inuenitur in actis Felicis Ruſſati aurigæ / iam igne illato in rogum eius/ vnum e fauentibus ieciſſe ſeſe.

23 ¶Inter eos (qui equitatu claruerunt) Caſtor principem locũ obtinuit. Politianus. Vixq; bonum frenis Caſtora frater amet.

¶Currus deorum quibus animalibus trahantur.

1	Currus Bacchi lyncibus/ & tygribus	Currus Lunę bobus.
2	Currus Leucothoes Delphinis.	Currus Nemeſis Griphibus.
3	Currus Cybeles Leonibus.	Currus Solis equis.
4	Currus Veneris Cycnis.	Currus Saturni ſerpentibus.
5	Currus Thetidis Delphinis.	Currus Martis equis.
6	Currus Neptuni equis.	Currus Prothei Phocis.
7	Currus Dianę Ceruis.	Currus Oceani Balenis.
8	Currus Iunonis Pauonibus.	Currus tritonis piſcibus.

1 CVrrus Bacchi lyncibus/ & Tygribus. Propertius de Aradina rapta a Baccho. Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis. Ouidius in Epiſto. Phędrę. Inq; capiſtratis tygribus alta ſedet. Idem lib. 3. Met. Quem circum tygris ſimulachraq; inania lyncum. Idem lib. 4. Tu bijugum pictis inſignia frenis Colla premis lyncum. Idem lib. 1. de arte. Iam deus in curru (quem ſummum texerat vuis) Tygribus adiunctis aurea lora dabat. Virgil. lib. 3. Geor. Quid lynces Bacchi varię? Idem lib. 6. Aenei. Liber agens celſo Nyſę de vertice tygres. Statius lib. 4. Theb. Effrenę dextra lęuaq; ſequunt Lynces/ & vda mero lambũt retinacula tygres. Stroza pater. Lyncibus auectã Gnoſida Bacche tuis. Idẽ. Tempora pãpinea redimita Ariadna corona Tygribus inuehitur candide Bacche tuis. Syllius lib. 7. Qualis odoratis deſcendes liber ab Indis Egit pampineos frenata tygride currus.

2 ¶Currus Leucothoes deę marinæ Delphinis. Virgil. in Cyri. Illa etiã magnũ iunctis quę piſcibus æquor, Et glauco bipedum curru metitur equorum Leucothoe.

3 ¶Currus Cybeles leonibus. Virgil. lib. 3. Aenei. Et iuncti currum dominę ſubiere leones. Ouidius libro. 10. Dente premunt domito Cybeleia frena leones. Catullus. Vbi iuncta iuga reſoluens Cybele leonibus.

4 ¶Currus Veneris Cycnis. Ouidius. libro. 10. Iunctiſq; per aera cycnis Carpititer. Syllius lib. 7. Tum matris currus niueos agitabat olores. Statius lib. 1. Syl. Thalamiq; ingreſſa ſuperbum Limẽ Amycleos ad frena citauit olores. Idem lib. 3. Dum petit & molles agitat Venus aurea cycnos. Horatius lib. 4. Car. ad Venerẽ. Tempeſtiuius in

peſtíuius in domo Pauli purpureis ales oloribus Comeſſabere maximí. Marullus. 5
Ipſa laſciuo Venus alma partu, Lęta nunc iunctis vehitur columbis.
¶Currus Thetídis Delphinis/quēadmodum & Leucothoes. Tibullus. Vecta eſt 6
frenato cærula píſce Thetis.
¶Currus Neptuni equis. Virg. líb. 5. Iungít equos curru genitor, ſpumātiaq; addít 7
Frena feris, manibuſq; oēs effūdit habenas. Syllius líb. 3. Extremāq; petít Phœbęa
cubília Thetyn Frenatis Neptunus equis.
¶Currus Dianę ceruis. Claudianus. Díxit & extēplo frōdoſa fertur ab Alpe Trās 8
pelagus, Cerui currum ſubíere iugales.
¶Currum Iunonis trahunt pauones. ¶Currum Lunę boues. ¶Currum Nemeſis
Gryphes. ¶Currum Solis equi. ¶Currū Saturni Serpētes. ¶Currū Martis equi.
¶Currum Prothęi Phocæ. ¶Currū Oceani Balenę. ¶Currum Tritonis píſces.
¶De his omnibus Polítianus in Ambra.

Bíſtoniís Mars ínſtat equís, Tu iungis olores
Phœbe Terapnęos, Getica Mars fulgurat haſta,
Contendís tu Phœbe fides, arcuſq; retendís,
Lyncas agít Bromius, Pauos Saturnia píctos,
Tardos Luna boues, annoſas Delía ceruas,
Gryphes Hyperboreos Nemeſis, Cytheręa columbas,
Fert pedíbus pínnas puer Arcas, crine galerum. ¶Item Io. Frater Mírandula.
Paphíos non iungít olores
Cypría, terríbilem non concínit ægída Pallas,
Non volucres ſequítur ceruos pharetrata Díana.
Nectere odoríferos loris aſſueta Laconas.
Non iunctis fertur Iuno ſuper æthera pauís,
Dum Samon/aut tecta inuiſít Carthaginis altę.
Cynthía nec bobus charum Endymíona fatígat. ¶Item Pamphilus Saxus.
Candida torquatas poſcit Cyheręa columbas,
Laſciuum numen víctima blanda decet.
Dyndíma frenato Cybele petít alta Leone,
Magnanímus magnę conuenít ille deę.
Oblíquos Sol clarus equis cito prętérit axes,
An decet vt tardo peruolet aſtra boue?
It per ſyderos rex falcifer anguibus orbes,
Quid mirum/gelído ſi placet hydra ſení?
Tygri Bacche petís placidi víneta Tímolí,
Horrerent pauidę tympana rauca ferę.
Per freta píſce ſedens/madídus nat cærula Tríton,
Obruit vnda furens, ſít licet acer equus.

¶Nauígiorum díuerſa genera.

1 Myoparo.
2 Paro.
3 Acatium.
4 Anquiromachus
5 Baris.
6 Cataſcopium.
7 Celox.
8 Corbita.
9 Cydarus.
10 Cymba.
11 Cyrcerus.
12 Faſellus.
13 Geſeorta
14 Horia.
Halius.
15 Lembus.
16 Linter.
17 Monoxylon.

18 Ponto.
19 Proſumia
20 Scapha.
21 Schedia.
22 Sorillum.
23 Stlata.
24 Trieris.
25 Samena.
26 Hippago.
27 Liburnus.
28 Embolon.
29 Lenũculus.
30 Onerarię.
31 Actuariæ.
32 Aliæ.

1 AMyoparo genus erat nauigij, quo vtebantur pyratę authore Nonio. Cicero lib. 3. de Rep. Nam quũ quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtũ vno Myoparone, Eodem (inquit) quo tu orbẽ terrę. Saluſtius lib. 4. hiſto. Mariq; placido a duobus prædonũ Myoparonibus circũuẽta. Sidonius. Litorib⁹ Oceani curuis inerrare cõtra pandos Myoparones. quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes Archipyratas.

2 ¶Erant / & Parones genera quædã nauium. Varro. Iamq; duos Parones habebant inſtructos. Budęus ait Paronem hodie vocari Brigantinum.

3 ¶Acatium nauis erat actuaria. Iulius Pollux ait fuiſſe velũ in nauí maximum, ſicut minimum dolonem.

4 ¶Anquiromachus nauigium eſt aptum ferendis anchoris cæteriſq; nauticis inſtrumentis.

5 ¶Baris erat cymba, qua Aegyptij ſuorum cadauera ad tumulum comportabant. Propertius lib. 3. Romanãq; tubã crepitanti pellere ſiſtro, Barídos & contis roſtra liburna ſequi.

6 ¶Cataſcopium dicitur nauis exploratoria, vt Cataſcopus circũſpector, quod ethymo dictionis cognoſcitur. Cæſar in commentarijs. Literis celeriter in Siciliam conſcriptis / & per Cataſcopium miſſis.

7 ¶Celox dicitur breue nauigium a celeritate. Apuleius. Quí celocẽ regere nequit, onerariam petit. Plautus in Aulu. Quo hanc celocem conferam? Varro. Nautæ remiuagam mouent celocem.

8 ¶Corbita nauis eſt tarda / & grãdis. Plautus in Penulo. Tardiores / q̃ Corbitę ſunt in tranquillo mari. Dicũtur autem corbitę, q̃ in earũ malo corbes pro ſigno ſuſpenderentur.

9 ¶Cydarum Calepinus ait eſſe nauiculę genus, ſed quale, vt in plęriſq; / tacet.

10 ¶De Cymba Virg. lib. 6. Aenei. Gemuit ſub põdere Cymba Sutilis. Ouid. lib. 1. Meta. Occupat hic collem / cymba ſedet alter adunca.

11 ¶Cyrcerus nauis eſt prægrandis Aſiana. Plautus apud Nonium. Quum percontor portitores, ecque nauis venerit ex Aſia, negãt veniſſe. Cõſpicatus ſum interim Cyrcerum, quo me maiorem nõ vidiſſe cenſeo. Idem. Aedificat nauim Cyrcerum / et merces emit.

12 ¶Faſellus eſt nauigiũ Campanum eodẽ Nonio teſte. Saluſtius lib. 3. hiſt. Et forte in nauigando cohors vna, grandi faſello vecta a cæteris deerrauit.

13 ¶Geſeorta nauis eſt, quã nõnulli proſumiã vocãt. ¶Halius dicitur breuis ſcapha.

14 ¶Horiam Nonius ait nauim eſſe piſcatoriam, Plautus in rudẽte. Mea opera laboratur & Rete & horia. Diminutiuum eſt horiola. Idem. Malo hunc alligari ad horiam, vt ſemper piſcetur / & ſi ſit tempeſtas maxima.

15 ¶Lembus dicitur nauicula breuis / & velociſſima. Plautus. Dum hæc aguntur, Lẽbo aduehitur tuus pater pauxillulo. Virg. Lembũ ſi forte remiſit, Atq; illũ in præceps prono rapit alueus amni. Plynius lib. 7. ait Cyrenẽſes fuiſſe repertores lembi.

16 ¶Linter dicitur nauicula cauatis arboribus facta. Hac vtebãtur quõdam Germani Danubium

Danubium habitãtes. Nonius ait Lintres naues esse flaminares, nisi quis forte legat fluuiales/aut fluminares. Onidius ad Liuiã. Quem semel vmbrifera nauita Lintre tulit. Sidonius. In pugnam Pyrata coit, pars Lintre cauata.

¶Monoxylon dicitur nauis ex integro ligno/& nõ conciso in trabes. Monon enim vnum/& xylon lignum dicitur. 17

¶Pontones dicũtur, quibus pontium loco vtimur in traijciendis fluuijs. Apuleius, Et si vado non poterunt, pontonibus transibunt. 18

¶Prosumia genus est nauigii speculatorij. Cæcilius apud Nonium. De nocte ad portum sum prouectus prosumia. Idem. Qui pro gubernatore se gerẽs prope vertit prosumiam. 19

¶Scapha nauicula est in ligno cauata. Horatius lib. 3. Car. Tum me biremis præsidio scaphæ Tutum. Vegetius. Scaphas quoq; de singulis trabibus excauatas cũ longissimis funibus, interdũ etiam ferreis cathenis legio portat. Nonius ait scaphas nauiculas esse, quę maiores naues consequuntur. 20

¶Schedia nauigium est rude & impolitum & trabibus inter se connexis factũ, Cuiusmodi sunt rates. 21

¶Sorillum nauigium est Istricum, quod lino & Sparto conseritur/& condensatur. 22

¶Stlata nauis est lata, quales forte sunt, quibus equi & currus transuehuntur. Antiqui stlatum/& stlites pro latum/& lites dicebant. 23

¶Trieris nauis est magna, quam remiges trib⁹ vtrinq; remorum ordinibus impellunt. Latine triremis dicitur, & trium ordinum nauis, quẽadmodum quadriremes et quinqueremes apud antiquos legim⁹, & apud Grẽcos Epteres / Enneres/& Deceres, quę naues septenum/nouenum/denũq; ordinum significant. Biremem primũ fecere Damasthenes authore Plynio, Triremẽ Ammocles Corinthius. Quadriremẽ Carthaginẽses, Quinqueremẽ instituit Nesicthon Salaminius, Sex ordinum Xenagoras Syracusanus, Decẽremem Nesigiton. Instituit Alexãder Magnus ad duodecim ordines, Ptolemęus Sother ad 15. Demetrius Antigoni ad 30. Pto. Philadelphus ad 40. Ptolemęus Philopator ad 50. 24

¶Plutarchus in vita Periclis ait Damenam esse quãdam nauim rotũdam/& cõcauam & in ventris similitudinem formatam, vt mare percurrere/ac celeriter cõuerti possit. Atq; hoc illi inditum nomen/ ꝙ in Samo primum reperta sit/& a Polycrate tyranno ibidem ædificata. 25

¶Hippago/seu Hippagiũ nauis est lata/& expãsa, qua equi & currus trãsmittunt. 26

¶Liburni dicebantur bellicę naues/& velocissimæ a Liburnia Dalmatiæ parte, cuius exemplo fabricãtur/ vel ꝙ Liburni populi olim nauibus citissimis Ionium mare insulasq; prędarentur. Hinc naues leuitate præstantes Liburnicas dixerunt. Horatius in Epodo. Ibis Liburnis inter alta nauiũ Amice propugnacula. Dicimus & Liburnica. Suetonius in Augusto. Vtrobiq; parte Liburnicarnum demersa. Dicuntur etiam Liburnę, Lucanus. Ordine cõtentę gemino creuisse Liburnę. Vegetius lib. 4. De re militari de Liburnicis ita scribit. Augusto dimicãte Actiaco prelio, quũ Liburnorum auxilijs precipue victus fuisset Antonius, experimẽto certaminis patuit esse Liburnorum naues cęteris aptiores. 27

¶Embolũ genus est nauigij velocissimi. Alij ponũt pro rostro ęreo, quod ex prora nauium eminet. 28

¶Lenũculus dicitur nauis piscatoria. Salust. apud Noniũ. Primo inducit forte per noctem in Lenũculo piscantis. 29

¶Onerariæ naues dicuntur negociatorię/& propter onera tardę. ¶Actuarię vero 30

dicuntur agiles/ & præſtantes celeritate. Saluſtius. His actuariæ naues circiter 30. Onerariæ decem erant.

31 ¶Nauium appellationes apud Gellium lib. 11. cap. 25. ſunt Gauli/ Corbitę/ Caudicæ/ Hippagines/ Cercuri/ Celoces/ Oxiæ/ Remiculi/ Actuariæ/ Proſumiæ/ Geſeortę/ Orioles/ Cattæ/ Scapha/ Pontones/ Nuctuciæ/ Mediæ/ Phaſelli/ Parones/ Myoparones/ Lintres/ Caupulica/ Mareplacidę/ Cydarum/ Ratarię/ Cataſcopium.

32 ¶Porro aũt nauem primi excogitarũt Tiphys/ & Argonautę/ vel Tyrij, vt mauult Tibullus ſcribens. Prima ratem ventis credere docta Tyros. Danaus nauẽ primus in Greciã ex Aegypto aduexit. Nam prius ratib⁹ nauigabãt in mari Rubro ab Erithra repertis, Antiquitus fiebãt ex corio circũſutæ in Oceano Britãnico, In Nilo ex papyro, Scirpo/ & arũdine. Longa naue primũ Iaſonẽ nauigaſſe teſtis eſt Philoſtephanus. Egeſias hoc tribuit Parrhalo. Cteſias Samirę, Stephanus Semiramidi, Archimachus Aegęoni/ Bibliographi Noæ. Onerariã Hippus Tyrius inuenit, Lembum Cyrenẽſes, Cymbam Phœnices, Celocem Rhodij, Cercurum Cyprij, Syderum obſeruationem in nauigando phœnices, Remum Copę, Latitudinem eius Platę, vela Icarus, Malum/ & Antemnam Dędalus, Tectas longas Thaſij, Roſtra Piſęus, Tyrrheni anchorã, Anacharſis Harpagones, Adminicula Tiphys, Claſſe primus depugnauit Minos. ¶Naumachia vocatur pugna nautica, Naumachiarij qui nauale prelium cõmittunt. Suetonius in Claudio. Sed quum proclamantibus Naumachiarijs/ aue imperator, morituri te ſalutant. ¶Nauis vocabulum eſt generale. Naualia nauium ſtationes. Nauarchus nauis princeps. Nauclerus/ ſeu Naucleriacus ductor. Nauta/ & nauita idem. ¶Carina dicitur concauitas nauis/ & capitur pro tota naui. Virgil. Frondenteſq; ferunt remos/ natat vncta carina. Carinare inſtar carinæ formare. ¶Puppis pars poſterior nauis/ prora anterior/ proreta rector prorę. ¶Rates dicuntur rudes/ & impolitę trabes inter ſe connexę. Ratis tamen capitur pro naui. Ouidius lib. 4. de Ponto. Et freta veliuolas non habitura rates. Ratiarij ratis ductores. ¶Claſſis capitur pro multitudine nauiũ/ & quandoq; pro vnica naui. Virgil. Et Lycię ductorem claſſis Orontem. ¶Remiges nautæ qui remos agunt, Remigare remos agere. ¶Helciarij qui maiores naues funibus trahunt canabinis aduerſus vndas. ¶Rudentes dicuntur funes nautici, Lucanus lib. 8. Aut laqueum collo, tortoſq; aptare rudentes. ¶Anchora ferrum eſt repandum/ & vtrinq; acutum, quo ſiſtuntur naues. Vnde adagium. Nauis tua fulta eſt duabus anchoris. ¶Antemnę inſtrumenta ſunt amnem ante ſecãtia/ viamq; nauibus facientia. Virg. Cornua velatarum obuertimus Antemnarum. ¶Vela dicuntur linea/ vel canabina tegmina, quæ diſpaſſa malo nauis alligantur, vt ventos recipiãt, hinc mare veliuolum. ¶Carbaſus linum eſt tenuiſſimũ, quo vela nauium fiebant quõdam, vnde et carbaſa pro velis accipi ſolent. ¶Tranſtra tabulæ ſunt, in quibus ſedent remiges/ vel per quas ad regimen nauis deambulant. ¶Celeuma dicitur clamor nauticus. ¶Naulum et portorium merces nautarum/ & portitorum. ¶Vrinatores dicuntur natatores ſubaquatiles, Vrinari/ ſeu vrinare ſub aquis natare.

¶Propria quędam Nauium nomina.

1 Argo.
2 Piſtris.
3 Chimera.
4 Centaurus.
5 Scylla.
5 Tygris.
6 Centaurus.
7 Triton.
8 Paralus.
Salaminia.

Argo

ARgo dicitur fuiſſe prima nauiũ, qua Iaſon, Tiphys, Caſtor, Pollux, & alij (quos inde Argonautas dicim⁹) profecti ſunt Colchos ad rapiẽdũ vellus aureũ. Sumpſit aũt nomẽ ab Argo architecto. Vnde Val. Flac. lib. 1. Ad charũ Tritonia deuolat Argũ, Molirí hũc puppẽ iubet, et demittere ferro Robora, Peliacas etiã comes exít ad vmbras. Vel ab Argiuis, qui in ea nauigarunt. Hanc nauim poetę multis ornãt epithetis. Vocant imprimis fatidicã, & loquaculam, ꝙ beneficío Mineruę facta ſit ex quercu dodonęa, quã Sophocles tradidit fuiſſe non tantum verboſam, at etiã futurí prędagam, vt ĩ periculís Argonautas moneret. Vnde Claudíanus. Licet oía vates In maius celebrata ferãt, Ipſamq; ſecandís Argoís trabibus iactent ſudaſſe Mineruã, Nec nemoris nautã vinxiſſe carẽtia ſenſu Robora, ſed cędo teneri Iouís augure Luco Arbore prędaga tabulas animaſſe loquaces. Seneca in Medea. Ipſaq; vocẽ perdidit Argo. Val. Flac. Prima deũ magnis canimus freta per mia nautís, Fatidicãq; ratem. Vocatur prędterea Pagaſęa, a Pagaſa vrbe Theſſalię, apud quã fuit ædificata. Itẽ Pelías a pelío monte, Tritonís quoniã beneficío Mineruę & ingenío facta ẽ. Magneſís ſeu Magneſías a Magneſía regíone Macedoníę proxima. Argoa & argiua ab argíuís nautís. Quę oía teſtimonijs ſequentibus cõfirmantur. Ouídius lib. 7. Meta. Iamq; fretũ Minyę Pagaſęa puppe ſecabant. Vale. Flac. lib. 1. Et Oebalíum Pagaſęía puppís alũnum Spectet. Statius lib. 5. Theb. Pelías íntacti late ſubit hoſtia ponti Pinus. Ouídius ĩ Epł̃s. Phryxęã petíjt Pelías arbor ouẽ. Val. Flac. lib. 8. Sí modo peliacę non ſum captíua carinę. Idẽ. Sequiturq; volantem Barbara Palladíam puppẽ ratís. Magneſís ſeu magneſías. Ouídius ĩ Epł̃s. Cur vnq̃ Colchi magneſída vidímus Argo. Põtanus lib. 5. de Stellís. Appulerat myſorum agrís Magneſías Argo. Val. Flac. lib. 7. Horruít Argoę legío ratís. Manílius. Argíuamq; ratem per apluſtría ſumma. De Argo Properti⁹ lib. 1. Namq; ferunt olím Pagaſę naualíbus Argon Egreſſam longe Phaſídos iſſe víam. 1

¶ Piſtrís, Centaurus, Chimera, Scylla, nomína ſunt nauium apud Vírg. lib. 5. Aene. De piſtrí & eíus rectore Mneſteo ſíc ínquít. Velocem Mneſteus agít acrí remige Piſtrim. 2

¶ De Chímera. Ingentemq; Gyas íngentí mole Chimeram. 3

¶ De Centauro & Scylla. Sergeſtuſq; (domus tenet a quo Sergía nomen) Centauro ínuehítur magna, Scyllaq;. Cloanthus Cærulea. 4

¶ Apud eundem lib. 10. Tygrís nomen eſt nauís, cuius rector fuit Maſſícus, Hæc eíus verba. Maſſícus ærata prínceps ſecat æquora Tygrí. 5

¶ Eſt & Centaurus nomen alterius nauís, cuí⁹ rectorem vocat Cupauonem, vbí ait. Fílíus æquales comítatus claſſe cateruas Ingentem remís Centaurum promouet. 6

¶ Tríton nauís fuit cuiuſdam Auleſtis. Idem. Hunc vehít ímmanis Triton. 7

¶ Cælius ex teſtímonío ínterpretum Arístophanís ſait duas Athenís naues, fuiſſe publíco muneri deſtínatas, ex quíbus Salamínía euocatos ad iudícium ſubueheret, Paralus vero aueheret Delphos ad rem díuínam. 8

¶ Argonautarum nomína,

Típhys.	Theſeus.	Hercules.	Iphítus.
Iaſon.	Coronus.	Hylas.	Euphemus.
Caſtor.	Eurydamas.	Orpheus.	Deucalíon.
Pollux.	Iphídamus.	Aſterion.	Amphíon.
Melampus.	Cius.	Talaus.	Clímínus.
Amphíaraus.	Epítropus.	Leodocus.	Iphíclus.
Teſtor.	Telamon.	Idmon.	Nauplius.

Nauplius.	Philoctetes.	Meleager.
Oileus.	Butes.	Aethalides.
Cepheus.	Phalerus.	Echion.
Amphidamas.	Eribotes.	Admetus.
Anceus.	Peleus.	Canthus.
Eurytion.	Menœtius.	Idas.
Mopsus.	Phlias.	Zethes.
Tydeus.	Erginus.	Calais.
Periclymenus.	Lacon.	Eryx. Amyrus.

ARgonautę (vt iam diximus) dicuntur heroes illi, qui in Argo naui Colchos profecti sunt ad rapiendum vellus aureũ. Sunt qui dicant fuisse duos & quinquaginta numero. Alij quattuor addunt. Sed parum refert de numero. Val. Flac. lib. 1. seriatim multos enumerat. De Zete & Calai. Ouidius lib. 6. Meta. Vellera cum Minyis nitido radiantia vllo Per mare non notum prima petiere carina. Propertius lib. 2. Hunc duo sectati fratres / Aquilonia proles. Hunc super & Zetes, hunc super & Calais. Omnium summi & principes fuerunt Tiphys & Iason. Vnde Ouidi⁹ li. 1. de Arte. Tiphys ī Aemonia puppe magister erat. Eā obrē Argo ipsa vocatur Iasonia. Ruffus Festus. Puppis Iasonię depictaq; terga carinę.

¶ Nautę nonnuli.

1	Tiphys.	6	Opheltes.	12	Acesseus.
2	Mnesteus.	7	Canopus.	13	Mandro.
	Sergestus.	8	Saro.	14	Phrontis.
	Cloanthus.	9	Amarsyades.	15	Amyclas.
3	Palinurus.		Nausithe⁹. Pheax.	16	Colęus.
4	Telo.	10	Ariamenes.	17	Phereclus.
5	Phoceus.	11	Petitius.	18	Pelorus.

1 ¶ De Tiphy licet iā satis dixerim⁹, adhuc tamē testimonia adijciem⁹. Virgil. Aeclo. 4. Alter erit tū Tiphys / & altera q̄ vehat Argo Delectos heroas. Ouid. in Epi. Quid mihi cū Minyis, quid cū Tritonide pinu. Quid tibi cum patria nauita Tiphy mea. Seneca in medea. Queq; domitorē freti Tiphyn nouā firmare docuisti ratem. Idem. Ausus Tiphys pandere vasto Carbasa ponto, legesq; nouas scribere ventis.

2 ¶ Mnesteus / Sergestus / Cloanthus nautę fuerunt Aeneę. Virgil. lib. 4. Aen. Mnestea / Sergestumq; vocat / fortemq; Cloanthum.

3 ¶ Fuit et Palinur⁹ gubernator nauis Aeneę. Virgil. li. 5. Ipe gubernator puppi Pa-

4 ¶ Telonē massiliēsem Lucan⁹ a nauigādi astrorūq; peritia laudat (linur⁹ ab alta. lib. 3. vbi ait. Dirigit huc puppi miseri quoq; dextra Telonis, Qua nullā melius pelago turbante carinę Audiuere manū / nec lux est notior vlli Crastina, seu Phœbum videat, seu cornua Lunę / Semper venturis componere carbasa ventis.

5 ¶ Idē cōmendat Phoceū quendā vrinatorē adeo natandi peritū, vt mergeret se / ac demum emergeret quū vellet, Hęc eius verba. Pugna fuit vnus ī illa Eximius Phoce⁹ / aiam seruare sub vndis / Scrutariq; fretū / si q̄d mersisset arenis. Et nimis affixos vnci conuellere morsus, Adductum quoties non senserat anchora funem.

6 ¶ Opheltes fuit nauta & circunuentor sceleſtissimus, De quo Sidonius. Qui vigor in pedibus frustra tibi natus Ophelte.

7 ¶ Canopus authore Plynio fuit gubernator nauis Menelai, a quo hostium Nili Canopicum nomen sumpsit, vbi ictu Aspidis mortuus est ille.

8 ¶ Fuit Saro quispiam nauta, qui moribus suis inelegantibus & inurbanis sequenti adagio

adagio locum fecit. Sarone magis nauticus.

¶Simonides apud Plutarchum teſtis eſt Amarſyadem Phereclum fuiſſe guberna 9
torem nauis Theſei in Cretã ad Minotaurum nauigantis. Philochorus ibi ait, Nau
ſitheum & Phęacem rectores fuiſſe eius nauis.

¶Idem in Themiſtocle ait Ariamenem xerxis fuiſſe nauarchum. 10

¶Eodẽ teſte Petitius fuit gubernator nauis, in quam Põpeius poſt fugam cõſcẽdit. 11

¶Aceſſęus fuit ignauus quiſpiã nauta, qui vt nauigationem prorogaret, dicebat ſe 12
Lunam magis opportunã expectare. Vnde natum Adagium. Aceſſęi Luna, in com
perendinatores, qui ſemper cauſas comminiſcuntur, quo negocium differant.

¶Mandro fuit quiſpiam nauicularius, qui aſpirante fortuna tandem factus eſt ipe 13
rator, vnde etiã fact⁹ adagio locus. Fuit et Mandroni ficulna nauis. In eos, qui prę=
ter meritum ad opes euecti, priſtinę conditionis non meminerunt.

¶Phrontis nauta fuit Menelai filius Onetoris/cęſus a Phœbo. 14

¶Amyclas nauta fuit, ad quem tempore belli ciuilis acceſſit Cęſar, vt ab eo tranſue 15
heretur in Italiam. Lucanus lib. 5. Molli cõſurgit Amyclas Quem dabat alga, toro.

¶Herodotus ĩ Melpomene ait Colęum fuiſſe gubernatorẽ cuiuſdã nauis Samioꝝ. 16

¶Pherecl⁹ fuit architect⁹, qui naues Paridis ad raptum Helenę ituri fabricauit, vn 17
de & nauis proprio epitheto Phereclea dicitur.

¶Pelorus fuit gubernator nauium Annibalis fugientis. 18

¶Portitores.

1 Phaon. 2 Phorcus. 3 Charon.

Cælius ſcribit Phaonem fuiſſe portitorem/eoq; ſe fouiſſe artificio. Hic quũ 1
venerem tranſuexiſſet, vnguentum ab ea fertur accepiſſe, quo delibutus fa
ctus eſt hominum pulcherrimus.

¶Phorcus greçe Porthmeus/latine portitor dictus eſt, q̃ per mare deferret Colo= 2
nias teſte Beroſo.

¶Charon dicitur portitor inferorum. Virgil. li. 6. Aen. Portitor ille Charon. Idẽ. 3
Potitor has horrendus aquas & flumina ſeruat Terribili ſqualore Charon. Proper=
tius lib. 3. Exoranda canis tria ſunt latrantia colla, Scandenda eſt torui publica cym
ba ſenis. Idẽ lib. 4. Vbi portitor ęra recepit, Obſerat vmbroſos lurida porta rogos.
¶Portorium/Porthmęum/Telonarium/minerual/ſtips Charontica dici tur porti
torum merces. Seneca. De Charonte. Hunc ſeruat amnem cultu & aſpectu hor=
ridus/Pauidoſq; manes ſqualidus geſtat ſenex. Idem in Oedipo. Quiq; ca paci tur=
bida cymba flumina ſeruat/durus ſenior/nauita Charon.

¶Piſcatores et Vrinatores.

1 Dyctis. 4 Nicolaus Calapiſcis.
2 Herminius. 5 Ichtyophagi.
3 Scyllias. 6 Petrus apoſtolus.

Dyctis fuit piſcator quiſpiam, qui educauit Perſeum, de quo Statius libr. 2. 1
Syl. Fluctiuagus volucrem comebat Perſea Dyctis.

¶De herminio piſcatore, Sylli⁹ lib. 5. Nec minus herminium primis ob= 2
truncat in armis, Aſſuetũ Thraſymene tuos prędãtibus hamis Exhaurire lacus/pa
trięq; alimenta ſenectę Ducere ſuſpenſo per ſtagna latentia lino.

¶Herodotus ait Scylliam fuiſſe vrinatorem Sicyoniũ Themiſtoclis ętate, qui etiã 3
naufragio ad Peliũ facto/multã pecuniã Perſis ſeruauerit/plurimãq; ſibi lucrat⁹ ſit

¶Nicolaus quidam Calapiſcis cognominatus ex Appulia oriundus, a puero aquis 4
aſſuetus degebat inter marinas beluas multos dies continuos illęſus, & profunda pe

lagi ſcrutabatur, futuraſq; tempeſtates prędicebat, author Volaterranus.
¶ Plynius ait Ichthyophagos populos Troglodytis vicinos natare ſeu maris aialia.
¶ Eccleſiaſtici dicũt Petrũ apoſtolũ oim põtificũ primũ, fuiſſe piſcatorẽ ꝓfeſſione

¶ Pericula marina.

1 Charybdis. 3 Malea. 5 Syrtes.
2 Scylla. 4 Caphareus.

1 ¶ Charybdis periculũ ẽ marinũ in Sicilia prope Tauromínitanũ litt⁹, quod crebris aquarũ vorticib⁹ ſremere, aſſiduiſq; fluctuũ cõcurſib⁹ rapta abſorbere dicit. Ouid. lib. 4. de Ponto. Nec potes infeſtis conferre Charydin Achęis, Ter licet epotet, ter vomet illa fretum.

2 ¶ Scylla, ſaxũ eſt in mari Siculo mare ipſum reddẽs iportuoſum & plenũ periculi, qđ aſſiduis aquarũ cõcurſib⁹ latratũ videt emittere, Poetę fabulant Scyllã Phorci filiã mutatã in mõſtrum ſuperne virgineũ, iferne vero piſcẽ, & ſex caninis capitib⁹ latrãs, quũ ſe lauiſſet i fonte, qđ Circe veneno ifecerat. Ouidi⁹ li. 7. Meta. Cictaq; ſęuis Scylla rapax canib⁹ Siculo latrare ꝓfundo. Plyni⁹ li. 3. In eo freto eſt ſcopulus Scylla. Itẽ charybdis mare vorticoſũ, Ambo clara ſęuitia. Cicero actiõe. 6. i Verrẽ. Nõ ei charybdi tã ifeſtã neq; Scyllã nautis, q̃ iſtũ i eodẽ freto fuiſſe arbitror. Seneca in Medea. Quid quum Siculi virgo Pelori Rabidos vtero ſuccincta canes, Omnes pariter ſoluit hiatus.

3 ¶ Malea promõtoriũ ẽ Laconię ſcopuloſum, quod ꝑ 50. millia paſſuũ in mare protenſum periculoſam reddit nauigationẽ propter aduerſos ventorũ flat⁹. Hinc natũ ꝓuerbium. Quum ad maleã deflexeris, domeſticos obliuiſcere. Eſt aũt penultima dictionis indifferens. Virgil. Ionioq; mari, maleęq; ſequacibus vndis. Statius li. 4. Theb. Quod Pylos & dubijs vitata Malea carinis. Idem in Achill. Nec vndiſonę quos circuit vnda Maleę.

4 ¶ Caphareus mõs eſt Euboię altiſſim⁹ Helleſpõtum verſus, iportuoſus & formidoloſus propter ſcopulorum frequentiã & crebros vndarũ vortices. Hic Nauplius rex Euboię mortẽ filij Palamedis, Vlyſſis dolo interfecti vltus eſt. Nã quum Gręci Troia redirẽt, Nauplius facẽ in vertice mõtis poſuit, vt locus fidẽ portus faceret. Quo quũ veniſſent, multi naufragiũ fecerunt. Stati⁹ in Achill. Quum reduces Danai, nocturnaq; ſigna Caphare⁹ Exeret. Seneca i Aga. Vbi ſaxa rapidis clauſa vorticibus tegit Fallax Caphareus, eſtuat ſcopulis fretum, Feruetq; ſemꝑ fluctus alterna vice. Idem. Hinc petrę Capharides, Hic oẽ voces reddit herculeas nemus. Sidonius. Fixuſq; Capharei Cautibus inter aquas flammã ructabat Oileus. Val. Flac. li. 1. Et face ſęua In tua mox Danaos acturus ſaxa Caphareu.

5 ¶ Syrtes duo ſunt loca in finibus Africę Aegyptum verſus, vbi mare fertur eſſe vadoſum & importuoſum propter aquas reciprocas. Seneca. Et amica nautis ante promittet vada Incerta Syrtis. Syllius lib. 17. Et ſemper naufraga Syrtis.

¶ Ouidius lib. 12. Elegiarum de quibuſdam ſic meminit.

Cum domina Lybicas auſim prętrumpere Syrtes,
Et dare non ęquis vela ferenda Nothis.
Non quę virgineo portenta ſub inguine latrant,
Nec timeam veſtros curua Malea ſinus.
Nec quas ſubmerſis ratibus ſaturata Charybdis
Fundit, & effuſas ore receptat aquas. Sidonius. Syrenas pereuntib⁹ placentes,
Vitatas tenebras, facemq; Nauplij Et Scyllę rabidum voracis inguen,
Vel Tauromínitana quos Charybdis Ructatos ſcopulos cauat profundo.

¶ Piſcinarij. Sergius Orata.

Sergius Orata. Licinius murena. Vedius Pollio.
Hortensius Fuluius hirpinus.

¶ Piscinarij dicũt, q̃ piscias habẽt refertas piscib⁹ easq; magno studio curãt. Ostrearũ viuaria, prim⁹ oim Sergi⁹ Orata iuenit / optimũq; saporẽ Lucrinis adiudicauit. ¶ Licinius murena reliquor⁹ pisciũ viuaria primus istituit. Lucullus ad pisciũ receptacula mõtẽ excidit iuxta Neapolim maiore ipendio, q̃ villam ędificauerat, admisso mari. Varro scribit. M. Catonẽ Vticẽsem (quum hęres testamẽto Luculli seu lucilij esset relictus) pisces de piscina ei⁹. 40. millib⁹ vẽdidisse. Murenar⁹ viuaria excogitauit. C. Hirrius, qui cœnis triumphalibus dictatoris Cęsaris sex millia murenarum mutua appendit, & dedit in pondus.

¶ Vedi⁹ Pollio, quũ piscias magno studio coleret, solebat seruos suos occidere, eosq; piscibus vorandos prębere, vt hominum cruore pasti delicatiores essent. ¶ Curauit & piscinas Hortensius Orator) Murenãq; adeo dilexit, vt mortuam multos dies atrat⁹ fleuerit. ¶ Antonia Drusi Murenę quã diligebat, īaures addidit. ¶ Cochlear⁹ viuaria prim⁹ istituit Fului⁹ Hirpin⁹. ¶ Pisces diuersi.

1 Acipenser.
2 Alosa.
3 Attilus.
4 Aurata
5 Anguilla.
6 Alec.
7 Aries.
8 Aphya.
9 Astacus.
10 Acus.
11 Anthia.
12 Aelurus.
13 Aulopa.
14 Barbo.
15 Bocas.
16 Balena.
17 Carpio.
18 Cephalus.
19 Concha.
20 Congrus.
21 Cybium.
22 Coracinus.
23 Cytharœdus.
24 Cetus.
25 Cyprinus.
26 Channa.
27 Cantharus.
28 Cestreus.
29 Cancer.
30 Cordilla.
31 Canicula.
32 Coruus.
33 Callionymus.
34 Charace.
35 Coclea.
36 Clupea.
37 Dactylus.
38 Delphinus.
39 Draco.
40 Echeneis.
41 Elops.
42 Echinus.
43 Exocœtus.
44 Encraules.
45 Galeus.
46 Glanius.
47 Gobio.
48 Glaucus.
49 Grus.
50 Garus.
51 Gerres.
52 Hippocampus.
53 Hircus.
54 Higrophœnix.
55 Iulides.
56 Lampetra.
57 Loligo.
58 Lutarię.
59 Lupus.
60 Lucerna.
61 Lagnis.
62 Lepus.
63 Leo.
64 Locusta.
65 Lucius.
66 Labrax.
67 Mugil.
68 Murena.
69 Murex.
70 Mustella.
71 Mullus.
72 Myrus.
73 Merix.
74 Melanurus.
75 Mus araneus.
76 Mus marinus.
77 Musculus.
78 Merula.
79 Margarus.
80 Melandria.
81 Miluago.
82 Myrinus.
83 Mytulus.
84 Minutal.
85 Narica.
86 Nautillus.
87 Ostrea.
88 Orca.
89 Orphus.
90 Orcynus.
91 Orchis.
92 Oxyringus.
93 Otia.
94 Pectunculus.
95 Pelamis.
96 Peloris.
97 Physeter.
98 Phoca.

99 Polypus.
100 Priſtis.
101 Pſitta.
102 Paſtinaca.
103 Phagrus.
104 Pauo.
105 Pholis.
106 Phuca.
107 Pediculus.
108 Porcus.
109 Pardalis
110 Phyſalus.
111 Pharus.
112 Phagurus.
113 Purpura.
114 Pompilus.
115 Pinna.
116 Perna.
117 Plataniſta.
118 Pulmo.
119 Paſſer.
120 Rhombus.
121 Rana.
122 Raia.
123 Sepia.
124 Scarus.
125 Sargus,
126 Synodon.
127 Silurus.
128 Scombrus.
129 Sphyrena.
130 Salmo.
131 Salpa.
132 Solea.
133 Stella.
134 Scolopendra.
135 Scorpius.
136 Simia.
137 Sagittarius.
138 Spongia.
139 Strombus.
140 Squatina.
141 Sparulus.
142 Thymallus.
143 Torſio.
144 Trochus.
145 Thriſſa.
146 Trocta.
147 Thynnus.
148 Trichia.
149 Triton.
150 Teſtudo.
151 Torpedo.
152 Trigla.
153 Voligo.
154 Vitulus.
155 Vertibulum.
156 Vrtica.
157 Vua.
158 Alij plęriq;.

SCripſerũt de piſciũ natura Oppianꝰ/Ariſtoteles/Plyniꝰ et aliquot alij magnę celebritatis viri,q quoniã acute adeo et diligẽter negociũ hoc attigerũt, vt nihil poſteris reliquiſſe videãtur, vacãtis eſſet operę multa moliri velle poſt illos,quoꝝ nec vmbrã quidẽ poſſit quiſq; pertigere. Propterea ſatis erit nobis quędã admodũ pauca decerpere,quę notiora et maiori emolumẽto futura videbũtur. Nã nihil indiſcuſſum relinq;re velle,illud eẽt retexere telã Penelopes. Dicamꝰ ergo de piſcibꝰ/quoꝝ noĩa apud authores frequẽtiora ſunt. Piſcis Græce Icthys dicit̃. vnde Ichthyopagi populi Troglodytis vicini,q veſcuntur piſcibꝰ. Icthyopolę piſciũ vẽditores,qui et Cetarij vocãtur/Icthyopoliũ forum piſcariũ. Capiũtur piſces,hamis/naſſis/tragulis/excipulis. Qui piſcantur, vocantur hamiotę, vt faciebat Auguſtus animi laxandi gratia, Tranquillus ſcribit Neronem aureo rete piſcari ſolitum.

¶ Piſciũ alij tegunt̃ corio & pilis/vt vituli/hippotami/Alij corio tãtũ, vt Delphini. Cortice vt teſtudines/Silicũ duricia/vt Oſtreę/conchę/ Cruſtis, vt locuſtę/ Cruſtis et ſpinis, vt Echini/Squamis vt Carpio, aſpera cute/ vt ſquatina, qua lignum & ebora poliũt̃, molli vt Murenę/ Alij nulla, vt Polypus. Quę pilo veſtiunt̃ aĩal pariũt. Spirant piſces. Nã et pulmonẽ habẽt, aut aliqua pulmonis loco viſcera. Annotata eſt ei i quibuſdã ęſtiuo calore anhelatio, & i alijs oſcitatio. Interi quoq; dormiũt. Oua pariũt, q̃ ſquamis itegũtur, Coeũt plerũq; i occurſu/quo cõtactu/mẽſibꝰ Martio/aprili/maio/Autũno pauci, vt Salpa & Sargus. Piſciũ alij ſunt plani, vt Rhõbi & Soleę, aliq lõgi. vt Murena/cõger. Placet Ariſtoteli nullas eẽ piſcibꝰ mãmas/nec meatum vllũ genitaliũ perſpicuũ ſed excremẽtoꝝ tantũ locũ. Partes quoq; audiẽdi/odorandi/ſentiẽdi nullas eẽ ꝑſpicuas pręter oculos. Sũt q gregati errãt more armẽtoꝝ, volant aliq, vt accipitres, hirũdines, ſepię. Sentiunt hyemẽ procelloſam, cuiꝰ horrore multi limo ſe prouoluũt/alij ſub petris glomerati cõquieſcunt/ nõnulli ima petũt. q ſentiãt ſũma pelagi tẽpeſtatibꝰ obnoxia. Redeũte vero ſerenitate proſiliunt, & libẽter litus proſpiciunt. Partu differunt inter ſe. Lupus bis anno parit, Mulus ter, Cęteri ſemel ac diuerſis tẽporibus. Pręgnãtes gaudent aquis dulcibus. In Africa tamẽ

feruntur

feruntur viuere nonnulli in feruenti palude. Sunt qui colorem mutant. Nam mēq hyeme candidę fiunt ęstate nigriores. Mutat et Phycis reliquo tempore cādida, ve re varia. Amicitias inter se & inimicitias exercent. Inimici sunt Delphinus & Bale= na, Cęstres & Lupus, Murena & Cōgrus. Sunt & qui d ocilitatem nescio quam prę se ferunt. Nam in Lymira fonte Lycię ter fistula euocati veniunt ad augurium teste Plynio. Hierapoli Syrię in lacu Veneris, ędituorum vocibus parent vocati, exorna ti auro veniunt adulantes, Scalpuntur, ora hiantia manibus inserendis prębent. In Stabiano Campanię ad Herculis petram Melanuri in mari panem abiectum ra= piunt, ijdemq; ad nullum cibum (in quo hamus sit) accedunt.

¶ Acipēser piscis, est qui squamis ad os versis contra aquā nando meat. Fuit oli in magna mēsarum dignatione et inuētu rarus, vt docet Cicero ī libello de Fato, apud quem dicitur Scipioni Numantio acipenserem esse paucorum hominū. Quod etiā docuit Plaut9 scribēs, Qui mihi in mari Acipēser latuit, cui9 lat9 in latebras dedam meis dentibus. Martialis, ad Palatinas Acipensera mittite mensas, Ambrosias or= nent munera rara dapes. Calepinus Acipensem legit, aitq; vtrumq; dici Acipensis et Acipenser. Plynius scribit hunc piscem suo tempore ignobilem fuisse. Hunc pri mus apposuit mensis Calonius pręco, homo postremę gulę. 1

¶ Alosa piscis est de Clupearum genere, qui alio nomine Chryssa dicitur. Alosæ dicuntur esse laudatissimę in Tyberi. 2

¶ Attilus piscis est inertia pinguescens. Frequēs est in Pado, adeo vt ad mille quā doq; libras capti sint, qui nisi iugis boum extrahi potuerunt. 3

¶ Auratę pisces sunt omnium timidissimi, qui in maris refluxu sub litoralium arbo rum radicibus se occulunt, ibiq; frondium agitatione exterriti facile capiuntur, qua dam velut deditione. Eorum viuaria primus instituit Sergius Orata, inde nomē a= deptus. Martialis. Nō omnis laudem preciumq; Aurata meretur. Hic piscis nomē accepit ab auri colore. Commendantur Auratę, quę sunt ex Lucrino lacu. Coeunt attritu ventris et oua concipiunt. 4

¶ Anguillę pisces sunt oblongi, volubiles & serpentibus similes, qui piscīū soli exa= nimes nō fluitant. Dicūtur Anguillę/ q9 anguib9 similes sint. Viuūt annis .8. durant sine aqua senis diebus. Generātur scopulo9 attritu/ sine coitu/ sine ouo/ nec est alia ea9 ꝓcreatio. Frequēs habet lacus Benacus authore Plynio. Vescunt̄ limo et edu= lijs. si q̄s apponat, sed plurimę dulci humore viuunt. Gaudēt aqua semꝑ affluente et effluēte, quę nisi lipida fuerit, breui itereūt. Aestiuo tēpore de lacu ī piscinā trans latę viuere nequeunt. hyeme vero mutationē loci tolerant facillime. Reperiuntur in Gange tā inusitata magnitudine, vt tricenos pedes ipleāt. Optimę et prępingues ca piuntur in Timauo lacu. Reperiunt̄ etiā in limosis locis prope Syracusas, tāta mul= titudie, vt piscari volētib9 lata adsit pręda. De anguilla Iuuenalis Satyra .5. Vos an guilla manet lōgę cognata colubrę. Aristo. ait anguillā neq; marē esse/ neq; fœminā 5

¶ Alec piscis est/ q̄ solaaqua nutrit̄. Martialis. Cui portat/ gaudēs ancilla paropsi= de gaudens Alecem, sed quā protinus illa voret. Diminutiuū est alecula. Colu. lib. 9. Datur Cāmarus/ & riualis alecula/ vel si qua sunt incremēti parui fluuio9 aīalia. Capit̄ ēt alec ꝓ salso liquamine. Martia. li. 3. Capparin et putri cepas alece natātes. 6

¶ Aries piscis est/ qui grassatur vt latro/ & grandiū nauium in solo stantium occul= tus vmbra expectat/ si quem nandi voluptas inuitet/ raptāq; prędā adnatās mergit. 7

¶ Aphyę piscículi sunt/ qui ex aqua et pluuia procreātur. Aphya in ignem, Prouer bium est de rebus, quę celeriter intereunt et absumuntur, vel quę statim conficiun= tur. Nam aphya piscis admotus igni protinus decoquitur. 8

9 ¶ Aſtacus piſcis eſt, qui ſi longius a mari exportatus dimittatur / ad eundem irrepit locum, vbi capus fuerat,

10 ¶ Acus piſcis eſt gracilis iuſtum vteri tẽpus non ẹxpectans / ſed abrumpens vterum et matrem interimens. Pariunt enim Aci confracto ventre / multitudine partus exigui precij. Greẹce dicũtur Bellones. De his Martialis lib. 10. Et ſatius tenues ducere credis Acos.

11 ¶ Anthia piſcis eſt frequẽs apud Chelidonias inſulas. Celeriter capitur / paruo naui gio / & concolori veſte / ademq; ora per aliquot dies continuos piſcator enauigat certo ſpacio / eſcamq; proijcit. Solus hic multos dies ad piſcatores accedit incomitatus Poſtremo greges innumeros adducit / quos ſi inuolauerit Hamiota / parcit ductori. Prẹterea Anthiẹ quum vnum hamo teneri viderint, ſpinis (quas in dorſo ſerratas habent) lineam ſecare traduntur, ea quẹ tenetur extendente / vt prẹcidi poſſit.

12 ¶ Aeluri piſces ſunt / quorũ oculi ad vices Lunẹ aut ampliores fiunt / aut minores.

13 ¶ Aulopa piſcis eſt magnitudine ingentis Thynni / ceruice firmiſſima / oculis patentibus atq; amplis / dorſo cẹruleo / ventre albente / corpore linea aurei coloris diſcriminato / quẹa vertice ad caudam deſinit.

14 ¶ Barbo piſcis eſt / geminam habens barbam in labro inferiore. Alio nomine vocatur mulus. Vnde & Cicero in paradoxis mulos vocat barbatulos.

15 ¶ Bocas piſciculus eſt / vocem quandam mugitui ſimilem reddens.

16 ¶ Balena piſcis eſt omnium maximus, qui partum lacte nutrit. Spirat nõ branchiis / ſed fiſtula quadã. In fronte gerit ora / Fertur ſumma aqua. Hebetatur ſenſibus ob corporis molem. Propterea duce indiget, qui prẹlongus & albus / & capite procero / anguſta cauda prẹit, extremaq; balenam contingit / & tanq̃ temone ad eam regendam vtitur. Sole ardente balena interdũ exit ad litus, & proſtrata dormit in arena. Reperiuntur balenẹ in mari indico quaternum iugerum / & elephãtis quintuplo maiores. Sunt & prẹgrandes in mari Britannico. Iuuenalis Saty. 10. Quantum delphinis balena Britãnica maior. Balenis iſeſtẹ ſunt. Orcẹ, repertoſq; earum vitulos morſu acerant.

17 ¶ Carpio piſcis eſt nobis frequens / & in Bẹnaco laudabilis.

18 ¶ Cephalus etiam nomen eſt piſcis. Ambroſius. Ille ſinus maris Cephalos alit / lupos ille. Ille ſaxatiles. Sordidi ſunt Cephali. Summo pelago quandoq; vrinãtes ſeſe abluunt. Oua eorum non attinguntur, vnde & numeroſi ſunt. Quum adoleuerunt, corripiuntur a cẹteris. Marini flumineis prẹſtant.

19 ¶ Concha eſt de genere cancrorum. Conchẹ et Oſtrea dicuntur piſces teſtẹ firmioris. Et teſtẹ ipſẹ duriores vocantur Conchẹ. Ouidius. Oſtreaq; & conchis tuta fuere ſuis. Columella. Implicitus conchẹ limax. Conchis optimis abundant lucrinus, Bibaga indiẹ inſula, et mare rubrum.

20 ¶ Congrus ſeu conger etiam genus eſt piſcis / quem iter ſaxatiles ponit Plynius. Similis eſt anguillẹ, duriore tamẽ carne et ſapore inferior. Grillũ Nicander vocauit.

21 ¶ Cybium piſcis ẹſt ita ſciſſus / vt medium pateat æque in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum.

22 ¶ Coracini piſces ſunt Nilo peculiares. Martialis. Princeps Niliacis raperis Coracine macellis, Pellẹẹ prior eſt gloria nulla gulẹ. Coracinus oculos frequẽter mouet.

23 ¶ Cytharœdus piſcis eſt / qui a cauda ad verticem lineas habet inſtar neruorũ muſici inſtrumenti diſtentas, Vnde nomen accepit. Frequens eſt in mari rubro.

24 ¶ Cetus piſcis eſt maximus ĩ Atlantico mari. Ambroſi⁹. Virtute mitigauit mare, Diſciplina Cetos ſtrauit. Plyni⁹ lib. 32. ſcribit, Cetos ſexcẽtorũ pedũ lõgitudinis / et

trecentorum

trecentorum latitudinis intrasse in flumen Arabiæ. Sunt enim tãtę magnitudinis/ vt si aquis supernatent, insulæ videantur. Dicimus etiam cete in neutro genere & plurali nũero. Statius lib.i. Achill. Armigeri Tritones eunt, scopulosaq; cete. Cetarii dicuntur maiorum piscium venditores,

¶Cyprinus piscis est fluuiatilis palatum habens carnosum pro lingua. 25

¶Channa piscis est mollis carnis. Hyatulam Gaza conuertit. 26

¶Cantharus piscis est zelotypus / qui pro consorte ad internicionem cum suo ge= 27
nere pugnat.

¶Cestreus piscis est, qui reliquis mutua deuoratione victitãtibus solus ab aliorum 28
carnibus abstinet, ideoq; non capitur esca/ sed in limũ abdit sese, quo ibidem pasci= tur. Vbi vero in metu caput occuluit, arbitratur totum corpus esse tutum. Nõnulli ferunt hunc piscem deuorari a Congro, vt Congrum a murena. Theodorus Gaza mugilem fecit latine.

¶Cancri pisces sunt multipedes & prępostere gradientes, vt Calentius in Croaco 29
sequentibus verbis graphice describit.

Illis dena pedum vestigia/ denaq; in arcus
Crura recuruantur/ laterumq; a margine ludunt.
Ambiguumq; iter est/ et deuius vsus eundi,
Inq; humeris erecti oculi/ ceruicibus vllis
Non hærent capita alta/ latent sub pectore dentes.
Monstrum ingens/ quo non aliud natura crearat
Deterius/ visuq; horrendum & morsibus audax.
A dextra læuaq; gradum nituntur/ et æquo
Per terras auidi atq; vndas discrimine currunt.
Et dirum gemina minitantur forpice bellum/
Faucibus armati/ & curua testudine tecti.

Reperiuntur in Phœnicia litorales cancri tantæ velocitatis,
vt compræhendi nequeant.

¶Cordillę pisciculi sunt, de quibus Martialis lib.3. Ne nigram cito raptus in culi= 30
nam/ Cordillas madida tegas papyro.

¶Canicula piscis est fœtus suos a partu natantes deuorans/ vt eos ab omni iniuria 31
tueatur.

¶Coruus piscis marinus fuluus est / e stagno nigricans/ Alga vescitur & bis parit 32
in anno.

¶Callionymus piscis habet multum fellis in dextro latere/ in sinistro vero iecur. 33

¶Charace piscis pinnas habet vtrinq; maximas. Caudam auri fulgore purpureis 34
dissectam lineis.

¶Cocleę tam aquatiles q̃ terrestres exerunt se domicilio/ binaq; seu cornua protẽ= 35
dunt, contrahuntq;. Oculis carent, ideo corniculis prętentant iter.

¶Clupea piscis est/ qui venam quandã in syluri faucibus mira cupidine appe= 36
tens/ Sylurum ipsum morsu exanimat.

¶Dactylus piscis est e genere concharum ab humanorum vnguium similitudine 37
appellatus. Remoto in tenebris lumine/ alio fulgore claret/ lucet in ore mandentiũ/ in manibus/ in solo et veste/ decidẽtibus guttis/ vt etiam natura illa videatur esse in succo/ quem habet in corpore.

¶Delphini pisces sunt puerulorũ amatores. Fœmina mulieris instar habet vbera/ 38
quibus copioso lacte mares pascit. Parui vna gregatim natant. Parentes fœtus co=

mitantur etiam adultos. Cito adoleſcũt. Decem annis ad ſummã proueniunt magnitudinem, Agunt vere coniugia. Pariunt catulos decimo menſe/ & æſtiuo tempore. Viuũt annis. 30. In terram quandoq; erumpũt incerta de cauſa/ & ſtatim tellure tacta moriuntur. Linguam habent contra naturam aquatalium, mobilem, breuem et latam/ non differentem ſuillæ. Hominem amãt/ arte muſica mulcẽtur. Pro voce gemitum edunt humano ſimilem. Dorſum habent repandum/ & roſtrum ſimum/ vnde & Simonis nomine gaudent. Obuiam nauigijs veniunt, alludũt etiam et q̃uis plena prętereunt vela. Nullum eſt animal/ quod celeritate non excellant. Paruos ſemper aliquis grandior natu comitatur, vt cuſtos. Plynius ait viſos eſſe/ q̃ defunctum portarẽt/ ne laceraretur a beluis. Siquis eorum captus fuerit/ cæteri adnatant, ſupplicantum ſpecie captum repoſcẽtes. Varia ſunt apud Plynium exempla de eorum amore in pueros.

39 ℂ Draco marinus caput et oculos habet ad ſimilitudinem terreſtris/ reliquum corpus/ vt cæteri piſces. Squamas habet præduras/ aculeoſq; ſolo tactu venenũ relinquentes. Appræhenſus dextra manu renititur. Correptus vero læua obſequitur.

40 ℂ Echeneis piſciculus eſt/ qui naues q̃libet impetuoſo vento concitatas/ adhærens retinet. Plynius. Eſt (inquit) paruus admodum piſcis/ petris aſſuetus/ Echeneis appellatus. Hoc carinis adhęrẽte naues tardius ire creduntur. Inde Latini Remoram vocant et remiligĩnem. Lucanus lib. 6. Nõ puppim retinẽs Euro tendente rudentes, In mediis Echeneis aquis, oculiq; draconum. Fertur hic piſcis fluxũ grauidarum vtero ſiſtere, partuſq; ad puerperium continere.

41 ℂ Elops piſcis inter raras delicias quõdam habitus eſt. Alio nomine acipenſer dicitur. Plynius commendat Elopem Rhodium. De Elope ſic ſcribit Aelianus. Elopem quidam exiſtimant eſſe/ quem homerus piſcem ſacrum appellauit/ inuẽtu rarum/ nec niſi in mari Pamphylio. Captus trahitur magno acclamantum plauſu.

42 ℂ Echini piſces habẽt pro pedibus ſpinas. Ingredi eſt his in orbem volui. Propterea detritis ſæpe aculeis inueniũtur. Ora habent in medio corpore in terram verſa. Oua amara numero quina. Sæuitiã maris pręſagiũt, ac propterea correptis ſe muniunt lapillis, et calculum arripiunt, ne fluctibus excutiãtur. Oua habẽt pleniluniis hyeme. Frequẽtes ſunt Echini apud Miſenum promontorium. Horatius. Miſeno oriuntur Echini. Captum Echinum ſi concerpſeris in fruſta/ et in mare proieceris, paulopoſt partes conuenire ac reuiviſcere aiunt.

43 ℂ Exocœtus piſcis eſt in ſiccum ſomni cauſa exiens. Hunc habet Arcadia.

44 ℂ Encraules piſces ſunt minutiſſimi, albo colore præda cæterorum, qui turmatim conglobatimq; adeo feruntur/ vt ſcapha aut remis vrgentibus diſſociari nequeant.

45 ℂ Galeus piſcis eſt/ qui paſtinacã piſcẽ venenatũ proſequitur. Authore. Plynio.

46 ℂ Glanii piſces ſunt/ quorum frequentia Glanio Cumarũ fluuio nomẽ impoſuit.

47 ℂ Gobio piſcis eſt pręſtãtis ſaporis, & parui nutrimẽti. Albus pręſtat nigro, Laudatiſſimis olim menſis adhibebatur. De hoc Iuuenalis Satyra vndecima. Nec cupias mulum/ quum ſit tibi Gobio tãtum. Dicimus et Gobius. Mar. In venetis ſint lauta licet cõuiuia terris, Principium cœnę Gobius eſſe ſolet. Gobiones arena gaudent. Gregatim degunt/ vnde & inter piſces gregales numerantur.

48 ℂ Glaucus piſcis eſt/ qui tãta in ſobolẽ caritate teneri dicitur, vt paruos fœtus nũq̃ deſerat/ p̃ſtoq; adſit eis cõtra noxia. In periculis ſolidos deuorat/ deinde reuomit. Ariſtoteles eum ponit in genere ſerratorum et carninorum.

49 ℂ Grues piſces frequentes ſunt in Corynthio pelago, magnitudine pedum. 15. Os et ceruicem habent grui aliti ſimilem, et ſquamas inſtar pennarum eius. Sunt graciles & prolixę,

ciles & prolixę, ſubſultimq; natant. Fœminæ libidine accenſæ maribus blandiuntur, eoſq; ſalientes non patiuntur. Hinc genitura in aquas decidente ex mari velut parente procreantur.

¶ Garus piſcis eſt/cuius fel recens et inueteratũ vino auribus vtiliſſimum eſt, authore Plynio. 50

¶ Gerres piſces ſunt viliſſimi et ſalſi ex genere locuſtarũ. Marti. lib. 3. Teq; iuuãt Gerres, et pelle Melandria cana. 51

¶ Hippocampus piſcis eſt/ cuius ventrem ſi quis ex aceto et melle hauſerit/contra canis rabioſi morſum auxilium ſentiet. 52

¶ Hirci piſces ſunt in Cyrenaico & Sardoo mari oberrantes cum Delphinis. Mares alba vitta frontem habent redimitam. Fœmimę vero ſunt criſtatæ, vt gallí gallinacei. Rapaciſſimi ſunt/vt qui homines nauigiaq; inuolẽt. Spiritu graui & vehementi/quo odore velut inſtrumento ad cæterorum prædam vtuntur. Vitulos marinos inſectantur maxime/ quos proflatu perinde ac iaculo expugnant. 53

¶ Higrophœnix piſcis eſt in mari rubro/magnitudine lacertorũ/ore ſemper hiãti & oculis viridantibus, zonis diſtinctus binis altera a branchiis ad caudam aurea/ altera argẽtea mediũ corpus intercidẽte. Maculis deinde intercurſtãtibus cęruleis. 54

¶ Iulides piſces ſunt ſaxatiles/& morſu venenato. 55

¶ Lampetra piſcis eſt a lambendis petris nomen adeptus. 56

¶ Loligo piſcis eſt/qui extra aquam ſeſe efferens volitat. Caput habet inter pedes et ventrem/& cruorem nigrum inſtar atramenti. Vnde Horatius. Hic nigræ ſuccus loliginis. 57

¶ Lutariæ dicuntur teſtudines, q̃ in dulci aqua viuũt. Has Græci Emydas vocãt. 58

¶ Lupus piſcis marinus dictus eſt a voracitate/& q; ſolus natet. Lenis eſt et mollis/ Cancros marinos inſectatur maxime. Habet neſcio quem lapidem in capite. Fluuialis potior eſt marino. Præſtantiſſimi ſaporis capitur in Tyberi fluuio inter duos pontes/authore Plynio. De hoc Martialis lib. 9. Appetitur poſito vilis oliua lupo. Idem. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cũ ſale paſtus aquas. Hic piſcis rete circundatus arenas arat cauda, atq; ita conditus euadit. Quũ hæſit in hamo / tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera donec excidant inſidiæ. Lupus et Mugil mutuo flagrant odio. Plynius ait Luporum laudatiſſimos eſſe/qui appellantur Lanati/a candore mollíciaq; carnis. 59

¶ Lucerna piſcis eſt / qui lingua ignea per os exerta ſerenis noctibus lucet / eodem Plynio teſte. 60

¶ Lagnis piſcis eſt ſobolis amantiſſimus. Nã vbi fœmina enixa eſt/mas curat cõmunes fœtus, tutaturq; ab inſidijs/atq; etiam hamũ deuorat. Similis eſt prope Siluro. Frequens reperitur apud Mędrũ & Lycum Aſiæ/itemq; apud Strymonem Europę fluuios. 61

¶ Lepus marinus gignitur in limo vna cum Aphyis/quibuſcum aliquãdo capitur. In magno mari reperitur omnia ſimilis terreſtri, pręter villos / quos aculeatos & erectos habet. Natat in ſumma aqua. Velociſſimus eſt/ac ꝓpterea difficilis captu, nec vnq̃ ad naſſas aut hamos accedit. Siquis eũ attigerit aut manu aut baculo (dũ in morbo eſt) animi defectum incurret. 62

¶ Leo piſcis tegitur cõcha/Carabo ſimilis/prętereq̃ ꝙ gracilior eſt. Eius brachia cãcris ſimilia ſunt. 63

¶ Locuſtæ piſces ſunt polypis inimici et murenis / qui obliquis cornibus procedũt in metu. Gignuntur in limo ſed diuerſo. In cœnoſo Oſtrea/in arenoſo conchæ, In- 64

colæ Caſij montis contra terreſtres Locuſtas Iouis auxilium implorant. Theſſali Illyrij/et Lẽnij ab his etiã infeſtãtur. Magneſij & Epheſij ordine militari i eas procedunt. In mari Indico Locuſtæ aquatiles quaterna implent cubita. Sunt in India ternum pedum lõgitudinis, cruribus et femoribus ferrarũ vſum præbentes/quum inaruerunt.

65 ¶Luſcius piſcis eſt dẽticulatus. De quo Auſonius. Luſcius obſcuras vlua cœnoq; lacunas Obſidet.

66 ¶Labrax piſcis eſt lato oris ritu, qui eſcam totã vna cum ere faucibus corripit, atq; ob id facile capitur. Prægrandes autem Labraces apud Miletum Aſię ciuitatẽ eſſe dicuntur. Vnde adagium. Labrax Mileſius. In auidum et voracem.

67 ¶Mugil piſcis eſt capitoſus, omniũ (qui ſquamis integuntur) velociſſimus/adeo vt trãſuerſa nauigia interim ſupernatet. Ridetur eius natura, q̃ abſcõdito in metu capite/totum ſe occultari putet. Coitus tẽpore/marem lineæ alligatum & in mare proiectum fœminę ſequuntur ad littus/et mares fœminã partus tempore. Bellum habent Mugiles cum lupis. Sciunt eſſe in eſca hamũ/inſidiaſq; non ignorant. Auiditas tamen tanta eſt, vt cauda verberando excutiant cibos.

68 ¶Murena piſcis eſt longitudine anguillæ/Parit quocumq; tempore/eiuſq; oua citiſſime creſcunt. Vocãtur a Latinis flutę, q̃ in ſuperficie aquarum fluant/et ſupernatent. Quum in ſummis aquis apricantur/ſole torrefactæ amplius ſe curuare aut aquis mergere nequeunt. Vnde Martialis. Quæ natat in Siculo grandis Murena profundo, Non valet exuſtam mergere ſole cutem. Fuit olim Murena in tãtis delicijs/vt nomen Liciniorum familiæ dederit teſte Varrone, & mortua defleta ſit in piſcina/& alia inaures ab Antonia Druſi meruerit. Principatum obtinet in Sicilia/vbi præ pinguedine in ſummum pelagus erumpit. Habet etiam delicatam vrbs Hiſpaniæ Tharteſſus nomine, adeo vt inter cibos electiles numerata ſit authore Gellio. Murenis infeſtiſſima eſt ferularum natura, hamum deuorant/admouẽtq; dentibus lineas, atq; ita erodunt. Licinius Macer apud Plyniũ ait eas fœmineí tãtum ſexus eſſe/& concipere e ſerpẽtibus, et ob id ſibilo a piſcatoribus euocari/Animam habent in cauda/qua percuſſa exanimantur, verum ictu capitis raro. Laudantur inter ſaxatiles. Congros odio proſequuntur.

69 ¶Murex piſcis eſt marinus ex genere concharum, qui et conchylium dicitur. Ply. Cõchylia et purpuras omnes ore atterit. Ex ei⁹ humore fit color purpurens. Vnde et pro purpura ſolet accipi. Horatius. Te bis afro murice tinctę veſtiunt lanę. Frequens eſt hic piſcis et nobilis apud Tyrũ, vbi vſum purpurę præbet. Virgi. lib. 4. Aen. Tyrioq; ardebat murice lęna. Muricũ cinis cum oleo tumores tollit, et mammas cum melle efficaciter ſanat. Latent circa canis ortũ tricenis diebus. Cõgregantur verno tempore purpurarum inſtar, mutuoq; attritu lentorem cuiuſdem cæræ ſaliuant. Pariũt vere. De murice Martialis. Sãguine de noſtro tinctas ingrate Lacernas Induis, et non eſt hoc ſatis/eſca ſumus. Horatius. Murice Baiano potior lucrina Peloris.

70 ¶Muſtella piſcis eſt Murenę ſimilis, cui ſecundas in deliciis partes nõnulli tribuunt. Sunt qui hyrudinem eam vocant a ſimilitudine paluſtris hyrudinis, quę ſanguinem ſuggit.

71 ¶Mullus piſcis ter anno parit. Maritimorum voraciſſimus eſt. Alga veſcitur et humano cadauere. Moriens apparet verſicolor, cum multiplici ſquamarũ rubẽtiũ mutatione. Binas libras maximus non excedit, Geminã habet barbãin labro inferiore. Hinc barbatuli mulli dicuntur a Cicerone libro ad Atticum ſecũdo, vbi ait.

Noſtri autem

Noſtri autem principes digito ſe cœlum putant attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant. Volaterranus putat mullum eum eſſe, quẽ hodie barbum dicimus. De Mullo Martialis lib. 2. Mullum dimidium lupumq; totum. Idem. Spirat in aduecto, ſed iam piger æquore mullus Lãgueſcit, viuum da mare/ fortis erit. Feneſtella ait Mullum accepiſſe nomen a colore molliorum calciamentorum. Quum expirat/ verſicolori ſquamarũ mutatione niteſcit. Aſinius Celer tẽpore Claudij mullum octo millibus nummum emit. Mullos ſeptẽtrionalis gignit Oceanus et pars occidentis proxima.

¶Myrus piſcis eſt ſeu ſerpens maximus, cui ſi eruatur oculus, frõtiq; hominis appendatur, ophthalmiã dicitur ſanare/ piſci vero renaſci. Ferunt præterea altero eũ capi lumine, qui viuentem non dimiſerit. Plynius et Gaza oculatam eum vocant. Volaterranus putat eundem eſſe cum Lampreda. 72

¶Meryx piſcis eſt, qui ruminare dicitur. 73

¶Melanuri piſces ſunt omniũ timidiſſimi. Nam tranquillo cœlo & mari ima pelagi petunt, ſeq; petris multa obductos alga condunt. Per brumam vero quum cæteros viderint piſces vndis agitatos & ventis profundũ petere, illi tunc cõfidentes ſuperiora repetunt, iuxtaq; litus ſpuma tempeſtatis operti feruntur ad ora piſcatorum incogniti. Veſcuntur obuijs quibuſcumq;. Ad hamum non accedunt, capiuntur ſagena. 74

¶Mus araneus piſcis eſt, q̃ viſa orbita currus, ſtatim vti pedicis ipeditus capitur. 75

¶Mures marini exeunt in terram. Oua pariunt, quę obruunt terra/ ac demum trigeſima die refodiunt, & fœtus ad aquas ducunt. 76

¶Muſculus piſcis eſt, qui iter Balenæ/ oculis eius pondere ſuperciliorum obtuſis/ prænatans dirigit, oculorumq; vice fungitur. Frequens eſt hic piſcis in Stymphali Arcadiæ. 77

¶Merula piſcis pluribus fœminis ſui generis congreditur/ eaſq; in receſſu petrarũ abditas tanq̃ in thalamis ſecũ cõtinet. Zelotypus eſſe dicitur. Puerperiũ & mas curat, aſſiſtendo cibumq; fœtę miniſtrando. 78

¶Margari piſces ſunt rotunda ſpecie, qui gregatim natant/ regem ſectantes more apum. Quo capto cæteri attoniti capiuntur facillime in mari rubro in locis prominentibus ac portuoſis. Conduntur q; in dolijs ſalſamẽtarijs, donec exſiccata carne dureſcant in lapidem aurei coloris. Reperiuntur in Indico et Britannico Oceano. In terra non inueniuntur niſi foſſiles et adulterini. 79

¶Melandria piſcis eſt cæſis quernis aſſulis ſimillima. 80

¶Miluago piſcis eſt, quæ quoties cernitur extra aquam volitãs, tempeſtates mutari Trebius niger apud Plynium author eſt. 81

¶Myrinũ Ariſtoteles ait eſſe murenę marem, qui generat, ſed tamẽ hoc differre, q̃ murena varia et ifirma ſit, Myrinus vnicolor et robuſt⁹/ dẽteſq; extra os habeat. 82

¶Mytulus piſcis eſt in arenoſis ſponte proueniens. Nullius eſt ſaporis, ſed craſſitudini gingiuarum/ ſordidiſq; vlceribus medetur. Martialis lib. 3. Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino. Sumitur inciſo Mytilus ore mihi. 83

¶Minutal piſcis eſt maximus, quem Apitius addito liquamine/ oleo & vino condiebat. De hoc Martialis. Hinc exit varium coquo minutal. 84

¶Narica piſcis eſt minutulus, qui a nãdo nomen ſumpſit. Plautus apud feſtum. Naricam bonam atq; Canitam. 85

¶Nautillus alius piſcis, dictus q̃ nauigantis effigiẽ habeat. A quibuſdam Pompilus dicitur. 86

87 ℂOstrea seu Ostreę pisces sunt operti concha, qui non vulgarem in cibis gratiam habent. Sergius Orata optimum saporem Lucrinis adiudicauit, quæ etiam commendat Martialis. Ebria Baiano veni modo concha lucrino. Horatius. Nō me Lucrina iuuerit Conchylia. Gerardasca stagnum est agri volaterrani optimis Ostreis refertum. Horatius cōmendat, quę Circæis nascūtur, vbi ait. Ostrea Circæis/Miseno oriuntur Echini. Omnium ostrearum/Conchyliorum & concharum corpora Lunari potestate augeri & rursus minui testis est Plynius.

88 ℂOrca piscis est magnitudinis miræ infestus balenis. Plynius scribit Orcæ reflatu depressum quandoq; nauigium fuisse et inmersum in oculis suis, quam in Ostiensi portu debellauerit Claudius imperator.

89 ℂOrphus piscis est oblongus anguillæ similis.

90 ℂOrcynus piscis est, qui mira sagacitate hamum vi deorsum trahit, vt sese illidat petris/et absoluat laqueo/aut laxato vulnere prosiliat.

91 ℂOrchis piscis est rotundus et sine squamis, totusq; capite constans/et omniū durissimus, authore Plynio.

92 ℂOxyringus os habet prelōgum in modū rostri, oculos fulgentes/alba supercilia/dorsum viridans/pennas priores nigras/reliquas albas/caudam prælongam & viridem/quā aurea linea mediam discriminat. Colitur ab Aegyptijs vt Cercodilus.

93 ℂOtia pisces aurem habent ventri coniunctam.

94 ℂPectūculus piscis est de genere mollium/extra aquā sese efferens sagittæ modo. Pectunculus Chius inter cibos electiles numeratur a Gellio. Laudatissimi pectines reperiuntur Mytilenis teste Plynio/& Tarenti dicente horatio. Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. Mobiles sunt pectines, adeo vt plerunq; retibus exiliant & pene putentur volare.

95 ℂPelamides appellātur thynni, quū annuum tēpus excesserūt, Morātur in luto. Iuuenalis Satyra. 7. Quod vocis p̄ciū, succus Petasuncul⁹ et vas Pelamidū. Hoc piscium copiam habent Alyzones populi. Reperiuntur & in angustijs Byzantij.

96 ℂPeloris piscis est de genere cōcharum, dictus a Peloro promontorio, vbi scatet. Horati⁹. Murice baiano potior lucrina Peloris. Pelorides Ply. teste emollīūt aluū.

97 ℂPhyseter piscis est marinus inusitata magnitudine, de quo Rufus ī Arati Phænomenone. Delphinos virides/& Physeteras anhelos. Hos Plynius inter beluas marinas reponit.

98 ℂPhocæ pisces sunt, qui et mugitu boues marini dicuntur. Virgil. lib. 4. Geor. Et turpes pascit sub gurgite Phocas. Ouid lib. 1. Meta. Nunc ibi deformes ponūt sua corpora Phocę. Hic piscis corio et pilis tegitur, Parit in terra pecudū more, et coit instar canū. In somno mugit, vnde et vituli meruit nomē. Spirat et dormit ī terra.

99 ℂPolypus piscis est de genere mollium/a pedū multitudine nomē adeptus. Fraudulētus est et colorē mutat. Itaq; petris adhærēs plurimos pisces prędonē nō agnoscentes cassib⁹ furtiuę artis īcludit. Reddit enī colorē petrarū, in q̄b⁹ delitet. Tāta est ī eo voracitas, vt nec a suo q̄ dē genere abstineat. Carabū piscē expauescit, adeo vt cōiectus ī retia vbi ille fuerit, quādoq; captus statī exanimetur. Aestiuo tēpore visi sunt Polypi exire ī agros/maritimasq; arbores fructuū auiditate scādere. Tāta est salacitate, vt effœto corpore nulla sit ei aut natādi/aut prędā assectādi facultas. Fœminę breuior est vita, et facilius capitur. Rapaces sunt ei⁹ pedes. Vnde natum prouerbiū de hominibus furacibus/apud Plautū, Polypi sunt/quicquid attigerūt, tenēt. Item aliud. Polypi mētē habet. In hominē, qui moribus est versatilibus. Est etiam Polypus narium morbus. Martialis lib. 12. Nasutū volo/nolo Polyposum.

ℂPristis piscis

¶Príſtis píſcis eſt marinus anguſti corporis & lõgiſſimi. Dicitur autem Príſtis ab vndarum ſectione. Scindunt enim fluctus mirũ in modũ propter tenuitatem. Priſtin Greci ſectionẽ vocãt. Plynius ſcribit Príſtes eſſe in mari Indico 200. cubitoꝝ. 100

¶Pſítta píſcis eſt, quem nõnulli paſſerem dicũt Ariſtoteles. Torpedo occulit ſeſe & paſtínaca/& aſellus/& rana/& pſítta/& ſquatina. 101

¶Paſtínaca píſcis eſt quandoq; natans/interdum etiam volítans. Roſtrum habet prẹacutum & venenatum, & cui nullũ fere ſit remedium. Paſtínacæ iecur decoctũ ín oleo prurítum et ſcabiem non homínum modo ſed et quadrupedũ efficaciſſime ſedat. Eíuſdem radius adallígatus vmbílico faciles partus facit. Pínnas non habet. Latrocínatur ex occulto tranſeuntes radio, quod telum eſt ei fígens. Argumentum magnę ín hoc píſce ſollertiæ eſt, ꝙ quum ſit píſcium tardiſſímus, mugílem omniũ velociſſímum in ventre habere qnandoq; reperíatur. Contra ſuum íctum remedío eſt cínere ſuo ex aceto íllito. 102

¶Phagrus nomen eſt píſcis anguíllę ſímílis & ſaxatílis. 103

¶Pauo píſcis eſt varíj coloris/rubẽtibus líneís/e genere ſerratorum & ſolitaríorũ. 104

¶Pholis píſcis eſt de genere Rhomborum, qui muccore ſuo ſpumaq; cubile ſibi ſubſternit. 105

¶Phuca píſcículus ſolus píſcium in alga nidífícat. 106

¶Pediculus píſcis eſt paraſytus Delphíni. Eius enim prædam et eſcam ſectatur, quam líbẽter ímpertit/propterea pediculí pingues ſunt & obæſí. 107

¶Porcum Græci Aſtragoríſcum vocant. Quum capitur, more porcorum gruit. Appion apud Plynium maximum píſcium eſſe tradit. 108

¶Pardalis píſcis eſt ſímílis terreſtrí/colore et maculís. 109

¶Phyſalus píſcis eſt colore ſmaragdi, venenatus. Qui ſí capiatur, more pílæ aut veſícę íntumeſcit. 110

¶Phari píſces ſunt, quos venerantur/quí Syenem íncolunt. 111

¶Paguri píſces íntegũtur cruſta. More ſerpẽtum ſenium exuunt, renouata cruſta. Vocantur a Palladío Cancri marini. 112

¶Purpura (quam alíqui Porphyram vocant) conchylíorum voraciſſíma eſt. Línguam habet prẹlongam ſemperq; vibrãtem, per quam potítur præda/quam aſſectatur. Eíus cruorí maxima dígnatío ín tíngendís Lanís, prẹcipue ſí lapidís íctu cẹdatur, Purpurarum quędam augẽtur inſigni magnitudine, vt quę ad Sigęum et lectum Idæ promontoría gignuntur. Alíę paruę ſunt, vt in Eurippo et Caría. Marínę magnæ ſunt et ſcabrę. Capíuntur tẽpore verno, quum fauos extruunt, Flos índe extrahítur ſpecíe membranæ candícantís, quí contrítus manum ínfícit. Purpuræ víuunt annís ſeptenís. Latent ſícut muríces contra canís ortum tricenís díebus. Congregantur verno tempore, mutuoq; attritu lentorẽ cuiuſdnm cærę ſalíuant. Succũ (quo tínguntur lanæ) euomunt cum vita. Propterea píſcatores víuas capere contendunt. Capíuntur paruulís rarísq; conchís/textu veluti naſſis ín alto iactís. Ineſt his eſca, quam appetunt purpuræ/porrectíſq; línguís ínfeſtant. At íllæ aculeo exſtímulatæ claudunt ſeſe, cõprímuntq; mordentes, íta pendentes auiditate ſua purpuræ tolluntur. 113

¶Pompilus concha munítur, quam connexam turbato marí natando gerít, ne fluctíbꝰ oppleta teſta deprímatur. Trãquillo reſupínat carínę modo, acetabulís vtríq; pro remís vtẽs, et cartílagínem (quã in medío retinet) pro velís pandẽs. Sí quãdo metus beluarum ínuadentíum ingruit, repleta concha ſub vndís ſeſe demittens latítat. Rurſus vítato perículo reſílit. Profunda petit ceu terrã oderit. Adnatat naui- 114

bus cum alijs ſuę ſpeciei/aſſultanſq; circa conglobatur. Eadē eſt fere nautili natura.

115 ¶Pinna immobilis inhęret ſaxis,cuſtodemq; habet Pinnotherem,quo quum priuatur,ſtatim perit. Hic ei dapes ſuggerit,piſceſq; in prędam deducit. Plynius vbi de Cācris loquitur. Pinnotheres(inquit) vocatur minimus ex omni genere/ideo opportunus iniurię. Huic ſollertia inanibus oſtrearum teſtis ſe cōdere,& cū accreuerit,migrare in cappaciores.

116 ¶Perna piſcis eſt ex concharum genere frequens circa Pontias inſulas. Stant autē Pernę veluti ſuillo crure longo in arena defixę/ hianteſq; qua limpitudo eſt pedali non minus ſpacio. Cibum venantur,dētes in circuitu marginū habent pectinatim ſpiſſatos. Intus pro ſpondylo grandis caro eſt. Authore Plynio lib.32.

117 ¶Platani ſtæ roſtrum habent et caudam Delphini. Reperiuntur in Gange Indiæ magnitudine.15.cubitorum.

118 ¶Pulmones marini in pelago dierum hyemem portendunt. Montium itam ſonitus,nemorumq; mugitus prædicunt. Eorum cineres adalligati profluuia purgant. Pulmonibus ſi confricetur lignum,ardere videtur,adeo vt faculam ita præluceat,

119 ¶Paſſer planus eſt,nomē traxit a paſſere auicula. Optimus in cibis iudicatur. Paſſer et Rhōbus ſitu tātū corpoꝛe differūt. Dexter reſupinatus eſt illis,Paſſeri lęuus.

120 ¶Rhombus piſcis eſt planus,in delicijs quondam habitus. Laudatiſſimus fuit Rauēnę. De hoc Martial. Quāuis lata gerat patella Rhōbum, Rhōbus latior eſt tamē patella. Commēdatur etiam Adriaticus. Iuuenalis ſatyra.4. Incidit Adriaci ſpacium admirabile Rhombi. Eſt etiam Rhombus inſtrumētum incantatorum, quo fila torquebantur, vt apud Martialem lib.9. Quę nunc Theſſalico lunam deducere Rhombo.

121 ¶Rana piſcis eſt notiſſimus lato ventre/cæruleis variegatus maculis. Græce Vatrachos dicitur. Ranarum terreſtrium quędam in vepribus tantum viuunt,dicunturq; rubetę,q̄bus in terra & in humore vita eſt. Aquatiles coeūt noctu extra aquā mare fœminam inuitante. Hidrum maxime reformidāt, quo accedēte clamore ſe glomerant & aduerſus eunt turmatim. Earum coaxatio ſolito maior pluuiam portēdit. In Seripho inſula mutę ſunt. Hinc adagiū. Rana Seriphia. In elīgues. Theophraſtus aquarū eius regionis frigiditati hoc tribuit. Ranę inſidiātur apibus aquātibus/ nec earum ictus ſentiunt. Prima lingua eis cohęret,intima abſoluta a gutture, qua vocem mittunt. Rana quę ab argumēto piſcatrix dicitur, ſetas habet quaſdam a cilicijs extātes ac prolixas, quarum adminiculis natura mōſtrante ſtruit inſidias/ latitans in limoſis/auiiſq; locis. Frōtem cum ſetis videndā loco eſcæ piſciculis porrigit. Illi accurrentes deceptiq; ac paulatim in arctū deducti ab ea rapiūtur. De eius vſu in medicinis,vide Plynium.

122 ¶Eodem fere modo Raia piſciculos agit in prædam, Carthilaginem habet proſpina,authore Plynio.

123 ¶Sepia venenoſo eſt morſu. Quū videt inſidias parari ſibi/effuſo atramēto(quod habet pro ſanguine)ſeſe abſcondit. Perſius. Nigra q̄ infuſa vaneſcat Sepia Lympha. Sepiarum mares varij ſunt & nigriores/conſtantiæq; maioris. Percuſſę tridēte fœminæ auxiliantur. At fœmina icto mare fugit. Sepię atramento tanta vis eſt, vt in lucerna addito, Aethiopes videri ablato priore lumine tradat Anaxilaus apud Plynium.

124 ¶Scarus piſcium ſolus natando veſcitur & ruminat. Hunc piſcē e Carpatio mari primus aduexit Optatus helipertius,prefectus claſſis ſub Claudio principe,& iter Oſtienſem & Cāpanię or ā diſſeminauit. Fuit quondā inhonore mēſarum. Aelianus hunc

nus hunc fallaciſſimum piſcem eſſe teſtatur/Veneriſq; gratia in prædã agi/fœmina eius generis per litus ducta. De Scaro Opianus iquit. Hic Scarus ſaxa frequẽtat, Quin mites inter piſces clamore tremẽdo Intonat, & ſolus pallentes ruminat herbas. Martialis lib. 5. Namq; quis neſcit auidum vorata decipi Scarum muſca? Hic piſcis incluſus naſſis non frõte erũpit, nec infeſtis viminibus caput inſerit, ſed auerſus caudę ictibus crebris laxat fores, atq; retrorſum ita erũpit, quẽ luctatũ ei⁹ ſi forte alius Scar⁹ extrinſecus videat, appræhẽſa mordicus cauda nixum iuuat erũpentis. Trãquillus ſcribit Scarorum iocinora fuiſſe in patina Vitellij inter lautiores ciborũ primitias. In hac (iquit) Scarorũ iocinora, faſianorũ & pauonũ cerebella, linguas phoenicopterũ/murenarũ lactes/a Carpathio vſq;/fretoq; Hiſpanię per nauarchos ac triremes cõmiſcuit. Qz autẽ iocinora Scarorũ & viſcera iucũdioris ſint ſaporis, docet Martial. in xeniis, vbi ait. Hic ſcar⁹ ęquoreis q venit obęſus ab vndis, Viſceribꝰ bonꝰ eſt, cętera vile ſapit? Quitilian⁹ ait Scarũ nõ capi i noſtro mari. At eũdẽ capi ĩ Siculo docet Petronius arbiter dicẽs. Ingenioſa gula eſt, Siculo Scar⁹ ęquore merſus, Ad mẽſam viuus ꝓducit. Habet etiã Scaros Carpathiũ mare. Vnde Horati⁹. Nõ me lucrina iuuerit cõchylia, Magiſve Rhõb⁹ aut Scari, Si quos Eois intonata fluctib⁹ Hyẽs ad hoc vertat mare. Eois fluctib⁹ dixit ꝓpter mare Carpathiũ,

¶ Sargus mullũ ſemper comitatur/antris inhabitat. Exanimalibus maxime capris ſolicitatur. Prodeſt eius caro contra Preſteris morſum. (quod eſt i Oriẽte 125

¶ Synodon piſcis eſt ſociabilis. Carne veſcitur/& mollia appetit. Euenit huic & hyatulę/vt (quũ piſces minores inſectãtur) venter procidat, ꝙ is ori cõiunctus ſit. 126

¶ Silurus tanta eſt in prolẽ charitate, vt abſumpta fœmina mas oua ſeruet, ſæpeq; vna capitur, dũ filius captos ſubſequitur. Peculiaris eſt Nilo/q̃q̃ et in Danubio reperiatur. Ambroſius. Captus eſt Silurus & inutilis præda detecta eſt. Idem. Et Silurum qui minorum piſcium viſceribus aluum replet. 127

¶ Scõbrus de genere eſt Thynnorũ, vnde ſalſamẽta fiũt. In aquis ſulphureũ prę-ſefert colorẽ. Extra aquã vero, quẽ & cęteri. Ab hui⁹ frequẽtia et multitudine Scõbraria inſula maris Hiſpani meruit nomen. Martialis. Heſperius Scõbri temperet oua liquor. Plynius ait Scombrum laudatiſſimum eſſe in finibus Carthaginis. 128

¶ Sphyrena (quam Gaza malleolum conuertit) latiorem in naſſis plagam vnde proſiliat, quęrit. Palatum carnoſum habet pro lingua. 129

¶ Salmo fluuiatilis in Aquitania ꝑfertur marino. Inuenit in Rheno & Rhodano, 130

¶ Salpa piſcis coqui non poteſt, niſi ferula percutiatur. Reperitur apud Ebuſum. 131

¶ Sola plana eſt et lata, numeratur iter cibos lautiores. Lyeni impoſita medetur. 132

¶ Stella inſidiatur cõchylijs. Eius natura tanti eſt feruoris, vt omnia cõtacta adurat. Paruam intus habet carnem/extra vero eſt duriore callo. Omnẽ peragit et cõcoquit cibum. Aiunt mala medicamenta nocere non poſſe Stella marina vulpino ſanguine illita, et affixa limini ſuperiori/aut clauo æreo ianuę. 133

¶ Scolopendra quam Gaza centipedem vertit, terreſtri fere ſimilis eſt. Si quis eam attigerit, excitabitur ei prurit⁹, perinde ac ſi contigiſſet vrticam. Viſæ ſunt inuſitata magnitudine/capite caudaq; extantibus per vndas in modũ triremiũ ferri, vtẽtes pro remigio pedibus ſublati, ſquos habẽt plurimos. Theophraſtus apud Plynium ſcribit. O trerietes populos a Scolopendris deletos. Porro Scolopendræ hamo deuorato, omnia intranea euomunt, donec hamũ egerant, deinde reſorbẽt. 134

¶ Scorpius ſiccioris eſt carnis/bis anno parit/alga veſcitur. Varius eſt. Iceſius medicus dixit ſtagnorum Scorpios nigrantes eſſe/marinos vero fuluos. Similitudinẽ habet cum Scorpena/licet Ariſtoteles diſcrimen ponat. 135

136 ¶Simia piſcis/ore/& colore ſimilis eſt terreſtri/dorſo teſtudineo/fuluis circa collum maculis. Pinnas auium modo pandit/volanti ſimilis.

137 ¶Sagittarius Echini ſpecie/oculos habet ſolidos & prolixos.

138 ¶Spōgiarū triplex eſt gen⁹/Spiſſę/rarę/aſperę. Omnes ad ſaxa naſcunt/aut iuxta littus, Lutoq; alunt. Nā captę/limo refertę oēs cernunt. Imbecilliores ſunt ſpiſſę q̄ raræ/q̄ min⁹ alte adhęrēt. Spōgię molliſſimę ſunt circa Lyciā/In helleſpōto aſperę/dēſę circa Maleā. Alunt etiā cōchis et piſcib⁹. Intellectū ineſſe his apparet, quia vbi auulſorē ſenſere cōtractę multo difficili⁹ extrahunt. Quod etiā fluctu pulſante faciūt. Viuūt eſca, quia minutę in his cōchæ repertę ſunt. Putreſcūt in aprícis locis. Ideoq; optię ſūt i gurgitib⁹ viuētib⁹. Fiſtulas habēt quaſdā, p̄ quas paſci exiſtimāt Viuūt lōgo tēpore. Peſſimū gen⁹ eſt earū, q̄ Aplyſię vocātur/quia erui nō poſſūt.

139 ¶Strombi e genere cōcharum, regem habent/quem ſequuntur, quocumq; cōceſſerit. Hunc capiēti aut aſpicienti/bonum omen portendi dicunt. Apud Bizantios Atitca drachma propoſita eſt illum expiſcantibus.

140 ¶Squatina de genere planorum, cutē habet rigidā, qua propter aſperitatem ligna et eburnea poliuntur. Numeratur inter Carthilaginea.

141 ¶Sparulus piſcis eſt exiguus & viliſſimus. Martialis. Res tibi cum Rhombo eſt, at mihi cum Sparulo.

142 ¶Thymallus piſcis eſt precioſus/de quo Ambroſi⁹. Neq; te (iquit) inhonoratū noſtra p̄ſecutiōe Thymalle dimittā, cui a flore nomē inoleuit/ſeu Ticini vada te fluminis/ſeu ameni Atheſis vmbra nutrierit, flos es. Quid ſpecie tua grati⁹? q̄d ſuauitate iucūdius? q̄d odore fragrātius? Quod mella fragrāt, hoc tu corpore tuo ſpiras. Cubitalis eſt eius magnitudo. Medius eſt inter Lupum et Cephalum, Naribus admotus, herbam vnde cognominatur, ſpirat, ad hamum non accedit.

143 ¶Torſio ſimilis eſt Delphino p̄terq̄ roſtro. Diſtat & triſtitia aſpect⁹. Abeſt eniſl la laſciuia maxīe. Tamē roſtris canicularū maleficētia aſſimulat⁹. Hūc gignit mare

144 ¶Troch⁹ eſt ingēs corpore/ceruice & ſpina p̄minētib⁹/vt ſupra vn- (Pōticū.
das cōſpiciatur, Seipſum init. Quare Theodor⁹ Gaza eū maſculofœminā vertit.

145 ¶Triſſæ laudatiſſimę reperiuntur in Tyberi/Eas hodie vocari Romę Lacias/Florentiæ Chepias/Neapoli Aloſas tradit Volaterranus. In Aegypto circa Moroæ ſtagnum Triſſas flebilibus numeris et melodijs eſcę vice deceptas expiſcantur.

146 ¶Trocta piſcis eſt voraciſſimus. Dentes habet cōtinuos. Captus hami lineā præcidit. Stipatus multis ſuę ſpeciei piſcibus Delphino congreditur & depugnat.

147 ¶Thynnus piſcis eſt altero captus oculo, Quare natando partē (qua videt) terrā verſus applicat. Hinc adagiū. Thynni more videre, quū quis oblique aſpicit. Vbi bruma deprehēditur Thynn⁹, hibernat ibidē. Mox vere procedēte multi vna exeunt i pōtū Euxinū/ac maiores ſoli prę eūt, cęteri gregatim veluti pecudes ſubſequūtur cōnexis iter ſe corporib⁹, vt mutua iuuētur vmbra/cōtra ſolis æſtus. Strabo ait Thynnos mirę magnitudinis eſſe in hiſpania, quos glāde veſci prodit. Mēbratim cęſi ceruice & abdomine cōmēdātur edulio recēti, cętera aſſeruātur ſale. Prę cipua (iquit Plyni⁹) magnitudine Thynni inuenim⁹ talēta. 15. pepēdiſſe. Eiuſdē caudę latitudinē duo cubita et palmū. Thynnorū captura eſt a Vergiliarū exortu ad Arcturi occaſum. Reliquo tēpore latēt in gurgitib⁹ imis, niſi tēpore aliquo euocati aut pleniluniis. Pingueſcūt itātū, vt dehiſcāt. Nō excedūt biēniū. Thynnoſcopos Budęus vocat hoies e litore thynnos ſpeculari ſolitos, qui latine Thynnarij dicuntur.

148 ¶Trichias nōnulli Sardas vocant. Iſtrum ſubeuntes nō remeant. Plynius. Intrātium (inquit) pontum/ſoli non remeant Trichiæ.

¶Tritonem

¶Tritonem Romæ ſe vidiſſe Pauſanias dicit, colore ranarũ paluſtriũ/ſquamoſo 149
corpore/brãchijs ſub auribus/naſo & ore humanis/ dentibus firmis/oculis glaucis/
manibus digitiſq; ſimilibus cõcharũ teſtis, cauda ſub aluũ vice pedũ, vt Delphini.
¶Reperiuntur teſtudines marinę,& quæ in aquis dulcibus viuunt, quas Lutarias 150
appellamus. Teſtudo oua gignit in terra,quib⁹ arena obrutis ſtatim ad mare redit,
Mox diebus.60.peractis iterum ad oua reuertitur,quę arena refoſſa vt iã animata
comperit,paulatim deducit in pelagus. Reperiuntur in India, quarum conuexum
ſcaphę magnitudinem æquat. Et in Taprobane inſula vſum lecti domibus ligneis
prębent. Chelonophagi populi teſtudinũ ſuperficie caſas itegũt & carne veſcũtur.
Troglodytę cornigeras habent, quarum cornibus in natando,remigio ſe adiuuãt.
¶Torpedinẽ ſi quis attigerit,morbo afficietur,a quo illa ſuum nomẽ traxit. Quo 151
etiam modo piſces in prędã agit. Occultat enim ſe limo,& ſupra natantes facit tor=
pere,quos emergens deuorat.
¶Trigla piſcis eſt,qui a noſtris Mullus et Barbo dicitur. 152
¶Voligo piſcis eſt a volando nominatus. Aliter dicitur Loligo. 153
¶Vitulus marinus, qui et Phoca dicitur,animal eſt amphibiũ,tã in aquis q̃ i terra 154
degens. Fœtus parit in terra, paulatimq; ad vndas aſſuefacit,ſed nõ ante duodeci=
mum diẽ. Breuiſſimus eſt a partu, poſtea tum euadit maximus,albus vẽtre/& den
tibus frendens. Ipſe imbellis et animo degener,non tantum viribus q̃ vaſtitati cor=
poris fidit. Veſcitur piſcibus et humano cadauere, Vnde et piſcantibus ſtruit inſi=
dias. Pedes habet a ſcapulis manib⁹ ſimiles modo vrſę/pedeſq; poſteriores quinis
diſcretos digitis. Nunq̃ percutitur fulmine. Nullũ animal grauiore premitur ſom=
no. Vnde Martial. Dormitis nimium glires/ vitulíq; marini. Iuba apud Plynium
tradit vitulos marinos ternas heminas capere. Miteſcunt interdũ. Pilo veſtiuntur.
Canum modo cohęrẽt. Nunq̃ plures geminis pariunt. Educant mammis fœtum.
Interficiuntur difficulter,niſi capite eliſo/In ſomno mugiũt. Tenent diſciplinam
voceq; pariter et viſu populum ſalutãt. Pinnis quibus in mari vtuntur,humi quoq;
vice pedum ſerpunt. Aiũt dextris eorum pẽnis vim ſoporiferam ineſſe/ſomnoſq;
allicere ſubditas capiti. Eis oculi in mille colores tranſeunt ſicut hyenę.
¶Vertibulum piſcis dicitur a teſtę durície,adhæret ſuę teſtę, qua cõtegitur,habet 155
duo foramina exigua,quibus humorem recipit et reddit.
¶Vrtica adhæret ſaxis. Manũ in fame depaſcitur, vt Polypus. Ora in medio cor= 156
pore continet,& de medio ſaxo quaſi de teſta viuit. Adnatantes circa aſſultanteſq;
piſciculos corripit. Noctu vagat,noctuq; mutatur. Veſcitur carne. Vim habet pru
ritu mordacem vt terreſtris vrtica, Frondis eſt carnoſæ. Noctu pectines et Echí=
nos perquirit. Dũ admotam ſibi manum ſentit/colorẽ mutat et cõtrahitur. Tacta
vredinem mittit, paulũq; ſi fuerit interualli,abſconditur. Ora ei in radices eſſe tra=
duntur. Excrementa per ſumma tenui fiſtula reddit.
¶Vua marina in vino putrefacta/iis qui inde biberint,tędium vino affert. 157
¶Nõ reperiret finẽ hęc hiſtoria/nec etiã vires & ingenium ſufficerẽt, ſi ſingulorũ 158
naturas verbis cõſequi vellẽ. Nã pręter fluuiatiles piſces/Plynius ponit. 176. gene
ra animaliũ in mari viuẽtiũ. Multos dedita opera omiſimus,quorũ hæc ſunt noia/
Nereides/ Elephanti Rotę/Dromones/Cornutę/gladij/ſerræ/hippotami/ Percę/
aſelli/alopeca/box/batis/banchus/balanus/vranoſcopus/ cynœdi/ chametrachea/
glyciamerides/ colycia/Pẽtadactylides/bales/echinophorę/cucumis/Cynop⁹/Cy=
noſdexia/ Erythin⁹/hipp⁹/hippur⁹/ halipleurus/mena/merix/mormyl⁹/ Myſto=
cęt⁹/Ophidiõ/Oſtria/Phitarus/tyndarides/ꝑcides/Rhina/Sargrus/Scylla/purus/

ſcorpena/ſciadeus/ſciena/ Smyrus/ſcepiní/ſmarides/ Tornus/ Thurianus/theſſa/ Tethea/ vrene/ Bopgyrus/ Orphus, Rhacinus/mormyra/ Teragus/ Labrus/epoda/Channe/ex ſe ipſa cõcipiens/Glaucus æſtate nunq̃ apparens/Põphílus ſemper nauígíorum curſus comitans/ Chironus ín aquís nidíficans/ & alia prope ínfínita huiuſdodí nomina.

Argumenta ab ímpoſſibílí ex díuerſís poetis.

Vírgílíus æcloga prima.

ANte leues ergo paſcentur ín æthere cerui,
Et freta deſtituent nudos in líttore píſces,
Ante pererratís amborum fínibus exul
Aut Ararím parthus bíbet/aut Germanía Tygrím.

Idem æcloga.8.

Iungentur íam Gryphes equís,æuoq; ſequentí
Cum canibus tímídí venient ad pocula damę.

Idem ín Battarum.

Ante lupos rapient hœdí, vítulí ante leones,
Delphíní fugíent píſces,aquílæ ante columbas,
Et conuerſa retro rerum díſcordía gliſcet.

Idem íbídem.

Pallída flaueſcant æſtu ſítientía prata,
Immatura cadant ramis pendentía mala/
Deſínt & ſyluís frondes/& fontíbus humor.

Idem íbídem.

Flectíte currentes hymphas vaga flumina retro,
Flectíte & aduerſís curſum díffundíte campís,
Incurrant amnes paſſím remeantíbus vndís.

Idem íbídem.

Dulcía amara príus fient/& mollía dura/
Candída nígra oculí cernent/& dextera læua.
Mígrabunt caſus alíena ín corpora rerum.

Ouídíus lib.13.Meta.

¶Ante retro Símois fluet,& ſine frondíbus Ide
Stabít,et auxílíum promíttet Achaia Troiæ.

Idem lib.14.

Príus ínquít in æquore frondes
Glaucus & ín ſummís naſcentur montíbus algę

Idem lib.15.

Deſínet ante dies,& in alto Phœbus anhelos
Aequore tínget equos.

Idem lib.1.de ponto.

Nam príus íncípient turres vítare columbæ,
Antra ferę/pecudes gramína/mergus aquas.

Idem lib.12.de ponto.

Longa díes cítíor brumalí tempore/noxq;
Tardíor híberna ſolſtítíalís erit.
Nec Babylon æſtum/nec frígora pontus habebít/
Calthaq; Pęſtanas víncet odore roſas.

Qz tibi

Qz̃ tibi noſtrarum veniant obliuia rerum.
Id in eodem.
Cinyphię ſegetis citius numerabis ariſtas,
Altaq; q̃ multis floreat hybla thymis.
Et quot aues motis nitantur in aere pennis,
Quotq; natent piſces æquore/ certus eris.
Idem in eodem.
Nam caput e noſtra citius ceruice recedet,
Et patiar foſſis lumen abire genis.
Idem in eodem.
Nominis ante mei venient obliuia nobis.
Idem lib. 4. de ponto
Nam prius vmbroſa carituros arbore montes/
Et freta veliuolas non habitura rates/
Fluminaq; in fontes curſu reditura ſupino,
Gratia q̃ meriti poſſit abire tui.
Idem in eodem.
Et prius hinc nobis nimium contermimus Iſter.
In caput Euxino de mare vertet iter,
Vtq; Thyeſtęę redeant ſi tempora menſę,
Solis ad eoas currus agetur aquas.
Idem in eodem.
Sed prius huic deſint & bellum et frigora terræ,
Inuiſus nobis quę duo pontus habet.
Et tepidus Boreas/ & ſit præfigidus iſter.
Idem in epiſtola.
Oenones ad Paridem.
Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.
Idem in epiſtola Helenę.
Terra precor vultus obruat ante meos.
Idem lib. 1. Elegiarum.
Ante vel a membris diuidar ipſe meis.
Idem lib. 1. de arte.
Vere prius volucres taceant, æſtate cicadæ/
Mænalius lepori det ſua terga canis.
Idem in Ibin.
Deſinet eſſe prius contrarius ignibus humor.
Iunctaq; cum Luna lumina Solis erunt,
Parſq; eadem cœli Zephyros emittet et Euros,
Et tepidus gelido flabit ab axe nothus.
Et noua fraterno veniet concordia fumo,
Quam vetus accenſa ſeparat ira pyra,
Et ver Autumno, Brumę miſcebitur æſtas/
Atq; eadem regio veſper & ortus erit.
Idem lib. 1. Triſtium.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, et in tepido deſeret oſſa rogo.

Idem lib. 4. Triſtium.

Vere prius flores/æſtu numerabis ariſtas/
Poma per autũnum/frigoribuſq; niues.

Idem lib. 5. Triſtium.

Cana prius gelido deſint abſinthia ponto/
Et careat dulci Trinacris Hybla thymo/
Immemorem q̃ te quiſq̃ conuincat amici.

Lucanus lib. 1.

Omnia mixtis
Sydera ſyderibus concurrent/ignea pontum
Aſtra petent, tellus extendere littora nollet,
Excutietq; fretum. Fratri contraria Phœbe
Ibit/& obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poſcet ſibi, Totaq; diſcors
Machina, diuulſi turbabit fœdera mundi.

Horatius lib. 1. Carminum.

Sed prius appulis
Iungentur capreę lupis.

Idem in Epodo.

Priuſq; cœlum ſidet inferius mari
Tellure porrecta ſuper.

Idem ibidem.

Simul imis ſaxa renarint vadis renata.

Propertius lib. 1.

Nulla prius vaſto labentur flumina ponto,
Annus & innerſas duxerit ante vices.

Idem lib. 2.

Nam citius paterer caput hoc diſcedere collo.

Idem in eodem.

Terra prius falſo partu deludet arantes,
Et citius nigros Sol agitabit equos.
Fluminaq; ad caput incipient reuocare liquores,
Aridus & ſicco gurgite piſcis erit.

Idem lib. 3.

Flamma per incenſas citius ſedetur ariſtas.
Fluminaq; ad fontis ſunt reditura caput,
Et placidũ Syrtis portum, & bona littora nautis
Prębeat hoſpitio ſęua Malea ſuo.

Idem lib. 2.

Tu prius & fluctus poteris ſiccare marinos,
Altaq; mortali deligere aſtra ſono.

Perſius ſatyra. 5.

Sambucam citius caloni aptaueris alto.

Iuuenalis ſatyra. 10.

Promptius expediã, quot amauerit hippia mœchos,
Quot Themiſon ægros Autumno occiderit vno,
Quot Baſilus ſocios, quot circumſcripſerit hylus

Pupillos,

Pupíllos, quot longa víros exſorbeat vno
Maura díe, quot díſcípulos ínclínet Amíllus,
Percurram cítius quot víllas poſſídeat nunc,
Quo tondente grauís íuuení mihí barba ſonabat.
Statius lib.13.Syluarum
Híbernos cítí⁹ numeraueríſ íbres, Syluarũq; comas.
Id lib.15.Syluarum
Potíus fugientia rípas
Flumína deuíncas, Rapídís aut ígnibus obſtes,
Qz̃ míſeros lugere vetes.
Statíus lib.17.Theb.
Ante hæc excuſſo frondeſcet lancea ferro,
Inachus ante retro noſterq; Achelous abíbunt.
Idem lib.8.
Cítíus me fulmína contra
(Infandũ) ruere & magno bellare parentí Aſpíciat.
Id lib.3.Achíll.
Sed pater ante ígní, ferroq; excíſa íacebít
Scyros, & ín tumídas íbunt hęc verſa ꝓcellas Mœnía.
Claudíanus in Conſ.
Manlíj Theodori
Promptíus ímponam glacíalí Pelíon Oſſę,
Idẽ de victoría Stílíconís ín Alarícum.
Irríget Aegyptum Tanaís, Męotída Nílus,
Eurus ab occaſu, Zephyrus ſe promat ab índís,
Caucaſeíſq; íugís calídoq; nígrantíbus Auſtro
Getulas aquílo glacíe conſtríngat arenas.
Idem de conſulatu Probí.
Ante dabunt hyemes Nílum, per flumína damę
Errabunt, Glacíeq; nıger damnabítur Indus.
Ante Thyeſtęís íterum conterríta menſís
Intercíſa díes refugos vertetur ín ortus.
Pamphílus Saxus Elegía.12.
Sydera quum radíos ſpargent tellure ſub íma,
Aera cum píſcís, quum colet æquor auís.
Quum ceruus pauídos Maſſylla per arua leones
Pellet, hyems tepídí tempore verís erít.
Stroza pater líb.1. Eroticon
Ergo príus tellus alímenta negauerít orbí,
Et nouus heſperío ſurget ab axe díes.
Ante Pado Tagus, atq; Atheſí míſcebítur Iſter.
Idem lib.5. Eroticon
Ergo Scylla príus/ Scyllęq; aduerſa Charybdís
Præbuerínt feſſís puppíbus hoſpítium.
Ante ſuo Nereus gelídas admíſerít Arctos
Aequore, Terra polus fíet/ & ígnís aqua.
Mutatę príus accípient noua corpora formę.

Seneca in Hercule furente

Prius extinguet ortus, refert occasus diem,
Pax ante fida niuibus et flammis erit,
Et Scylla Siculum iunget Ausonio latus,
Priusq; & multo vicibus alternis fugax
Euripus vnda stabit Euboica piger.

Idem in Thyeste

Aethereas prius
Perfundet Arctos pontus, & siculi rapax
Consistet æstus vnda, & Ionio seges
Matura pelago surget, & lucem dabit
Nox atra terris, Ante cum flammis aquę,
Cum morte vita, cum mari ventus fidem
Fœdusq; iunget.

Idem in Thebaide

Ipsa se in leges nouas
Natura vertet, Regeret in fontem citas
Reuolutus vndas amnis/ Et noctem afferet
Phœbęa lampas/ hesperus faciet diem.

Idem in hippolyto.

Ignibus iunges aquas,
Et amica ratibus ante promittet vada
Incerta Syrtis, Ante ab extremo sinu
Hesperia Tethys lucidum attollet diem.
Et ora damis blanda præbebunt lupi.

Idem in Oethęo

Iungentur ante sæua syderibus freta/
Et ignis vndę/ tartaro tristi polus/
Lux alma tenebris/ Roscidæ nocti dies.

Idem in Hercule Oethęo.

Ante ab occasu dies
Nascetur Indis/ ante glacialem polum
Scythas ve tepida Phœbus afficet rota.

Idem

Descendat astris luna desertis licet,
Et bruma messes videat/ & cantu fugax
Sit depræhensum fulmen/ & versa vice
Medius coactis fugerit stellis dies.

Idem ibidem

Ante nascetur seges in profundo,
Vel fretum dulci resonabit vnda,
Ante descendet glacialis vrsę
Sydus/ & ponto vetito fruetur.

Idem ibidem

Mutetur orbis/ Vallibus currat nouis
Ister/ nouasq; Tanais accipiat vias.

Erasmus in adagijs

Achauthida

Acanthida vincet Cornix.
Calfurnius apud eundem. Astyle credibile est/si vincat acathida Cornix
Vocalem, superet si turpior ædona bubo.
Prius testudo leporem pręuerterit.

¶ Calentius lib. 2. Eleg.

Ante per ignotos errabunt sydera fluctus.
Pascenturq; leues æquora lata boues.
Ante a squamiferis habitari piscibus æquor
Desinet/ante freto currere curua ratis.
Ante polo similis polus insidiabitur/ante
Proximus in vetitas corruet anguis aquas.

Pontanus lib. 1. de Stellis.

Sed prius herculei torrentia sydera monstri
Solstitio vicina domus/locaq; edita cœli
Diffundent terris hyemem glacialibus Euris.
Ante & conspicui summo de cardine mundi
Flaua lycaonio surget palantias axe/
Atq; diem auerso subter vehet auster olympo.
Stabunt & cœli septem labentia signa.

Baptista Pius.

Nam prius in colles rebor vaga flumina ferri,
Et nilum hiberno diluere arua gelu.

Idem.

Sed prius æquorei damis iungentur Echini/
Et mixto æripedi semine Gryphes equo.

Idem.

Sythonio prius orbe tepescere credam
Mennonio & tingi posse colore niues.
Excelsęq; vagis vndabunt piscibus alpes/
Nullaq; atlantęi gurgitis vnda fluet.
Hesperioq; nitens phœbus consurget ab axe/
Atq; pari Euphrates Tygris & ore ruent.

Idem.

Ante caput Nili deprendet/& ora Sesostris/
Deponet virus & Stygis vnda suum.

Idem.

Promptius expediam, quot fulgeat ignibus æther/
Et quota in Oceani belua mole natet.

Idem.

Astra sagittiferum prędecedent fulgida mitram/
Solis & obscura nocte vehentur equi.
Magnaq; nigrantem lux irradiabit Auernum,
Luror & æthereos cinget vbiq; polos.
Et superum iurare (licet metus vrgeat illos)
Sancta cohors Stygias non dubitabit aquas.
Per syluas volitare canes/volucresq; ferarum
Cernemus duri lustra habitare soli.

Committentq; lupi damę ſua corpora roſtro/
Et lepus Arcadico roſtra habitata cani.
Et Phaetontęi cycnus non immemor axis
Fulmineas cupiet ſcandere poſſe domos.
Deſinet ęquoreis caput obiectare procellis
Aeſacus, & rapidi non petet ima maris/
Turbaq; Mennonidum canet exequialia mitis
Iuſta, neq; hęc tumuli tinget herilis humum.
Congeret aeria nidum ſuper arbore perdix,
Thyſbęas linquet blanda columba phalas.
Diliget immitem pia Dędaliona coturnix/
Fida gemelliparę que tulit auxilia.
Cui volucris ſubito data verſicoloris imago/
Dum fugit omniuoli dulcia furta Iouis,
Labilis audaci Congro murena relinques/
Et cum ſquamigeris Barre feris odium.
Nilicolamq; feram cautus Crocodilon Ichneumon
Diliget/infidam rex Halietus auem.
Palladius Soranus.
Deſinet ergo prius fragili mihi gutture lingua.
Idem.
Mella prius fierent quę ſunt contraria dulci/
Duraq; ſpectares mollia ſaxa prius.
Idem.
Ergo mella prius fient contraria dulci,
Mollia dura prius fient & maxima parua.
Aut freta poma dabunt ſemper redolentia, flores
Paſcua/rura/ domos viuentia cūcta fouebunt,
Et piſces quin terra feret. quam nauita prudens
Sulcabit, tumidos fluctus quę concita tollet.
Petrarcha.
Tum noſtro Galathea tuum de pectore nomen
Exibit, fugient propriis dum ſedibus aſtra.
Mellis apes ſtudium linquent, nidoſq; columbę,
Coniugium turtur, prędam lupus, arbuta caprę,
Cuſtodita dolos mulier, mendacia ſeruus.
Idem.
Validum prius ęgra leonem
Sternet ouis, pri⁹ armigerū philomela tonātis Vicerit
¶Deſcriptio lōgi temporis, qua diu aliquid
futurum ſignificamus.
Virgilius Aegloga. 5.
DVm iuga montis aper, fluuios dum piſcis amabit,
Dumq; thymo paſcentur apes, dum rore cicadę.
Ouidius lib. 1. Eleg.
Viuet Męonides, Tenedos dum ſtabit & Ide,
Dum rapidas Simois in mare voluet aquas.

Viuet

Viuet & aſcręus, dum muſtis vua tumebit,
Dum cadet incurua falce reſecta ceres.
Donec erunt ígnes/arcuſq; cupidínis arma,
Dicentur numrí culte Tíbulle tuí.
Idem ín Ibín.
Pugnabunt íaculís dum Thraces/Iapyges arcu/
Dum tepídus Ganges/frigidus Iſter erít.
Robora dum montes/dum mollía pabula campí,
Dum Tyberís líquídas Thuſcus habebit aquas.
Lucanus líb.1.
Dum terra fretum/terramq; leuabít
Aer/& longı voluent Títana labores,
Noxq; diem cœlo totídem per ſígna ſequetur.
Syllíus líb.6.
Dum cœlí ſedem/terraſq; tenebít
Caſta fídes,dum vírtutís venerabíle nomen Víuet.
Idem líb.7.
Dum Cete ínnabunt Ponto/dum ſydera cœlo
Lucebunt,dum Sol índo ſe líttore tollet/
Polítianus.
Dumq; ín tacíto vaga ſydera cœlo
Fulgebunt,dum Sol nígris orietur ab Indís.
Pręuía luciferis aderít dum curribus Eos.
Dum ver tríſtís hyēs/ Autūnum proferet æſtas/
Dumq; fluet ſpírans/ refluetq; recíproca Tethys.
Dum mixta alternas cupíent elementa fíguras.
Semper erít magní decus ímmortale Maronís.
Sabellícus.
Dum mundí Solíſq; víces varíabílis annus
Sentíet/& ſolítos ſeruabunt ſydera curſus.
Horatíus ín Epodo.
Dum pecorí lupus & nautís ínfeſtus Orion
Turbarít hibernum mare.
Intonſoſq; argítarit apollínís aura capillos.
Seneca ín Medea.
Dum terra cœlum medía líbratum feret,
Nítíduſq; certas mundus euoluet vices,
Numeruſq; arenís deerit/& ſolem díes/
Noctem ſequentur aſtra/dum ſíccas polus
Verſabít arctos/flumína ín pontum cadent,
Nunq̄ meus ceſſabit ín pœnas furor.
Idem ín Oedípo.
Lucída dum current annoſí ſydera mundí/
Oceanus clauſum dum fluctíbus ambíet orbem.
Lunaq; demíſſos dum plena reçolliget ígnes,
Dum matutínos prędícet lucífer ortus,
Altaq; cęruleum dum Nerea neſcíet arctos.

Candida formoſi venerebimur ora lyęi.
Tibullus lib. 1.

Quem referent Muſę, viuet, dum robora tellus/
Dum cœlum ſtellas, dum vehet amnis aquas.
Stroza pater.

Erunt donec vaga ſydera cœlo,
Donec erit tellus/æquora donec erunt.
Stroza filius.

Phœbeia donec
Laurus & orbita erit'/ nomemq; helyconidis vmbrę
Idem.

Dumq; polus vertet Pagaſęę ſigna carinę.
Flacce tuę dabitur palma ſecunda lyrę.
Idem.

Dum fluet Eridanus patrię prope mœnia noſtrę/
Dum fluet & refluet Venetā maris vnda per vrbem,
Tinctile dum Scythicas armabit miſſile dextras.
¶ Poetica deſcriptio, qua docemus aliq̄d longe lateq; fieri. Lucanus lib. 1.

VNde venit Titan/ & nox vbi ſydera cōdit,
Quaq; dies medius flagranttibus æſtuat horis/
Et qua bruma rigens/ ac neſcia vere remitti,
Aſtringit Scythicum glaciali frigore Pontum.
Ouidius in fine Meta.

Quaq; patet domitis Romana potentia terris.
Horatius lib. 3. Car.

Dicar, qua violens obſtrepit Aufidus,
Et qua pauper aquę Daunus agreſtium
Regnator populorum.
Statius lib. 4. Syl.

Ibis/qua vagus hercules & Euan
Vltra ſydera/flammeumq; Solem/
Et Nili caput, & niues Atlantis.
Tibullus lib. 2.

Qua ſua de cœlo proſpicit arua Ceres.
Quaq; patent ortus/& qua fluitantibus vndis
Solis anhelantes abluit amnis equos.
Seneca in hercule Furente.

Qua lucem premit
Aperitq; Tethys, qua ferens Titan diem/
Binos propinqua tingit æthiopes face.
Idem.

Et quod Occaſus videt/& quod Ortus.
Idem.

Auroram inter et Heſperum/
Et qua Sol medium tenens.

Vmbras

Vmbras corporíbus negat.
Quodcumq; abluitur cœlum,
Longo Tethyos ambitu.

Idem in Theba.

Qua lata terris ſpacia frugiferis iacent/
Et qua trahens opulenta Pactolus vada
Inundat auro rura.

Idem in Hippolyto.

Quęq; naſcentem videt ora Solem.
Quęq; ad occaſus iacet ora ſeros,
Si qua feruenti ſubiecta Cancro eſt/
Si qua maioris glacialis vrſę
Semper errantes patitur colonos.

Idem ibidem.

Qua terra mari Cingitur alto/ Quaq; æthereo
Candida mundo Sydera currunt.

Item ibidem.

Quicquid Oceanus vagis,
Complexus vndis vltimo fluctu tegit.

Idem in Troade.

Quicquid Sol Oriens/ quicquid & occidens,
Nouit/ Cęruleis Oceanus fretis
Quicquid vel veniens/ vel fugiens lauat,
Aetas Pęgaſeo corripiet gradu.

Idem in Medea.

Quodcumq; placidis flexibus Phaſis rigat/
Pontuſq; quicquid Scythicus a tergo videt,
Paluſtribus qua maria dulceſcunt aquis.

¶ Deſcriptio magni & frequẽtis numeri per ſimilitudies & cõparationes. Virgil. lib. 4. Georg.

QVam multa in foliis auium ſe millia condunt,
Veſper vbi aut hibern⁹ agit de montibus imber.

Idem lib. 6. Aene.

Qz̃ multa in ſyluis Autumni frigore primo/
Lapſa cadunt folia/ aut adterram gurgite ab alto
Qz̃ multę glomerantur aues/ vbi frigidus ann⁹
Trans pontum fugat/ & terris immitit apricis.

Idem lib. 7. Aen.

Qz̃ multi lybico voluuntur marmore fluctus/
Sęuus vbi Orion hibernis conditur vndis.
Vel quum Sole nouo denſę torrentur ariſtę,
Aut hermi campo/ aut Lycię flauentibus aruis.

Idem lib. 9. Aen.

Quantus ab occaſu veniens pluuialibus hœdis

Verberat imber humum, q̃ multa grandine nymbi
In vada prȩcipitant, quum Iuppiter horridus auſtr's
Torquet aquoſam hyemem, & cœlo caua nubila rumpit.
Ouidius lib. 11. Meta.

Somnia vana iacent, totidem quot meſſis ariſtas,
Sylua gerit frondes/ erectat littus arenas/
Idem lib. 4. Triſtium.

Meq; tot aduerſis cumulat/ quot littus arenas.
Quotq; fretum piſces/ ouaq; piſcis habet.
Idem lib. 4. Triſt.

Quot frutices ſyluȩ, quot flauas Tybris arenas/
Mollia quot Martis gramina campus habet.
Tot mala pertulimus.
Idem ibidem.

Littora quot conchas/ quot amena roſaria flores/
Quot ve ſoporiferum grana papauer habet/
Sylua feras quot alit/ quot piſcibus vnda natatur,
Et tenerum pennis aera pulſat auis,
Tot premor aduerſis/ quȩ ſi comprendere coner/
Icariȩ numerum dicere coner aquȩ.
Idem ibidem.

Q̃ multa madidȩ celantur arundine foſſȩ,
Florida q̃ multas Hybla tuetur apes,
Q̃ multȩ gracili terrena ſub horrea ferre
Limite formicȩ grana reperta ſolent,
Tam me circunſtat denſorum turba molorum.
Idem lib. 4. de Ponto.

Quȩ numero tot ſunt, quod in horto fertilis arui
Punica ſub lento cortice grana rubent.
Africa quot ſegetes/ quot Tmolia terra racemos/
Quot Sicyon baccas/ quot parit Hybla fauos.
Idem lib. 1. de Arte.

Gargara quot ſegetes/ qđ habet Methymna racemos/
Aequore quot piſces, fronde teguntur aues.
Quot cœlum ſtellas/ tot habet tua Roma puellas.
Idem lib. 2. de Arte.

Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in hybla.
Cȩrula quot baccas Palladis arbor habet,
Littore quot conchȩ, tot ſunt in amore dolores.
Idem lib. 3.

Sed neq; ramoſa numerabis in Ilice frondes/
Nec quot apes Hyblȩ/ nec quot in Alpe ferȩ.
Item.

Quot noua terra parit flores/ quum vȩre tepenti
Vitis agit gemmas/ pigraq; fugit hyems.
Statius lib. 5. Syluarum.

Hibernos citius numeraueris imbres.

Siluarumq;

Syluarumq; comas.

Syllíus líb.7.

Q̃z multa affíxus cœlo ſub nocte ſerena
Fluctíbus e mediís ſulcator nauíta ponti
Aſtra vídet, Q̃z multa vídet feruorĩbus atrís/
Quum Calabros vrunt ad pínguía pabula ſaltus,
Vertíce Garganí reſídens/íncendía paſtor.

Marullus.

Non tot Attica mella/líttus Algas/
Montes robora/ver habet colores/
Non tot tríſtís hyems ríget pruínís,
Autumnus grauídis tumet racemís/
Non tot ſpícula Mœdícis pharetrís,
Non tot ſígna micant tacente nocte,
Non tot ęquora píſcĩbus natantur/
Non aer tot aues habet ſerenus/
Non tot Oceano mouentur vndę,
Non tantus numerus lybíſſę arenę/
Quot ſuſpíría/quot Neęra pro te,
Veſanos patíor díe dolores.

Catullus.

Q̃z magnus numerus lybíſſę arenę,
Laſerpicíferís ıacet Cyrenís.

Propertíus líb.2.

Non tot Achęmenijs armantur Suſa ſagíttís/
Spícula quot noſtro pectore fixit amor.

Seneca ín Hercule furente.

Q̃z tus íncedít populus per vrbes
Ad nouí ludos auídus theatrí/
Qualís Elęum ruit ad tonantem,
Quínta quum ludos reuocauít æſtas.

Idem ín Oedipo.

Non tot caducas educat frondes Oetha/
Nec vere flores hybla tot medío creat,
Quum examen alto nítítur denſum globo/
Fluctuſq; non tot frangít Ionium mare,
Nec tanta gelídí Strymonís fugíens mínas
Permutat hyemes ales,& cœlum ſecans,
Torpente Nílo penſat Arctoas níues,

Baptíſta Píus.

Cęrula quot píſces/quot leſbía terra racemos,
Maſcula quot tellus thura Sabęa parít,
Plumíferas quot habet volucres agitabílís aer/
Gargara quot meſſes, vína Phalernus ager.

Idem.

Promptíus expedíam, quot fulgeat ígnĩbus æther/
Et quota ín Oceaní belua mole natet.

¶Deſcriptio Curſus leuiſſimi & mirę celebritatis.

Virgilius lib. 10. Aen.

FVgit illa per vndas
Ocyor & iaculo/& ventos ęquante ſa=
Lucanus lib. 1. (gitta.

Et torto baleariſ verbere fundę
Ocyor,& miſſa Parthi poſt terga ſagitta.

Idem lib. 5.

Ocyor & cœli flammis & tygride fœta.

Idem lib. 9.

Calido non ocyus auſtro
Nix reſoluta tepet.

Horatius lib. 2. Car.

Ocyor ceruis/& agente nymbos
Ocyor euro.

Statius lib. 6. Theb.

Quę bello ſic tela volant quę nubila cœlo
Amnibus hibernis: Minor eſt Iouis ipetus igni/
Tardius aſtra cadunt/glomerātur tardius ibres,
Tardius in ſummos decurrunt flumina montes.

Idem ibidem.

Credas e plebe Cydonum
Parthorumq; fuga totidem exiliſſe ſagittas.
Non aliter celeres hircana per auia ceruí,
Quum procul impaſti fremitū accepere leonis,
Siue putant,rapit attonitos fuga cæca/metuſq;
Congregat/& lōgum dant cornua mixta fragorem.

Sidonius.

Non ſic fulminis impetus triſulci/
Non pulſa Scythico ſagitta neruo/
Non ſulcus rapide cadentis auſtri/
Non fundis balearibus rotata
Vnq̄ ſic liquidos poli meatus,
Rumpit plumbea glandium procella.

Seneca in Thebaide.

Sagitta qualis parthica velox manu
Excuſſa fertur,Qualis' inſano ratis
Premente vento rapitur/aut qualis cadit
Delapſa cœlo ſtella,quum ſtringens polum,
Rectam citatis ignibus rumpit viam.

Idem in Hippolyto.

Fugit inſanę ſimilis procellę/
Ocyor nubes glomerante cauro/
Ocyor curſum rapiente flamma/
Stella quum ventis agitata longos Corripit ignes.

¶Curſores velociſſimi.

Euryalus.

1	Euryalus	5	Dędalus	13	Ladas
	Nyſus Díores	6	Atalanta	14	Atas
	Salíus Patron	7	Mermeros	15	Phílíppus
	Helymus	8	Phędímus	16	Iphíclus
	Panopes		Dímas	17	Orion
2	Camílla	9	Opheltes	18	Mithrídates
3	Achílles	10	Thalus	19	Haraldus
4	Bellorophon	11	Phílíppídes	20	Echíon
	Perſeus	12	Tíberíus Nero	21	Lycaſte.

IN ludís exequíalíbus (quos ín Sícílía ad anchíſę tumulum celebrauít æneas) 1
ſtadíodromí ſeu decurſores ín ſtadío fuerunt Euryalus/ Nyſus/ Díores/ Sa=
lius/ Patron/ Helymus & Panopes.

¶Camílla regína fuít Volſcoꝝ, cuí⁹ celerítatē deſcríbít Vírgílí⁹ í fíne ſeptímí dícēs 2
Illa vel íntactę ſegetís per ſūma volaret Gramína/ nec teneras curſu lędíſſet arıſtas.
Vł mare ꝑ medíū fluctu ſuſpēſa tumētí Ferret íter, celeres nec tígeret ęquore plātas

¶De Achílle/ Catullus. Naſcetur nobís expers terroris Achílles, Quí perſępe va 3
go víctor certamíne curſus Flammea prędertet celerís veſtígía ceruę.

¶Bellorophon ín expeditíone contra Chímęrā vſus eſt equo Pęgaſo ſanguíne me 4
duſę nato. ¶Perſeus vero í meduſam certatur⁹ accepíta Mercurío talarıa & enſem.
Quíbus admínículís ambo per aerem ferebantur. Propertíus líb. 2. Non ſí pęgaſeo
vertarís ín aera dorſo. Nec tíbí ſí perſei mouerít ala pedes. Sídonius. Ac íuuenem
Stenobęa tuum, cuí terga vetuſtas/ Pennatí largítur equí.

¶Poetę fabulantur Dędalum incluſum labyrínthο, propter líberatum Theſeum/ 5
quum íudícíum capítís expaueſceret, alas ſíbí confínxíſſe/ eoq; remígío perículū eua
ſíſſe. Vírgíl. líb. 6. Aen. Dędalus (vt fama eſt) fugiens Mínoía regna/ Prę petíbus
pennís auſus ſe credere cœlo Inſuetum per íter gelídas enauít ad arctos.

¶De atalāta venatrıce Arcadıca Ouídí. lí. 10. meta. Forſítan audíeras alíquā certa 6
míne curſus Veloces ſupaſſe vírος, Nō fabula/ rumor Ille fuít, ſupabat eī/ nec díce
re poſſís, Laude pedū/ formę ne bono prędtātíor eēt. Statí⁹ lí. 6. Theb. Quís męna
lię atalātes Neſcíat egregíū decus/ & veſtígía cūctis Indeprē ſa procís. Hāc enī dí=
cunt certaſſe curſu ín Hippomenē/ dū ab eo ın vxorē peteret. Vnde ídē Ouídí. Dū
talía ſecū Exígít hippomenes/ curſu volat alíte vírgo. Quę q̄q̄ Scythíca nō ſegnius
íre ſagítta Aonío víſa eſt íuuení, tamē ílle decorís Mírator magís ē, curſus facít ípſe
decorē/ Aura refert ablata cítís talarıa plantís. Hāc curſ⁹ cōcertatıonē Sídonı⁹ de=
ſcríbít dícēs. Emícuít pernix populo trepídāte vírago Níl toto tactura gradu/ quū
pallídus ílle Reſpíceret medíum poſt ſe decreſcere cāpum, Et longas ad ſígna vías
flatuq; propínquo Preſſus ín hoſtílí íam curreret anxíus vmbra, Donec ad anfra=
ctum metę/ íam íamq; relíctus Concíta ter ſparſo fregít veſtígía pomo.

¶Mermeros centaurus fuít pedum leuítate prędtantíſſímus. Ouíd. lí. 12. Quíq; pe 7
dum nuper certamíne vícerat omnes Mermeros, accepto tum vulnere tardíor íbat.

¶De Phędímo & Dímante, Statius líb. 6. Theb. Et bís ī Iſthmíaca víctor clama= 8
tus arena Phędímus/ alípedumq; fugam prędtreſſus equorum Ante Dímas.

¶Claruít Opheltes nauta curſu velocíſſímo. Sídonius. Quí vígor ín pedíbus fru= 9
ſtra tíbí natus Ophelte Sícanıam tríbuít palmam/ plantaſq; ſuperbas.

¶Thalus fuít quíſpıā, quē Iupíter æreís pedíb⁹ fínxíſſe dícítur/ cuſtodēq; Europę 10
adhíbuíſſe/ ac celeritate ter quotídíe Cretā obíuíſſe. De quo nōnullí volūt Catullū ī
tellexíſſe íllo carmíe. Nō cuſtos ſí ego fíngar ílle cretū/ q̄uís alíj ad Dędalū referāt.

11 ¶Philippides. 160. ſtadia ab Athenis Lacedęmonem biduo cucurrit. ¶Caniſtius curſor lacedęmonius & Philonides Alexādri magni a Sicyone Elin vno die. 1302. ſtadia cucurrerunt.

12 ¶Tiberius Nero vehiculis tribus ad Druſum fratrem in Germania ægrotātem feſtinans/ ducenta paſſuum millia emenſus eſt. ¶Iuba apud Plynium teſtis eſt Troglodytarum gentem mirę velocitatis eſſe.

13 ¶Ladas curſor fuit Alexandri velociſſimus. Martialis lib. 2. Quid ſi per graciles vias Petauri Inuitum iubeas ſubire ladam. Petauri autem dicuntur homines agiles, qui ſe per circulos immittunt/naſcūturq; ſub Delphine. Idem Martialis lib. 11. Habeas licebit alterum pedem ladę, Inepte fruſtra crure ligneo curres.

14 ¶Atas puer Vipſano cōſule a meridie ad veſperū. 75. millia paſſuū cucurrit/magna omnium admiratione Martia. lib. 4. Siue leuem curſu vincere quęris Atam.

15 ¶Philippus lyſimachi frater regem per ducenta ſtadia vectū pedes comitatus eſt, quum etiam lorica indutus arma geſtaret. Author Curtius.

16 ¶Iphiclus Philaci & Climenes filius tanta fuit corporis agilitate & pedum celerita te/vt curreret ſuper triticeas ariſtas/nec oblęderet. Demaratus vero etiam per mare inceſſiſſe prodidit. Author Cęlius.

17 ¶Orion Neptuni filius ex Euryale minois filia natus fuit, cui conceſſum eſt, vt ſuper fluctus curreret perinde ac in terra, ſuper ariſtas ferretur/nec eas comminueret. Author Higinus.

18 ¶Mithridates rex Ponti ad vltimum vitę tempus equitabat/ iaculabaturq;. Et per mille ſtadia diſpoſitis per interualla equis vna die diſcurrebat. Currus ſex et decem equis agitauit.

19 ¶Haraldus quidam nonnulla inuſitatę agilitatis ſpectacula exhibuit. Nam duob⁹ equis i ſtadium admiſſis vtroq; metam prior tenuit. Geminis ſiquidem bacillis inter currendum innixus crebris ſaltibus corpus concitabat. Author Saxo.

20 ¶Echion. Ouid. lib. 8. Meta. Impiger Eurytion/curſuq; inuictus Echion.

21 ¶De lycaſte Dianę comite Claudianus, Et curſu Zephyris nunq̄ ceſſura lycaſte.

¶Deſcriptio ortus diei.

Virgilius lib. 2. Aen.

IAmq; iugis ſummę ſurgebat Lucifer Idę,
Ducebatq; diem.

Idem lib. 3.

Iamq; rubeſcebat ſtellis aurora fugatis.

Idem lib. 4. & lib. 9.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Idem lib. 7.

Iamq; rubeſcebat radijs mare/& æthere ab alto.
Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Idem lib. 11.

Oceanum interea ſurgens Aurora reliquit.

Idem lib. 11.

Aurora interea miſeris mortalibus almam
Extulerat lucem/referens opera atq; labores.

Idem lib. 12.

Poſtera vix ſummos ſpargebat lumine montes

Orta dies

Orta dies, quum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi/lucemq; elatis naribus efflant.
Ouidius lib.2.Meta.

Fulget tenebris Aurora fugatis.
Idem lib.4.

Postera nocturnos Aurora remouerat ignes.
Solq; pruinosas radijs siccauerat herbas.
Idem lib.7.

Postera depulerant aurorę lumina noctem.
Idem lib.9.

Postera lux radijs totum patefecerat orbem.
Idem lib.15.

Postera sydereos Aurora fugauerat ignes.
Idem lib.3.Fastorum.

Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus.
Idem lib.4.Fast.

Nox abijt/oriturq; Aurora.
Idem lib.6.Fast.

Iam Phryx a nupta quereris Tithone relinqui.
Et vigil Eois lucifer exit equis.
Idem lib.1.de Trist.

Cœlo nitidissimus alto
Stella grauis nobis lucifer ortus erat.
Idem lib.1.Eleg.

Iamq; pruinosos molitur lucifer axes,
Inq; suum miseros excitat ales opus.
Idem.

Iam super Oceanum venit a seniore marito
Flaua pruinoso quę vehit axe diem.
Lucanus lib.1.

Et ignes Solis lucifero fugiebant astra relicto.
Lucretius lib.2.

Primum Aurora nouo quum sparsit lumine terras.
Idem lib.5.

Aurea quum primum gemmantes rore per herbas
Matutina rubent radiati lumina Solis.
Statius lib.2.Theb.

Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto
Impulerat cœlo gelidas Aurora tenebras.
Rorantes excussa comas/multumq; sequenti
Sole rubens. Illi roseus per nubila seras
Aduertit flammas/alienumq; æthera tardo
Lucifer exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, et radios ipsi vetet esse sorori.
Idem lib.3.

Septima iam nitidum terris Aurora/deisq;
Purpureo vehit ore diem.

Idem lib.6.

Clara laboríferos cœlo Títanía currus
Extulerat.

Idem lib.2.Achill.

Iam premít aſtra díes,humilíſq; ex ęquore Títan
Rorantes euoluít equos,& ab ęthere magno
Sublatum curru pelagus cadit.

Idem lib.5.

Exuít ímplícitum tenebrís humentibus orbem
Oceano prolata díes/genitorq; coruſcę
Lucís adhuc hebetem vícína noctè leuabat/
Et nondum excuſſo rorantem lampada ponto.

Syllíus lib.1.

Pellebat ſomnos Títhoní roſída coníunx.

Idem lib.5.

Donec flammíferum tollentes ęquore currum
Solís equí ſparſere díem,iamq; orbe renato
Díluerat nebulas Titan,ſenſimq; fluebat
Calígo ín terras nítído reſoluta ſereno,

Idem lib.6.

Iam Tarteſſi aco quos ſoluerat ęquore Títan
In noctem diffuſus equos iungebat Eois Littorıbus.

Idem lib.10.

Poſt vbi fulſerunt primís Phaetontía frena
Ignibus,atq; ſuí terrę redíere colores.

Idem lib.11.

Poſtera lux Phaetontís equos proferre parabat/
Iam rapídos/omní curru ſplendente ſub vndís.

Idem lib.15.

Aurora íngredíens terrís exegerat vmbras

Sídonius.

Iam ſol adult⁹ roſídę noctís humorē radío creſcente ſor
Stroza pater. (buerat.

Verum vbí ıam cœlo ſtellas Aurora fugauít,
Et redít exorto lucída Sole díes.

Idem.

Aureus ęquoreis vbí ſol caput exerít vndís/
Oceaníq; Aurora torum formoſa reliquít.

Idem.

Deſeruít ſolíto formoſíor ęquora Títan.

Sabellícus.

Igneus ínterea Phœbus prodíbat ab Indís.

Idem.

Tenebrís Aurora fugatís
Tertia ıam totum veníens reſerauerat orbem.

Pamphílus Saxus.

Títhoní croceum ſenís cubíle.

Aurora

Aurora aurigeris comis refulgens
Iam ſurgit/roſeoſq; clara vultus
Oſtendit/Phaetontis & citatis
Currunt flammigeri rotis Iugales.
Politianus in Nutricia
Aurea quum radios hyperionis exeruit fax.
Idem.
Extulerat roſeo Cynthius ore diem.
Lactancius de Phœnice.
Lutea quum primum ſurgens Aurora rubeſcit,
Quum primum roſea ſydera luce fugat.
Catullus.
Sed vbi horis aureis ſol radiantibus oculis
Luſtrauit ęthera album, ſola dura/mare ferum/
Reppulitq; noctis vmbras vegetis ſonipedibus.
Seneca in Hercule furente.
Iam rara micant ſydera prono
Languida mundo, nox victa vagos
Contrahit ignes, Luce nouata.
Idem in Troade.
Summa iam Titan iuga
Stringebat/ortus vicerat noctem dies.
Idem in Octauia.
Iam vaga cœlo ſydera fulgens
Aurora fugat, Surgit Titan
Radiante coma, mundoq; diem Reddit clarum.
¶Deſcriptio meridiei.
Virgilius lib.8.Aen.
SOl medium cœli conſcenderat igneus orbem.
Ouidius lib.3.Meta.
Iamq; dies medius rerum contraxerat vmbras/
Et ſol ex ęquo meta diſtabat vtraq;.
Idem in Arte.
Iamq; dies medius tenues contraxerat vmbras.
Statius lib.4.Theb.
Tempus erat, mediį quum Solem in culmine mundi
Tollit anhela dies.
Idem lib.5.
Sol operum medius ſummo librabat olympo
Lucentes ceu ſtaret equos.
Marullus.
Et iam lampade torrida
Fulgebat medio ſol pater ęthere.
Val.Flac.lib.3.
Iam ſummas cœli Phœbus candentior arces
Vicerat, & longas medius reuocauerat vmbras.
Pontanus.

Et iam Sol medium clarus peragrabat olympum.

¶ Deſcriptio noctis,
ſeu aduentus eius.
Virgilius Aen. 1.

ET iam ſumma procul villarum culmina fumant.
Maioreſq; cadunt altis de montibus vmbrę.

Idem Aeg.

Et Sol creſcentes decedens duplicat vmbras.

Idem in Culice.

Iam quatit/ & bijugis oriens herebo cit equos nox,
Et piger aurato veſper procedit ab Oetha.

Idem lib. 2. Aen.

Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramq; polumq;.

Idem in eodem.

Tempus erat/ quo prima quies mortalibus ęgris
Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit.

Idem lib. 3.

Nox erat/ & terris animalia ſomnus habebat.

Idem in eodem.

Sol ruit interea/ & montes vmbrantur opaci.

Idem lib. 4.

Nox erat/ & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora per terras, ſyluęq; & ſęua quierant
Aequora, quum medio voluuntur ſydera lapſu,
Quum tacet omnis ager/ pecudes pictęq; volucres,
Quęq; latus late liquidos, quęq; aſpera dumis
Rura tenent/ ſomno poſitę ſub nocte ſilenti
Lenibant curas/ & corda oblita laborum.

Idem lib. 8.

Nox erat/ & terras animalia feſſa per omnes,
Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat.

Idem in eodem.

Nox ruit/ & fuſcis tellurem amplectitur alis.

Ouidius lib. 6. Meta.

Iam labor exiguus Phœbo reſtabat/ equiq;
Pulſabant pedibus ſpacium decliuis Olympi.

Idem lib. 10.

Tempus erat, quo cuncta ſilent.

Idem lib. 11.

Pronus erat Titan, inclinatoq; petebat
Heſperium temone fretum.

Idem in eodem.

Nox cœlum ſparſerat aſtris.

Idem lib. 14.

Preſſerat occiduus Tarteſſia littora Phœbus.

Item

Item lib.15.

Cãdidus Oceano nitidum caput abdíderat Sol/
Et caput extulerat denſiſſima ſydereum nox.

Idem lib.1.Faſt.

Nox erat/& víno ſomnum faciente,íacebant
Corpora díuerſis victa ſopore locís.

Idem lib.2.

Nox erat,& tota lumína nulla domo.

Idem lib.4.

Interea placídam redímita papauere frontem
Nox venit/& ſecum ſomnia nigra trahit.

Idem ín eodem.

Dempſerat emerítis íam íuga Phœbus equís.

Idem lib.6.

Nox erat/& vínis oculíq; anímíq; natabant.

Idem lib.1.Triſt.

Iamq; quieſcebant voces hominumq; canumq;/
Lunaq; nocturnos alta regebat equos.

Idem ín eodem.

Tíngitur Oceano cuſtos Erymanthídos vrſę.

Idem lib.3.de Ponto.

Nox erat,& bífores íntrabat luna feneſtras.

Lucanus lib.3.

Títan íam pronus in vndas
Ibat.& igníferí tantum demerſerat orbis,
Quantum deeſſe ſolet Lunę.

Idem ín eodem.

Nox ſubít/atq; oculos vaſtę obduxere tenebrę.

Statíus lib.1.Syl.

Nox ſílet,& nígros ímitantía murmura ſomnos.

Idem lib.1.Theb.

Iamq; per emeríti ſurgens confínía Phœbí
Títanís late mundo ſubuecta ſilentí,
Rorífera gelídum tenuauerat aera bíga.
Iam pecudes volucreſq; tacent,Iam ſomnus auarís
Inſerpit curís,pronuſq; per aera nutat,
Grata laboratę referens obliuía vitę.

Idem lib.3.

Soluerat Heſperíj deuexo in margine ponti
Flagrantes ſol pronus equos/rutílamq; lauabat
Oceani ſub fonte comam.

Item.

Nox ſubíjt/curaſq; hominum,motuſq; feratum
Compoſuit/nígroq; polos ínuoluit amíctu.

Idem lib.8.

Tempus erat/íunctos quum íam ſoror ígnea Phœbi
Sentit equos. Idem lib.12.

Iam pater heſperio flagrantem gurgite currum
Abdíderat Títan/alíjs rediturus ab vndís.
Idem lib. 4. Achill.

Frangebat radíos humílí íam pronus Olympo
Phœbus/& Oceaní penetrabíle líttus anhelís Promítte-
bat equís. Syllíus lib. 10.

Donec anhelantes ſtagna ín Tarteſſía Phœbus
Merſit equos/fugienſq; polo Títanía cæcam
Orbíta nigranti traxít calígine noctem.
Idem lib. 11.

Iamq; díem ad metas defeſſis Phœbus Olympo
Impellebat equís/fuſcabat & Heſperus vmbra,
Paulatím infuſa properantem ad líttora currum.
Idem lib. 15.

Nox ſomní genítrix mortalía pectora curís
Purgarat, tenebręq; horrenda ſilentía habebant.
Auſonius.

Condíderat íam Solís equos Tarteſſía Calpe.
Stridebatq; freto Títan inſignis Ibero.
Stroza pater.

Quum ſol Antípodum populos íllata luce reuíſit
Sabellícus.

Iam fuſcís prouecta rotís nox atra ruebat
Oceano/valleſq; vmbris complexa cruentas.
Pamphílus.

Oceaní píceís incíncta tenebrís,
Nox caput ex vndís tollebat.
Idem.

Oceaní tumídís íam nox caput extulít vndís.
Iam víbrat tremulum candída luna íubar.
Cleophílus.

Nox erat/& pleno lucebat Cynthía cornu,
Ibat et Arctoo tardíor vrſa polo.
Val. Flac.

Et íam prona leues ſpargebant ſydera ſomnos.
Idem.

Iamq; ſopor mediís tellurem preſſerat orís,
Et círcum tacíto volitabant ſomnía mundo.
Idem.

Nox hominum genus et duros míſerata labores,
Rettulerat feſſís optata ſilentía terrís.
Martíanus Capella.

Sed purum aſtrifícis cœlum ſcandebat habenís
Nox reuocans merſo fulgentía ſydera Phœbo.
Sabellícus.

Iam cœlo propulſa dies conceſſerat vmbris,
Perdíderatq; ſuos tellus obducta colores.
Idem.

Idem.

Cœperat heſperio Titan ſe mergere fluctu,
Verſus in Antipodas, iam ſerus lumina veſper
Compoſitura diem prono ſpargebat Olympo.

Idem.

Phœbus ad heſperiam Tethym iam flectere curſum
Cœperat.

Pontanus.

Nec color vllus erat rebus, tenebriſq; malignis
Et cœlum et terras nox circunfuſa tenebat.

Idem.

Nox cœlum tenet, & fuſcis iuga verſat habenis.

Tibullus lib. 2.

Ludite, iam nox iungit equos, currumq; ſequuntur
Martis laſciuo ſydera fulua choro.

Seneca.

Nox prima cœlum ſparſerat ſtellis.

Deſcriptio mediæ noctis.

Ouidius lib. 9.

NOctis erat medium, curaſq; & corpora ſomnus Soluerat.

Horatius lib. 2. Ser.

Iamq; tenebat Nox medium cœli ſpacium.

Statius lib. 3. Achill.

Scandebat roſeo medij faſtigia cœli
Luna iugo, totis vbi ſomnus inertior alis
Defluit in terras, mutumq; amplectitur orbem.

Deſcriptio æquinoctij.

Seneca.

Libra Phœbæos tenet æqua currus.

Lucanus lib. 8.

Tempus erat, quo libra pares examinat horas,
Non vno plus æqua die.

Ouidius.

Impoſitamq; ſibi qui non bene pertulit hellen,
Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Serpentum quorundam nomina.

1	Python.	11	Stellio.	21	Lacerta.
2	Hæmorrhois.	12	Salamandra.	22	Natrix.
3	Salpinga.	13	Cantharides.	23	Nepa
4	Baſiliſcus.	14	Anger.	24	Pharias.
5	Ceraſtes.	15	Cæcilia.	25	Preſter.
6	Amphiſibena.	16	Cherſydros.	26	Seps.
7	Aſpis.	17	Cicinia.	27	Boa.
8	Ichneumon.	18	Chelydrus.	28	Cenchris.
9	Vipera.	19	Dipſas.	29	Crocodilus.
10	Hydrus.	20	Echidna.	30	Enydris.

31 Iaculus. Spondylis. 36 Draco.
32 Scincos. Acontia. 37 Serpens.
33 Scytale. Sipedon, 38 Coluber.
34 Sepa. 35 Porphyrus. 39 Ameodites.

1 Python a poetis serpens fuisse dicitur, natus ex putredine terræ post diluuium Deucalionis. Hũc Apollo interfecit, & ab interfecti nomine dictus est Pythius. De hoc Ouidius lib. 1. Meta. Sed te quoq; maxime Python Tum genuit/populisq; nouis incognite serpens Terror eras/tantum spacij de monte tenebas. Hunc deus arcitenẽs & nũq̃ talibus armis Ante/nisi in damis/capreisq; fugacibus vsus/Mille grauẽ telis exhausta pene pharetra Perdidit effuso per vulnera nigra veneno.

2 ℂHęmorrhois serpens morsu sanguinẽ elicit. Moratur in petrosis recessibus, colore partim sanguineo, partim nigro. Tarde pigreq; serpit/nec nisi obliquo itinere. Lucanus lib. 9. At non stare suum miseris passura cruorem, Squamiferos ingens hęmorrhois explicat orbes, Idem. Impressit dentes hęmorrhois aspera Tullo.

3 ℂSalpinga formã habet tubę/Eiusq; latebra calcata mortifera est. Lucanus lib. 9. Quis calcare tuas metuat Salpinga latebras?

4 ℂBasiliscꝰ in solitudinibꝰ Africę habitat. Cãdidaĩ capite macula velut diademate quodã ornatus est. Acutissimũ habet caput/os rude/oculos & colorẽ ad nigredinem vergentes. Palmum non excedit/solo tamen halitu serpentẽ q̃libet magnũ suffocat/tãta est veneni acuitate. Eum si quis vel baculo attigerit, paulo post moritur. Hunc Plynius regulum vocat. Sibilo omnes fugat serpentes/Nec flexu multiplici/nec vt reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Necat frutices. Rumpit saxa/Non contactas modo, verũ & afflatas exurit herbas. Talis vis malo est. Huic tamen exitio est mustellarum virus eius cauernis illatum. Hominem si inspiciat/solo intuitu perimit. Lucanus lib. 9. Sibilaq; effundens cunctas terrentia pestes Ante venena nocens/late sibi submouet omne Vulgus/& in vacua regnat Basiliscus arena.

5 ℂCerastis in corpore eminere dicuntur quadrigemina cornicula/quorũ motu te liquo corpore occultato solicitãt ad se aues. Lucanus lib. 6. Aut viuẽtis adhuc Lybicę mẽbrana Cerastę. Idẽ lib. 9. Spinaq; vagi torquẽte Cerastę. Statius lib. vndemo. Crinalem attollit longo stridore Cerastẽ. Mantuanus. Sæuaq; multifido cornu portenta Cerastes.

6 ℂGeminum caput habet amphisibena/hoc est ad caput & ad caudam/tanq̃ patũ esset vno ore fundi venenum/inquit Plynius. Capite intrinsecus nitibundo serpit tractibus orbiculatis. Lucanus lib. 9. Et grauis in geminum surgens caput amphisibena. Mantuanus in Alphonso. Amphisibena biceps/& formidabilis ictu Aspis.

7 ℂDemorsis ab aspide nullum est remedium, prętereq̃ si confestim partes cõtactæ amputentur. Vnde natum adagium. Morsus aspidis/de malo immedicabili. Nam vt ait Aelianus, eius morsus immendicabilis est præcipue si de rana gustarit. Nec ab vllo vincitur/prętereq̃ a muliere, quę vel aspectu cõtactuq; solo necat. Nicander apud Erasmum. Aspida crudelem/cuius super omnia morsus Immedicabilis est. Aspis nũq̃ vagatur sine compare. Quod si cõtigerit alteram interimi/protinus altera persequitur percussorẽ in medijs quoq; fori turbis agnitum. Ictus ab hoc serpente intra. 4. horas emoritur. Color huic niger/quandoq; cinereus/interdum fuluus. Bellũ gerit internecinũ cũ Ichneumone. Cui quoniã se imparẽ videt Ichneumon, multo se tergorat luto. Itaq; vbi ad certamen venitur/aspis nihil potest arri-

pere morsu

pere morſu prẽter loricã terreã. Quo fit vt obliquo capite hoſtẽ ſpeculat⁹ Ichneumon eius fauces arripiat/monſtrumq; exanimet. Lucanus lib. 4. Aſpidas vt Pharias cauda ſollertior hoſtis Ludit/& iratas incerta prouocat vmbra/Obliquuſq; caput vacuas ſerpentis in auras Effuſæ tuto comprendit guttura morſu Lœthiferam citra ſaniem, Tunc irrita peſtis Exprimitur/fauceſq; fluunt pereunte veneno. Porro Aegyptij reuerẽtur Aſpidem & in delicijs vna cum pueris educant/ adeo manſuefactam / vt menſis aſſiſtat & vna comedat pultem farinæ ex melle appoſitam. Eorum reges in diademate aſpidis figuram portant, q̃ imperij firmitatem portendat. Aſpis quos percuſſerit, in mortiferum ſomnum redigit/vnde ſomniculoſa dicitur. Lucanus lib. 9. Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit. Cinna apud Gellium. Somniculoſam vt Pœnus aſpidem Pſyllus. Perrumpit omnes difficultates/ permeat ſpacia/nec niſi amnibus arcẽt/aut pręceleri fuga. Hebetes habet oculos nõ in fronte/ſed in temporibus. Gigni quãdoq; aſpidas quinũ cubitorum, in libris eſt obſeruatum.

¶ Ichneumõ naſcitur in Aegypto/ Aſpidem odit vſq; ad bellum/eiuſq; oua ſectatur et inuẽta perdit, vt a fœtu ſibi timere deſinat. Martialis lib. 7. Delectat mariũ 8
ſi pernicioſus Ichneumon.

¶ Viperæ fœtus enecta matre prodeunt / vt inter piſces acus. Mas in coitu exani- 9
matur/capite in os fœminæ inſerto/præq; voluptate ab ea exciſo. Sola ſerpẽtiũ vipera terra conditur, Cæterę arborum aut ſaxorum cauis. Oua parit vnius coloris/et mollia vt piſces. Tercia die intra vterũ catulos includit/deinde ſingulos diebus ſingulis parit viginti fere numero. Itaq; cæteri tarditatis impatientes prærumpunt latera et matrem enecant. Mantuanus. Et emoriens infauſto vipera partu. Viperam ferunt exuſtam & in cinerem dilapſã mederi ſuo morſui. Auctor Lactãti⁹. Apollonius apud Philoſtratum viperã eſſe viſam refert/ſerpẽtes, quos peperiſſet lambentem/quaſiq; expolientem. Legitur in Theophraſti monumentis viperarũ morſibus tibicinem ſcite modulateq; adhibitũ mederi. Ab iis demorſos ferunt nemini vulnus ſuum velle patefacere, niſi quos eadem vi morbi quãdoq; iactatos compererint, ſeu qui non experti ſunt naturam morbi neſciant. In Phœnicia ſolo viperarum halitu pernecãtur homines. Quod radicum illic ſuccreſcentium potentia creditur fieri.

¶ Hydri in aqua viuunt/nulli ſerpẽtium inferiores veneno. Horum iecur ſeruatũ 10
aduerſus percuſſos ab ijs auxilium eſt. Poete fingunt hydram ſerpentem fuiſſe numeroſis capitibus, quorum quum vnum ab Hercule demetebatur / mox renaſcebantur gemina. Percuſſis ab Hydro odor grauis excitatur / Afficiuntur inſuper obliuione rerũ, videturq; nebulam præ oculis habere / in horrorem ac rabiem agi. Tercia demum die pereunt.

¶ Stellio ſepens eſt Lacertę ſimilis/ circulis quibuſdam et velut lucẽtibus guttis in 11
modum ſtellarum depictus. Eius morſus hominem ſtupidum facit/raro tamẽ interficit. Fel in aqua tritum/muſtellas cõgregare dicitur. Rore tantum viuit. Nullũ animal fraudulentius eſt/ Vnde crimen Stellionatus et ſtellatura dicuntur.

¶ Salamandra figuram habet Lacerti/nunq̃ niſi magnis imbribus prouenit, a ſere- 12
nitate deficiens. Huic tantus rigor, vt ignem tactu extinguat non alio modo q̃ glacies. Populos improuidos necare poteſt. Nam ſi arbori irrepſerit, omnia poma inficit veneno/et eos qui ederit, necat frigida vi nihil aconito diſtans. Quinimo ſi cõtacto ab ea ligno vel pede cruſta panis incoquatur/idem veneficium eſt/vel ſi iputeũ cadat. Eius venenum ab iis extinguitur/qui veſcuntur illa.

13 ¶In Cantharidum genere nō reperitur fœmina. Mas in orbem ſinuatus ſeſe dies 18. fouet/mox fœtus paulatim excludit. Propterea Aegyptij ſtatuis virorum fortium hoc animal impreſſerunt, q̄ nulla muliebri mollicia virtus effœminata viris conueniat.

14 ¶Anger genus eſt ſerpentis, qui aliter cruciator & Spatarius dicitur.

15 ¶Cæcilia ſerpens eſt, qui a cęcitate meruit nomen. Colu. lib. 7. Eſt et magnorum animalium noxiun virus, Nam et vipera et Cæcilia ſępe quum in paſcuis bos improuide ſupercubuerit/Laceſſita onere morſum imprimit.

16 ¶Cherſydros ſerpens tā in aquis/q̄ in terra moratur. Lucanus. Natus et ambiguę coleret qui Syrtidos arua Cherſydros.

17 ¶Cæcinia parua eſt et gracilis ſerpens/nullius prope veneni.

18 ¶Chelydrus eundo ſeſe conuoluit per terram. Lucanus. Tractiq; via fumāte Chelydri. Emittit fumum qua ſerpit. Mātuanus. Clades fumoſa Chelydrus. Pamphilus. O quæ fumiuomos geris Chelydros.

19 ¶Dipſas minor eſt vipera. Quos momordit, inardeſcūt ſiti, quā quū multo potu volunt extinguere/acrius incendunt, et ea paulopoſt emoriuntur. Vnde et nomen traxit. Dipſa enim grecæ dicitur ſitis, et dipſao ſitio. Duas habet ī cauda nigras lineas/corpore reliquo albicante. Eius venenis reſiſtunt Lauri folia/cortex et baccę. De Dipſade Lucanus lib. 9. Stabant in margine ſiccæ Aſpides/in mediis ſitiebant Dipſades vndis. Idem. Torta caput retro Dipſas calcata momordit.

20 ¶Echidna putatur eadem eſſe/quæ et vipera. Capitur et pro hydra ab hercule occiſa. Ouid. libro. 3. Faſt. Sanguine Cētauri Lernęę ſanguis Echidnę Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat. Capitur et pro quocumq; ſerpente. Ouidius libro. 9. Meta. Pars quota lernęę ſerpens eris vnus Echidnę. Idem, Stipite te Stygio timidiſq; afflauit Echidnis.

21 ¶Lacertarū duo ſunt genera. Maiores quę & virides dicūtur. Minores/quas Calcides vocant. In vtroq; genere mas Lacertus dicitur. Virgil. Nunc virides etiam occultant ſpineta Lacertos.

22 ¶Natrix ſerpens aquas inficit veneno. Lucanus lib. 9. Et Natrix violator aquæ. Mantuanus in Alphonſo. Et Natrix inimicus aquis.

23 ¶Nepa ſcorpiū ſignificat. Cicero lib. 5. de finib⁹. Serpere anguiculos/natare anaticulas/volare merulas, cornibus vti videas boues/nepas aculeis/ſuam cuiq; eſſe naturam. Mantuanus. Viroſamq; nepam videt/æmoniaſq; ſagittas.

24 ¶Pharias dum ſerpit/ſulcum in terra facit cauda/& ſuper eam fere ambulat. Fuluus eſt colore/oculis velox/ore lato/morſu nō maligno. Propterea veteres æſculapio ſacrum fecerunt/Pedes habet prope caudam. Lucanus lib. 9. Et contentus iter cauda ſulcare Phareas.

25 ¶Preſter quē momordit, extemplo reddit immobilē & alienum mēte/mox pilis defluentibus cum prurītu ac vētris ſolutione abſumit. Lucanus lib. 9. Oraq; diſtendens auidus ſpumantia preſter. Idē Naſidij a Preſtere percuſſi mortē hoc modo deſcribit. Naſidiū Marſi cuſtodē torridus agri Percuſſit Preſter/Illi rubor igne⁹ ora Succendit/tenditq; cutem pereunte figura, Miſcens cuncta tumor toto iam corpore maior. Humanūq; egreſſa modum ſuper omnia membra Efflatur ſanies late tollente veneno. Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus/Nec lorica tenet diſtenti corporis æſtum. Mantuanus. Et inflatis Preſter qui faucibus æſtū Expuit.

¶Seps modicus eſt ſerpēs/cui⁹ tamē ictu percuſſa putreſcūt mēbra. Nā quicquid momordit, in putredinē reſoluitur. Lucanus lib. 9. Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus Seps.

tabíficus Seps. Mantuanus in Alphōſo. Mole breuis Seps/peſte ingēs/nec víſcera ſolum/Sed ſimul oſſa vorans. Colorem quem attígit reddit. Quattuor dētibus armatus eſt.

¶Boa ſerpens ín tantam excreſcit magnitudínem, vt ín aluo occíſæ repertus ſit ín- 27.
fans ímperāte Claudío. Alítur prímo bubuli lactis ſucco, vnde meruit nomen. Mā tuanus. Turpí Boa flexílis aluo.

¶Cenchris crebras habet maculas ín míliȷ ſimílitudínem. Recte ſerpit. Vnde Lu- 28
canus líb. 9. Et ſemper recto lapſurus límite Cenchris/Pluribus ílle notís varíatam tíngitur aluum/Qȝ paruís tínctus maculís thebanus Ophites.

¶Crocodílus quadrupes eſt Fit ex mínimo maxímus. Ex ouo ením ad. 22. cubí- 29
tos excreſcit. Quattuor menſes hyemales non comedit. Elínguis eſt ventre/dorſo et cauda prælongus/ſquamís prædurus oſtrearum modo obtectus/Audax in fugientes/in perſequentes tímidus, Sexagenis díebus oua parít ſexagena/totídemq; díebus fouet. Dentes habet & menſes víuit eodem fere numero. Inſídíatur hís quí aquatum eunt. Sí in potu irudines hauſerit, aduerſus ſolem ín lítore dehíſcens extendítur. Mox auis Trochilus dapís illecebra captus roſtro oris prę́longo irudínē extrahit. Quínetiam dormíentem excitat crocodílum/ſí ab Ichneumone hoſte parari vídeat inſídías. Hoc animal venerātur Aegyptíȷ/eíq; ſacros díes ſtatuerūt. Et ſí contíngat líberos ab eo rapí/parētes lętātur/tanq̄ ſe deo placere exíſtímantes/cui eſcam genuerunt. Contra vero Tentyri populíreííciunt/captumq; arbore ſuſpendunt/et multís príus affectum verberíbus poſtmodum comedunt. Reperítur ín Nílo. Vnde Plynius, Crocodílum ínquít habet Nilus/quadrupes malum. Oua parít humí. Díem ín ſícco agít/totam noctem ín flumíne. Oculos habet ſuíllos/dē tes magnos/promínentes atq; ſerratos. Inferíorem maxíllam non mouet/ſed ſuperíorem ín feríorí admouet. Vngues habet robuſtos/pellemq; círca tergum ímpene trabílem. Inter aquas cæcus/ſub dío perſpícacíſſímus.

¶Enydrís ſerpens eſt maſculus & albus. Víuít in aquís. Gaza lutrícem conuertít. 30

¶Iaculus arbores ſubít/e quíbus ví maxíma turbinatus penetrat quodcūq; animal 31
obuíum fecerít fortuna. Lucanus. Et Natrix violator aquæ/íaculíq; volucres.

¶Scíncos ſímílís eſt Crocodílo/mínor Ichneumone cōtra venena præcípuū anti- 32
dotum, Item ad inflammandam vírorum venerem. Naſcítur ín Nílo.

¶Scytale tanta præfulget tergí varíetate, vt notarum gratía vídentes retardet. Et 33
quoníam reptando pígrior eſt, quos aſſequí nequít, míraculo ſuí captat ſtupentes. Pellem exuít híberno tempore. Lucanus. Et Scytale ſparſís etiā nunc ſola pruínís Exuuías poſítura ſuas. Mantuanus. Pícta cutem Scytale.

¶Sepa ſpecíes eſt lacertę, quæ ín víno pota morſus ſuos ſanat, ¶Spōdylís ſerpēs 34
omnes perſequítur radices authore Plynío. ¶Acontía telí modo ſerpendo ruít.

¶Sípedō reptílis eſt/Hęmorrhoíde alíquāto velocíor. Iter oblíquat. Morſu pro- 35
funde penetrat/plaga mox putreſcente.

¶Porphyrus palmí eſt magnítudíne/capíte candídíſſímo/relíquo corpore purpu- 36
reo. Innocuus eſt morſu quía edētulus. Inuenítur ín vadoſís Indíę locís. Caprū ícolę cauda ſuſpendunt/& defluentem ex ore víuentís líquorem excípíunt vaſculís æreís.

¶Draco bellū & odíum genuínū exercet ín Elephantem, eíuſq; oculos & íugulum 38
petit/donec humí concídens elephas/ſímul & draconē mole corporís occídit. Oculos habet ęſtímatíone gēmarum. Dētes graclíores apro/Críſtatí ſunt mares. Vnde Ouídíus líb. 4. Meta. Lubrica perlucēt críſtatí colla draconís. Ferūt Indorum re=

gem duos dracones aluiſſe/ alterũ octogenũ / Alterũ vero nonagenum cubitorum magnitudine. Epyrotę dracones in apollinis templo venerabantur/ob interfectum Pythonem. Tranquillus ſcribit Tiberium imperatorem habuiſſe draconẽ in oblectamentis, quem ex cõſuetudine manu ſua cibaturus/quum cõſumptum a formicis inueniſſet, monit⁹ eſt vt vim multitudinis timeret. Plynius lib. 32. ſcribit draconẽ non habere venena / & primum eius ſpondylum id eſt vertebram/ mulcere aditus poteſtatum/eiuſq; adipem a venenatis refugi. Aciẽ habet clariſſimam, vnde & ſeruandis theſauris plærumq; adhibitus eſt / vt pomis heſperidum / & aureo velleri apud colchos, ſicuti volunt poetę. Antiqui præterea ęſculapio ſacrum fecere vt vigilantiſſimum/quod febri maxime cõuenit. Aciem habet peracutã. Ferunt Herode apud Iudæos principante/puellam iam nubilem et conſpicuam forma adamatã a dracone / ipſumq; draconem amatoris inſtar prurientem ad virginis lectum plęrumq; acceſſiſſe, & inibi decubuiſſe. Cuius rei tędio ſimul et horrore pcita puella/ ſeceſſit longius et integrum menſem abfuit, vt tam turpi Beluę amoris obliuionem induceret. Res tamen aliter ſe habuit. Nec enim deſiit quotidie ad amaſię reditum vſq;/eo loci deuolare. Quũ ergo rediiſſet exoptata pridem puella/decũbentis cruribus ſe implicuit draco/eamq; cõuerberauit cauda/molliter tamen & amatorie, vt interim palpo feriunt zelotypi. Si quis in hoc mihi deroget fidem/ ſciat meipſum veritatis loco aſſerere nolle, ſed cum Græcis loqui et ſcribere/ quibus mentiri proprium eſt et genuinum. Porro oculis draconis inueteratis / & cum melle tritis inũctos nõ paueſcere ad nocturnas imagines etiam pauidos cordis ait Plyni⁹. Apud eundem Xanthus hiſtoriarũ author teſtis eſt occiſum draconis catulum reuocatũ ad vitam a parẽte/herba/quã Balin nominat. Dracones habet India tantę magnitudinis, vt elephãtes (quibuſcum certant) circunflexu facili ambiant/nodiq; nexu perſtringant. Indicis pares habet Aethiopia vicenum cubitorum. Apud aſachęos æthiopum populos naſcuntur maximi, qui cratiũ modo impliciti erectis capitibus velificant ad meliora pabula.

37 ¶ Serpens latet hiberno tẽpore/æſtiuo prodit. Senectutem fertur exuere/ ꝙ in anguſto foramine (cui per vim ſe impenetrat) veterem deponat pellem. Tibullus. Crudeles diui/ſerpẽs nouus exuit annos, Formę nõ illã fata dedere morã. Viſum longo ſitu amiſſum feniculo recuperat/ Ferunt ſerpẽtem baculo ſemel percuſſum/ exanimen reddi, Sed ſi iterum feriatur reuiuiſcere. Plutarchus ait ſerpẽtes ex hominum cadauerib⁹/ mediis medullis gigni/ſicut apes ex bubus gignuntur, ex equis fuci/ex aſinis crabrones. Terra authore Plynio ſerpentem nõ recipit homine percuſſo, Serpentum morſus non petit ſerpentes. Ferunt ictis ſaliua maxime humani ieiuni oris vt feruentis aquę cõtactu fugere. Q; ſi in fauces penetrauerit, etiã mori. His inimicitiſſima eſt muſtella. Serpẽtes Pſyllis Marſiſq; populus nõ nocẽt. Nunq̃ in trifolio aſpiciuntur. Habentes Onichilum et Staphylinum herbas non feriunt. Lyſimachię herbę odorem fugiũt. Incluſę circulo betonicę herbæ nequeunt exire/ quin ſeſe interimunt flagellando. Dextri earum oculi adalligati contra epiphoras proſunt, ſi viuę dimittãtur. Aegre extrahũtur/ prętęrq̃ læua manu. In India adoleſcũt ad tantam magnitudinem, vt ſolidos hauriãt ceruos tauroſq;. Apud Rhindacum amnẽ in ponto ſuperuolantes q̃uis alte pernicite rq; alites hauſtu raptas abſorbent. Earum frequentia nomẽ fecit Ophiuſę inſulę. Populi ſunt orientales Cãdei nomine, qui veſcuntur ſerpẽtibus. His aduerſantur cancri. Quum ſol eſt in cãcro, torquentur. Oua pariunt. Coeunt amplexu adeo circunuolutę ſibi, vt vna exiſtimari biceps poſſit. Cornus ceruini odore fugãtur et nidore galbani. Vinum appetunt. Plynius

petunt. Plynius ait viſas eſſe pedibus anſerinis. Hederam amãt & fraxinum oderunt. De remedijs aduerſus earum morſus, vide Plynium.

¶ Coluber vmbras nemorum incolit. Bibiturus venenum prius euomit, ne ipſum cum aqua exhauriat. Nudum hominẽ reformidat, audacior in veſtitum. Colubri in aqua viuẽtis fel habentibus & adipem/ Crocodilus nihil poteſt nocere. Dicimus et colubra in fœmineo. Ouidius in ibin. Pectoraq; vnxerũt herebæę felle colubręę. 38

¶ Ammodites ſerpens eſt concolor arenis, quibus ſe impenetrat. Lucanus lib. 9. Concolor exuſtis/atq; indiſcretus arenis Ammodites. 39

Vehiculorum genera.

1	Eſſedum.	10	Carruca.	19	Sarracum.
2	Petoritum.	11	Carpentum.	20	Traha.
3	Veha.	12	Thenſa.	21	Tribula.
4	Arcera.	13	Ciſium.	22	Vectabulum.
5	Baſterna.	14	Comba.	23	Octophorum.
6	Benna.	15	Couinus.		Hexaphorum.
7	Biga.	16	Currus.	24	Plauſtrum.
	Triga.		Curriculum.	25	Burdones.
	Quadriga.	17	Rheda.	26	Lectica.
8	Birotum.		Epirhedium.	27	Staticulum.
9	Cantherium.	18	Pilentum.		

ESſeda currus erant Britannis peculiares, quibus vtebantur in bello. Vnde et Cæſar in commentarijs, Eſſedarios vocat milites Britannos/ qui ex Eſſedis pugnabant/ & ex his interim deſiliebant, rotarumq; ſtrepitu Cæſarianorum ordines conturbabant. Propertius lib. 2. Eſſeda cælatis ſiſte Britanna iugis. Ouidius. Paruaq; q̃ primum rapiẽtibus Eſſeda Mannis. Horum tamen curruum inuentum gallis acceptum refertur. Propterea Virgil. lib. 3. Georg. inquit. Bellica vel molli melius feret Eſſeda collo. Interim Eſſedũ promiſcue pro quouis curru accipitur. Trãquillus in Auguſto. Nos in Eſſedo panem & palmulas guſtauimus. Eſſedarij vocantur ductores Eſſedorum. Idẽ in Caligula. Quũ quodã die muneris Eſſedario Porio ob proſperam pugnam ſeruum ſuum manumittenti ſtudioſius plauſum eſſet. 1

¶ Petoritum Gallica vox eſt/authore Gellio, ſignificans aliud quoddam vehiculi genus/quattuor rotis ductile. Plynio lib. 34. Cœpere deide et Eſſeda/et vehicula/ et petorita exornare. Horatius lib. 1. Ser. Atq; caballi Paſcendi/ducẽda Petorita/ nunc mihi curto Ire licet mulo. 2

¶ Veha dicitur plauſtrum, quo quid vehitur. Ethymo ſatis noto. Veles etiam dicitur, vt placet nonnullis, qui apud Plynium legũt et ſcribunt lib. 36. Cap. 15. Amplitudinem cauis eam feciſſe proditur, vt Vehem fœni large onuſtam trãſmitteret. Idem ſibi vult vehiculum/ vocabulum generale. 3

¶ Arcirna plauſtrum eſt exile/aptum ferẽdis hominibus. Blõdus arceram vocat/ aitq; ruſticum eſſe plauſtrũ, tectum vndiq;, quo ſenes et ęgroti vectari ſolent. Phauorinus apud Gellium. Si homo in ius vocatus, morbo aut ætate ęger ad ingrediẽdum inualidus eſt. arcera non ſternitur, ſed ipſe aufertur & iumento imponitur. 4

¶ Baſterna vehiculum eſt itinerarium, quod mollibus ſtramentis compoſitum a duobus equis/aut aliis animalibus deportatur. Ammianus Marcell. Quo comitatu inquit, matronę complures coopertis capitibus et baſternis per latera ciuitatis cũcta diſcurrunt. 5 6

6 ¶Benna vocabulum eſt gallícum, ſignificans quoddã vehiculi genus, in quo qui vehuntur/dícuntur combennones/id eſt ſedentes in eadem benna.

7 ¶Bíga currus dícitur duobus equís volubilis / vt tríga tribus / quadríga quattuor. Dicíturq; Biga quaſi biiuga. Plynius. Bígas primum iunxerunt Phrygíj, quadrígas Ericthonius. Auguſtínus. Vínctos duos equos bígas vocamus. Suetonius in Tíberio. Natalem ſuum plebeis incurrentem Circẽſibus vix vnius bigę adiectione honorarí paſſus eſt. Nota argentei nummí fuerunt bigę atq; quadrigę. Inde bígatí et quadrígatí dictí. Grammatici contendunt Bígas pluratiuo ſolum numero dici debere, quoniam multitudínis numero tenẽtur. Nam ſicut. 4. equí iuncti quadrígas faciunt, ita iunctos duos equos bígas vocamus. Grammaticorum autẽ opinioni refragatur authoritas veterũ/ quí bigam et quadrígã ſingulari numero dixerũt. Statius. Roríferum gelida tenuauerat aera bíga. Plynius. In ſummo mauſolæo eſt quadríga marmorea. A triga fit trígarium/id eſt trigarum certamen. Plynius. Ne equos quídem in trigaríjs præferri vllis vernaculís animaduerto. De quadrígis ſic ait Gellíus. Quadrígas Cęſar (etiam ſi currus vnus equorum quattuor vinctorum agmen vnum ſit) pluratiuo ſemper numero dícendas putat.

8 ¶Bírotum vehículum eſt duas habẽs rotas, vt aperta dictionũ mõſtrat cõpoſítio.

9 ¶Eſt et Cantheriũ genus vehículi. Seneca epíſtola tercía de nonageſíma. M. Cato Cenſorinus inquit, quem e Repub. tam fuit naſci q̃ Scipionem, alter enim cum hoſtíbus noſtrís bellum, alter cum moribus geſſit, cantherío vehebatur æthiopíco. Canthus vero ferrum eſt, quo rotæ vínciuntur teſte Quintíliano. Perſíus Satyra. 5. Nam q̃uis prope te/ q̃uis temone ſub vno Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere Canthum, Quum rota poſteríor curras/ & in axe ſecundo.

10 ¶Carruca, vehículum eſt, cuius actores dícuntur Carrucarij. Spartianus de Alexandro Seuero. Carrucas Romę & rhedas ſenatorĩbus omnibus vt haberent argẽteas permiſit/intereſſe Romanæ dignitatis putãs, vt his tantæ vrbis ſenatores vectarentur. Antíquitus Carrucę ex argento cælabantur. Plynius. Carrucas quoq; ex argento cælarí inuenímus. Nero nunq̃ paucioríbus mílle carrucís iter feciſſe dícitur. Martíalís lib. 3. Aurea q̃ fundí precio Carruca paratur.

11 ¶Carpentum vehículum eſt petorito prope ſímile, dictum quaſi Carmẽtum mutatione vnius literę a Carmẽta Euandri matre. Vnde Ouid. lib. 1. Faſt. Nam prĩ Auſonías matres Carpẽta vehebant, Hęc quoq; ab Euandri dícta parẽte reor. Cor. Tacítus. Suum quoq; faſtígium (inquit) agrippína altíus extollere, Carpẽto capitolíum ingredí, quí mos ſacerdotíbus et ſacrís antíquís conceſſus, veneratiõnẽ augebat fœmínæ. Ammíanus Marcell. Altrínſecus pręeuntibus ſignis inſídebat aureo ſolus ípſe carpento fulgentí claritudíne lapídum varíorum. Auſonius. Dactylícos/elegos/Coríambum/Carmen/Epodos/Socci et Coturni muſicam Carpentis ímpone tuís.

12 ¶Thenſæ ſacra erant vehícula, quæ in Circenſí pompa deferebantur. Tranquíllus in Auguſto. Accídit votiuis Circẽſibus, vt correptus valitudíne/lectíca cubãs Thenſis deduceret. Idẽ in Cęſare dictatore. Sed et ãpliora etiam humano faſtigio decerní ſíbí paſſus eſt, ſedem auream in curía & pro tribunalí, Thenſam et ferculũ Circenſí pompa. Seruíus aít Thenſam/currum eſſe, quo deorum portantur ſímulachra. Cícero in vltíma Verrina. Omnes díj, qui vehículis Thenſarũ ſolennes cœtus ludorum ínitís. Liuius lib. 5. ab vrbe condíta. Quæ auguſtíſſíma inquit, veſtís eſt, thenſas ducentíbus triumphantíbus ve, ea veſtítí medío ædíum eburneís ſellís ſedere. Thenſæ autem dícuntur, q̃ ante eas línthea tenderẽtur, quæ manu tangere gaudebant

gaudebant ductores. Feſtus ait Thēſam vehiculū eſſe argēteū, quo exuuiæ deorū, Ludis Circēſibus in circū ad puluinar vehebātur. Aſconi⁹. Thēſę inquit, ſunt ſacra vehicula/ pōpa ordinū & officiorū. Sic hodie vocari poſſunt geſtatoriola, quibus Euchariſtia et ſanctorum reliquię in ſupplicationibus circunferuntur.

¶ Ciſiū vehiculū eſt duabus rotis volubile. Vnde Ciſiarius id eſt Carrucarius. Cicero ſecūda Philipp. Inde Ciſio celeriter ad vrbē aduect⁹ domū venit capite inuoluto. Vitruni⁹. Sūt innūerabiles moderationes machinamētorū/ vt ſunt rotę/ folles 13

¶ Cōba Sabinorū lingua/ ſignificat lecticā. (fabrorū/ Rhedę/ Ciſia/ torni. 14

¶ Couinus currus erat Britannicus, qui ſine auriga equis puſillis trahebatur. Martialis lib. 12. O iucunda Couine ſolitudo. Carruca magis, Eſſedoq; gratum. Sulpitius ait Couinum currum eſſe cameratum gallorum lingua, vbi carmē illud Lucani ex lib. 1. Pharſ. declarat. Et docilis rector monſtrati Belga Couini. 15

¶ Currus dicitur vehiculū, quo veteres ad curſum vtebātur. Hoc proprie veteres in bello/ ruſticiſq; & alijs neceſſitatib⁹ vtebātur. Plutarchus tamē de Cęſare. Quū per italiam inquit Cæſar / curru veheretur, ſemper Antonium vna ſecum habuit. Diminutiuum eſt Curriculus vel curriculum. Curtius. Aliorū turbati equi in amnem prępitauere curricula. Capitur etiam pro curſu. Cicero pro Rabirio. Exiguū nobis vitę curriculum natura circunſcripſit. 16

¶ Rheda vocabulū eſt gallicū ſignificans carrucā/ vnde Rhedarius id eſt auriga. Erat Rheda duarū ſemp rotarū/ ſed multiplíciū quādoq; iugorū, qua omnib⁹ etiā abiectiſſimis vti licuit/ & multi ſimul ea cōmode vehebātur, dūmodo mularum et equorū iuga adhiberentur/ q̄ ſufficere poſſent oneri. Cicero pro Milone. Quū hic Milo cū vxore veheretur in Rheda penulatus/ magno et impedimēto ac muliebri et delicato ancillarū puerorūq; comitatu. Porro mulis ad vehicula vſos fuiſſe veteres oſtēdit Lāpridi⁹ de Cōmodo iperatore ſcribēs. Dedit & vehicula cū mulab⁹ et mulionibus & iūcturis argēteis, vt ita a cōuiuio redirēt. A Rheda fit vocabulū cōpoſitum & bigenum ex Græco & gallico Epirhedium/ ſignificans idem aut ſimile vehiculi genus. Virgilius. Tritoq; trahunt Epirhedia collo. Iuuenalis Satyra. 8. Trito ducunt Epirhedia collo Segnipedes. 17

¶ Pilētū vehiculū erat, quo ferebātur matronę. Erat cōſimile Petorito. Varro ſcribit ipſum veniſſe in cōſuetudinē ſua primū ætate. Ita autē fiebat, vt ibidē cōſidētes in puluinis fœminę pēſiles eſſe viderētur & in aere agitari. His aut ſimilib⁹ adhuc vtuntur Italæ mulieres. Olim quattuor rotis voluebatur. Vnde nomen illi inditū/ lingua Oſcorum volunt. Nam impetora Oſci quattuor vocāt. Solę caſtę vtebātur Pilentis. Virgil. lib. 8. Caſtæ ducebant ſacra per vrbem Pilentis matres in mollibus, id eſt penſilibus. Penſilia geſtatoria ſunt/ quos tremulos currus vocamus. De pilentis Horatius lib. 2. Ser. Eſſeda feſtinant, pilenta/ Petorita/ naues. 18

¶ Sarracum vehiculum eſt, quo ligna et lapides vehi conſueuerunt. Iuuenalis Satyra. 3. Scinduntur tunicę ſartæ, modo longa coruſcat Sarraco veniente abies, atq; altera pinum Plauſtra vehūt. Idē. Frigida circūagunt pigri ſarraca Bootę. Vitruuius. Portationeſq; eorum non eſſent, niſi plauſtrorum aut Sarracorum per terrā. 19

¶ Traha vehiculum eſt ſine rotis, quo vtuntur coloni, dictum a trahendo. Hieronymus. Et fecit ſuper eos tribula/ & trahas/ et ferrea carpenta tranſire. Virgil. Tribulaq;/ traheęq;/ et iniquo pondere raſtri, vbi Epentheſin fecit. 20

¶ Tribula ſeu tribulum vehiculum eſt a tribus nuncupatum lateribus/ quo frumenta teruntur in area. Auguſtinus. Sub eadem tribula teſtę comminuuntur. 21

¶ Vectabulum dicitur a vectando/ vt a vehendo vehiculū, et accipitur pro lectica illa volubili, qua circunferuntur mulieres. 22

23 ¶Octophorum fuit octo rotarum vehiculum, quo ſolus vſus eſt Caligula. Vnde Suetonius. Interdū adeo ſegniter et delicate inceſſit, vt Octophoro veheretur, atq; appropinquanti vrbem verri ſibi vias / atq; conſpergi propter puluerem exigeret. Apuleius. Vectabatur Octophoro. Vidiſtis profecto qui affuiſtis, q̄ improba iuuenum circunſpectatrix / q̄ immodica ſui oſtētatrix. Alij Octophorum vocant lecticam delicatam / quā octo ſerui humeris ſuis ferebant / iacentibus et ſupinis ibidē magnatibus / vt etiam hexaphorū lectica dicebatur, quæ a ſex miniſtris ferebatur. Martial. lib. 2. Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit. De hac intellexiſſe videtur Iuuenalis ſcribēs. Quum iam ſexta ceruice feratur Hinc atq; inde patēs. De Octophoro Martialis. Octophoro ſanus portatur Auite Philippus, Hūc tu ſi ſanū credis, Auite furis. Cicero actione ſexta in Verrē. Nā (vt mos fuit Bithynię regib⁹) lectica Octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus / melitēſi roſa factus.

24 ¶Plauſtrū currus dicitur, in quo palā eſt & patens quicquid vehitur. Vnde tracta eſt origo nominis. Sūt qui ploſtrum dicant, propter cognationē / quę eſt inter au et o / vt aula et olla / Lautus pro lotus & cōtra Auſculū pro oſculum / cautes pro cotes. Propterea Veſpaſianus (vt eſt apud Tranquillum) quum videret Florum velle emendare conſuetudinē priſcorum vocabulorum, & Plauſtrum dicere, quū prius Ploſtrum diceretur, die poſtero Flaurum ſalutauit. Horatius. Ploſtellū dixit lib. 2. Ser. vbi ait. Aedificare caſas / Ploſtello adiungere muros.

25 ¶Burdones fuerunt vehiculi genus, vnico homini ferendo idoneum.

26 ¶Lectica frequētiſſimum fuit apud priſcos vehiculum, quo nobiles viri et fœminæ vtebātur. Integebatur velis / oculos a puluere, Sole et ventorum flatu defendētibus, quorum aliqua erant denſiora ad arcendam pluuiam / grandinem et alios rigores hyemis. Erat duorū capax, Ea tamen vnicus homo quādoq; ferebatur. Suetonius de Nerone. Matris ſæpe Lectica per publicū ſimul vectus eſt. Ei ſuccollabant deni duodeniq; ſerui / quibus lōgo in itinere vicarium in laborem alij ſuccedebāt. Cōficiebanturq; eo vectationis modo et longa ſimul & inquieta et q̄ libuiſſet, accelerata itinera. Seneca. Non faciet te beatum turba ſeruorum Lectica tuam per itinera vrbana aut peregrina portantiū. Idem. Quoties occurrit domus ſplendida / cohors culta ſeruorum, Lectica formoſis impoſita caloribus, cōtemno. Iuuenalis. Namq; facit ſomnū clauſa Lectica feneſtra. Diminutiuum eſt lecticula. Suetonius in Auguſto. A cœna in lecticulam ſe lucubratoriam recipiebat. Lecticarij dicūtur ſerui, qui dominum in lectica portant. Idem in Caligula. Ad primum tumultum Lecticarij cum aſſeribus in auxiliū accurrerunt. Curtius ait Alexandrum magnum crure vulneratum, vſum fuiſſe Lectica militari in expeditione.

27 ¶Fuit et ſtaticulum vehiculi genus, vt oſtendunt Plynij verba lib. 34. ſcribentis. Cœpere inde Eſſeda et vehicula et petorita exornari. Simili quoq; modo ad aurea quoq; et argentea ſtaticula luxuria peruenit.

Vaſorum diuerſa genera.

1	Amphitetum	9	Achana	15	Bacchar
2	Ahenum	10	Amphotum		Bacchium
3	Ampulla	11	Aconitum	16	Baſcauda
4	Amula	12	Alabaſter	17	Batris
5	Ancæſum	13	Aryſana	18	Batiola
6	Ariſtophorum		Aryſtera	19	Brochus
7	Armillum		Aryſticus	20	Carcheſium
8	Amphora	14	Antlia	21	Ciborium

Concha.

22 Concha
23 Cacabus
24 Cadus
Cadíſcus
25 Calathus
Calathíſcus
26 Caldarium
27 Calix
28 Calpar
29 Caniſtrum
30 Cantharus
31 Capis
32 Ciſta
33 Capſa
34 Capſaces
35 Capula
Capiſterium
36 Caprunculum
37 Carthallum
38 Corbis
39 Catinus
40 Chytra
41 Ciſſimbium
42 Clepſydra
43 Coculum
44 Colum
45 Cophinus
46 Cotyla
47 Crater
48 Creterra
49 Cucumæ
50 Culigna
51 Cumera
52 Cuppa
53 Cyathus
54 Cymbium
55 Croſſus
56 Cyrtum
57 Cottabus
58 Cirnea
59 Culullus
60 Cratanion
Cranion
Cylichnides
Cothon
Cononia
61 Cypellum
62 Depeſta
63 Diota
64 Diſcus
65 Dolium
66 Decemmodię
67 Fiſcina
68 Fiſcella
Fidelia
69 Frixorium
70 Futis
71 Guttus
72 Gabata
73 Gutturnium
74 Gaſter
75 Hydria
76 Heracleum
Hemitomus
Holmon
77 Iſthmus
78 Linter
79 Lanx
80 Laſanum
81 Lebes
Larcos
82 Lechytus
83 Lepiſta
84 Luter
85 Labrum
86 Læbaſium
Leſbium
Lyciurges
Lagena
87 Malluuium
88 Manſiſterna
89 Matella
Matellio
90 Mergus
91 Metreta
92 Miſtarius
93 Mortarium
94 Mulctra
95 Metaniptrum
Maſtus
Mathallides
96 Naſſa
97 Naſiterna
98 Nanum
99 Neſtoris
100 Obba
101 Oenophorum
102 Olla
103 Orca
104 Oxybaphum
Onyx
105 Patella
106 Peluis
107 Perſillum
108 Phiala
109 Patera
110 Patina
111 Peluuium
112 Poculum
113 Pollubrum
114 Pręferriculum
115 Pſycter
116 Pyrſophorum
117 Podoniptrum
118 Panathenaicum
119 Pellę
Priſtis
Prochytis
Panarium
120 Paropſis
Quallus
121 Quaſillus
122 Rhytium
123 Sympiuium
124 Sagana
125 Salinum
126 Sartago
127 Scaphium
128 Scyphus
129 Scutra
Scutula
130 Scutriſca
131 Seria
132 Sitarchia
133 Situla
134 Sporta
135 Strigilecula
136 Suturnium
137 Sytropes
138 Solium
139 Syriſcum

Seleucides
140 Sinum
Syntheſis
141 Tepidarium
142 Tinnia
143 Trua
Trulla
144 Trulleum
145 Talarus
146 Targelus
147 Thericleum
148 Vannus
149 Vrna
150 Vrceus

1 AMphithetum fuit poculi genus, ita factum, vt quauis ex parte poſitum ſtaret, nullumq; certum haberet fundum. Hinc ſumptum eſt adagium. Ex Amphitheto bibiſti. In eum. qui liberius potaret ac meracius.

2 ¶Ahenum vas eſt ære factũ. Horatius. Sub noctem gelidã lignis calefactat ahenum. Virgil. Aut folijs vndam tepidi deſpumat aheni.

3 ¶Ampulla vas erat oleariũ, quo in balneis vtebantur. Apuleius in Floridis. Hippias prædicauit ampullã quoq; oleariam (quam geſtabat) ſemet ſibi fabricatum. Hoc genus vaſis turgidũ erat et vẽtroſum. Hinc Horatius in arte ampullas vocat verba turgentia, vbi ait. Proijcit ampullas & ſeſquipedalia verba. Suetonius in Domitiano Ampullam accepit pro vaſe vitreo, vbi ait. Quoties ociũ eſſet/alea ſe oblectabat etiam profeſtis diebus matutiniſq; horis/ac lauabat de die. Prandebatq; ad ſatietatem, vt non temere ſuper cœnam preter Martianum malum et modicam in ampulla potiunculam ſumeret.

4 ¶Amula vaſculum erat, quo ferebatur aqua Luſtralis cauſa religionis & expiandorum ſcelerum. Sumpſitq; nomen ab amoliendis id eſt auferendis malis. Vnde et amuletum remedium aduerſus inuidiam et veneficia vocabatur.

5 ¶Ancæſa dicebantur ab antiquis vaſa cælata a circuncidendo. Quæ ſignis erant aſperſa, vocabantur Anaglypha.

6 ¶Ariſtophorum dicitur vas, quo prandium defertur. Latine vocatur diſcus.

7 ¶Armillum vas erat vinarium aptũ ſacris, ita dictum/q; armo id eſt humero deportaretur. Varro apud Nonium. Etiam pocula/quæ vocant capulas et Capides, quod eſt poculi genus. Item Armillum, quod vrceoli genus vinarium.

8 ¶Amphora vas eſt vinarium, quod qui ferunt/vocantur Amphorarij. Horatius in arte. Amphora cœpit Inſtitui currẽte rota/cur vrceus exit? Martialis. Amphora non meruit tam precioſa mori. Reperio etiam amphoras dictas fuiſſe de vaſis aut foricis excremẽticijs. Monumentis enim proditur, Romæ in Angiportis et angulis vicorum amphoras fuiſſe collocatas, in quibus tranſitores ebrij et vinolenti meiere ſolebant. Quod indicat Caius Tícius Lucilij coętaneus, in oratione, qua legem faniam ſuaſit. Dum meiunt (inquit) nulla eſt in angiportu amphora, quam non impleant/quippe qui veſicam vini plenam habeant. Ad hoc faciuut verba Suetonij ſcribẽtis Veſpaſianum nouum ſordidumq; tributũ reperiſſe, pro amphoris in vrbe reficiendis, quibus veſicæ commeantium exonerarentur.

9 ¶Achana vas erat/quo recondebantur eorum cibaria, qui ad Theorias id eſt rem diuinam Delphos mittebantur.

10 ¶Amphotum vas erat vtrinq; anſatum.

11 ¶Aconita Græcis dicuntur vaſa non illita, quæ calido diluta humore aquam in ſe trahunt.

12 ¶Alabaſter ſeu alabaſtrum dicitur perlucidum marmor, quo antiquitus vaſa fiebant vnguentaria. Interdum tamẽ pro ipſo vaſe capitur. Martial. libro vndecimo. Quod Coſmi redolẽt alabaſtra, focíq; deorũ. Cicero lib. 2. Quęſt. Acad. Quib⁹ etiam alabaſter plenus vnguenti putere videtur.

13 ¶Aryſanas, Aryſteras/et Aryſtichos pro cyathis inueniri ſcribit Cælius, facta ab hauriendo

ab hauriendo nomenclatura.

¶Antlia vas eſt hauriendis aquis idoneum. Hinc exantlare verbum id eſt hau- 14
rire. Martial. lib. 9. Curua laboratas Antlia tollit aquas.

¶Bacchar vas eſt vinariũ/qđ et baccharũ dici poteſt, a Baccho, vt ethymũ docet. 15

¶Eſt et Bacchium nomen vaſis vinarij, quo in ſacrificijs Bacchi vtebantur.

¶Baſcauda vas fuit peregrinum & britannis peculiare. Martial. Barbara de pictis 16
veni Baſcauda Britannis, Sed me iam mauult dicere Roma ſuam. Iuuenal. Satyra.
12. Adde et Baſcaudas, et mille eſcaria.

¶Batris vas eſt longo manubrio, quod Trullam nonnulli vocant. 17

¶Eſt et Batiola nomen vaſis. Plautus apud Nonium. Batiolam auream octo pon- 18
do habebat, accipere noluit.

¶Brochus vas eſt vinarium gallis peculiare, deorſum verſum rotũdum et capax, 19
ſurſum verſum vero anguſtum. Brochus (inquit Budęus) vas fundendo vino ac-
commodatum, implendis deplendiſq; culeis et vaſis conditorijs.

¶Carcheſium poculum erat forma procera et circa mediam partem compreſſa, 20
anſis a ſummo ad infimium pertingentibus. Nomen et formam accepit a ſimili-
tudine cuiuſdam nauigij. Nam mediam veli partem Carchelon, ſummam vero
Carcheſium vocabant veteres. Macrobius ait Carcheſium poculum Græcis tan-
tummodo fuiſſe notum. Cui hac in re non eſt adhærendum. Nam Liuius Andro-
nicus Latinorum poetarum vetuſtiſſimus hoc verbo vſus eſt, vbi ait. Florem an-
tlabant liberi ex Carcheſijs. Pherecydes apud eũdẽ Macrobium ait Iouẽ Alcme-
næ precium concubitus Carcheſium aureum dono dediſſe. De Carcheſijs Virgil.
Cape Męonij Carcheſia Bacchi, Oceano libemus, ait. Idem. Hic duo rite mero
libans Carcheſia Baccho.

¶Ciboria proprie dicuntur Colocaſiæ folia, in quorum ſimilitudinem pocula fa- 21
cta/idem traxerunt nomen. Horatius libro ſecundo Car. Obliuioſo leuia Maſſi-
co Ciboria exple.

¶Concha ab eodem Horatio pro vaſe ponitur/vbi ait. Funde capacibus Vnguẽ- 22
ta de conchis.

¶Cacabus appellatur vas/in quo pulmentarium coquimus. Nomen traxit a ſono, 23
quem ſupra ignem poſitus facit. Apitius. Capita porrorum ſimul elixabis in Ca-
cabo nouo, vt aqua ad terciam deferueat.

¶Cadus vas eſt vinarium, quo vinũ ipſum cõditur. Virgil. in Coppa. Eſt et vap- 24
pa cado nuper diffuſa picato. Ouidius lib. 5. Faſt. Promit fumoſo condita vina ca-
do. Ruſtici cados ligneos circulis cinctos primi in Alpibus excogitauerũt. ¶Dimi
nutiuum eſt cadiſcus, ſignificatq; vaſculum, quo ſuffragia colliguntur.

¶Calathus vas eſt vimineum, in quo mulieres ſuos fuſos et penſa reponunt aut 25
violas. Vnde Virgil. de Camilla. Non illa colo, calathis ve Mineruæ Fœmi-
neas aſſueta manus, Idem in Bucc. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis.
Ouidius lib. 4. Faſt. Hæc implet calathos lento de vimine nexos. Idem in Epi-
ſtolis. Non pudet alcidæ victricem mille laborum/Raſilibus calathis impoſuiſſe
manum. Claudianus lib. 2. de raptu. Nunc vimine textos Ridentes calathos folijs
agreſtibus implet. Calathus capitur quandoq; pro calice vinario apto ad ſacrificia.
Virgil. Vina nonum fundam calathis Aruiſia nectar. Martialis. lib. 9. Expẽdit ve-
teres calathos/et ſi qua fuerũt Pocula Mentorea nobilitata manu. ¶A calathus fit
diminutiuum calathiſcus eiuſdem ſignificationis cum primitiuo. Catullus. Vel-
lera virgati cuſtodibãt calathiſci. Politianus in Ruſt. Aut ciſta exportant aut raſi-

libus calathiſcis.

26 ¶Caldarium dicitur ahenum, quo calida hauritur aqua. Nam caldam veteres calidam aquam dixerunt.

27 ¶Calix vas eſt vinarium, licet Varro dictum velit ab aqua calida, quam veteres in eo bibebant. Conuiuijs enim antiquitus Calida et frigida adhibebantur. Iuuenalis. Calidæ gelideq; miniſter. De Calice Horatius in Epiſt. Fœcundi calices quem nõ fecere diſertum? Martial. lib. 4. Prodat perſpicuus ne duo vina calix. Interdũ Calix accipitur pro vaſe, in quo legumina coquuntur. Ouidius lib. 5. Faſt. Stant calices/minor inde fabas/olus alter habebat.

28 ¶Calpar vas eſt fictile ſeu doliũ. Varro apud Nonium. Quia anteq̃ nomen dolij prolatum, quum etiam id genus vaſorum Calpar diceretur.

29 ¶Caniſtrum ſeu Caniſter dicitur Ciſta ſeu fiſcella contexta vimine. Ouidius lib. Meta. 8. Prunaq; et in patulis redolẽtia mala caniſtris. Idẽ lib. 2. Faſt. Stat puer, et manibus lata caniſtra tenet. Tibullus, lib. 1. Hanc pura cũ veſte ſequar, Myrtoq; caniſtra Vincta geram.

30 ¶Cantharus proprium eſt Liberi patris poculum. Virgil. de Sileno. Et grauis attrita pendebat cantharus anſa. Stroza pater. Hinc faginus illi Cantharus effundit glocitanti pocula collo. Nomen autem ſumpſit a ſimilitudine nauigij eiuſdem nominis, Nam Cantharum nomen eſſe nauigij oſtendit Macrobius ex Menandri teſtimonio.

31 ¶Capis capidis nomen eſt poculi dicti a capiendo. Diminutiuum eſt Capidula. Hac dictione vſus eſt M. Cato.

32 ¶Ciſta vas erat myſticum, quo vtebantur in ſacrificijs Bacchi. Catullus. Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis. Nunc pro capſa capitur aut vaſe negociatorio. Iuuenalis. Iamq; vetus Græcos ſeruabat ciſta libellos. Hinc ciſtifer Mercennarius dicit. Martial. lib. 5. Nupſiſti Gellia ciſtifero. Diminutiuũ eſt ciſtella: Capiturq; pro vaſe, quo ſuffragia populi in creandis magiſtratibus, legibuſq; ferẽdis colligebantur. Cicero ad Herẽnium. Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere, Ille nihilominus ciſtellam detulit.

33 ¶Capſa a capiendo dicitur. ſignificatq; loculamentum ſeu vaſculum, quo aliquid includitur. Diminutiuum eſt capſula.

34 ¶Capſaces capitur pro Lechyto et olearío vaſe. Cyprianus lib. 2. Epiſt. Fidelia farris non deficiet, & capſaces olei non minuetur.

35 ¶Capula vas eſt vinarium, quo vtebantur veteres. Anſatum erat, & manu facile capiebatur. Vnde inditum nomen. Varro. Capis et minores capulæ a capiendo nominantur, q̃ anſatæ ſint. ¶Eſt & aliud eiuſmodi, quod Capiſterium dicitur

36 ¶Caprunculum vas eſt fictile, detorto a capacitate ethymo.

37 ¶Carthallum Hieronymus in Deutero. poſuit pro caniſtro. Tolles (inquit) de cunctis frugibus tuis primitias/ et pones in Carthallo.

38 ¶Corbis ciſta eſt viminea, qua vtũtur meſſores. Propertius lib. 4. Corbis in impoſito pondere meſſor eram. Cicero in oratione pro Seſtio. Meſſoria ſe corbe contexit. Varro lib. 1. de Re. Ruſt. Ad Corbem meſſe facta ſpicilegium venire oportet. Diminutiuum eſt Corbula. Cato dicit corbulas amerinas quattuor villico neceſſarias eſſe, id eſt ex amerina ſalice contextas. Fuit enim Ameria vrbs vmbriæ quondam ſalicibus ferax. Vnde Virgil. Atq; amerina parat lentę retinacula viti.

39 ¶Catinus ſeu catinum vas dicitur, in quo iurulẽtum aliquid ad eſcariã menſam reponitur. Horat. lib. 2. Sermo. Anguſtoq; vagos piſces vrgere Catino. Cato.

Catinum fictile

tinum fictile vngito oleo. Vbi bene omnia cõmiſcueris, in Catinũ indito. Catinum texto operito.

¶Chytra ſeu chytron, latine dicitur olla. Idẽ ſibi volũt Chytrapos et Chytrapida. 40

¶Ciſſimbium dicitur ligneum poculum ex hedera, quod Homerus Cyclopi ab 41
vlyſſe datum ſcribit. Huius poculi Euripides et Callimachus apud Macrobium meminerunt.

¶Clepſydra dicebatur vas vitreum modico foramine pertuſum, horas dimetiẽs, 42
in cuius fundo erat canalis guttatim aquam emittens. Nunc Clepſydras plęriq; vocant ea vaſcula multis ſubter foraminibus pertuſa, quibus æſtiuo tempore horti irrorantur.

¶Coculum vas æneum aptum coctionibus. Plautus. Aeneis coculis excocta eſt 43
mihi omnis materia. M. Cato vtitur.

¶Colum vas eſt vinarium, contextum viminibus, dictum a colando. Virgil. Co- 44
laq; prælorum fumoſis diripe teſtis.

¶Cophinus græca eſt dictio. Corbẽ latine interpretatur Priſcianus. Iuuenal. Sa- 45
ty. 3. Iudæis, quorum Cophinus, fœnumq; ſupellex.

¶Cotyla vas eſt aptum bibẽdę aquę aut vino, quo Diogenem vſum fuiſſe ferunt. 46
Capit autem ſex vncias. Martial. lib. 8. Poſthunc in Cotyla raſa ſelibra data eſt. Capitur etiam Cotyla pro manus concauitate. Cotyla animalia dicuntur garrula.

¶Crateram Nonius ait eſſe vas vinarium, Craterẽ vero olearium. Ego differen- 47
tiam hãc credo nihili fieri ab authoribus. Virgil. Crateras magnos ſtatuunt, et vina coronãt. Idem. Crateraſq; duos ſtatuam tibi pinguis oliui. Ouidius lib. 2. Faſt. Coruus inauratũ pedibus cratera recuruis Tollit. Rariſſime Cratera fœmineum reperitur, ſi reperiatur.

¶Creterra vas eſt aptũ hauriendę aquę, nos ſitulam vocamus. Neuius apud No- 48
nium. Vidimus præter amnem cretertis ſumere aquam ex ponte.

¶Cucumę vaſa ſunt ænea ad calefaciendam aquam. Ambroſius. Diį tui aut ærei 49
ſunt, ex quibus cucumę melius fiunt ad vſus hominum.

¶Culigna vas eſt potorium. Cato. Culignã in fœno græco ponito, vt bene oleat. 50
In eo vinum tantum reponebatur.

¶Cumera vas eſt frumentarium, ſeu quo frumenta reconduntur. Horat. lib. 1. 51
Ser. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris. Idem lib. 1. Epiſt. Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam Repſerat in cumeram frumenti.

¶Cuppę dicuntur maiora vaſa ex ligno ad condiendum vinum, in quibus vinitores pedibus primum vuas calcant. Lucanus lib. 4. Namq; ratem vacuæ ſuſtentant vndiq; cuppę. 52

¶Cyathus paruum eſt poculum vinarium. Hinc cyathiſſare Plautinum vocabu- 53
lum id eſt bibere. Stare ad Cyathũ dicuntur pincernæ et præguſtatores, qui principibus vinum pręminiſtrant. Horatius. Puer quis ex aula capillis Ad cyathũ ſtatuetur vnctis? C. Memmius obiecit Iulio Cęſari, q̃ a cyathum et vinum Nicomedi ſtetiſſet, authore Tranquillo.

¶Cymbium poculũ eſt vinarium a cymbæ ſimilitudine nũcupatum. Alij Cym- 54
bium per ſyncopam dictum putant, quaſi Ciſſymbium, vt eſt apud Macrobium. Varro apud Nonium. Item erãt (inquit) vaſa vinaria, ſicut cymbium, Aquilinę, paterę, gutti, Sextarij. Eſt tamen cymbium Lactis quoq; poculũ. Virgil. Inferimus tepido ſpumantia Cymbia Lacte.

¶Croſſus vas eſt, cui oleũ et vnguenta imponuntur. Plutarchus in Ariſtide. Sub- 55

ſequuntur lactis et vini libationes in amphoris. Olei quoq; ac vnguenti Croſſos líberi adoleſcentes deferunt.

56 ¶Cyrtum vas eſt piſcatorium, quod in alueorum anguſtijs terræ infigitur, vt eo ſe intromittant piſces.

57 ¶Cottabus vocatur Phiala ſeu peluis ænea. Interdum capitur pro genere potionis

58 ¶Cirnea vas eſt vinarium. Plautus in Amphitrione. Cadus erat vini, inde impleui Cirneam.

59 ¶Cululli calices erant fictiles, quibus põtifices virgineſq; veſtales in ſactis vtebãtur. Horatius lib. 1. Car. Díues et aureis Mercator exſiccet Culullis Vina. Idem in arte. Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant.

60 ¶Cratanion, Cranion, Cylichnides pocula ſunt apud Cęlium. Apud Lacones fuit Cothon. Vnde Acratocothonas vocant merũ vbertim hauriẽtes. Et ebrietas Cothoniſmus dicitur. Sunt et Cononię de artifícis nomine.

61 ¶Cypellum dícitur a Græcis poculum ad interna proclinatum. Vocatur et Amphicypellum, velut vndiq; intro inflexum.

62 ¶Depeſta fuit poculi genus, quo vtebantur vetuſtiſſimi.

63 ¶Díota vas erat fictile et vtrinq; anſatum, aptiſſímum ſeruando vino. Horatius. lib. 1. Car. Atq; benigni⁹ Deprome quadrimũ Sabina O Thaliarche merũ diota.

64 ¶Diſcus vas eſt eſcarium, in quo reponũtur carnes et alia cibaria. Apuleius. Cœnarum reliquijs diſcus ornatus. Capitur etiam pro ludo et rotũdo lapide, quem in ſublime iaculabantur iunenes. Ouidius lib. 10. Splendeſcunt / latiq; ineunt certamína diſci, Quem prius aerias libratum Phœbus in auras Miſit / et oppoſitas diſiecit pondere nubes.

65 ¶Dolia (inquit Nonius) vaſa ſunt grandia, in quibus vinum recõditur. Cato de Re Ruſt. Eos conculcatos in dolia picata indito.

66 ¶Decẽmodię et Trimodiæ vaſa ſunt ruſtica, quibus Ruſtici in ferendo frumento (dum ſerunt) vtuntur. His vocabulis vtitur Columella.

67 ¶Fiſcina vas eſt vimineũ aut iunco textum. Plynius. Frõdarias piſcinas quattuor implere fundatorem iuſtum eſſe autumat. Eſt autem propríe vaſculum illud, quo exſiccantur caſei. Virgil. in Coppa. Sunt et caſeoli, quos iuncea fiſcina ſiccat. Políanus in Ruſtico. Contextaq; cannis Fiſcina lacte madens. Diminutiuũ eſt fiſcella itidem vaſculum virgulteũ ſignificans, quo lac colatur, dum caſeus imprimitur. Virgil. Et gracili fiſcellam texit hibiſco. Tibullus lib. 2. Tunc fiſcella leui detexta eſt vimine iunci. Vtraq; etiam dictio capitur pro vaſe, in quo maioris ſummæ pecunia reponitur. Aſconius. Sportę / ſportulę, & ſportellę nummorum ſunt receptacula. Et ſacci / ſacculi / et ſaccelli / crumenæ / manticæ et marſupia. Itẽ fiſci / fiſcinę et fiſcellæ.

68 ¶Fideliam Nonius ait vas eſſe Samium ad plurimos vſus. Plautus in Aul. Mulſi congialem plenam tibi faciam fideliam.

69 ¶Frixorium dicitur ſartago, in qua quid frigitur. Nomen a ſono deductum.

70 ¶Futis vas erat aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur.

71 ¶Guttus poculum erat, quo in ſacrificijs vtebantur, ꝙ forte oris eſſet anguſti, & guttatim diſtillaret. Ply. lib. 16. Cap. 39. Manius Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe præter guttum faginum, quo ſacrificaret. Gellius lib. 17. Guttum Samiũ imprudens inanem (tanꝙ ſi eſſet oleum) affert.

72 ¶Gabatæ vaſa erant concauata, in quibus reponebantur pulmentaria & edilia.

Martiał.li.7. Trãſcurrũt Gabatæ/ volantq; lances, Has vobis epulas habete lauti.
¶Gutturniũ vas eſt gutturoſum, ex quo aqua guttatim manat ad lauãdas manus. 73
Fluit autem ſtillatim propter oris anguſtias.
¶Gaſter gen⁹ eſt vaſis. Gaſteriũ dixit Ariſtophanes. Quali eſſet forma/ nõ reperi 74
¶Hydriã latine vocamus vrnam aquariam. Budęus. Lagena vas eſt ea forma, qua 75
hydrię fictiles hodie a Bellouacis importantur.
¶Heracleum dici volunt poculum, in quo enauigauerit Hercules, ac eſſe Solis pro 76
prium. In eo genere ſunt Ethanium & Hemitomus. Fuit & Holmon poculi genus
Ceratio ſimile.
¶Iſthmus poculum erat Cypriis peculiare teſte Cælio. 77
¶Linter genus eſt dolij ruſticani. Tibullus lib.1. Aut mihi ſeruabit plenis in lintri= 78
bus vuas. Eſt etiam lignum cauatum inſtar nauiculę. Vnde & pro naui ſolet accipi.
¶Lanx vas eſt latum & rotundum minus excauatum q̃ patina. Apta erat lanx reb⁹ 79
diuinis. Auſonius. Thuribula & paterę, quę tertia cura deum lanx. Virgilius lib.2.
Georg. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Capitur etiam pro vaſe eſca=
rio. Iuuenalis. Aſpice q̃ magno diſtendat pectore lancem.
¶Laſanum vaſculum eſt ad euacuandum ventrem. Horatius. Te pueri Laſanum 80
portantes Oenophorumq;.
¶Lebetes dicuntur vaſa ænea apta coquendis carnibus aut alijs rebus. Ouidius lib. 81
12. Et prima pocula pugna Miſſa volant, fragileſq; cadi/ curuiq; lebetes. Idem in
Epo. Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes. Virgil. lib.3. Aen. Ingens argentum,
Dodonęoſq; lebetes. ¶Larcos vas eſt, in quo feruntur carbones.
¶Lechytus vocatur ampulla olearia. Hinc prouerbium. Lechyto pinguior. Hiero 82
nymus lib.3. Regum. Hydria farinę non deficiet, & lechytus olei non eſt imminut⁹
¶Lepiſta vas eſt ampullę ſimile. Varro de vita patrũ apud Nonium. Aliqui ven= 83
ditant oleum. Lepiſtę etiam nunc Sabinorum fani pauperioribus pleriſq; aut ficti=
les ſunt aut æneę.
¶Luter vas eſt/ quo diluitur vinum, & immiſcetur aqua. Hieronymus in Iouinia= 84
num vtitur.
¶Labrum vas eſt aptum balneis & thermis. Dictum a lauãdo. Cicero in Epiſt. La 85
brum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit. Virgil. Sicut aquę tremulum labris vbi Lumen
ahenis Sole repercuſſum aut radiantis imagine Lunę.
¶Lębaſium & leſbium Cælius reponit inter pocula, & lyciurges inter Phialas. 86
¶Lagena vas eſt fictile ad formam hydrię. A tereti enim collo diſtenta laxitas ſen
ſim ad imum gracileſcit. Martialis. Nulla catenatis pila eſt pręcincta Lagenis.
¶Malluuium ſeu malluuię, vas eſt in quo lauantur manus. 87
¶Manſiſterna vrceus eſt aquarius. Plautus. Effer manſiſternam cum aqua foras. 88
¶Matella vas eſt vrinarium, & in quod emittitur lotium. Martialis lib.10. Diſpe 89
ream ſi tu Pyladi pręſtare matellã Dignus es, aut porcos paſcere Pirithoi. Plautus
in Amphi. Nec tu poſtulas matellam vnam infundi in caput tuum. Diminutiuum
eſt matellio/ eiuſdẽ ſignificationis. Varro. Poſtularet Trulleũ, matellionẽ/ peluim.
¶Mergus mergoris/ nomen eſt vaſis a mergendo dicti. Capitur forte pro ſitula. 90
¶Metreta nomen eſt menſurę. Interdum accipitur pro amphora vinaria, ſeu alio 91
vaſe. Martialis. lib.5. Plurimus Hiſpanas mittet tibi nauta metretas. Iuuenalis Sa=
ty.3. At hic tignum capiti incutit, Ille metretam,
¶Miſtarius vas/ quo vinum aqua miſcetur. Lucilius. Vrceus/ aut gemina lõgus mi 92
ſtarius vrna.

93 ¶Mortarium vas eſt, in quo aliquid tũditur piſtillo. Plautus in Aulu. Cultrum/ ſecurim/ piſtillum/ mortarium, quę vtẽda vaſa ſemper vicini rogant. Aquam in mortario tundere. Adagium eſt de inani opera.

94 ¶Mulctra quandoq; capitur pro vaſe, in quo mulgetur. Virgilí. lib. 3. Georgi. Q̃ magis exhauſto ſpumauerit vbere mulctra, Lęta magis preſſis manabunt vbera mãmis. Politianus in Ambra. Complerant olidam ſupra caput vbera mulctram.

95 ¶Metaniptrum calix erat, quo poſt cœnam vtebãtur veteres, vbi lauiſſent. ¶Maſtus a Paphijs nuncupatur poculum. ¶Mathallides quoq; eiuſdem ſunt vſus.

96 ¶Naſſa vas eſt piſcatoriũ, quo quum intrauit piſcis, egredi nequit. Plautus. Nunq̃ ex iſta naſſa hodie eſcam petam. Cicero ad Atticum lib. 15. Ex hac naſſa exire conſtitui, non ad fugam, ſed ſpem mortis meliorem.

97 ¶Naſiterna vas eſt aquarium anſatum ac patens. Varro de Re ruſtica. Vt ex ære ahena, vrceos/ naſiternam faceret.

98 ¶Nanum vas eſt breue & latum. Calepinus ait aliter dici Situlum barbatum.

99 ¶Neſtorida Cælius ait poculum fuiſſe, quo ſit vſus Neſtor.

100 ¶Obba genus eſt poculi. Pontanus in Lepidina. Obbam lactis/ & hæc fumanti farta caniſtro.

101 ¶Oenophorum, vas eſt vinarium, aptum ferẽdo vino, vt greca compoſitio docet. Iuuenalis. Tandem illa venit rubicundula totum Oenophorum ſitiens, plena quod tenditur vrna Admotum pedibus.

102 ¶Olla genus eſt vaſis. Varro. Cato ait vuam vimineam in ollis commodiſſime cõdi. Plynius lib. 34. Quidã in ollis fictilibus tuſam vrunt, ac lauant ĩ mortarijs, poſtea ſiccant. Aula in eadem ſignificatione poteſt accipi. Vnde Plautinę Aulularię indítum nomen.

103 ¶Orca vas eſt capaciſſimum hiſpanis peculiare, quo ſalſamenta vinum & oleum, & Salgana condebantur. Nomen traxit ab Orcę marinę ſimilitudine. Perſius. Anguſtę collo non fallíer orcę. Varro apud Nonium. Sed vbi cõditum vinum nouum Orcę in Hiſpania feruore muſti ruptę.

104 ¶Oxybaphum dicitur vas acetarium. Cratinus poſuit pro poculo. ¶Onyx calix erat ligneus.

105 ¶Patella vas eſt latum & aptum condendis obſonijs. Horatius lib. 1. Epiſto. Nec modica cœnare times olus omne patella. Martia. Quãuis lata gerat patella Rhõbũ.

06 ¶Peluis vas eſt aquarium, in quo proprie pedes lauantur / q̃uis etiam dicatur de alijs rebus.

107 ¶Perſillum vas erat picatum, in quo ſeruabantur vnguenta.

108 ¶Phiala vas erat vinarium aut aquarium. Iuuenalis Satyra. 5. Virro tenet Phialas, tibi non committitur aurum. Conflabatur enim auro. Noſtri phialas vocant vaſa vitrea/ in quibus acetum aut aliquid ſimile reconditur.

109 ¶Patera poculum eſt latum ac patens. Virgil. lib. 4. Aen. Ipſa tenens dextra patera pulcherrima Dido.

110 ¶Patina vas eſt/ in quo dapes elixę & iurulentę feruntur ad menſam/ a patendo, vt liquet.

111 ¶Pelluuium ſeu pelluuia vas/ quo lauantur pedes/ a perluendo.

112 ¶Poculum vas/ quo bibitur. Virgil. Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis. Val. Flaccus. Pars epulas manibus, pars aurea geſtant Pocula. Interim poculum capitur pro ipſa potione. Syllius. Et Ambroſijs aruiſia pocula ſuccis. Virgilius lib. 2. Georg. Pocula ſi quando ſęuę infecere nouercę. Diminutiuum eſt pocillũ. Plautus.

Tecum

Tecum vna poſtea, tecum ęque pocilla potitet. Hinc pocillatores dicũtur pincernę

¶Pollubrum vas aquatile ad lauandas manus. Liuius apud Noniũ. Argenteo pol 113
lubro et aureo gutto. Fabius pictor apud eundem. Aquam manibus dato/pollubrũ
ſiniſtra manu teneto.

¶Pręferriculum vas erat æneum ſine anſa et patẽs, quod in ſacrificijs ſolebãt prę= 114
ferre.

¶Pſycter vas eſt ad vſum menſę celebre/teſte apud Cęlium Polluce. Ipſum refri= 115
gerandi commoditatibus deſtinatum erat. Pſycteres tamen Nicander poſuit pro
vmbroſis locis. Plutarchus pro vaſe in vita Alexandri magni. Glaucum medicum
(inquit) in Theatro nactus abſentem, caprum prandit aſſatum/& ingentem vini
Pſycterem hauſit.

¶Pyrſophorum vas eſt grandius, cui ſuccenſa imponuntur ligna. 116

¶Podoniptrum vas eſt/in quo pedes lauãtur. Vnde & vocabulũ inditũ a Grecis. 117

¶Panathenaicũ nomen eſt poculi/apud Poſidoniũ, quo etiã in genere ſunt Pellicę. 118

¶Pellę ſeu pellides, vaſa ſunt quibus excipitur lac, dum mulgetur. ¶Inter pocula 119
etiam numerantur Priſtis/Prochytis. ¶Panaria dicuntur vaſa vimínea/quibus pa=
nes inferuntur ad menſam. Statius lib. 1. Syl. Hi panaria candidaſq; mappas Subue
ctant/epulaſq; lautiores. Diminutiuũ eſt panariolum. Martial. Cum panariolis tri=
bus rediſti. Suetonius in Caligula. Sparſit & miſſilia variarum rerum/& panaria cũ
obſonio viritim diuiſit. Idem in Domitiano. Septimontiali ſacrorum quidem die/
ſenatui equitiq;/panarijs, plebijs ſportellis/cum obſonio diſtributis.

¶Paropſis vas eſt eſcarium. Martialis. Cui portat gaudẽs ancilla paropſide rubra 120
Alecem. Iuuenalis Satyra. 3. Qꝫ multa magnaq; paropſide cœnat.

¶Quallus vas eſt vimineum/per quod vinum e pręlo guttatim defluit, quum calca 121
tur vua. Virgil. Tu ſpiſſo vimine quallos Collaq; pręlorũ fumoſis diripe tectis. Co
lu. lib. 9. Vt palis in parietem vehementer actis vimineos quallos ſuperponant. Põ
tanus. Vidit ea pictos melius contexere quallos. Ply. lib. 17. Quas ſi longius ferre
libeat/in quallis ſtatim aut vaſis fictilibus defodere propagines aptiſſimum. Dimi=
nutiuum eſt quaſillus. Tibullus lib. 4. Sit tibi cura Togę potior, preſſumq; quaſillo
Scortum. Capitur etiam Quallus pro calatho, in quo virgunculę ſuos reponũt fuſos.

¶Rhytium vas eſt lunari ſpecie. Martial. In Rhytio poteris Phœbe lauare pedes. 122

¶Sympiuium vas erat vinarium/quo vtebantur in ſacrificijs. Ply. lib. 35. In ſacris 123
quidem etiam inter has opes/non myrrhinis/criſtallíniſve/ſed fictilibus prolibatur
Sympiuijs. Iuuenal. Saty. 6. Sympiuſum ridere Numę, paruumq; Catinum.

¶Sagana dicitur vas, in quo aliquid teritur. Nomen eſt etiam veneficę apud Ho= 124
ratium.

¶Salinum vaſculum eſt, in quo ſal reponitur, ad menſę vſum/aut ſacrificia. Hora= 125
tius. Viuitur paruo bene/cui paternum Splendet in menſa tenui Salinum. Perſius.
Purum & ſine labe ſalinum.

¶Sartago dicitur patella, in qua caro frigitur. Aliter vocatur frixorium. Hierony= 126
mus. Iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine.

¶Scaphium vas eſt excrementicium, & ad recipiendam corporis fęcem. Aliter vo 127
catur matella. Iuuenalis Saty. 6. Et ride poſitis ſcaphium quum ſumitur armis. Ca=
pitur quandoq; pro omni vaſe lati orificij. Lucretius lib. 6. Et ramenta ſimul ferri,
furere intus ahenis In ſcaphijs. Vitruuius. In eoq; collocetur circiter Solis occaſum
ſcaphium æreum/aut plumbeum, aut peluis.

¶Scyphus vas eſt potorium Herculi dicatum, quo veteres in cõuiuijs & ſacrificijs 128

vtebantur. Cęlius ait Scyphos, quasi Scythos, a Scythis populis, quibus frequēs est ebrietas. Hinc Scythissare id est inebriari. Inter Scyphos laudātur imprimis Bœotij, quibus Hercules primum in expeditionibus vsus est. Deinde Rhodiaci, sequentibus Syracusijs. De Scypho Virgil. Et sacer impleuit dextram scyphus.

129 ¶Scutra seu scutula vas est forma rotūda, aliq̄to minor disco. Martialis accepit pro vase octo vnciarum lib. 8. dicens. Bessalem ad scutulā longo peruenimus æuo. Idē. Sic implet gabatas, paropsidesq;, Et leues scutulas, cauasq; lances. Nos etiam scutellam dicimus.

130 ¶Scutrisca vas est itidem rotundum, quod a scutra videtur deduci. Cato de Re Rustica vtitur.

131 ¶Seria vas est oblongum & fictile. Liuius. Et in vico histrio, fontem tanta viaquę fluxisse, vt serias, doliaq; (quæ in eo loco erant prouoluta) velut impetus torrentis tulerit.

132 ¶Sitarchia vas est repositorium cibi. Hieronymus lib. 1. Regum. Panis deficit in Sitarchijs nostris, & Sportulam non habemus.

133 ¶Situla cista erat, qua suffragia populi colligebantur in creandis magistratibus legibusq; ferendis. Dicimus & sitella. Cicero pro Cornelio. Neq; maius est legere codicem, quū intercedatur, q̄ Sitellā ipsam cum ipso intercessore deferre. Situla etiā capitur pro vase, quo aqua hauritur. Plautus. Si hanc situlam accepero, omnem illi puteo animam intertraxero.

134 ¶Sporta seu sportula, vas est vimineum canistro non dissimile. Aliter potest vocari Corbis, Salustius, lib. 2, Historiarum. E muris canes Sportis dimittebant, Capitur etiam pro distributione pecunię in populum, aut cibis ipsis, qui distribuebātur, Iuuena. Saty. 1. Nūc sportula primo Limine parua sedet turbæ rapiēda togatę. Suetonius in Domitiano. Septimōtiali sacrorum die, senatui, equitiq; panarijs, plebeijs sportellis cum obsonio distributis.

135 ¶Strigilecula, genus est vasis. Apul. Iuxtaq; honestam strigileculam recta fastigiatione clausulę, flexa tribulatione ligulę, vt & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur.

136 ¶Suturnium vrceolus est seu guttus, ex quo aqua in pelluuium distillat.

137 ¶Sytropes, Sitropedis, vas est fictile tribus fultum pedibus.

138 ¶Solium vas erat, quo lauabantur, qui nolebāt in thermis sudare. Factum est olim tanto sumptu, vt esset argenteum, quo mulieres lauabantur. Martial. libro. 2. Zoile quid Solium subluto podice perdis. Plynius aliter videtur accepisse lib. 35. Vbi ait. Quin & defunctos sese multi fictilibus condi maluere.

139 ¶Syriscū vas erat plexile, in quod coniiciebantur fici. ¶Seleucides Athenęus pro poculis posuit. ¶Stamnium a Polluce numerantur inter vasa vinaria.

140 ¶Sinum vas erat sinuosum, aptum condendo lacti. Virgil. Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis. ¶Synthesis vas est fictile, ex diuersis vasis compositum. Martial. Septenaria synthesis Sagunthi. Statius lib. 4. Syl. Vnam mittere synthesin quid horres Alborum calicum, atq; cacaborum?

141 ¶Tepidarium vas est, in quo aqua temperatur. ¶Tinnia apud antiquos vasa fuerunt vinaria.

142 ¶Triental vas est, tertiam partem sextarij capiens.

143 ¶Trua seu diminutiuum Trulla, genus est vasis dictū a terendo. Eo vase aqua fundebatur in lauatrinam. Fiebat Trulla ex ære Corinthio & argento. Martialis posuit pro scaphio lib. 9. dicēs. Clinicus Herodes Trullā subduxerat ægro. Horatius pro

vase

vaſe potorio dícens. Qui Veiẽtanum feſtis potare diebus Campana ſolitus Trulla/ vappamq; profeſtis.

¶ Trulleum vas eſt latum & aquatile, quo perluuntur manus. Varro apud Noniũ. Itaq; ea ſibi modo ponere ac ſuſpendere/ quę vtilitas poſtularet, Trulleũ/ matellionem/ peluim/ naſiternam. 144

¶ Talarus vocatur calathus, qui contexitur viminibus, in quo coagulatur caſeus. 145

¶ Thargelus dicebatur olla, in qua percoquebãtur fructuum primicię in honorem Apollinis. ¶ Tragelaphum Cælius numerat inter pocula. 146

¶ Thericlęum poculum eſt vinarium, in quo bibitur, a Theríclę quodam inuentore nominatum. Hinc natum adagiũ. Thericlęi amicus. In paraſytos & amicos mẽſæ. 147

¶ Vannus fœminei generis/ vas eſt latum & vimine contextum, quo ſordes a frumentis auferuntur. Alij cribrum cereale vocãt. Columella. Ipſę autem ſpicę melius fuſtibus tunduntur, vannis expurgantur. 148

¶ Vrna vas eſt fictile, quo haurítur aqua. Pontanus. Non riui crepitantis opem nõ fictilis vrnę. In vrna etiam quandoq; vinum & oleum reconduntur. Cato de Re ruſtica. Vrnę olearię, vrceí aquarij, vinarię vrnę/ & alia vaſa ænea Capuę. Dicim⁹ etiã vrnarium. Teſtis apud Nonium Varro. 149

¶ Vrceus vas, quo aqua effunditur in vrnam. Díminutiuum eſt vrceolus. Cato de Re ruſti. de hoc & alijs cõpluribus ſic ait. Item in cella olearía hæc opus ſunt. Dolía olearía & opercula, & labra olearía. 14. Conchas maiores duas & minores duas, Trullas æneas tres/ Amphoras olearías duas/ vrceum aquariũ vnum, vrnam quinquagenariam vnam/ ſeſtarium olearium vnum/ Labellum vnum, Infundibula duo, Spongías duas, Vrceos fictiles vrnales duos, Trullas ligneas duas. 150

¶ Figuli.

Díbutades	Lyſiſtratus	Arceſilaus
Ideochus	Dímophilus	Praxíteles
Rhetus	Gorgaſus	Turianus
Theodorus	Calcoſthenes	Vatinius
Encírapus	Poſſunius	Thericles.
Eugrammus		

DIbutades Sicyonius primus fuit figulus Corinthi, qui ex Creta docuit fingere, primuſq; perſonas tegularum extremis imbricibus impoſuit. Vide Plynium lib. 35. cap. vndecimo. Sunt qui i Samo primos omnium plaſticen inueniſſe Ideochum/ Rhetum/ & Theodorum tradant. Author idem Plynius. ¶ Encirapus & Eugrammus Italię plaſticen tradiderunt. ¶ Hominis imaginẽ gypſo ex ipſa facie primus omnium expreſſit cęraq; in eam formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus Sicyonius frater Lyſippi. Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit, & de ſignis effigiem exprimere inuenit.

¶ Plaſtę laudatiſſimi fuerũt Dímophilus et Gorgaſus. ¶ Calcoſthenes cruda opera fecit Athenis. ¶ M. Varro tradit ſibi cognitum Romę Poſſunium/ qui tubas & piſces fecerit/ quos aſpectu diſcernere a veris nõ potuiſſes. ¶ Idem magnificat Arceſilaum Luculli familiarem/ cuius proplaſtice pluris vęnibat ab artificibus ipſis q̃ aliorum opera. Idem fecit Venerem genitricem in foro Cæſaris.

¶ Praxiteles plaſticen matrẽ ſtatuarię, ſculpturęq; & celaturę eſſe dixit. Neq; vnq̃ aliquid fecit/ anteq̃ finxit. ¶ Turianus Iouis effigiem fictilem in Capitolio dicauit. Fecit & Herculem eadem materia. Tales enim effigies deum tunc erant laudatiſſimę. Hæc omnia habet Plynius lib. 35. ¶ Vatinius Beneuentanus calices vitreos fa-

ciebat. Hinc vaſa Vatinia dicuntur vitrea. Martialis lib. 10. Vatiniorum proxineta fractorum. Idem in Diſtichis. Vilia ſutoris calices monumenta Vatini Accipe.

¶ Thericles figulus fuit Corinthius, a cuius nomine fictilia quędam vaſa Thericlea dicta ſunt.

¶ Sacculorum nomina.

Loculi	Aſcopera	Veleię
Marſupium	Sacciperium	Scortea
Mantica	Fiſci	Hippopere
Calathus	Fiſcinę	Paſceolum
Quallus	Fiſcellæ	Bulga.
Pera	Sportulę	
Culleus	Crumenę	

SAccus imprimis dicitur culleus ſeu maius marſupium, in quo frumentum, aut quid aliud reconditur. Diminutiua ſunt ſacculus & ſaccellus. Iuuenalis Saty. vndecima. Sacculus e cœlo deſcendit. Saccus niuarius dicebantur pannus lineus, quo niues attenuabantur, vnde refrigerabantur vina. De hoc Martialis. Attenuare niues norunt, & linthea noſtra. Sacculariį dicuntur latrones & inciſores marſupiorum. Plautus appellat zonarios ſectores. Greci Balātiotomos. Aeſchines apud Cælium. Adducent (inquit) illum venefícum Balantiotomum, qui remp. incidit.

¶ Loculus ſeu loculamentum dicitur capſa in qua ſeruatur pecunia. Martialis. Hos niſi de flaua loculos implere moneta Non decet, argentū vilia ligna ferent. Ouidius lib. 6. Faſt. Gramina continuo loculis depromit eburnis.

¶ Marſupium. Cato, Maiorem curam habere marſupij noſtri, q̄ vitæ.

¶ Mantica dicitur pera viatoria. ¶ Pera capitur pro ſacculo. Erat autem peculiaris cynicis. Martial. lib. 4. Cum baculo peraq; ſenem. Idem in Diſt. Dormiat & tetrico cum cane pera rogat. Cōpoſitum eſt hippopera, equeſtris capſa. Et ſacciperium ex pera & ſacco.

¶ Fiſci, Fiſcinę & Fiſcellę dicuntur marſupia, in quibus reconduntur pecunię publicę. Vnde confiſcare verbum. Iuuenal. Saty. 3. Res fiſci eſt vbicunq; natat.

¶ De paſceolo Plautus in rudente. Nummi (inquit) octingenti auri in marſupio inferunt, pręterea centum denaria Philippea in paſceolo ſeorſum. Idem de ſaccperio & vidulo. Quęnam balena inquit, meum vorauit vidulum, aurum atq; argētum vbi omne compactum fuit? Eadem illa credo, quę meum marſupium, quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

¶ De hippoperis Anneus. Seneca in Epiſtolis. Cantherio (inquit) vehebātur, impoſitis quidem hippoperis, vt ſecum vtilia portarent.

¶ Veſtimentorum genera.

1	Abolla	8	Brachę	16	Calyptra
2	Adaſus	9	Bardocucullus	17	Caltula
3	Amictorium	10	Batrachides	18	Capitium
4	Aulęa		Bardiacus	19	Caſtula
5	Amphitapę	11	Birri	20	Cauſia
6	Arſineum	12	Cyclas	21	Chalaſis Cāpeſtre
	Anaxyris	13	Cento	22	Chirodita
7	Brachialia	14	Calantica	23	Chlamys
	Burrhanicum	15	Caliga	24	Chlęna

Colobium

25 Colobium
26 Crocotula
Crocoton
27 Candys
28 Cucullus
29 Chiton
30 Conopeum
31 Cinctus gabinus
32 Cęsiceum
33 Carbasus
34 Culcitra
35 Casiaca
36 Capyris
Calasiris
37 Chortęus
Caunaces
38 Diphthera
39 Diplois
40 Dalmatica
41 Dextrocherium
42 Endromis
43 Encimibomata
44 Ephestris
45 Epitogium
46 Exomides
47 Flamea
48 Forense
49 Fœminalia
Femoralia
50 Gausapina
51 Galericulum
52 Galerus
Gabanium
53 Hemitogium
Homoleum
Hypotichos
Hemiploidion
54 Ianthina
55 Impluuia
56 Indusium
57 Infula
58 Ias
59 Lacerna
60 Lena
61 Lanetum
62 Latusclauus
63 Limbus
64 Lumbare
65 Leuidensa
66 Mastruga
Mollicina
67 Multicia
68 Mantile
69 Manica
70 Mamillare
71 Myoton
Mandya
72 Nebris
Otho
73 Paludamentum
74 Penula
75 Puluinar
76 Palla
77 Parnacides
78 Patagium
79 Peplum
80 Periscelis
81 Perizonium
82 Pileus
Petasus
83 Poderis
84 Polymitus
85 Prętexta
86 Pallium
87 Phelo
Perinesum
88 Rhenones
89 Ralla
90 Rechidimna
91 Reciuium
92 Regilla
93 Richa
94 Reticulum
Rhiza
95 Strophium
96 Sagum
Sagulum
97 Semitogium
98 Stragulum
99 Strigium
100 Subucula
101 Sudarium
102 Syrma
103 Supparus
104 Subligaria
105 Sindones
106 Subarmalia
Singiliones
107 Stola
108 Synthesis
109 Toga
110 Tyara
111 Tibiale
112 Tunica
113 Tyrianthina
114 Tapetum
Trabea
115 Ventrale
116 Vensica
117 Vmbella
118 Xerapellinę
119 Xystis.

ABolla vestis erat tragica & grauiorum personarum. Ea vtebantur externi reges. Erat enim magni splendoris et precij. Martialis lib. 4. Cęrea quem nudi tegit vxor Abolla grabati. Idem lib. 8. Nescit cui dederit Tyriā Crispinus abollam. Suetonius scribit Pompeium quendam baculo percussum fuisse a Caligula, q̄ spectacula ingressus / conuertisset omnium oculos fulgore purpurę Abollę. De hac Iuuenalis Satyra. 3. Atq; audi facinus maioris abollę. 1

¶ Adasus tunica erat ab humeris non consuta. 2

¶ Amictorium indumentum erat pectoris, quo dormientes se integebant, ne nocturno frigore offenderentur. Erat autem ex lino / mulieribusq; maxime in vsu. 3

4 ¶Aulęa teſte Nonio genus erat veſtis peregrinę. Nos aulęum dicimus velamen beluatis itextum picturis. Aliter dici poteſt Peripetaſma/Periſtroma/& tapes ſeu Tapetum. Virgil.lib.1.Aen. Aulęis iam ſe regina ſuperbis Aurea compoſuit ſpon da. Syllius lib.14. Queq; attalicis variata per artē Aulęis ſcribuntur acu, aut Mem phitide tela.

5 ¶Amphitapę dicuntur veſtes/villos vtrinq; habentes. Lucilius apud Nonium. Amphitapę villis ingentibus molles/& ſi aliud quid deliciarum.

6 ¶Arſineum authore Feſto ornamētum erat capitis mulieris. ¶Anaxyrim Cęlius ait indumentum fuiſſe perſis peculiare. Nos pileum dicimus.

7 ¶Brachialia dicuntur brachiorum tegumenta, vt tibialia tibiarum. Plynius lib.25. Nec vllo malo medicamento lędi poſſe/aut veneno(ſi quis in brachiali habeat)ar bitrantur magi. ¶Erat & Burrhanicum genus cuiuſdam veſtis.

8 ¶Bracca veſtimētum erat Gallis quondam peculiare. Vopiſcus. Gallicis(inquit) Braccis ornatus Tetricus ī triumphum eſt ductus. Lampridius ait Alexandrū prin cipem inter militaria veſtimenta braccas donaſſe. Hoc etiam vtebantur Sarmatę. Luca.lib.1. Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis.

9 ¶Bardocucullus veſtis erat Gallica, vnicuiq; temporiidonea, cum qua milites im brium tempore iacebant in caſtris,& in agris ruſtici. Luca.lib.1. Vrbica lingonicus Tyrianthina bardocucullus. Idem. Gallia Santonico veſtit te Bardocucullo.

10 ¶Batrachides veſtes erāt viriles & floridę, quę nomen traxerunt a colore ranę, quę Batrachos Gręce dicitur. ¶Similis prope erat bardiacus/ſed ſine cucullo id eſt capi tis ligamento.

11 ¶Birri genus eſt veſtis Gallicę, quo capita integuntur.

12 ¶Cyclas veſtis eſt fœminea & in rotunditatem formata. Sidonius ait pronubam Cyclade honorari, ſicut toga ſenator honoratur. Alexander Romanus Impe. autho re Lampridio dicere ſolebat matronas regias cōtentas eſſe debere Cyclade, quę ſex vncijs auri plus non haberet. De Cyclade Iuuenalis Satyra.6. Hę ſunt/quę tenui ſu dant in Cyclade. Propertius lib.4. Hęc nūc aurata Cyclade ſignat humum. Cycla dati dicuntur induti cyclade. Tranquillus de Caligula. Sępe depictas, gemmataſq; indutus Penulas/mauuleatus & armillatus in publicum proceſſit. Aliquando ſerica tus & Cycladatus.

13 ¶Cento veſtis eſt craſſa/varijſq; pannis & partibus conſuta, ad quam alluſiſſe vide tur Horatius in arte dicens. Purpureus late qui ſplendeat/vnus & alter Aſſuitur pā nus. Iuuenalis Satyra.6. de Meſſalina imperatrice. Intrauit calidum veteri Cētone lupanar. Nomades authore Strabone/tentorijs vtuntur Centonum inſtar pilo con textis. Centones per ſimilitudinem vocātur carminis genus/ex diuerſis carminibus et carminum fragmentis hinc atq; illinc accerſitis cōſutum. Qualis eſt Auſonij Cen to nuptialis/ex virgilianis carminibus concinnatus. Hinc natū adagiū. Farcire Cen tones, id eſt cōmenticijs nugis auditores ludere. Plautus in Epidico. Quin tu inquit alium quęras, cui Centones farcias, id eſt, quē tu glorioſis mēdacijs expleas. De cē tone veſtimēto Politianus ī Ruſt. Simul horrida caut⁹ Terga rudi Centone fouet.

14 ¶Calantica tegmen erat capitis muliebre. Tullius in Clodium. Quum calanticam capiti accommodares.

15 ¶Caliga tegumentum eſt tibiarum. Hinc caligati/caligis induti. Imperator caligu la nomen ſumpſit a Caligis, quas margaritis refertas primus portauit. Auſonius. Caius cognomen calige cui caſtra dederunt. Tranquillus. Modo in ſpeculatoria ca liga, nonnunq; ſocco muliebri.

Calyptra

¶Calyptra genus erat veſtimenti, quo mulieres integebant ſua capita. 16
¶Caltula veſtis nomen ſumpſit a Calta herba ſeu viola coloris lutei. 17
¶Capitia dicuntur tegumenta capitum. Varro apud Nonium. Nec Capitia / nec 18
ſtrophia / neq; zonas. ¶Capidulum idem ſignificat, quod capitium.
¶Caſtula dicebatur palliolũ, quo puellę nudę infra pupillas pręcingebãtur. Varro. 19
Caſtulã mulier ſumpſerat pro ſuccula. Hęc etiã Perizoniũ et pręcinctoriũ appellat.
¶Cauſia ſeu Cauſea tegmen eſt capitis ad calores. Valerius Maxi. Quẽadmodum 20
Antigonus caput Pyrrhi texit Cauſia, qua velatũ caput more Macedonũ habebat.
¶Chalaſis tunica erat laxa & muliebris, vel (vel vt alij malunt) nodus tunicę mu= 21
liebris, quo connexa circa ceruicem tunica ſumitur. ¶Cãpeſtre dicitur lumbare ſeu
ſubligar, quo integuntur lumbi. Horatius lib. 1. Epiſto. Penula ſolſtitio, campeſtre
niualibus auris.
¶Chirodita vocat tunica prolixa, vltra brachia manus operiens. Peculiaris eſt Dal 22
matarum genti, Eius pannum galli Dalmaſcum vocant.
¶Chlamys dicitur veſtis militaris pallio ſtrictior & breuior. Vale. Flac. lib. 6. Nõ 23
auro depicta Chlamys, nõ flaua galeri Cęſaries. Sidonius. Humeroſq; ex more prio
rum Includat Sarrana Chlamys, te picta togarum Purpura plus capiat. Plaut⁹ ad or
natum militis ait opus eſſe Chlamyde / machęra & Petaſo. Tranquillus in Tiberio
accepit pro veſte puerili. Munera inquit, quibus a Pompeia Pompeij ſorore in Sici
lia donatus eſt, Chlamys & fibula / item bullę aureę durant. In Caligula vero poſuit
pro veſte militari dicẽs. Vt ſępe Chlamyde / peltaq; & galea armatam & iuxta ade=
quitantem militibus oſtenderit. Chlamydati dicuntur indutí chlamyde. Plautus in
Pſeudulo. Quis hic homo chlamydatus eſt, aut vnde eſt?
¶Chlęna veſtimentũ erat, quod alijs omnibus ſuperponebatur. Nos lęnã dicimus. 24
¶Colobium tunica erat ſine manicis, qua vtebantur quondam Romani. 25
¶Crocotula veſtis crocei coloris. Plautus. Patagiatam Caltulam / aut Crocotulam 26
¶Crocoton genus eſt veſtis rotundę / ac fimbriatę, qua vtebantur diuites matronę.
Numeratur a feſto inter delicatas veſtes. Hinc adagium natum. Feli Crocoton da
re / quum indignis honor exhibetur.
¶Candys indumẽtum erat Perſicum & regis quidem Haliporphyros. Plutarchus 27
in Alex. magno. Nunq̃ tamen vt mœdorum amictum barbarum nimis & ab ſe a=
lienum aſſumeret, induci potuit / ſemper anaxyridas, Candyn / tyaramq; repudians.
¶Cucullus veſtis erat, quę implicabatur collo. Noſtri monachorum geſtamen vo 28
cant, quod relinquere plane ſit nefas. Cucullam tamẽ dicere malunt fratres heremí=
tani. De Cucullo Martialis lib. 10. Pullo Meuius alget in Cucullo. Iuuenalis Satyra
6. Sumere nocturnos meretrix Auguſta Cucullos. Georgi⁹ Valla ait breue eſſe teg
men & vile, quo caput humeriq; ad arcendam pluuiam conteguntur.
¶Chiton veſtis erat prętenuis & ſimplex, quę fiebat lino. Capitur etiam pro thora 29
ce, vnde & homerus Chalcochitonas achęos vocauit, tãq̃ æneis pręmunitos tunicis
¶Conopeum genus erat tentorij ad culices prohibendos, quo maxime vtebantur 30
Alexandrini, qui Conopeis lectos operiebant, ne a culicibus infeſtarentur. Proper=
tius lib. 3. Fœdaq; Tarpeio Conopea tendere ſaxo. Horatius in Epodis. Interq; ſí=
gna turpe militaria Sol aſpicit Conopeum. Iuuenalis Satyra. 6. Vt teſtudíneo tibi
Lentule Conopeo. Noſtri Conopeum Cortinam lecti circunductilem vocant.
¶Cinctus Gabinus toga erat ſic in tergum reiecta, vt lacinia eius reuocata hominẽ 31
cingeret. Ea vtebantur Romani conſules bellum indicturi. Virgil. lib. 7. Aen. Ipſe
quirinali trabea cinctuq; Gabino Inſignis reſerat ſtridẽtia limina cõſul. Porro cin=

ctus virorum erat/cingulum mulierum.

32 ¶Cęsitium lintheolum erat purum & candidum/sic dictum, ꝙ oras haberet circun cisas, authore Nonio.

33 ¶Carbasus (inquit idem) pallium est, quo flumina amiciuntur, aut opulentię. Seri ceum erat aut lino tenui. Virgil. lib. 8. Aen. Eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus. Cicero in Verrem. Tabernacula Carbaseis intenta velis collocabat. Lucanus lib. 3. Fluxa coloratis astringunt Carbasa gemmis.

34 ¶Culcitram Nonius ponit inter genera vestimentorum, Est autem tela illa seu lintheum, quod dormientibus nobis ad quietem supponimus, cuiq; plumam inculcamus. Martia. Fraudata tumeat facilis tibi culcitra pluma.

35 ¶Casiaca nomen est vestis, qua vtebantur Greci milites. Casianam vocauit Eustathius, a nomine Casij montis.

36 ¶Capyris tunica erat Persarum manicata. ¶Calasiris fuit itidem Persarum vestis omnium pulcherrima. Herodotus in Euterpe. Vestibus amiciuntur lineis circa crura fimbriatis, quas Calasires appellāt, sup quas cādida ferūt amicula tanq̄ supiecta.

37 ¶Massilienſium erat Chortęus. ¶Babylonicorum Caunaces.

38 ¶Diphthera pastoricium erat indumentum ex pellibus. Herodotus scribit Ionas Biblos dicere Diphtheras, ꝙ aliquando Biblorum seu papyri penuria pellibus vterentur tūm caprinis, tum ouillis. Alio nomine vocatur Beta.

39 ¶Diplois dicitur duplex pallium, vt dictio monstrat. Diploidion Cęlius numerat inter vestes mulierum proprias.

40 ¶Dalmatica gen⁹ est vestis, q̄ a dalmatis populis (apud quos frequēs fuit eius vsus) nomē sumpsit. Hac dictiōe vsus ē Lāpridi⁹. Dalmaticat⁹ iqt, post cœnā ābulabat.

41 ¶Dextrocheria dicuntur dextrarum manuum ornamenta. Alio nomine vocantur dextrariola. Iulius Capitolinus scribit Maximinum patrem pollice fuisse ita vasto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro annulo.

42 ¶Endromis vestis erat hirsuta & longiore villo, quibus vtebantur in gymnasio & theatro ad munera arenę exercendę. Mittebatur autem ex gallia ob peritiam textorum, qui illic habebantur prestantissimi. Martialis lib. 4. Hanc tibi Sequanicę pinguem textricis alumnam, Quę lacedęmonium barbara nomē habet, Sordida sed gelido non aspernanda decembri Dona/peregrinā mittimus Endromidem. Hęc vestis exigui erat precij, licet a diuitibus tantum vsurparetur. Nam soli diuites in gymnasijs solebant exerceri. Idē. Martia. Pauperis est munus/sed non est pauperis vsus, Hāc tibi pro togula mittimus Endromidem. Iuuenalis Satyra. 3. Igniculum brumę si tempore poscas, Accipit Endromidem, si dixeris æstuo, sudat. Idē Satyra. 6. Endromidas Tyrias/& fœmineum Cęroma. Endromidatus dicitur Endromide indutus. Sidonius. Et nunc dū in carbaso sudat vnus/alter in bombyce. Tu endromidatus exterius/intrinsecus fasceatus.

43 ¶Encimibomata vestes erāt q̄dā puellares. Cato de liberis educādis apud Nonīū. Vt puellę habeāt poti⁹ ī vestitu chlamydes, Encimibomata et Parnacidas, q̄ togas.

44 ¶Ephestris a Grecis dicitur, quam milites armis superponunt.

45 ¶Epitogiū dicitur palliū, quod supponitur togę. Verbū est bigenū ex greco & Romano compositum.

46 ¶Exomides erant vestimēta quędam, quę alijs tunicis superponebantur. Sunt qui Comicorum fuisse putent.

47 ¶Flammea erāt īdumēta capitis, q b⁹ matronę et nubētes vtebāt ad velādū pudorē in nuptijs. De his videt itellexisse Sene. Cui coniugio corpora velas captiue pudor.

Lucanus

Lucanus lib.2. Non timidum nuptę leuiter tectura pudorem Luthea demiſſos velarunt flammea vultus. Idem. Flãmea ſollícitum pręuelatura pudorem. Martiał. líbro vndecímo. Flãmea texentur ſponſę/iam virgo parata eſt. Dícitur etiã flamíniũ.

¶ Forenſía veſtímenta erant, quibus Romani vtebãtur ín foro. Aliter vocantur togę forenſes. Suetonius ín Auguſto. Forenſia autem & calceos nunq̃ non íntra cubículum habuít. Idem in Caligula. Poſteríore epulo forenſia ĩſuper víris/pueris ac fœmínis faſcías purpurę ac conchylíj díſtríbuit. 48

¶ Fœmínalía ſeu femoralía dícuntur fœmínum ſeu femorum tegumenta. Fœmína enim pro femorĩbus capíuntur. Plynius. Príoribus pedíbus fœmína onerant/propter íd natura ſcabra. De fœmínalíbus Sueto. ín Auguſto. Hyeme quaternis cũ pínguí toga tunícis & ſubucula/& thorace laneo/& fœmínalíbus & tíbialíbus munieba-tur. 49

¶ Gauſapina veſtís erat víllóſa/non tamen oneroſa. Martíalís. Et dolet, & queritur ſibí non contíngere frígus. Propter ſexcẽtas Baccara gauſapínas. Idem. Is míhi candor íneſt/víllorum gratía tanta eſt, Vt me vel medía ſumere meſſe velís. 50

¶ Galericulum capitís índumentum, quo crínes operiebantur. In vſu erat paleſtrítis, nec capílli eorum cęromate contamínarentur. Suetonius ſcríbít Othonem Galericulum capíti propter raritatem capíllorum adoptaſſe, vbí galerículum accípít pro adulterina coma, quę ex alíenis capíllís ínſtar galerí compíngitur, & ita graphice capíti annectítur, vt a vera coma ínternoſcí nequeat. De hoc Mart. Ne lutet ímmũdum nítídos cęroma capíllos, Hac poterís madídas condere pelle comas. 51

¶ Galerus dícitur capitís tegumentum/factum ínſtar galeę. Poetę fíngunt mercurium ín ferendís deum mandatís vtí galero. Claudíanus líb. 1. de Raptu. Cyllenius aſtitit ales Somníferam quatiẽs virgam/tectuſq; galero. Stroza pater. Pedíbus talaría curem Pícta galeritĩ nectre Mercurij. De Galero, Statíus líb. 4. Theb. Ar cadíj morem tenet ílle galerí. Pontanus. Et pícturatum buxí de fronde galerum. 52

¶ Gabaníũ habítus eſt greçanícus oblongis manícís, quo nunc vtuntur plęríq; Itali.

¶ Hemitogiũ dícitur media ps togę. Ratío dictíonís nota. ¶ Homoleũ genus erat pílei, quo vtebantur veteres. ¶ Hypotíchos dícitur ſubucula, eſtq; pontíficum, authore Híeronymo. ¶ Hemídíploídíon numeratur inter muliebres veſtes. 53

¶ Ianthína dícitur veſtís víolacea. Martíalís. Coccína formoſę donas & Ianthína Mœchę. 54

¶ Impluuía veſtís erat, qua ſacerdotes per ímbrem vtebãtur. Varro. Salíum quoq; ſereno tempore Impluuía amíctum fuiſſe crimínabantur. 55

¶ Induſíum veſtís erat, quę ſuper ſubuculam induebatur. Induſíatus íd eſt índuſío veſtítus. 56

¶ Infulę dícebantur faſcię factę ínſtar díadematum, a quíbus vtrinq; dependebant vittę. Vírgíl. Nec te tua plurima Panthu Labentẽ pietas/nec Apollínis ínfula texit. Idem líb. 3. Georg. Lanea dum níuea círcundatur ínfula vítta. Seneca in Agamennone. Sed cur ſacratas díripís capíti ínfulas. Infulatí dícuntur ínfula operti. 57

¶ Ias nomen eſt veſtís apud Herodotum ſcríbentem. In quas quum alía ratíone animaduertere non poſſent, veſtem íllarum ín Iadem mutauerunt. 58

¶ Lacerna veſtís erat mílítarís & coccínea. Erant & lacernę albę apud veteres, quíbus vtebantur in ſpectaculís, & ad vſus theatrales. His albentes togas (vt índícat Epígrammaticus) contegebant. De hís íntellexit Suetoníus ín Auguſto dícens. Ne quem poſthęc de cętero paterentur ín foro círco ve/níſí poſítís lacernís togatum conſiſtere. Plynius líbr. 16. Statimq; augẽt lacernarum precía. Propertius líbro tertio. 59

Tu tamen iniecta tectus veſane Lacerna, vbi de militari intelligit. Idem li. 4. Texitur hęc caſtris quarta lacerna tuis. Ouidius lib. 2. Faſto. Mittenda eſt domino (nunc nunc properate puellę) Qꝫ primum noſtra facta lacerna manu. A lacerna fit lacernatus. Iuuenalis Satyra. 1. Ipſe lacernatę quum ſe iactaret amicę. De amphitheatralibus lacernis, Mart. Amphitheatrales nos commendamur ad vſus, Quum tegit albentes noſtra lacerna togas.

60 ¶Lena veſtimentum erat, quod ſuperponebatur tunicis omnibus. Virgil. Tyrioq; ardebat murice lęna Demiſſa ex humeris. Græci Epigraphon dixere. Ab huius veſtis vſu nomen traxerunt Lęnates Romani.

61 ¶Lanetum genus erat veſtimenti confectum ex lana ſuccida.

62 ¶Latuſclanus veſtis erat ſenatorij ordinis inſigne, vt & calceus lunatus. Tunicę purpuram Plynius Latumclauum appellat. Suetonius in Auguſto. Sumenti virilem togam tunica laticlani reſuta ex vtraq; parte ad pedes decidit. Idem in Cęſarę dictatore. Ferunt vſum eum latoclauo ad manus fimbriato, nec vt vnq̄ aliter q̄ ſuper eum cingeretur. Idem de gallis. Ijdem in curia galli bracias depoſuerunt / & latumclauū ſumpſerunt. Horatius lib. 1. Ser. deſcribere volens ſenatorem dixit. Et latum demiſi pectore clauum. Clauus etiam & latuſclauus (quod etiam Laticlauium dicitur) capitur pro ſenatoria dignitate, vt ius annulorū aureorum / pro equeſtri ordine. Ouidius. Curia reſtabat, claui menſura coacta eſt. Tunica laticlaui texi cœpit Plynij tęporibus, qui latiore clauo Tullum hoſtilium e regibus primum vſum prodidit. Dictus eſt autē a textura, qua in mappis vſos fuiſſe docet Martia. Et lato variata mappa clauo. Ab hoc veſtimento laticlauij dicuntur ſenatores & ſenatorum filij. Suetonius in Auguſto. Binos plęrūq; laticlauios prępoſuit ſingulis alis. Idem in Nerone. A quodam laticlauio (cuius vxorem attrectauerat) prope ad necem cęſus.

63 ¶Limbus erat veſtimentum muliebre, purpuram in imo conſutam habēs. Virgil. lib. 4. Aen. Sidoniam picto chlamydem circūdata limbo. Statius lib. 6. Theb. Subligat & picto diſtinguit tempora limbo. Idem lib. 2. Achill. Et picturato cohibet veſtigia limbo. Limborarij dicuntur huius veſtimenti textores.

64 ¶Lumbare, quo integūtur lumbi. Hieronymus. Sicut tu poſuiſti lumbare iſtud ad lumbos tuos.

65 ¶Leuidenſa genus eſt veſtis vile / raro tenuiq; textu. Hinc munus leuidenſę prouerbialī figura dicitur munus minimi precij. Cicero ad Dolobellam lib. 9. Epiſto. Sed ego hoſpiti veterī & amico munuſculum mittere volui Leuidenſę craſſo filo, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.

66 ¶Maſtrugę ſeu maſtrucę veſtes erant Sardis peculiares. Plautus. Maſtrugatus & plenus puluere.

67 ¶Mollicina veſtis a mollicie nomen ſumpſit. ¶Multicia veſtes erant tenues & lucidę & delicatis aptiſſimę. Fiebant ſerico. Dicebantur autem multicia, q̄ ſuauitate ſua mulcerent. Iuuenalis Satyra. 2. Non facient alij, quum tu multicia ſumas.

68 ¶Mantile dicitur lintheum, quo terguntur manus. Virgil. Tonſiſq; ferunt mantilia villis. Pontanus. Pendent mantilia circum Alba quidem, croceis ſed flaueſcentia villis. Dicimus & mantelum. Plautus. Nec his ſycophantijs nec fucis vllum mantelum obuiam eſt.

69 ¶Manicę dicuntur manuum tegumēta. Hinc manicatę veſtis, quę olim probro date ſunt & mollicici. Virgil. Et tunicę manicas / & habent rediuncula mytrę.

70 ¶Mamillare indumentum erat ad compeſcendas papillas mulierum mammoſarum. Martialis. Taurino poteras pectus conſtringere tergo, Nam pellis mammas

non capit

non capit iſta tuas.

¶Myoton Armeniorum fuiſſe veſtimentum dicunt/muris figura varie ornatum. 71
Erat & Mandya veſtimenti genus,quo ſe vt lorica muniebant,latini Mantellum di
cunt.

¶Nebrides veſtes erant villoſę factæ pellibus ceruorum,quibus in ſacrificijs Bac= 72
chi vtebantur. Sidonius. Rotat Enthea thyrſum Baſſaris/& maculis Erithręę nebri
dos horrens. ¶Otho apud Homerum/nomen eſt candidi amiculi ex lana non ex li
no/inquit Cęlius.

¶Paludamẽta ornamẽta erãt et inſignia militaria. Ideo quũ ad bellũ exiit imperator, 73
Paludatus dicitur proficiſci. Cicero in Piſonem & Gabinium. Exierũt duo paluda
ti vulturij. Suetonius in Cęſare dictatore. Paludamẽtum mordicus trahens/ne ſpo=
lio potiretur hoſtis. Idem in Auguſto. Priore eum antonius fugiſſe ſcribit, ac ſine
paludamento/equoq; poſt biduum demum apparuiſſe. Paludamẽta dicuntur a pa=
lam,q̃ his indutí/palam conſpicerentur. Plynius ſcribit Coccum fuiſſe dicatum pa
ludamentis imperatorijs. Licet autem bellicum et caſtrenſe imperatoris eſſet indu=
mentum,paludati tamen erant lictores. Liuius. Cum paludatis lictoribus profect⁹
ab vrbe Brunduſium venit. De hoc veſtimẽti genere etiam meminit Vale. Maxi. li
bro.1.de Craſſo apud parthos interfecto loquens. Pullum(inquit)ei traditum eſt
paludamẽtum.quum in pręlium exeuntibus album aut purpureum dari ſoleret. Pa
ludati(vt iam exemplis docuimus)dicuntur paludamentis ornati. Iuuenalis Saty=
ra.6.Cumq; paludatis ducibus pręſente marito,Ipſa loqui recta facie/ ſtrictiſq; ma
millis. Paludamentum hodie Cottam armorum vocamus,inquit Budęus.

¶Penulę veſtes erant ſeruorum et pauperiorum. Optimę texebãtur ex lana Appu 74
la. Ea vtebantur ad arcendam pluuiam,ſed nunq̃ imperatores. Galba amico rogan
ti Penulam,non pluit,inquit,nõ opus eſt tibi. Si pluet,ipſe vtar. De Penulis Lãpri=
dius in Alexandro Seuero. Penulis intra vrbẽ frigoris cauſa, vt ſenes vterentur,per
miſit,quum id veſtimenti genus ſemper itinerarium aut pluuię fuiſſet. Matronas ta
men intra vrbem Penulis vti vetuit,in itinere permiſit. Horati⁹ lib.1.Epiſt. Incolu
mi Rhodos et Mitylene pulchra facit,qđ Penula ſolſtitio/brumale niualibus auris.
Notatus eſt caligula/q̃ penulis vteretur,quę imperatorem minime decebãt. Sueto
nius de eo ſic inquit. Sępe depictas gemmataſq; indutus Penulas/manuleatus & ar=
millatus in publicum proceſſit. Auguſtinus Penulam accepit pro grammaticorum
indumento lib.1.Confeſſ. vbi ait. Quis penulatorum magiſtrorum inquit,audit au
re ſobria,ex eodem puluere hominem clamantem & dicentem/ fingebat hęc home
rus. Vlpianus iuriſcon. inter cõmunia veſtimenta (quibus vir & mulier promiſcue
vtuntur) penulas numerat. Penularium dicitur penulę repoſitorium,et penulati pe=
nulis veſtiti. Martialis lib.2.Non ipſe Codrus alpha penulatorum.

¶Puluinar/puluinus/ & puluillus dicitur,quod dormientiũ capitibus ſupponitur,a 75
plumis pullorum,quibus fit. Catullus poſuit pro plumeo lecto et geniali thalamo,in
quo noua nupta quieſcit cum ſpõſo,vbi ait. Puluinar vero diuę geniale locatur. Idẽ.
Puluinar complexa ſuo velabat amictu.

¶Palla dicitur honeſtę mulieris veſtimentum. Statius lib.7.Theb. Et fibula raſi= 76
lis auro Tęnariam fulua mordebat Iaſpide pallam. Seneca in Hippolyto. Tenuem
tyrio ſtamine pallam. In gallia viri etiam vtebantur palla. Martial. Dimidiaſq; na=
tes gallica palla tegit.

¶Parnacides veſtes erant puellares. Teſtis apud Nonium Varro. 77

¶Patagium erat chlamys aurea,quę precioſis tunicis ſuperĩdui ſolebat. Patagiarij 78

dicuntur veſtimẽti huius textores. Patagiati/eo induti. Apul. lib. 2. de aſino aureo. Vberes enim crines leniter emiſſos/& ceruice depẽdulos/ac deinde per colla diſpoſitos/ſenſimq; ſinuato patagio reſidentes.

79 ¶Peplum ſeu peplus veſtis erat ſolennis, quę viro vel fœminę injiciebatur. Plautus. Nunq̃ ad ciuitatem veni, niſi quum infertur peplũ hodie. Virgil. Criníbus Ilias paſſis/peplumq; ferebant. Lactantius grammaticus ait peplum dici veſtem candore eximio, aureis diſtinctam clauis, ſine manicis, quam veſtitores deorum ſimulachris injiciebant. Peplum primo inſtituerunt Athenienſes. Texebatur matronarum manibus/intraq; triennium numini offerebatur, ſed Minerue imprimis. Seruius ait Peplum pallam eſſe fœmineam Minerue conſecratam. Xenophon ſcripſit Peplum etiam conueniſſe viris. Lactãtius Peplos dixit in maſc. genere. His Peplos (inquit) & indumenta precioſa, quibus vſus velaminis nullus eſt, his aurum & argentum conſecrant.

80 ¶Periſcelis dicitur pectoralis mulierum faſcia, ſeu ſimile aliquod indumentũ puellare, aut (vt alij malunt) brachiorum eſt ornamentum, quod aliter dextrocherium vocatur. Horatius lib. 1. Epiſt. Nota refert meretricis acumina/ſepe catellam, Sępe Periſcelidem raptã ſibi flentis. Męnãder ſcripſit puellas geſtare periſcelidas. Gremialia vocat Cęlius.

81 ¶Perizonium pallium eſt pręcinctum, quo nudę virgines infra papillas pręcingun tur. Aliter pręcinctorium vocatur.

82 ¶Pileus ſeu pileum dicitur virile tegumẽtum. Apuleius lib. vndecimo. Vidi & vr ſam manſuem cultu matronali ſella vehebatur, & ſimiam pileo textili/crococijſq; phrygijs catamiti paſtoris ſpecie. Perſius. Hanc nobis Pilea donãt. Cęlius Sabinus iuriſperitus teſtis eſt apud Gelliũ pileatos ſeruos vęnum ſolitos ire, quo indicabant veteres, vęnundandi legem non eſſe operiẽdam. Corona ſignum erat captiuorum vęnalium, Pileus vero impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos vęnundari. Hinc pileus interim pro libertate capitur, cuius inſigne eſt. Liuius. Poſtero die ſeruí ad pileum vocati & carcere vincti emiſſi. Suetonius in Nerone. Tantumq; gaudium publice prębuit, vt plebs pileata tota vrbe diſcurreret. Idem in Tiberio. Seruiſq; ad pileum fruſtra vocatis in Siciliam profugit. Serui enim (qui manumitteban tur) accipiebant pileum capite raſo. Sex. Aurelius. Omnis (inquit) Roma adeo in teritu Neronis exultauit, vt plebs induta pileis manumiſſionum tanq̃ ſęuo exempta domino triũpharet. Martialis. Permittis puto pileata Roma. In Saturnalibus ad exprimendam libertatem pileata erat Roma, Vnde idem Martialis. Dumq; decẽt noſtrum pilea ſumpta Iouem.

¶Petaſus dici poteſt capitis tegmẽ ſeu vmbraculum ad inſtar pilei formatum. Suetonius in Auguſto. Domi quoq; non niſi petaſatus ſub dio ſpaciabat. Cicero ad Caſſium, Sed tabellarij petaſati veniunt, comites ad portas expectare dicuntur. Plynius lib. 36. ſcribit in ſummo labyrinthi Italici Petaſum vnum omnib⁹ pyramidibus impoſitum fuiſſe.

83 ¶Poderis dicitur talaris tunica duplici ſyndone. Ioſephus Byſſinã vocat. Hęc adeo arcta eſt & ſtrictis adeo manicis, vt nulla ſit in veſte ruga. Tales interdũ habent milites, vt onere expediti aptiores ſint torquendis haſtis/aut vibrandis ſagittis.

84 ¶Polymitus veſtis nomen ſumpſit a multiplici liciorum varietate. Nam mitos grece filum dicitur latine. Hinc Polymita veſtis dicitur multis licijs contexta. Plynius. Plurimis vero licijs texere, quę Polymita appellant, Alexandria inſtituit. Polymitarij dicuntur, qui huiuſmodi veſtimenta conficiunt.

Prętexta

¶Prętexta veſtis erat patriciorum ab eo dicta, q̃ purpura prętexebatur. Hinc prę- 85
textatus Papyrius dictus eſt ob loquendi tacendiq; prudentiam in ætate prętexta. Et prętextatus ſermo dictus ab antiquis, qui nihil haberet obſcœnitatis. Pompeius Sextus lib. 16. de verbis priſcis. Nefas inquit apud veteres habitum eſt, vti prętextati pueri verbis obſcœnis vterentur, ideoq; prętextatum ſermonẽ appellarunt, qui nihil obſcœnitatis referret. Quam ſententiam apud Macrobium videtur probare Vectius prętaxtatus. Nam toga inquit, prętexta ea ratione pueris additur, vt ex colore purpurę, ingenuitatis pudor regeretur, Diuq; negatum libertinis fuit, vti prętexta, Vnde etiã Prętextatę fabulę apud antiquos dictę ſunt, quibus pręcepta et monitiones ad optimos mores pueris tradebantur. Horatius in arte. Vel qui prętextas, vel qui docuere togatas. Contra tamen Suetonius in Tito veſpaſiano verba prętexta vocat impudica, qualibus ſolent vti laſciuientes pueri. Erat inquit, dicacitatis plurimę, & ſic ſcurrilis ac ſordidę, vt ne prętextatis quidem verbis abſtineret. M. Tullius in oratione pro Murena ſcribit filios triumphãtium maxime prętextatos ſedere conſueſſe in equis triumphatoris.

¶Pallium veſtimentum erat Gręcis peculiare. Hinc palliatę comœdię, quę ſcriptę 86
ſunt ſecundum ritus & habitus Græcorum palliatorum. Palliati & palliolati dicuntur induti pallio. Sueto. in Cęſ. dictatore. Vno quo ſagati palliati ve, altero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberẽt. Idem in C. Claudio. Ob hanc tandem valetudinem in gladiatorio munere (quod ſimul cum fratre mèmorię patris edebat) palliolatus nouo more prędedit. Martialis. Hanc volo, quæ facilis, quę palliolata vagatur, De pallio. Sueto. in Aug. Togas ſuper ac pallia diſtribuit. Idem in Cæſare Tiberio. Redegitq; ſe depoſito patrio habitu ad pallium et crepidas. Palliũ quoq; veſtimẽtum erat philoſophicum. Herodes (vt eſt apud Gellium) quendam barbatum palliatũq; (qui ex eo habitu philoſophus videri volebat) ita taxauit. Video barbam & pallium, philoſophum nõdum video. Diminutiuum eſt palliolum. Iuuenalis Satyra. 3. Vxorẽ comœdus agit, vel Dorida nullo Cultam palliolo. Martialis. Succida palliolo vellera quinq; petit. A palliolo fit aduerbiũ palliolatim. Plautus. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus.

¶Phelonem pro quodam tunicule genere accipit Cęlius. ¶Perineſa antiqui voca- 87
bant indumẽta, in quorum extremitatibus aſſuta eſſet purpura, quadam inſulæ imagine.

¶Rhenones veſtes erant pelliceę, quibus authore Cęſare Germani vtebantur. Si- 88
donius. Viridantia ſaga limbis marginata puniceis / penduli ex humeris baltei vel gladij balteis ſupercurrentibus ſtruxerat clauſa bullatis latera Rhenonibus.

¶Ralla veſtis dicta eſt a raritate filorum. Plautus apud Nonium. Tunica Ralla, 89
toga ſpiſſa.

¶Rechidimna ſeu recidipna veſtes erant peregrinę, quibus vtebantur in Gymna- 90
ſijs. Iuuenalis Satyra. 2. Ruſticus ille tuus ſumit recidipna Quirine.

¶Recinium veſtis fuit antiquiſſima quadrata, cuius mediam partem iaciebãt poſt 91
humeros. Eadem Ricinus & Ricinium dicitur a reijciendo. Feſtus. Recinium eſt omne veſtimentum quadratum.

¶Regilla veſtis erat regia, vnde etiam tractum nomen. Ea erat auro & purpura in- 92
texta & regibus peculiaris. Plautus. Baſilicam an Regillam induam tunicam.

¶Richa veſtimentum erat, quod nos ſudarium dicimus. Serenus. Aut Zonulam, 93
aut auem, aut richam.

¶Reticulum capitis tegmen muliebre. Varro. Suiſq; ſuſpẽdit laribus marinas mol 94

les pilas, Reticula & ſtrophia. Capitur etiam pro quodam inſtrumẽto, quo antiquí-
tus panes ferebantur. Iuuenalis Satyra. 12. Mox cum reticulis/ & pane/ & ventre la-
gene. Horatius. Vt ſi Reticulum panis venales inter onuſto Forte vehas humero.
¶ Rhiza veſtimentum fuit Thracium.

95 ¶ Strophium dicitur faſcia pectoralis ad deuinciendas puellarum mammas. No-
nius ait Strophium breuem eſſe faſciam, que virginearum papillarum coercet erro
rem. Martialis faſciam vocat pectoralem, vbi ait. Faſcia creſcentes domine cõpeſce
papillas, Vt ſi quod capiat noſtra tegatq; manus. De Strophio Catullus. Non tereti
ſtrophio lactantes vincta papillas. Pontan⁹ lib. 3. de Stellis. In medio iecit ſtrophiũ
et cum pectine gemmas. Capitur etiam Strophium pro religioſa quadã corona, qua
vtebantur antiqui ſacerdotes. Plynius. Tenuioribus coronis vtebantur antiqui ſtro-
phia appellantes. Diminutiuum eſt ſtrophiolum. Author hymni (qui in honorem
diui Ioannis Baptiſte canitur) poſuit ſtrophium pro villoſo corporis tegumẽto, vbi
ait. Prebuit hirtum tegimen Camelus Artubus ſacris, Strophium bidentes.

96 ¶ Sagum erat militare veſtimentum, quod teſte Cicerone, ſumi ſolebat in bello. Et
quando in ſagis tota ciuitas erat, conſulares viri ſolebant eſſe togati. Martialis lib. 1.
Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago. Plynius lib. 17. Sacerdos candida veſte cultus
arborem ſcandit/ Falce aurea demetit. Cãdido id excipitur Sago. Iuuena. Satyra. 6.
An ſaga vendẽti nubat caupone relicto. Suetoni⁹. Ferebatur & noctibus vagari ſoli
tus, atq; inualidum quemq; obuiorum vel potulentum corripere, ac diſtẽto ſago im
poſitum in ſublime iactare. Sagati dicuntur ſago induti. Idem Sueto. in Cęſ. dicta.
Conuiuatum aſſidue per prouincias duobus triclinijs, vno quo ſagati palliati ve/al-
tero quo togati cum illuſtrioribus prouinciarum diſcumberẽt. Martialis. Vis te pur
pureũ ruffe ſagatus amẽ. Sagarij dicũtur venditores ſagorum. ¶ Sagulum diminu-
tiuum eſt a ſago. Virgil. lib. 8. Aen. Virgatis lucent ſagulis / tum lactea colla Auro
innectuntur. Hinc etiam ſagulati ſagulo induti. Sueto. in Vitellio. Vrbem quoq; ad
claſſicũ introijt paludatus, ferroq; ſuccinct⁹ inter ſigna atq; vexilla ſagulatis militib⁹,

97 ¶ Semitogium vocatur breuis & dimidia toga. Vnde ſemitogati dicuntur.

98 ¶ Stragulum veſtis eſt, qua lecti ſternuntur colorum & figurarum multitudine va
riegata. Tibullus lib. 1. Nam neq; tunc pluuie/ nec ſtragula picta ſoporem Nec ſoni
tus placide ducere poſſet aque. Martialis. Stragula purpureis lucent villoſa tape-
tis. Idem tamen accepit ſtragulum pro Ephippio, vbi ait. Stragula ſuccincti vena
tor ſume veredi. Varro. Quicquid inſternebant, a ſternendo ſtragulũ appellabant.
Hieronymus poſuit pro veſte muliebri. Stragulatam (inquit) veſtem fecit ſibi/ Byſ
ſus et purpura indumentum eius.

99 ¶ Strigium veſtis erat hiſpanica. Plautus. Nudus eſt, Iurat ſe ſtrigiũ oppigneraſſe.

100 ¶ Subucula veſtis erat iterior, que ſub alia induebatur. Varro. Poſtq̃ binas tunicas
habere cœperunt, inſtituerũt vocare ſubuculam. Horatius lib. 1. Epiſt. Rides, ſi for
te ſubucula pexę / Trita ſubeſt tunicę, vel ſi toga diſſidet impar.

101 ¶ Sudarium dicitur lintheum ad detergendum corporis ſudorem & purgandas na
res. Suetonius in Nerone. Neq; quicq̃ ſerio iocove egerit, niſi aſtãte Phonaſco, qui
moneret, parceret arterijs, ac ſudarium ad os applicaret. Ex Setabi Hiſpanie vrbę
mittebantur optima linthea, que ſudaria dicebantur. Catullus. Nam ſudaria Seta-
ba ex Iberis Miſerunt mihi muneri Fabullus Et Verãnius, Diminutiuum eſt ſuda-
riolum. Apuleius. Quanti ſudores innocentibus hoc vno ſudariolo afferantur, poſ-
ſum equidem pluribus diſputare.

102 ¶ Syrma veſtis erat, quæ in recitãdis grauioribus poematis trahebatur ab hyſtrio-
nibus.

nibus. Martialis lib. 4. Musa nec insano Syrmate nostra tumet. Seneca in Hercule furente. Auro decorum Syrma barbaricum trahit. Ea veste maxime vtebantur tragœdi, quod etiam innuit illud distichon. Martialis lib. 12. Trāstulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos, Aptasti tragicum tu quoq; Syrma tibi.

¶ Supparus seu supparum dicitur leuis et angusta toga. Festus ait vestimentū esse puellare ex lino. Nos subuculam et Camisiam dicimus. Nonius ait supparum esse lintheum femorale vsq; ad talos pēdēs, ꝙ subtus appareat. De Supparo Afranius. Puella non sum, Supparos si induta sum. Lucanus lib. 2. Humerisq; hærentia primis Suppara nudatos cingūt angusta lacertos. Seneca accepit Suppara pro velis, in Medea scribens. Et alto rubicunda tremunt Suppara velo. 103

¶ Sublígaria vestes erant, quæ coxas vsq; ad vmbilicū a genibus contegebant. His vtebantur Mimi in theatro. Martialis lib. 3. Si pudor est, transfer sublígar in faciē. Iuuenalis Satyra. 6. Personam/thyrsumq; tenent, & sublígar Acci. Aliter vocatur subligaculum. Cicero in Off. Scænicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, vt in scæna sine sublígaculo prodeat nemo. Imperitus subligaculū indutus omnibus id ostentat, Adagiū est/ in eos, qui propter insolētiam etiam ineptissimis rebus efferuntur. 104

¶ Síndones vestes erant candidæ ex lino, quibus magi vtebantur. Erāt autem subtilissimę & tenuissimis filis intextæ. Martialis lib. 4. Nec sic in Tyria Síndone tutus eris. Idem. Cultus Síndone non quotidiana. De hac intellexit Lucanus lib. 10. scribens, Cādida Sidonio perlucent pectora filo, Quod Nilotis acus compressum pectine Serum Soluit, & extenso laxauit stamina velo. Syndones vero populi sunt in Męotidis confinio, teste Pomponio Mela, de quibus Val. Fl. lib. 6. Argon. Vbi Syndonięq; phalanges Marte carent. 105

¶ Subarmalia saga erant & chlamydes, quibus arma superinduebāt. ¶ Singuliones genus erat vestis barbarę, Inquit Baptista Egnatius. 106

¶ Stola erat talaris tunica, qua matronæ vtebātur. Tibullus lib. 1. Qz̄uis nec vitta ligatos Impediat crines/nec stola longa pedes. Ouidius lib. 1. de arte. Este procul vittæ tenues/insigne pudoris, Queq; tegis medios Instita longa pedes. Instita erat fasciola, quę partem vnā stolę ambiebat. Horat. Sunt qui nolunt tetigisse/nisi illas, Quarū subsuta talos tegit instita veste. A stola pudor dicitur stolatus, id est matronę conueniens. Martialis. lib. 1. Et stolatum permittit meretricibus pudorem. 107

¶ Syntheśis genus est vestis breuis et negocijs aptæ, qua Romani omnes toga deposita in Saturnalibus vtebantur. Cōsuta erat et composita quadam compositione versicolori, vnde inditū nomen. Martialis de hac intelligit scribens. Dum toga per quinas gaudet requiescere luces/Hos poteris cult⁹ sumere iure tuo. Idē. De nostra prasina Syntheśis empta toga. Syntheśiatus hac dicitur indutus veste. De Syntheśi Sueto. In Nerone/Ac plęrūq; Syntheśim indutus ligato circum collum sudario prodierit in publicum. Q. Serenus. Vilem deprendit in illis Syntheśin/et vulgata satis medicamina risit. 108

¶ Toga communis erat Romanorum vestis, qua vtriusq; sexus homines vtebantur. Accipitur interdū pro peculiari habitu clientum et salutatorum, qui togati salutatum ibant, vt sportulā consequerentur. Mart. Mane vel a media nocte togatus ero. Idem. Si matutinos facile est tibi rūpere somnos, Mētita veniet sportula multa toga. Sueto. in Aug. Ac sępe regnis relictis nō Romę modo/sed prouincias peragranti quotidiana officia togati. ac sine regio insigni/more clientum prestiterunt. Sensus est. Plęriq; reges deposito diademate ornamētisq; regalibus solíti sunt prę- 109

bere officia Auguſto inſtar clientum togati. Eutropius. Multi reges ex regnis ſuis venerunt, vt Auguſto obſequerentur, et habitu Ro. togati ad vehiculum vel equũ ipſius cucurrerunt. Toga prętexta veſtis erat magiſtratuum. Togatæ fabulæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecũdum ritus et habitus Romanorum. Horatius. Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. Earum ſcænici actores vocantur togatarij. Suetonius. Hiſtrionum licentiam adeo compeſcuit, vt Stephanionem togatarium (cui in puerilem habitum circuntonſam matronã miniſtraſſe cõpererat) per trina theatra virgis cæſum relegauerit. Toga pura et virilis dicebatur, quam adoleſcentes tyrocinij die poſita prætexta puerili, ſumebant in capitolio. De toga Mart. lib. 3. Gallia Romanę nomine dicta togæ. Claudianus. Latiaq; micantem Loricam mutare toga. A toga Romani dicuntur togati. Virg. Romanos rerum dominos / gentẽq; togatam.

110 ¶ Tyara tegumentum erat capitis Perſarum genti peculiare, quo reges et ſacerdotes vtebantur. Simile prope erat Mitræ aut galero. Iuuenalis Satyra. 6. Et phrygia veſtitur bucca Tyara. Hieronymus in epiſtola ad Fabiolam. Quartum (inquit) genus eſt veſtimenti rotundũ pileolum, quale pictum in Vlyſſeo cõſpicimus, quaſi ſphęra ſit diuiſa et pars vna ponatur in capite. Hoc Græci et noſtri Tyaram, nonnulli galerum vocant. Non habet acumẽ in ſumno, nec totum vſq; ad comas caput tegit, ſed terciam partem a fronte inopertã relinquit. Atq; ita in occipitio vitta cõſtrictus eſt, vt non facile labatur ex capite. Eſt autem Byſſinum, & ſic fabre operatum lintheolo, vt nulla acus veſtigia forinſecus pateãt. Ouidius. lib. vndecimo. Tẽpora purpureis tẽtat velare Tyaris. Reperitur etiam in maſ. genere et frequentiſſime. Virgili⁹. Scœptrumq; / ſacerq; Tyaras. Politianus in Nutricia. Achęmenium ſeruãtia buſta Tyaram. Sidonius. Flectit Achæmenius lunatum Perſa Tyaram. Claudianus in. 4. Conſ. Honorij. Barbarus Arſacio cõſurgeret ore Tyaras. Seneca in Thyeſte. Hoc Phrygius loco Fixus Tyaras Pelopis.

111 ¶ Tibialia dicũtur Tibiarum indumẽta, atq; etiam arma, quibus crura muniũtur. Sueto. in Auguſto. Subucula et thorace laneo et fœminalib⁹ & tibialib⁹ muniebatur. Paulus Iuriſ. Si tibiale vel humerale miles alienauit, caſtigari verberib⁹ debet.

112 ¶ Tunica veſtis erat breuior & ſine manicis, qua vtebãtur viri. Manicata decebat fœminas, vt arguit illud Virg. Et tunicę manicas / & habẽt redimicula Mytrę. Plautus. Manuleatam tunicam habere hominẽ decet. Gellius. lib. 7. Tunicis (inquit) vti virum prolixis vltra brachia & vſq; in primores manus, ac prope in digitos Romæ atq; omni in Latio indecorum fuit. Propterea Publ. Africanus Pauli filius. P. Gallo homini delicato probro dedit, ꝙ tunicis vteretur manus totas operientibus. Diminutiuum eſt Tunicula. Gellius. lib. 1. Elegãs illa veſtis & molles tunicule ab æmulis aduerſarijſq; probro datum. Tunicati dicuntur tunica induti. Horatius lib. 1. Epiſt. Vilia vendentem tunicato ſcruta popello. Traquillus in Auguſto. Vt ſtare interdum per totum diem iuberet ante pærtorium tunicatos. Idem. Reliquias legerunt primores equeſtris ordinis tunicati et diſcincti / pedibuſq; nudis. Et in Caligula. Retiarij tunicati quinq; numero gregatim dimicantes. Tunica talaris eſt, quã Greci vocant Poderi. Idẽ Sueto. Cũ palla tunicaq; talari proſiluit.

113 ¶ Tyrianthinę veſtes erant purpureæ ſumpto nomine a Tyrijs, qui vſu purpuræ claruerunt. Martialis lib. 1. Vrbica Lingonicus Tyrianthina Bardocucullus.

114 ¶ Tapetũ ſeu Tapes vocatur tegmẽ / diuerſis coloribus et figuris variegatum, quo præcipue aulæ et cubicula diuitum ornari ſolent. Aliter vocatur Aulæum / Periſtroma / Peripetaſma. Virg. lib. 7. Inſtratos oſtro alipedes / pictiſq; tapetis. Idem lib. 9. Armaq; / crateraſq; ſimul / pulchroſq; tapetas. Cn. Matius apud Gelliũ. Iam

tonſiles

tonſiles tapetes ebrij ſuco, Quos cõcha purpura imbuens venenauit. Statius lib. 2. Theb. Fuderat Aſſyrijs extructa tapetibus alto Membra thoro. ¶ Trabea veſtis erat togata purpura circunducta, ſub tegmine puniceo, quam aureę fibulę annectebant. Virgil. Ipſe quirinali lituo/ paruaq; ſedebat Succinctus trabea. Iuuenalis Satyra. 8. Ancilla natus, trabeã et diadema quirini / Et faſces meruit regum vltimus ille bonorum. Trabeatus dicitur trabea indutus, Ouidius lib. 1. Faſt. Hocigitur vidit trabeati cura quirini.

¶ Ventrale ventris tegumẽtum, vt femorale femoris/ brachiale brachij/ humerale humerorum/ tibiale tibiarum. Plynius. Patris mei memoria cœpere Amphimala noſtra, ſicut villoſa etiam ventralia. 115

¶ Venſica tegumentum erat & mitella capitis ſubtiliſſima, qua Germanorum crines contegebantur. Martialis lib. 8. Fortior intortos ſeruas Venſica capillos. 116

¶ Vmbella itidem erat indumentum capitis, quo radij Solis arcebantur. Martialis lib. vndecimo. Vmbellam luſcę Lygde feras dominę 117

¶ Xerapellinę veſtes erant matronales dictę ab Ampellino colore, qui medius eſt inter Coccũ et muricẽ. Merula ait Atrabicas fuiſſe appellatas. Iuuenalis Satyra. 6. Et Xerapellinas veſtes donauerit ipſi. 118

¶ Xyſtis authore Cęlio dicitur talaris tunica et muliebris. Alij tragicũ putant indumẽtũ. Xyſtus vero appellatur lata porticus, in qua athletę hiberno tẽpore exercebantur. Vnde et Xyſtici athletæ dicti ſunt. Sueto. in Aug. Nec tamẽ eo minus aut Xyſticorum certationes/ aut gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper exegit. 119

¶ Porro acu veſtes facere Phryges inuenerũt/ ideoq; Phrygiones appellati. Aurũ intexere in Aſia inuenit Attalus rex Pergami. Vnde nomen Attalicis. Colores diuerſos picturę intexere Babylon celebrauit, et nomẽ impoſuit. Martialis. Non ego prætulerim Babylonica picta ſuperbe Texta, Semiramia quę variantur acu. Plurimis liciis texere quæ Polymita appellant, Alexandria inſtituit. Scutulis diuidere/ Gallia. Author Plynius lib. 8. Cap. 48. Veſtimentorum ſunt oia aut lanea/ vel linea/ vel ſericea/ vel bombicina. Omnia item aut virilia/ aut puerilia/ aut muliebria/ aut communia/ aut familiaria. Afri/ Mauri/ Sarraceni/ Scythę gaudent colorum varietate. Greci crepidati incedebant. Fuerunt et priuatę quorundam veſtes. Adam et Eua priuſq; peccaſſent, degebãt nudi. Poſt peccatum texere folijs verenda, crudis pellibus humeros amicti. Ioãnes Zachariæ filius in heremo vtebatur veſte camelorum ſetis contexta, ſcorteaq; cingebatur zona. Vnica fuit Chriſto veſtis incõſutilis, quæ nullo vſu detrita eſt. Palliũ Bartholomei per annos viginti neq; ſordes vllas. neq; vetuſtatem ſenſit. Iacobus apoſtolus, qui a corporis ſimilitudine frater Chriſti dictus eſt, lineo vtebatur amiculo. Idem intõſus vixit, nunq̃ cinctus, nũq̃ balneo vſus. Paulus primus heremita veſtem habuit palmaceis contextam foliis. Mortui exuuias induit Antonius abbas diebus ſolum feſtis. Capilli texerunt Timotheum Anachoretã, & adeo deformarũt, vt a Panucio in ſolitudine repertus, fera primo aſpectu ſit creditus non homo. Onophrius heremita conſumpta veſte nudus egit/ foliis verẽda tegentibus. Franciſcus Aſiſias craſſi panni tunicã induit, quam funiculo cõpreſſit. Nudis pedib9 ligneos ſubiecit ſocculos. Maria Aegyptia conſumptis veſtibus nuda egit in heremo. Herculem Nemęi leonis exuuio indutũ Græcia fabulata eſt. Diogenes vnico pallio vixit contentus. Portius Cato nunq̃ toga vſus eſt, pluriſq̃ cẽtum drachmis empta. Pythagoras alba vtebatur veſte, & coronam geſtabat aureã. Empedocles Agrigẽtinus vtebatur veſte purpurea, æreiſq; calceamentis. Hippias quoq; et Gorgias purpureis. Porphyrius a purpura nomen 120

ſumpſit,quũ prí⁹ Maichus díceretur. Fuit Ariſtoteles victu veſtítuq; delicioſus,et ob id Platoni aliquãtulũ infẽſus. Cethegi exerto nudoq; erãt brachio. Cęſar laxiore tunica. Auguſtus hiberno tẽpore/thorace laneo/tibialib⁹/et quaternis tunicis. Mecœnas mollioribus veſtibus/vnde et Malacin⁹ ab Auguſto cognominatus eſt. Demoſthenẽ Gellius ſcribit fuiſſe cultu corporis nitido et nimis accurato. Hortẽſium quoq; multa cũ mũdicia et circũſpecte fuiſſe índutũ. De colorib⁹ veſtimẽtorũ nũc aliquid adijciamus. Cymatilẽ colorẽ dixerũt marinũ & cęruleũ. Glaucus pro víridí ponitur,habetq; virorí cõmixtũ alborẽ,hinc glaucí oculí. glaucę ſalices et oliuę. Impluuiatus color quaſi fumato ſtillicidio. Crocin⁹ et croceus a Croco, Hinc croceata veſtis. Cęrinus a cęrę colore. Ferrugine⁹ a ferro. Oſtrin⁹ ſubruber. Murex fuit purpure⁹/Antracinus níger/Antrac⁹ grẹce dícitur carbo. Amethyſthõ vt víola prope purpureũ ponit Plyni⁹. Molochinũ dixerũt colorẽ ſimilẽ Maluę, Luteũ croceũ a lu (to herba.

Veſtes gentium propríæ.

¶Pallium/Gabinium/Caſiaca Græcorum. ¶Toga et prætexta Romanorum. ¶Maſtruga Sardorum. ¶Braccæ/Bardocucullus Gallorum. ¶Germanorum Rhenones. ¶Aulęa Britannorum. ¶Strigium Hiſpanorum. ¶Arſineum Tyara/Candys/Capyris Perſarum. ¶Chortęus Maſſiliẽſium. ¶Myoton Armeniorum. ¶Dalmatica Dalmatarũ. ¶Peplum Troadũ. ¶Caunaces Babyloníorum.

Veſtes quædam memorabiles.

Veſtis Antiſthenis	Veſtis Tarquinij	Veſtis Syloſontis
Veſtis Lollíæ Paulinę	Veſtis Neronis	Veſtis Frothonis

ANtiſthenes Sybarita veſtẽ elaborauit, in qua varię deorum effigies erant depictę. Hęc quotannis in Licinię Iunonis templo ſuſpẽdí miraculí cauſa ſolebat. Athenienſes magno precio eandem ſibí compararunt.

¶Lollia Paulina tunicam habuit ex Margaritis æſtimatã quadringentis ſeſtertijs. ¶Tarquinius priſcus aurea triũphauit tunica. Teſtis Verrius apud Plyniũ. ¶Habuit Nero triclinaría Babylonica. 400. millib⁹ empta. ¶Syloſõ veſtẽ habuit,quã quũ Dario Hyſtapis filio dono dediſſet,totã ab eo et vrbẽ & inſulã Samiorũ in hoſtimẽtũ mũeris accepit. Author Valeri⁹ de gratitudine. ¶Saxo grãmaticus ſcribit Frothoni cuidã veſtẽ fuiſſe, qua circumamictus nullo telorũ acumine lędí poterat.

Calceamentorum genera.

1	Calopodium		Hypodeſis		Nymphides
	Sandalium	6	Mullei	12	Harpides
2	Pero	7	Sculponeę		Carpicum
3	Soccus	8	Tentipellium		Phecaſij
	Cothurnus	9	Solea	13	Baſilides
4	Carpatinę	10	Crepida		Alia plęraq;
5	Hopiſtocrepides	11	Crupezia		

1 CAlopodiũ genus eſt calceamẽti lignei,alio nomine dícitur Soccus. ¶Sandalium genus eſt calceamẽti Ethruſcis peculiare, vt docet Iul. Pollux. Legimus in libro Iudith/quẽadmodũ illa induit Sãdalia in pedibus ſuis, aſſumpſitq; dextrariola et inaures. De Sãdalio, Terẽtius. Cõminuã tibí Sãdalio caput. Apollo Sandaliarius dictus eſt,a vico eiuſdẽ nominis, vbi Athenis colebatur. Et Sandaliarij etiam dícuntur calceolarij.

2 ¶Peronem Seruius ait eſſe ruſticum calceamẽtum e crudo corio. Virgilius lib. 7. Crudus tegit altera Pero. Iuuenalis. Satyra. 14. Nil vetitũ feciſſe volet, quem nõ pudet alto Per glaciẽ perone tegi. Politian⁹ in Ruſt. Capitiq; galerũ Induitur, cruduſq; operit veſtigia pero. Peronatus dícitur perone índutus. ¶Socci

¶Socci dicuntur calceamenta Comœdorum, vt Tragœdorum Cothurni. Actores enim comœdiarum, proſcęnium intrabãt cum ſoccis, vt hi cũ cothurnis. Hinc Soccus plærumq; capitur pro verſu comico. Horatius in arte. Hunc Socci cepere pedem, grãdeſq; cothurni. Martialis lib. 8. An iuuat ad tragicos ſoccum tranſferre cothurnos. Põtanus lib. 4. de Stellis. Atq; humili figet veſtigia ſocco. Soccus etiã capitur pro calceamento muliebri. Sueto. in Caligula. Aliquando ſericatus et Cycladatus, ac modo in crepidis vel cothurnis / modo in ſpeculatoria caliga / nonnunq; ſocco muliebri. Diminutiuum eſt Socculus. Idem Sueto. in Vitellio. Pro maximo munere a Meſſalina petijt, vt ſibi pedes præberet excalceandos, detractũq; ſoccu- 3
lum dextrũ inter togam tunicaſq; geſtauit / aſſidue nonnunq; oſculabundus. ¶Cothurnus aptus eſt vtriq; pedi / fiebatq; in modum crepidarum. Hinc adagiũ natũ. Cothurno verſatilior. In homines inconſtantes. Congruebat hoc calceamentum viris pariter et mulieribus. Virg. Purpureoq; alte ſuras vincire cothurno. Qz interim pro tragico verſu accipiatur, varia docent exempla. Statius lib. 5. Syluarum. Terrifico ſuper intonuere cothurno. Politianus in Ambra. Hinc & magniloquis voces creuere cothurnis.

¶Carpatinæ calceamentum erat ruſticum, quod fiebat ex recentibus coriis bubu- 4
lis, ſic appellatum a Caribus, vt ſcribit Iul. Pollux lib. 9. ad Commodum Cæsarẽ. Ariſtoteles in ſecundo de animalium hiſt. ſcribit camelos calcearí carpatinis, ne in exercitu longiore fatiſcant itinere. Catullus. Cullos et crepidas lingere Carpatinas. Sunt qui crepidas Carpatinas dicant eſſe calceamenta ſtercorata.

¶Hopiſtocrepides genus eſt calceamenti fœminei. ¶Hypodeſis ſeu hypodema 5
calceum latine ſignificat.

¶Mullei primum fuerũt calcei regũ Albanornm purpurei coloris / poſtea patri- 6
ciorum. Vopiſcus. Calceos mulleos et hederaceos & albos viris omnibus abſtulit / mulieribus reliquit.

¶Sculponeę calcei ſunt ex lana confecti. Plautus. Quí quęſo potius q̃ Sculponeas, 7
quibus batuatur tibi os. Nęuius. Sculponeis batuenda ſunt latera. Cato ſcribit Sculponeas bonas alternis annis dari oportere familię ruſticanę.

¶Tentipellium calceamentum eſt ferratum, quo extenduntur pelles. 8

¶Solea calceamentum eſt, quo calces plantarum obteguntur / cæteris pedum par- 9
tibus prope nudis, ipſis tamen pedibus coriaceo vinculo ſuperne vinctis. Plautus. Date iam ſoleas / atq; intro me actutum ducite. Fiunt etiam ex ferro, quæ pedibus equorum et mulorum ſubijciuntur. Catull9. Et ſupinam animam graui delinquere creno / Ferream vt ſoleam tenaci in voragine mula. Suetonius ſcribit vxorem Neronis Poppeam mulas et iumenta argẽteis calceaſſe ſoleis. Plynius itẽ lib. 33. Noſtra (inquit) ætate Poppea cõiunx Neronis principis delicatioribus iumentis ſuis ſoleas ex auro induere ſolebat. Solea interdũ pro calceo ponitur. Propertius. Proſilit in lata nixa pedẽ ſolea. Apuleius lib. 9. Videt ſub lectulo ſoleas incognitas, quibus indutus Phileſiterus irrepſerat. Soleati ſoleis induti.

¶Crepida Græcanicum fuit calceamẽtũ coriaceis ſuperuinctum ligulis. Perſius. 10
Non hic / qui in crepidis graiorum lùdere geſtit. Gellius lib. 13. Cap. 20. ait crepidas et crepidulas eſſe, quas Ro. ſoleas vocant. Cicero apud eundem Gallicas vocat dicens. Cum Gallicis et lacerna cucurriſti. Eius itẽ ſutores crepidarios dixerũt. Sempronius Aſellio lib. 14. rerum geſtarum. Crepidarium (inquit) cultellum a crepidario ſutore. Martianus Capella. Crepidas peragrandæ tellluris cauſa viatrix infatigat ageſt abat. Sueto. in Tiberio. Redegitq; ſe depoſito patrio habitu ad

pallium et crepidas.

11 ¶Crupezia authore Cęlio tibicinum ſunt calceamēta. ¶Nymphides calceamēta ſunt muliebria et ſponſalia.

12 ¶Harpides calceamenta ſunt multiplici ſutura. Similes ſunt crepidis. ¶Carpicū ſeu carpiſculum genus eſt calceamēti authore Flauio vopiſco, qui ait Aurelianum abſentem a ſenatu vocatū fuiſſe Carpicum. Hodie quoq; Itali Scarpos vulgo crepidas vocant. Phecaſij dicebātur veterum ſacerdotum calcei.

13 ¶Gręcanici calcei ex Polluce ſunt Baſilides, quibus vtebantur Athenis. Crepides geſtamen militare. Embades ſumptuoſum calceamētum. Crotopezium ligneum calceamentum/dictum a ſonitu. ¶Sunt item Schiſtę/Singæ/Compodes/Aſirce/Embades vtriq; ſexui communes. Hypoſceſma virile calceamentum/Proſchema ſenile/Peribates ancillarum. Ploearia et Acontia meretricum. Rhadia varium & circunuolutum erat. Baucides ſumptuoſorū. Rurſus Crocotides/Aphracta/Opitocrepides/Amphiſphyra/Acroſphyra/Canobia/Gynepodia/Nyclipedeces/Meſoperſice/Phytracides/Seleucides/Niſſides/Ambracides, muliebria fuerūt. Vtriq; ſexui communia/Phares/Ledarium/Chiton/Xyſtis.

¶Latrones & Sacrilegi.

1	Prometheus	15	Siſyphus		Numenius
2	Scyron	16	Stamatus	28	Arſaces
3	Cacus	17	Dauid	29	Amaſis
4	Auctolius	18	Diſmas	30	Baliſta
5	Procuſtes	19	Marclylas	31	Barrabas
6	Scinis	20	Argiui	32	Tetrinius
7	Brennus	21	Pamphilus	33	Nero
8	Cilix	22	Mercurius	34	Dionyſius
9	Autolycus	23	Bargulus	35	Verres
10	Hermogenes		Viriatus	36	Pyrrhus
11	Spartacus	24	Voranus	37	Harpalus
12	Tyttigias	25	L. Tubulus	38	Sambicus
13	Cercyon	26	Eurybatus	39	Leo
14	Capiton	27	Attabas	40	Fuluius Flaccus

1 PRometheus Deucalionis pater et Iapeti filiꝰ poſt factos homines/auxilio Mineruę aſcendit in cœlum, & ignem ferula de rota Solis ſurripuit, quē hominibus indicauit. Quapropter irati dij febres & morbos terris immiſerunt. Prometheum autem per Mercurium Caucaſo allígauerūt adhibita aquila, quę eius cor exederet. Virg. in Bucc. Caucaſeaſq; refert volucres, furtumq; Promethei. Horatius lib. 1. Car. Audax Iapeti genus Ignem fraude mala gentibus intulit. Poſt ignem ætherea domo Subductum, macies et noua febrium Terris incubuit cohors. Claud. in. 4. Conſ. Honorij. Aethereis miſcens terrena Prometheus Synceram patri mentem furatus olympo. Politianus in Nutricia. Tuq; o conſulte Prometheu, Qui tenuem liquidis ignem furatus ab aſtris. Sabellicus. Primus dira luens æternum furta Prometheus.

2 ¶Scyron latro fuit prope Athenas, qui hoſpites e ſaxo pręcipitabat in mare. Hūc interfecit Theſeus & in mare deiecit, vbi eiuſdem oſſa mutata ſunt in ſaxa, quæ propterea vocantur Scyronia

3 ¶Cacus Vulcani filius boues et armēta ſuffurabatur in Auentino mōte, quæ verſis veſtigijs cauda trahebat in ſuam ſpeluncam, vt furtum nō agnoſceretur. Hunc

Hercules

Hercules dedit morti. Propertius lib. 4. Sed non infido manserunt hospite Caco
Incolumes, furto polluit ille locum. Incola Cacus erat metuendo raptor ab antro,
Per tria partitos qui dabat ora sonos. Hic ne certa forent manifestæ signa rapinæ/
Auersos cauda traxit in antra boues. Nec sine teste deo furem sonuere iuuenci. Fu
ris et implacidas diruit ira fores. Mœnalio iacuit fusus tria tempora ramo Cacus, et
Alcides sic ait, ite boues. Sidonius. Collaq; flammigenæ dirumpens fumida furis,
Tandem directas iusserit ire boues. Ouidius in Ibin. Q̃z ferus ipse suo periit ma=
ctatus in antro Proditus incluſę Cacus ab ore bouis. Martialis lib. 5. Syluarũq; tre=
mor, tacita qui fraude solebat Ducere non rectas Cacus in antra boues. Calentius.
Cacus erat teneros solitus vincire iuuencos, Et trahere auersas in sua tecta boues.

¶ Auctolius Mercurij et Lychiones filius / euasit clarissimus latro imitatus patrẽ. 4

¶ Procustes latro fuit insignis in Attica, qui hospites interimebat. Tandem et ipse 5
interfectus ab Hercule. Ouidius lib. 7. Vidit et immitẽ Cephesias ora Procustẽ.
Seneca in Thyeste. Quis ve Cecropijs metus Terris Procustes.

¶ Scinis latro fuit in Isthmo Corinthiaco, qui homines arboribus alligatos discer= 6
pebat in frusta. Hunc Theseus interemit.

¶ Brennus dux Senonum cupiditate prędę inflammatus/ Apollinis Delphici tem 7
plum inuasit, Propertius lib. 3. Torrida sacrilegum testãtur limina Brennum, Dũ
petit intonsi Pythia regna dei.

¶ Martialis lib. 6. Epigrammatum arguit furti Cilicem quendam his verbis. Fur 8
notę nimium rapacitatis Compilare Cilix volebat hortum.

¶ Autolycus Mercurij fuit filius. qui proxima Parnaso loca furtis infestauit. Mar 9
tialis lib. 8. Non fuit Autolyci tam piceata manus. Ouidius lib. vndecimo. Meta.
Alipedis de stirpe dei versuta propago Nascitur Autolycus furtũ ingeniosus ad
omne, Qui facere assuerat patrię non degener artis/ Candida de nigris, & de cadẽ=
tibus atra.

¶ Martialis lib. duodecimo inceſſit Hermogenem & Massam fures, hunc nũmo= 10
rum, illum mapparum, vbi ait.

Hermogenes tantus mapparum Pontice fur est,
Q̃z tus nummorum vix puto Massa fuit.
Tu licet obserues dextram, teneasq; sinistram,
Inueniet mappam qua ratione trahat,
Nuper quum Myrino peteretur missio læso,
Subduxit mappas quattuor Hermogenes.
Cæratam prętor quum vellet mittere mappam,
Prętori mappam surripit Hermogenes.
Attulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantile e mensa surripit Hermogenes.
Hoc quoq; si deerit, medios distringere lectos
Mensarumq; pedes non timet Hermogenes.
Q̃z uis non modico caleant spectacula sole,
Vela reducuntur, quum venit Hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nautę,
Ad portum quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calui. sistrataq; turba,
Inter adorantes quum stetit Hermogenes.
Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit vnq̃.

A cœna ſemper rettulit Hermogenes.

11 SPartacus fuit latro quiſpiam & gladiatorum princeps, qui collecta fugitiuorum et perditorum hominum manu bellum Romanis intulit, Hunc vicit P. Craſſus. Luca. lib. 2. Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis. Sidonius. Mox per hunc Spartacũ quęcunq; ſunt clauſa, frangũtur, quęq; obſerata, reſerãtur. Itaq; quas domorum nequiuerũt machinis, aperte ſimultatibus impetere, cuniculis clandeſtinę proditionis impugnant.

12 ¶Tyttigias latro fuit et plagiarius in Arcadia, qui res alienas (quas furto abſtulerat) vendebat, eoq; quęſtu diues factus eſt.

13 ¶Cercyon Atticam regionem latrocinijs infeſtauit. Ouidius. Cercyonis lœthum vidit Cerealis Eleuſis.

14 ¶Capiton latro quũ aliquãdiu latrocinijs vacaſſet, pertæſus vitæ illius, trãſiuit ad heremum, vbi annis. 50. durauit in quodam antro.

15 ¶Siſyphus Aeoli filius latro fuit in Iſthmo, quem Theſeus occidit.

16 ¶Stamatus homo Cretenſis, Sancti Marci theſaurum venetijs expilauit. Author Volaterranus.

17 ¶Dauid latro fuit apud hermopolim, qui cum alijs triginta prędonibus quęſtum ſolo parabat furto. Tandem meliore ductus ſpiritu, incluſit ſe monaſterio, vbi ad mortem vſq; ſanctiſſime vixit.

18 ¶Diſmas fuit latro, qui ad Chriſti dexteram in cruce pependit. & ſcelerum veniã impetrauit.

19 ¶Tortelius ait Marclylam fuiſſe latronem in ſylua Dodonęa.

20 ¶Antiquitus Argiui furacitatis infamia laborarũt. Vnde adagium. Argiui fures.

21 ¶Pamphilus veteris comœdię conuicijs notatus eſt, ꝙ ærarium expilaſſet.

22 ¶Poetę faciunt Mercurium furem, atq; etiam deum furum. Lactãtius. Fur ac nebulo Mercurius, quid ad famam ſui reliquit, niſi memoriam fraudũ ſuarum. Mãtuanus. Thetidoſq; cubile Peleus inceſtat, rector Neptunus aquarum Phorcida, Deucalidem fraudis, furumq; magiſter Mercurius.

23 ¶Bargulus nomen eſt latronis apud Cice. lib. 2. de Off. qui propter æquabilem prędę partitionem magnas opes aſſecutus eſt. Fuit et Viriatus Luſitanus latro, cuius ferocitatem Lęlius prætor fregit et comminuit.

24 ¶Voranus fuit. Q. Luctacij Catuli furaciſſimus libertus, quẽ nummularius nũmos de menſa ſubtrahentem & in calceos infarcientem deprehendit.

25 ¶L. Tubulus fuit homo admodum flagicioſus & rapinator egregius, qui ꝙ multis ſacrilegijs et peculatibus vitam infamaſſet, multam q; pecuniam malo cepiſſet dolo, Lucilij ſatyris notatus eſt. Aſconius Pedianus ait virũ fuiſſe prætoriũ ætate patrum Ciceronis, qui propter multa flagicia de exilio accerſitus, ne in carcere necaretur, venenum hauſerit.

26 ¶Eurybatus latro fuit aſtutia ſingulari, quẽ deprehenſum quum cuſtodes vellent cogere, vt oſtenderet, quibuſnam modis conſueſſet domos conſcendere, ille aptatis ſpongijs & ſtimulis ferreiſq; retinaculis irrepſit in parietem, & ſpectãtibus illis, artificijq; nouitatẽ mirantibus prehẽſo laqueari per tegulas effugit, eoq; modo periculum euaſit. Hinc Eurybatiſſare verbum, id eſt malis moribus vti.

27 ¶Attabas et Numenius latrones fuerunt famoſiſſimi, qui ſequenti adagio locum fecerunt. Conuenerunt Attabas et Numenius, quoties improbus aggregatur cum improbo. Author Diogenianus apud Eraſmum.

28 ¶Ammianus Marcellinus ſcribit Arſacem Parthorum regem inter adoleſcentię rudimenta

rudimẽta doctorem fuiſſe latronũ, verũ mutato poſtea in melius propoſito multa glorioſe et fortiter egiſſe, ſuperato etiã Nicanore Seleuco Alexãdri ſucceſſore.

¶ Amaſis Herodoto teſte, quũ pecunia voluptati nõ ſufficeret, ſolebat circũeũdo furari. Et quũ repoſceretur/ab his quos expilauerat, eoſdem ad oraculũ ſiſtebat, a quo tamen ſępe conuictus eſt, et frequenter abſolutus. Neq; tamẽ deorum templa habuit curę, qui furtis eius pepercerant. 29

¶ Baliſta ludimagiſter quiſpiam ob infamiam latrociniorum lapidibus coopertus eſt, in quem Virgilius hoc diſticho luſit. Monte ſub hoc lapidum tegitur Baliſta ſepultus, Nocte dieq; tuum carpe viator iter. 30

¶ Barrabam fuiſſe latronem docent ſacroſancta Euangeliſtarum verba. 31

¶ Tetrinius teſte Suetonio fuit latro, qui quũ poſtularetur, & qui poſtularent Tetrinios eſſe ait Caligula imp. hoc eſt ipſos accuſatores latrones eſſe, & tales, qualis dicebatur Tetrinius. 32

¶ Expilauit Nero prouicias/ſpoliatis etiã in vrbe tẽplis, quod triũphis & religioni vniuerſus popul⁹ Ro. i metu ſacrauerat. Per Aſiã et Achaiã, nõ dona tãtũ, ſed ipſa etiã numiuũ ſimulachra quãtuliſcũq; ornata diuitiis abripuit. Author Cor. Tacit⁹. 33

¶ Dionyſius Sicilię tyrannus fana deorũ expilauit, eoſdem iocularibus verbis irridens. Nã (vt eſt apud Valeriũ) quũ fano proſerpinę Locris ſpoliato, ſecũdo vẽto veheretur, ridens amicis, videtis ne inquit, q̃ bona nauigatio ab ipſis diis immortalibus/ſacrilegis tribuatur? Idẽ cum Ioui Olympio aureũ magni põderis amiculũ detraxiſſet, laneũ iniecit palliũ, dicẽs ęſtate graue eſſe aureũ amiculũ, hyeme frigidũ/Laneũ vero vtriq; tẽpori aptiſſimũ. Idẽ Aeſculapio barbã aureã ademit dicẽs non decere filium eſſe barbatum patre imberbi. Inſuper mẽſas aureas et argẽteas e fanis abſtulit. Aureas itẽ pateras et coronas, quę ſimulachrorum manibus ſuſtinebantur. De hoc abunde etiam meminit Cic. lib. 3. de natura deorum. 34

¶ C. Verres Siciliam compilauit, ſublatis deorum ſimulachris/ornamẽtiſq; fanorum. Eum propterea Cicero comparauit Dionyſio. 35

¶ Pyrrhus e theſauro Proſerpinę Locrenſis pecuniam ſuſtulit. Vlciſcẽte demum numine, ſaxis illiſus in mari naufragium fecit. 36

¶ Fuit etiam Harpalus inſignis & felix prædo, qui authore Tullio diis illudebat, q̃ in illa fortuna tandiu viueret. 37

¶ Sambicus latro templum Dianæ expilauit in Elide. Quod flagicium quũ fateri nollet. annũ perpetuum exquiſitiſſimis cruciatibus ad mortẽ vſq; tortus eſt. Hinc adagium. Sambico grauiora pati. 38

¶ Leo imp. filius Cõſtãtini Capronymi coronam a Mauricio principe deo dicatã nefario capiti impoſuit, captus gemmarum & auri ſplendore. 39

¶ Fuluius flaccus Cenſor tectum marmoreum Iunonis Lacinię ſpoliauit, vtędem (quam dedicauerat equeſtri fortunæ) tegeret. 40

Pyratę.

Baſilus	Icarion	Thorias
Sextus Pompeius	Mnas	Bero.
Cerpalus	Rotho	

¶ Pyratę dicuntur prædones marini, qui nauigia cum mercibus inuolãt, eoq; furto queſtum faciũt. In his Baſilus a Lucano ponitur, vbi ait. Et Baſilum videre ducem noua furta per ęquor. ¶ Sextus Pompeius Pompeij magni filius pyraticam itidem exercuit. Idem Lucanus. Sextus erat magno proles indigna parente. Qui mox Scyllæis exul graſſatus in vndis, Polluit æquoreos Siculus pyrata triumphos.

¶Cerpalum Tortellius inter pyratas numerat. ¶Icarion quoq; nomẽ fuit ſequiſſimi pyratę. ¶Mnas quoq; fuit pyrata, qui ſub Sexto Pompeio oras Italiæ & omne circum pelagus prędatoria claſſe infeſtabat. ¶Saxo grãmaticus Rothonem quẽdam inter pyratas numerat. Ea tempeſtate (inquit) Rotho Rutenorum pyrata patriam noſtram rapinę & crudelitatis iniurijs profligabat. ¶Eodem Teſte Thorias et Bero pyraticum munus exercuerunt

Supplíciorum diuerſa genera.

Vngula	Cratis	Crurifragium
Aſcia	Anchora ferrea	Metalla
Runcina	Neruus	Lathomiæ
Rota	Icrion	Culeus
Centra	Paratilmos	Stigma
Scalę gemoniæ	Aporaphadinoſis	Beſtiæ
Suſpendium	Cyphon	Gyarus
Vncus	Archiuus	Exilium
Fuſtuarium	Colaſis	
Decimatio	Colus	

CYprianus apud Cęlium prodit vngulam fuiſſe tormenti genus / aitq; aſcias et Runcinas inter ſæuitiæ tormenta reperiri. ¶Rota tormentum eſt Germanis peculiare. Ariſtophanes apud Cæliũ. Rota torquere te illic neceſſe eſt, vt exculpatur / quod feciſti. Erat autem ſeruile ſupplicium. Rotæ inſerebantur noxij, & membratim radijs rotarum conuulſi lenta morte perimebantur. ¶Centra ſtimuli erant, quę admouebantur reis. ¶Scalę Gemonię ſeu Gemonij gradus, locus erat eminens / qui gradibus quibuſdam conſcendebatur. Eo trahebantur dãnatorum corpora. Legimus enim M. Claudio (cꝙ fœdã cum Corſis pacẽ feciſſet) ademptam libertatem, mox et ſpiritum extinctum. Corpus demum contumelia carceris & deteſtanda gemoniarum ſcalarum nota fœdatum. Dicuntur autem gemoniæ a loco gemitus et calamitatum. Suetonius in Cęſa. Tiberio. Imputauit etiã, cꝙ non laqueo ſtragulatum abiecerit in gemonias. ¶Suſpendiũ eſt ſupplicij genus, quo ducti ad furcas malefici faucibus laqueo conſtrictis infelicem reddunt ſpiritum. Quæ mors maxime erat probroſa. Nam in pontificalibus libris cautũ fuerat, vt tales inſepulti abijcerentur. Vnde et Virgili. de Amata Lauinię matre ſic ait. Et nodum informis lœthi trabe nectit ab alta. Plæriq; mortem hanc præpoſteram vocant. Ea hodie apud nos puniuntur latrones et homicidæ. ¶Vncus etiam nomẽ eſt tormenti. Nam infames multiſq; flagicijs adobruti poſt mortẽ vnco trahebantur in ſentinas et ſordium receptacula. Mortuo Cõmodo imperatore / ſenatus hunc in modum acclamauit. Qui ſenatũ occidit / vnco trahatur. Qui omnes occidit / vnco trahatur. Qui templa ſpoliauit / vnco trahatur. Hoc et alia inſtrumẽta Carnificinę quum oſtẽtaret Carnifex, ferũt Neronẽ ad voluntariã morẽ coactũ. Suetonius de Vitellio ſcribẽs / ait. Tandẽ apud gemonias minutiſſimis ictib⁹ excarnificatus et cõfect⁹ eſt, & ide vnco tract⁹ in Tyberim. ¶Fuſtuariũ dicitur caſtigatio fuſtiũ virgarũq; ſupplíciũ. T. Liui⁹. Fuſtuariũ meretur, qui ſigna relinquit / aut pſidio decedit. Antiquit⁹ in militari diſciplina duo fuerũt ſupplíciorũ genera, Fuſtuariũ et decimatio. Eum qui virgis cædit / Plautus virgatorẽ vocat. Liberũ erat cædi fuſtibus / virgis ſeruilę. Erat et Cratis ſupplicium apud priores / quo quis deiectus in aquam / crate ſuperne iniecta / ſaxis congeſtis obruebatur ¶Pauſanias anchoram

ferream

ferream eorũ ceruicibus adalligabat/ quos crudelius vellet caſtigare, eaq; affectos ignominia vniuerſo populo videndos exponebat. ¶Neruus ferreum erat vinculum/quo impediebantur pedes. Eo etiã ligabantur ceruices. Hinc Cato apud Gellium feſtiue dicit priuatos fures in neruo & cõpedibus vitã agere / publicos in auro et purpura viſi. ¶Icrion erat inſtrumentum,quo martyres cruciabantur. ¶Paratilmos ſupplicium erat,quo pauperes in adulterio deprẽhenſi puniebantur. Ditiores enim pecunia ſe redimebant, vt conſtat verbis Ciceronis/qui ſcribit Saluſtium, vẽnalem expoſuiſſe domum paternam/vt ſe adulterij crimine purgaret. ¶Aporaphanidoſis ſupplicium erat/ quo Raphani in pudendas reorum partes impingebantur. ¶Cyphon ligneum erat vinculum aut ferrum/quo maleficorum colla inuoluebãtur. Cyphoniſmus ipſum eſt ſupplicium. Hoc adhuc noſtra ætate viſitur. ¶Archiuus ſeu Archiuum locus eſt, ad quem damnati ducebantur,in quo qui legum placita riſui habuiſſet, diebus viginti vinctus Cyphone perſeuerabat nudus, melle et lacte delibutus,quo moleſtę eſſent illi apes et muſcę. ¶Draco vnicuiq; & quantulocumq; furto extremum ſupplicium id eſt mortem irrogauit. ¶Colaſis genus erat pœnę, quę adhibebatur cauſa caſtigandi aut emẽdandi. ¶Colus maſ. generis tormentum erat carnificinę ſeueritatis, quo rei flagellabantur. Ipſum erat Coriaceum, authore Feſto. ¶Crurifragium ſupplicium erat, quo crura malefici mutilabantur et infringebantur. Apul.lib.9. Tunc vxor egregia diras in eũ deuotiones deprecata et crurifragium eius abominata exangui formidine trepidantem adulterum abſcondit. Eodem modo Plautus Lumbifragium vocat Lumborum fracturam in Amphi.dicens. Nam ſi me irritaſſis,hodie Lumbifragium hinc auferes a me. ¶Damnari ad metalla ſupplicium fuit apud antiquos,quo vincti ſontes in opus metalli trahebantur,ſeu in metallicas mittebãtur fodinas. In calcariam quoq; et ſulphurariam damnabantur aliqui. Nam iuriſcõſulti inter pœnas metalli nominant ſulphurariam et calcariam,hoc eſt calcis fodinas et ſulphuris. Item Lathomiam vbi cæduntur lapides. Plautus. Tyndarus in Lathomias Lapidarias ab Egione damnatur. Fuit et Lathomię locus carceris Romę,& Syracuſis carcer. De Metallorum pœna Tranquillus in Caligula. Multos honeſti ordinis deformatos prius ſtigmatum notis ad metalla et munitiones viarũ / aut ad beſtias cõdemnauit/ aut beſtiarũ more quadrupedes cauea coercuit/aut medios ferro diſſecuit. Plynius in Epiſt. Erat fuſtibus cæſus/dãnatus ad metallum/ſtrangulatus in carcere. ¶Culeus ſaccus erat, in quo Simia/ ſerpens/canis/ & gallus gallicinaceus cum parricida includebantur/ac demum prẽcipitabantur in aquas. Iuue.Saty.8.de Nerone. Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia/non ſerpens vnus/non culeus vnus. Sueto-nius in Auguſto. Siquidem manifeſti parricidij reum ne culeo inſueretur, quod non niſi cõfeſſa afficiebãtur hac pœna/ita fertur interrogaſſe. Val.ſcribit M. Tullium duumuirum culeo inſutum in mare abijci iuſſum eſſe a Tarquinio rege ob libros ſecreta ſacrorum continentem/quem exſcribendum dederat. ¶Stigma dicitur nota/quę inuritur fronti reorum/in perpetuũ probri monumentũ Martialis. Frons hęc ſtigmate non meo notãda eſt. Iuuenalis.Saty.10. Mitius id ſane/quod non et ſtigmate dignũ Credidit. Quintianus in Cleopoli. Nota nulla doloſi Criminis/hãc preſſo ſignabit ſtigmate frontẽ. Suetonius de Auguſto. Valerium Catullũ (a quo ſibi verſiculis de Mamurra ꝑpetua ſtigmata impoſita nõ diſſimulauerat) ſatisfaciẽtẽ eadẽ die adhibuit cœnę. Vbi ſtigma metaphorice poſuit ꝓ infamia et ſugillatiõe. A ſtigma fit ſtigmatic⁹ id eſt publica notat⁹ infamia, Cicero. O miſerum/qui fideliorẽ & barbarum et ſtigmaticum putaret/q̃ coniugem. Ply-

nius ſcribit columbino fimo deleri ſtigmata. ¶Ad beſtias damnari etiam ſupplicium erat apud antiquos, quo rei cum beſtijs/ferisq; agreſtibus et ieiunis depugnabant. Propterea apud Gellium legimus Androdum a domino datum ad beſtias. Beſtiarij erant/qui beſtijs obijciebantur, aut in eas decertabant. Tertullianus. Iupiter eſt Romæ, quẽ ludis ſuis proluunt ſanguine beſtiariorum. ¶Gyaros eſt inſula in mari Aegęo, quo mittebantur noxij. Iuuenalis Saty. prima. Aude aliquid breuibus Gyaris et carcere dignum, Si vis eſſe aliquid. ¶Exilium ſeu mutatio patriæ/numeratur inter pœnas reorum. Exules aliter dicũtur relegati et deportati. Differunt tamẽ. Relegatis enim licebat vti bonis proprijs in exilio. Deportati vero nihil poſſidebant ex ſuis bonis.

¶Exules nonnulli.

M. Aemylius Lepidꝰ	Lucifer præſul	Tarquinius
L. Apul. Saturninus	Decius	P. Rutilius
Ariſtides	M. Marcellus	Thraſybulus
Boetius	Marius priſcus	Thucydides
Cliſthenes	Meletius	Cicero
Conon	Metellus	Hoſtaſius
Demarathus	T. Annius Milo	Berengarius
Dion	Montanus	Albertus
Dionyſius iunior	P. Nigidius	Benedictus. 5. Pont.
Egeſiſtratus	L. Opimius	Xenophanes
Euſtathius	Oribaſius	Ouidius
Euſebius	Paulus Diaconus	Pythagoras
Hylarius	M. Popilius	Solon
Ioannes Gothus	Protagoras	Lycurgus
Hippias	Philiſtus	Scipio
Liuius Salinator	Tullia	

M. Aemylius Lepidus quum vellet exules in vrbem reuocare, ipſe vrbe detruſus eſt. Reuerſus demum ad obſidionẽ vrbis, a Catulo cõſule et Pompeio pulſus/et hoſtis patrię iudicatus exulauit in Sardinia, vbi dolore animi perijt. ¶L. Apuleius Saturninꝰ tribunus p. quũ propter agrariã legẽ (quã per vim tulerat) aliaſq; item factiones videret ſe odioſum plęriſq; ſummatibus, Rhodum profectus eſt in voluntarium exilium. ¶Ariſtides Athenienſis poſt multa in Remp. beneficia, tandem ſua virtute incidit in odium malorum, quorum inuidia pulſus eſt in exilium, vbi tamen deos precatus eſt, vt omnia Atheniẽſibus pro voto & animi ſententia bene ſuccederent. ¶Boetius imperante Zenone exilio damnatus eſt a Theoderico rege, ob affectatę libertatis ſuſpicionem. ¶Cliſthenes Athenienſis (qui primus legem tulerat de exilio) primus exulauit. ¶Conon dux Athenienſis impatiens cladis, quam a Lyſandro Lacedæmonio/in conflictu nauali acceperat, ſponteneum delegit exilium, Iuitq; ad Artaxerxem regem Perſarum in Cyprum, cuius auxilio libertati patriam aſſeruit, cui prius ſeruitutem attulerat. ¶Demarathus Lacedæmonius, quum apud Athenienſes exularet, non potuit tamen furtim non monere patriam bellici apparatus/qui Athenis fiebat. ¶Diõ Syracuſanus quũ plærũq; monuiſſet Dionyſiũ iuniorẽ (apud quẽ in ſumma dignatione et familiaritate viuebat) vt patriæ libertatẽ reſtitueret, factus ei ſuſpectus & in exiliũ pulſus eſt. Vbi tamen ad liberandas Syracuſas animũ ſemper adiecit. Nam facto Apollini ſacrificio, habitaq; ad milites concione cõtra tyrannũ

copias mouit,quẽ facta deditione coegit exiliũ capere, quod pri⁹ aliis dabat. Hinc Adagium natũ. Dionysius Corinthi. De his/qui a prospera fortuna ad humilem redacti sunt. ¶Athenienses Demosthenem in exilium miserunt, q̃ pecunia fuisset corruptus ab Harpalo,qui fugerat ab Alexãdro,& Athenas se receperat. ¶Egesistratus Ephesius ob Tribulis sui necem exulauit. ¶Eustathius Pamphylius prę=sul Antiochenus sub Cõstãtino principe in exiliũ pulsus est Traianopolim Thraciæ ciuitatem, q̃ Arrianorum placita refelliſſet. ¶Eusebius Vercellensis præsul ob religionẽ et doctrinã a Constantino principe missus est Cappadociam in exiliũ. ¶Hylarius prę=sul Pictauensis, qui scripsit in Arrianos/relegatus est in Phrygiã. ¶Ioannes Gothus præsul Gerundensis,quũ sub Phoca principe Arrianam sectã oppressisset,ab hęreticis relegatus est. ¶Hyppias dux Atheniẽsis pulsus in exiliũ, Darium in patriam commouit. ¶Liuius Salinator quum de Illyrijs triumphasset, inuidiã sibi gloria cõparauit. Iudicatus enim reus peculatus,in voluntariũ exilium profectus est, postea tamen reuocatus Annibale Italiam opprimente. ¶Lucifer prę=sul Caralitanus a Liberio Pont. ad imperatorem Cõstantinum missus,ab eodẽ relegatus est Palestinã. ¶Decius Magi⁹ quũ Annibali Capuã intrãti solus assurgere nollet,ab eodem relegatus est. Quum autem in exilium traheretur/aperto capite vociferans,habetis inquit,libertatem Campani,quam petijstis. Semper enim patriæ deditionem dissuaserat. ¶M. Marcellus Pompeianarum partium vbi vidit Cęsarem victorem, Athenas profugit in exilium. Vnde proconsul Africę,domitiani tempore damnatus repetundarũ, q̃ Africam diceretur expilasse, actus est in exilium. ¶Meletius præsul Arrianę hęresis sectator,sub Diocletiano pulsus est in exilium, q̃ prę=ter opinionem/fidem nostram defendisset, quum tamẽ Arrianã vellet tutari. ¶Metellus Numydicus (qui de Iugurtha triũphauit) relegat⁹ est, q̃ in legem Apuleiam per vim latam iurare noluisset. ¶T. Annius Milo Massilię exulauit, q̃ cliens fuisset Ciceronis,in causa cędis Clodianę. ¶Montanum Vatienum oratorem patria Narbonẽsem Tiberius relegauit ad Baleares. ¶P. Nigidius Figulus,quem Lucanus Astrologiæ peritum fuisse scribit/mortuus est in exilio,teste Eusebio. ¶L. Opimius post Ful. Flaccum virum cõsularem,& C. Gracchum tribunitium oppressos,iudicio circunuentus & in exilium actus est. ¶Oribasius Sardianus mortuo Iuliano principe, quocum in summa familiaritate vixerat, inuidia succedẽtium principum/ & bonis spoliatus est/ & in exilium detrusus, vbi tamen in omni calamitate constante mansit animo.seq; philosophum verum exhibuit. ¶Paulus Diaconus Aquileiensis a Carolo magno relegatus est ad Diomedis insulam, q̃ Desyderio Longobardorum regi eiusdẽ Caroli inimico faueret. ¶M. Popilium Romani in exilium egerunt, q̃ missus cõtra Numantinos rem sua culpa male gessisset. ¶Protagoras Abderites Menandri filius/& auditor Democriti,accusatus ab Atheniẽsibus, q̃ Persarum magiam et religionẽ didicisset,spõte exulauit. ¶Philistũ Syracusanũ (qui res Siculas libris duodecim cõplex⁹ est) Dionysi⁹ senior i exiliũ pepulit, vbi tamẽ bonã historię partẽ absoluit. ¶Tullia Seruij Tulli filia acta est i exiliũ, q̃ sup facię parẽtis mortui currũ traxisset. ¶Tarquini⁹ Superbus,qui occiso Seruio Tullo regnũ sceleste occupauit,missus est in exiliũ cũ Tarquinio Collatino filio suo propter stupratã ab ipso filio Lucretiã. ¶P. Rutilius Cons. Cnei Manlij collega relegatus est a Syllanis. Deinde quũ reuocaretur, Malo inquit, vt patria exilio meo erubescat. q̃ reditu mœreat. ¶Thrasybul⁹ dux Atheniẽsis relegatus est a triginta tyrãnis Athenas p̃ vim occupãtib⁹,quos demũ collecta aliorũ exulũ manu, iuuante Lysandro Lacædemoniorũ duce expulit/ patrię q;

libertatem peperit. ¶Thucydides Athenienſis miſſus Amphipolim (quam rex Philippus per vim occupauerat)quum in proditionis ſuſpicionem veniſſet, actus eſt in exilium, quam tamen fortunam conſtantiſſime tulit. ¶Cicero ob Clodij inimicitiam actus eſt in exilium. Quod ęgre adeo tulerunt Romani, vt viginti hominum millia veſtem mutauerint. Tandem tamen rediit magno omnium plauſu & vniuerſa prope Italia illum ſuis humeris reuehente. ¶Hoſtaſius Rauennæ dominus a ſuis ciuibus relegatus eſt, q̃ in ocio et ignauia torpeſceret, publicæq; adminiſtrationi ineptus videretur. ¶Berengarius Imp. & Albertus eius filius ab Othone victi & in exiliũ pulſi ſunt. ¶Benedictus quintus Pont. Maximus ab Othone imperatore relegatus eſt, ſuffecto Leone octauo. ¶Xenophanes annis. 65. exulauit a patria. ¶In exilio ſupra ſeptẽ annos verſatus eſt Ouidius, vbi tamen barbaras gẽtes adeo ſibi demeruit, vt in eius obitu Getæ ac Tomitani lachrymas cohibere nequiuerint. ¶Spõte Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus Lacedęmona, Romã Scipio. ¶Interrogat⁹ Socrates cuias eſſet, Reſpõdit ſe ciuẽ mũdi.

Viri Celebres mortui in aliena terra.

¶Samos genuit Pythagoram, texit Metapõtus. ¶Ciceronem Arpini ortum, nutritum Romæ, Sinus Caietanus vidit exanimem. ¶Plynũ infantem lauit Atheſis, grandęuum extinxit Veſeuus. ¶Virgiliũ dedit Mãtua, Brunduſium abſtulit. ¶Genuit Ouidium Sulmo/ Ponticum exilium ſuffocauit. ¶Terentium Carthaginẽſem, quem Roma docuerat, Arcadia ſepeliuit. ¶Horatium Appulum, Ennium Calabrum, Statiũ Narbonenſem, Auſonium Burdegalum, Duos ſenecas et Lucanum Cordubenſes, Plautum Arpinatẽ/ Lucilium Aruncũ, Pacuuium Brunduſinum, Iuuenalem Aquinatem/ Propertium Vmbrum/ Valerium Antiatem, Catullum Veronenſem, Varum Cremonenſem, Gallum Foroliuiẽſem/ Actium Piſaurenſem/ Caſſium Parmenſem, Claudianũ Florentinũ/ Perſium Volaterranum tumulauit Roma. ¶Alexandrum Pella genuit, Babylon peremit. ¶Cyrum Perſis tulerat, Scythia trũcum tulit. ¶Craſſum & Pompeium tulerat Roma, Hũc Aegyptus, illum Aſſyria ſuſtulit. ¶Catoni principium & nomen dederat Roma, finem & cognomen Vtica. ¶Cornelios Scipiones Roma genuit, Hiſpania obtuit. ¶Deciį extra patriam ceciderunt, Pater cum latinis pugnans, cũ Ethruſcis filius. ¶Aemyliũ Paulum Cumę, Claudium Marcellum Venuſia, Tiberium Gracchũ tumulauit Lucania, omnes natos Romę. ¶Druſus obiit in Germania, Marcellin⁹ Baionę. ¶Tarquinius Cumis, Sylla Puteolis expirarunt. ¶Auguſtus Cęſar apud Nolam Campanię. ¶Tiberius apud Cãpanię Miſenum. ¶Traianus in occidẽte natus, in Oriẽte mortuus eſt. ¶Septimius Seuerus ortũ habuit in Africa/ Imperiũ in Italia, tumulum in Britannia. ¶Theodoſium ortum in Hiſpania, mediolanum terra operuit. ¶Annibalẽ Africę lumen cepit vrna Bithynica. ¶Theſeum/ Themiſtoclem & Solonẽ Athenienſes ſepeliuerũt Syrus/ Perſis/ Cyprus. ¶Hæc exẽpla debes Petrarchę lector optime/ qui in dialogo de moriente extra patriam hæc affert. Faciamus nunc auctarium noſtro labore. ¶Sextum Turpilium Romæ natum/ abſtulit Sinueſſa. ¶Hermolaũ Barbarum natione Venetum, Romę peſtilẽtia ſuffocauit. ¶Q. Cornificiũ Ro. militaris factio foris abſtulit. ¶Aemyli⁹ Macer Veronenſis obiit in Aſia. ¶Cn. Norbanus a Sylla victus, apud Rhodios voluntariam oppetiit mortem. ¶Nero extra vrbem ſeipſum confodit. ¶Otho apud Bebryacum mortuus eſt. ¶Labeonẽ Marſum Ro. tumulauit Macedonia. ¶Maguentium imperatorem vidit Roma/ Lugdunum habuit mortuum. ¶Cleomeni Lacedæmonio tumulũ præbuit Aegyptus. ¶Demoſtheni Athenienſi Calabria.

¶Critolao

¶Critolao ducí Achęorum Thermopylę. ¶Themiſtocles Atheniēſis in Perſide taurinum hauſit ſanguinem/eoq; periit. ¶Iugurtham peperit Numydia/ mortuū vidit Roma. ¶Naſcentem Aeneam vidit Simois in Aſia/ Raptū abſorbuit Numycius in Italia. ¶Didoni patria fuit Phœnicia, Carthago tumul⁹. ¶Aiacē Oilei rapuit mare, quē Gręcia tulerat. ¶Lęandrum Abydenū. Aegeum Athenienſem. Aegyptiū Pharaonē, Męnādrū poetam/Palinurū et Miſenum nō ſua ſed piſcium extinxit patria. Reperirem huiuſmodi exēpla numero prope infinita, niſi timerē/ ne nimia copia ſaturis plus æquo ſtomachis nauſeam excitaret.

Contemptores deorum.

1	Glaucus	16	Cambyſes		Diocletianus
2	Aiax	17	Capaneus		Athanaricus
3	Pub. Clodius.	18	Dionyſius	29	Euarix
4	Lycurgus	19	Xerxes	30	Demonax
5	Pentheus	20	Phlegyas	31	Anaxagoras
6	Cleopes	21	Salmoneus	32	Ilice
	Amaſis	22	Celmis	33	Turcę
7	Teuthis	23	Diagoras		Othomanus
8	Pyrrhus	24	Theopolemus	34	Leo Armenius
9	Mezentius	25	Cyanippus		Theophilus
10	Lycaon		Armitus	35	Genſericus
11	Alcithoe	26	Theron	36	Heroſtratus
12	Eriſicthon	27	Leo	37	Brennus
13	Prœtides	28	Traianus	38	Ful. Flaccus
14	Atalanta		Decius	39	Pleminius
	Hippomenes		Valerianus		Pyrrhus
15	Diomedes		Galenus	40	Milites Alex.

1 GLaucus quum ſacra Veneris contemneret/ illa irata eius equabus furorem immiſit, quibus vtebatur ad currum/eumq; morſu dilacerauerunt.

2 ¶Aiax Oilei filius Caſſandrā in templo Mineruæ ſtuprauit, dea facinus vlciſcente, fulminatus eſt in mari, dum euerſo Ilio redire vellet in patriam.

3 ¶Pub. Clodius Pompeiam. Q. Pōpeij filiam et Syllæ neptē inter publicas bonę deę cerimonias adulterauit.

4 ¶Lycurgus rex Thracū, contēptor fuit Bacchi. Propterea vlciſcēte numine cruribus ſuis aſciam illiſit, dum vellet amputare vites. Propertius lib. 3. Veſanūq; noua nequicq̄ in vite Lycurgū. Propterea a poetis bipēnifer & ſecuriger appellatur, q̄ ſecuri ſeipſum offenderit. Ouidius lib. 4. Meta. Penthea tu venerande, ſecurigerumq; Lycurgum Sacrilegos mactas. Idē lib. 5. Triſt. Oſſa bipēnifer ſic ſint male preſſa Lycurgi. Impia nec pœna Pētheos vmbra vacet. Seneca in Oedipo. Regna ſecurigeri Bacchum ſenſere Lycurgi.

5 ¶Pentheus Echionis et Agaues filius/ dum ſacra Bacchi deſpicaretur, a matre/ cęteriſq; Mænadibus interfectus eſt. Propertius. Pentheos in triplices funera grata greges.

6 ¶Herodotus ſcribit Cleopem Aegypti regem templa omnia obſeraſſe, ne populus ſacrificaret diis. ¶Amaſis quotieſcūq; accuſabatur furti(erat enim maximus prædo, vt iam diximus)cauſam deferebat ad deos, velut iniuſte accuſatus hominum querimonia. Conuictus a diis, neq; eorū templa curę habuit/ nec illis ſacrificauit, tanq̄ male de eo mererentur, q̄ falſa(vt dicebat)oracula redderent.

7 ¶Teuthis fuit quíſpiam princeps, qui ad expeditionem Troianam cum Græcis nauigare volens/dum in Aulidis rupes impegiſſet, indignatus Palladem vulnerauit haſta. Vnde exitiali morbo correptus eſt.

8 ¶Non erubuit Pyrrhus Achillis filius Priamum ſenio confectum ad aram Iouis Erceí interficere. Virgil. lib. 2. Aen. Hoc dicens altaria ad ipſa trementem Traxit/ & in multo lapſantem ſanguine nati Implicuitq; comam læua / dextraq; coruſcum Extulit/ & lateri capulo tenus abdidit enſem.

9 ¶Inter cõtẽptores diuũ numeratur Mezẽtius a Virgil. Lib. 7. vbi ait. Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris Contemptor diuum Mezentius. Fuit enim impius in homines ſine deorum reſpectu, Inquit Macrobius.

10 ¶Lycaon rex Arcadię quum Ioui pararet inſidias, ab eodem mutatus eſt in Lupũ, vt fabulantur poetę. Vnde Iupiter apud Ouidiũ Lib. 1. Meta. ſic loquitur. An ſatis o ſuperi tutos fore creditis illos, Quum mihi q̃ fulmẽ, qui vos habeoq; regoq;, Struxerit inſidias notus feritate Lycaon.

11 ¶Alcithoe fuit etiam cõtemptrix Bacchi. Ouidius lib. 4. Meta. At non Alcithoe Mineias orgia cenſet Accipienda dei, ſed adhuc temeraria Bacchum Progeniem negat eſſe Iouis, ſociaſq; ſorores Impietatis habet. Idem. Et adhuc Mineia proles Vrget opus, ſpernitq; deum, feſtumq; profanat.

12 ¶Eriſicton Theſſalus Cereris (quam aſpernabatur) lucum abſcidit. Vlciſcente dea ad tantam redactus eſt famem, vt ſua ipſe membra corroſerit. Ouidius Lib. 8. Meta. Pater huius erat, qui numina diuum Sperneret, & nullos aris adoleret honores. Ille etiã Cereale nem⁹ violaſſe ſecuri Dicitur, & lucos ferro temeraſſe vetuſtos

13 ¶Prœtides filię Prœti Argiuorum regis Iunoni ſe præferentes ab eadem mutatę feruntur in vaccas. Alii fabulãtur hoc factum, q̃ Venerem ſpreuiſſent.

14 ¶Atalanta & hippomenes venereo cõcubitu templũ Cybeles profanarunt. Vterq; demum leones facti ſunt vlciſcente numine. Anthor Ouidius lib. 10. Meta.

15 ¶Diomedes Tidei filius Venerem in bello Troiano læſiſſe fertur. Ouidius lib. 1. Eleg. Peſſima Titides ſcelerum monumenta reliquit. Ille deam primus perculit. Idẽ. lib. 1. de Reme. Non ego Titides, a quo tua ſaucia mater In liquidum rediit æthera martis equis.

16 ¶Cambyſes rex Perſarum templa & leges ludibrio habuiſſe fertur. Vbi enim potitus eſt Aegypto, Vulcani templũ ingreſſus, riſu et conuicijs inſectari cœpit. Alia etiam ſimulachra per ſummam iocorum licẽtiam cauillatus exuſſit. Apertis item conditorijs mortuorum cadauera introſpicere maximę duxit voluptati.

17 ¶Capaneũ ſcalarum repertorem (quem poetæ fulminatum fuiſſe dicunt) deorũ contemptorem vocat Statius lib. 3. Theba. vbi ait. Sed enim ipſe manu prẽgreſſus auorum Facta, diu tuto ſuperum contemptor, & æqui Impatiens.

18 ¶Iam diximus in capite de latronibus et ſacrilegis, Dionyſium Syracuſanum templa deorum ſpoliaſſe, ſuiſq; furtis gratulatum, dijs ipſis illuſiſſe. Stroza pater. Auratas veſtes Siculi non more tyranni Dextera de ſanctis traxit imaginibus. Haud vlli per me contempto numine diuum Sacrilega ablata eſt aurea barba manu.

19 ¶Xerxes rex Perſarũ notatur impietatis, q̃ Neptuno maris deo cõpedes/ & Soli tenebras minaretur. Idem Stroza. Nec veluti Xerxes, Neptuno vincla minamur, Claſſibus inſolitum quum patefecit iter. Idem Templa in Græcia inflammauit, q̃ parietibus includerent deos/ quibus omnia deberẽt eſſe patentia ac libera, quorum hic mundus omnis templum eſſet ac domus. Author Cicero lib. 2, de legibus.

20 ¶Phlegyas rex Lapytharum & Ixionis pater templum delphici Apollinis incen-

dit. Hinc ad inferos detruſus ibidem grauiſſime punitur. Virgil. lib. 6. Aen. Phlegyaſq; miſerrimus omnes Admonet, & magna teſtatur voce per vmbras. Diſcite iuſticiam moniti/et non temnere diuos.

¶Salmoneus Aeolí filius Iouis fulmina in aere ſimulabat, vt deus ī Elide crederetur. Virgil. lib. 6. Aen. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas, Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur olympi. Quattuor hic inuectus equis/et lampada quaſſans Per graium populos/medięq; per Elidis vrbem Ibat ouans, diuūq; ſibi poſcebat honores Demens, qui nymbos/& non imitabile fulmen Aere, & cornipedum curſu ſimularat equorum. 21

¶Celmis vnus fuit ex Idęis dactylis/qui matrem deorum Rheam violauit ſtupro. 22

¶Diagoras melius Atheniēſium ſacrorum myſteria & cerimonias adeo neglexit, vt permultos auerterit a religione. Idem arcana myſteria (quę non licebat profanis inuulgare) omnibus detexit. Propterea Athenienſes eum in exilium pepulerunt, talento propoſito, ſi quis hominem compertum occidiſſet. 23

¶Theopolemus & hiero fratres Apollinis fanum expilarunt. Quo facto pœnam iudicij reformidantes domo profugerunt. Author Cicero in quinta Verrina. 24

¶Cyanippus Syracuſanus ſoli Baccho ſacra facere neglexit. Iratus deus tantam ei ebrietatē immiſit/vt repertam in tenebris filiam nefando coitu ſtuprauerit. ¶Contemptor eius numinis Armitus ebrius factuseſt/& Medulinę filię vlciſcente deo ſe commiſcuit. 25

¶Theron rex citerioris Hiſpanię furore correptus templum Herculis apud Gades expugnare voluit & incendio dare. Iratus deus fecit/vt eius naues īprouiſo igne corriperentur. Author Macrobius. 26

¶Leo imperator apud Conſtantinopolim ſanctorum imagines depoſitas incēdit, iuſſitq; Romano pontifici, vt idem faceret, ſi imperialē|gratiā ſibi promereri vellet. 27

¶Tertius poſt Neronem ſęuijt in Chriſtianos & religionem catholicam Traianꝰ imperator, ſub quo Clemens. 3, Pontifex, Symeon Hyeroſolymitanus epiſcopus, Ignatius Antiochenus epiſcopus paſſi ſunt. ¶Imperator quoq; Decius multa chriſtianorum millia dedit morti. Quod etiam fecerunt Valerianus & Galenus filius. Vnde pater a principe Turcarum deo volente captiuus ductus/in miſera ſeruitute cōſenuit. ¶Diocletianus per annos quattuor eadē rabie debacchatus eſt in orthodoxę fidei cultores. ¶Athanaricus Gothorum rex multos itidem Chriſtianos variis tormentorum generibus enecauit. Alios detruncauit gladio, quoſdamin exilium pepulit, & ibidem fame & ſiti languere ad mortem coegit. Hinc iuſta numinis ira miſerum exhalauit ſpiritum, ſanguinis fluxu toto corpore erumpentis. 28

¶Euarix rex Gothorum, templorū aditus ſpinis obſerabat et ſepiebat, vt introeundi raritas obliuionem religionis induceret. Clericos carceribus includebat. Nullum omittebat tormenti genus, in quo feritatem ſuam non exerceret. 29

¶Demonax Philoſophus Adriani tempore, adduci nunq̄ potuit/vt ad Eleuſina ſacra ac myſteria accederet. Propterea accuſatus a populo, vt religionis cōtemptor, factum excuſauit/teſtatus ea ſacra merito eſſe ſibi ſuſpecta, quæ in occulto fierent. Nam ſi bona eſſent, dicebat ea manifeſtari oportere, ſi mala, debere refugi. 30

¶Anaxagoram Clazomenium Athenienſes in vincula coniecerunt, q̄ ſolem igneum dixiſſet eſſe lapidem, non deum, quem tamen illi pro deo colebant. 31

¶Ilice filia Ibyci Lydij vltione Martis (quem aſpernabatur) in furorem verſa, e ſcopulo ſe precipitauit. 32

¶Imperante Conſtantino Manuelis filio, quū Turcę Conſtātinopolim cepiſſent, 33

nullę ſcelerum facies defuerũt, nulla dignitatis, ſexus aut ætatis habita eſt ratio. Stupra cædibus/cædes ſtupris additę. Templa ſanctorum diruta ſunt. Oſſa martyrum canibus & ſuibus obiecta. Redemptor ipſe iterum crucí affixus, Luto limoq; deformatus eſt. Nullum omiſſum eſt ludibrium, quod prius exercuiſſent iudęi. Princeps tantę feritatis Othomanus vbi ſatis in ſanctorum reliquías & ſimulachra ſęuitum eſt, feritatem conuertit in vtriuſq; ſexus homines, quos omnes more porcorum gregatim occidit, pręter nonnullas liberali forma fœminas/ quas ad maiorem libidinis ignominiam reſeruauit. Hoc autem factum eſt in annum ſalutis. 1453.

34 ¶ Leo Armenius imperator parta de Bulgaris victoria diuorum imagines deleri penitus iuſſit, paulopoſt a Michaele Traulo per inſidias iugulatus. ¶ Theophilus quoq; imperator poſt Michaelem Traulum, quum ſanctorum imagines itidẽ odio haberet, multos earum cultores ad mortem cædi iuſſit.

35 ¶ Genſericus princeps Vãdalorum quum Carthaginem cepiſſet, omneſq; opes interfectis ciuibus in ius ſuum vertiſſet, animum ad eccleſiarum ſpoliationem adiecit, quas ſacris vaſis exinanitas, & ſacerdotum adminiſtratione priuatas, equorum ſuorum fecit ſtabula.

36 ¶ Heroſtratus templum Epheſię dianę toto orbe nominatiſſimum, et inter ſeptem orbis miracula nominatum incendio dedit, vt immortalitatem nominis ſibi compararet. Author Gellius.

37 ¶ Brennus dux Gallorum Senonum templum Apollinis Delphici cauſa prędę ingreſſus, ira numinis ſe interfecit. Author Valerius.

38 ¶ Fuluius Flaccus in Cenſura tegulas marmoreas ex Iunonis Lacinię templo detraxit/ & in ędem fortunę equeſtris, quam Romę faciebat, trãſtulit. Poſt quod factum negatur mente conſtitiſſe, Quin etiam per ſummam animi ęgritudinem expirauit, quum ex duobus filijs in Illyrico militãtibus alterum deceſſiſſe, alterũ grauiter vulneratum audiſſet. Author idem Valerius Maxi.

39 ¶ Pleminius Scipionis legatus theſaurũ Proſerpinę apud Locros ſpoliauit, nec defuit vltio. Nam poſtea in carcere teterrimo genere morbi conſumptus eſt.
¶ Pyrrhus quoq; e Sicilia rediens theſauros Locrenſis Proſerpinę intactos ad eam diem ſpoliauit & impoſuit claſſi, quę poſtera die vicinis deę littoribus illiſa naufragium fecit.

40 ¶ Milites Alexandri, qui Mileſię Cereris templum ad prędam irruperant/ flamma obiecta/ priuati ſunt oculis.

¶ Hęretici nonnulli.

1 Aętius
2 Amonius
3 Apollinaris
4 Arrius
5 Berillus
6 Carpocrates
7 Cherinthus
8 Ebion
9 Helcheſaitę
10 Eluidius
11 Eudoxus
12 Eunomius
13 Eutyches
14 Euſebius
15 Fauſtus
16 Iouinianus
17 Pollio
18 Manes
Paulus pręſul
19 Meletius
20 Menander
21 Meſſaliani
Datoſius
Phibas
Dalphidius
22 Montanus
23 Monothelitę
Sergius
24 Nauatus
25 Nepos
26 Neſtorius
27 Nicolaus
28 Paulus Samoſatenus
29 Praxeas
30 Photinus
31 Sabinus
Sabellius

32 Sabellius
33 Simon magus
34 Symmachus
35 Saturninus
Basilides
36 Theodorus
37 Tertullianus
38 Apelles
39 Acephali
40 Almericus
41 Barbara
42 Cerdo
43 Ioannes hus
44 Alogij
Aquarij
Adamiani
Nyctages
Himerobaptistę
45 Marcion
46 Templarij
47 Donatus.

AEtius sophista Antiochenus primum Christianus, Arrianorũ sectę post- 1
modum adhęsit. Vnde Antiochia pulsus est, & Atheos vocatus.

¶Amonius Alexandrinus pręceptor Origenis, fuit a puero Christianus 2
Prouectior vero factus/ad philosophiam se conuertit deserta fide.

¶Apollinaris iunior, dicebat animam a deo verbo facto non assumptam, aut si as- 3
sumpta esset, non habere mentem. Huic propterea Christianorum commercio in-
terdictum est.

¶Arrius Alexãdrinus Armodij filius, filium deum ab æterna patris substãtia se- 4
parabat. Ad quam hęresim refellendam iussu Constantini Imperatoris celebrata
est Synodus Nicena/cui interfuerunt Alexander & Pãnutius pręsules, Item Atha
nasius diaconus cum. 318. alijs pręsulibus, qui explosa Arrij sententia, filium patri
consubstantialem fecerunt. Arrius in exilium pulsus, magnam nihilominus turbam
hominum in suam traxit sententiam, sed non impune. Nam dum in latrina corpo-
ris excrementa egereret, animam cum intestinis emisit.

¶Berillus Bostrenę vrbis Arabię pręsul dicebat Christum redẽptorem ante hu- 5
manitatem non extitisse, nec propriam diuinitatis habere substantiam, sed tantum
patris in eo habitasse Quem eius errorem ita repressit Origenes, vt tandem eum ad
meliorem mentem reuocauerit.

¶Carpocrates hęreticus Simonis magi superstitiones imitatus est, quas palam tra- 6
debat.

¶Cherinthus dicebat regnum Christi post resurrectionem Hierosolymis futurũ, 7
vbi mille annis homines libidini & voluptatibus indulsissent.

¶Ebion putauit christum purum esse hominem sine vlla deitate, perfectum tamẽ 8
et omni virtute cumulatissimum. Eius sectatores vocantur Ebionitę.

¶Helchesaitę quędam de scripturis refutabant/& quędã rursum admittebant no- 9
uę ac veteris legis testimonia. Paulum apostolũ penitus respuebant. Librum quen-
dam circunferebant, quem dicebãt de cœlo lapsum, cuius verba si quis audisset/de-
lictorum veniam consequeretur.

¶Eluidius Auxentij discipulus fatebatur virginem peperisse, verum postea con- 10
gressam viro dicebat alios suscepisse liberos fratres domini. Insanam eius opinio-
nem confutat Hieronymus.

¶Eudoxus pręsul Constan. fuit imitator Arrianę sectę, Valentis principis ætate. 11

¶Eunomius pręsul Cyzicenus diuinitatem negabat in christo. Plurima scripsit cõ- 12
tra fidem, & differendi leges suis sectatoribus reliquit. Hunc Gregorius Nazianze
nus & Gregorius Nisseus pręsules suis argumentis confutarunt.

¶Eutyches Cõstantinopolitanus discernebat christum a verbo dei. Negabat prę- 13
terea christi carnem similẽ esse nostrę, duasq; in eo naturas inficiabat. Aiebat ipsum
Christi corpus e cœlo descẽdisse, & in virginis vterum tanq; Solis radios penetrasse
In hunc celebrata est quarta Synodus.

¶Eusebius Nicomediensis pręsul secutus est Arriũ, cui & multos peperit assecias. 14

15 ¶Fauſtus Afer ſecta fuit Manicheus. Scripſit libros in Orthodoxam fidem, quibus abunde reſpondit Auguſtinus.

16 ¶Iouinianus nuptias virginitati preferebat, ſecutus opinionem ſtoicorum de virtutum & viciorum equalitate. Eius ſcriptis reſpondit Hieronymus.

17 ¶Pollio Macedonius dicebat ſpiritum ſanctum nihil habere commune cum patre & filio. Fatebatur tamen filium patri ſimilem.

18 ¶Manes hereticus Imperante Aureliano Romam venit e Perſide. Hic ponebat duo principia inuicem contraria. Dicebat ſe natum ex virgine, & in montibus educatum. Ponebat vnicam in Chriſto naturam diuinam. Eius vero humanitatem dicebat eſſe phantaſticam, cauſatus non eſſe veriſimile deum pati voluiſſe. Contra vero Paulus preſul Antiochenus affirmauit Chriſtum ſimplicē fuiſſe hominem, maximum alioqui prophetam. De Manete ſic ait Euſebius. Manes hereſiarcha, genere Perſa, vita & moribus barbarus, tam acer ingenio, vt ex nominis argumento inſanire videretur. Deniq; Chriſti ſe nunc formā gerere conabatur oſtendere, nunc ipſum ſe eſſe paracletum dictitabat, eiuſq; more duodecim diſcipulos quaquauerſum ducebat, qui ſtultiſſima dogmata nunciarent. Sectatores eius dicti ſunt Manichei.

19 ¶Meletius preſul in Aegypto Arrianis adheſit, habuitq; multos aſſeclas, eos maxime qui Petro preſuli Alexandrino aduerſabantur.

20 ¶Menander magus genere Samaritanus ſeruatorem ſe vocabat, ex Olympo ad hominum ſalutem demiſſum. Docebat nullo pacto angelos ab hominibus vinci poſſe q̄ magice artis diſciplina. Varias paſſim hereſes diffudit, quarum lolio multorum oculos viciauit.

21 ¶Meſſaliani cuiuſdam demonis effectum expectabāt, quem ſanctum ſpiritum arbitrabantur. Reijciebant opus manuum tanq̄ malignum, Somnio & ocio indulgebant. Eius ſecte principes fuerunt Datoſius, Phibas, Dalphidius.

22 ¶Mōtanus Phryx natione vocabat ſe paracletum. Multos in ſuam traxit hereſim, et in his Priſcam & Maximillā, quas eo redegit inſanie, vt relictis viris eum ſequerentur, eiuſq; inſpiratione ſpiritum propheticum habere ſe crederēt. Sectatores habuit, qui Cataphrygæ dicuntur. Hi ſpiritum ſanctum ſibi non apoſtolis infuſum predicabant.

23 ¶Monothelite duas in deo voluntates negabāt diuinam ſcilicet & humanam, quū tamen res aliter ſe habeat. Nam chriſtus multa vt homo voluit & fecit. Multa item vt deus. Contra hos celebrata eſt ſexta Synodus Anno ſalutis. 585. Secte princeps fuit Sergius preſul Conſt.

24 ¶Nauatus preſbyter Ro. ſectam inſtituit Nauatianorum, qui ſe mundos & puros appellabant. Hic in tantam lapſus eſt demētiam, vt eos (quibus Euchariſtiam prebebat) prius iurare cogeret, ſe nunq̄ Cornelium pontificem ſecuturos.

25 ¶Epiſcop⁹ fuit in parte Aegypti Nepos nomine, qui dicebat ſanctos in terris cum Chriſto mille annis regnaturos in libidine & voluptate.

26 ¶Neſtorius Germanicus preſul Conſtanti. cœlum ſuis ſectatoribus promittebat. Chriſtum hominem tantum eſſe predicabat, duas negādo naturas. In hunc celebrata eſt tertia Synodus ſub Theodoſio iuniore.

27 ¶Nicolaus (a quo Nicolaitarum ſecta orta eſt) legem matrimonij refellebat, volebatq; promiſcuos eſſe concubitus.

28 ¶Paulus Samoſatenus homo multe arrogantie & nullius prope ſapientie pſalmos ſolitos cantari vetuit. Hiſq; alios ſuffecit, quos in ſuam ipſe laudē conſcripſerat. Negabat filium dei de cœlo deſcendiſſe, ſed in vtero virginis initium habuiſſe.

¶Praxeas

¶Praxeas Aſiaticus plures negabat perſonas in trinitate, ſed eundē patrē & creaſ= 29
ſe omnia/& in cruce pependiſſe, q̄ (vt dicebat) communicata pluribus monarchia
authoritatem principatus minuat. Huius argumentis reſpondit Tertullianus.
¶Photinus prę̄ſul Smyrnęus humanam ſolum naturam in Chriſto poſuit / inſtar 30
Ebionitarum.
¶Sabinus prę̄ſul Heraclęę ſecta fuit Arrianus. Is Chriſtianos omnes (qui in Syno 31
do Nicena ab Arrio defecerant) idiotas vocabat & ignauos/eoſq; infirmitate inge
nij lapſos dicebat.
¶Sabellius hęreticus negabat Chriſtum dei filium, primogenitumq; omnis creatu 32
rę̄. Atq; etiam ſpirituſſancti auferebat intellectum. Ponebat vnicam ī trinitate per=
ſonam. Hinc varię factiones & malorum germina pullularunt. Eius ſectatores Sa=
bellianī dicuntur. Sunt qui Sabinum & Sabellum eundem faciant.
¶Simon magus natione Samaritanus multos artibus magicis & ope dęmonum elu 33
ſit Romę, Imperante Claudio principe, ita vt numinis loco habitus ſit/et honore ſi=
mulachri decoratus, cū hac ſubſcriptione. Simoni deo ſancto. Eū ſamaritani omnes
& deum fatentur. Sunt qui dicant eum, quum per aera deuolaret, Petri precibus ce=
cidiſſe, eaq; ruina miſeram exhalaſſe vitam.
¶Symmachus vnus ex interpretibus bibliorum, putauit Chriſtum ex cōcubitu Io= 34
ſeph & Marię natum. Quam inſaniam probare voluit ex Euangelio Matthęi.
¶Saturninus Antiochen⁹ ſecutus eſt hęreſim Menandri magi ¶Baſilides ſcripſit 35
in Euangelium. 24. commentarios, confinxitq; prophetas quoſdā vt Barabam &
Barcob, alioſq; barbaris nominibus nūcupatos. Hic iſtar Pythagorę ſectatores ſuos
quinquennio ſilere iuſſit.
¶Theodorus Coriarius humanam tantum naturam tribuebat Chriſto. Fatebatur 36
tamen verbum dei in eo habitaſſe ob excellentem virtutem, Mariamq; non dei ſed
hominis tantum matrem eſſe. In hunc celebrata eſt quinta Synodus, Iuſtiniani prin
cipis & Vigilij pontificis tempore anno ſalutis. 540, vbi ſancitum eſt, vt Maria
Theotocos id eſt dei mater vocaretur.
¶Tertullianus patria Carthaginenſis, quum in fide aliquandiu perſtitiſſet, tādem 37
Clericorum Ro. contumelijs ad Montani dogma delapſus eſt.
¶Apelles hæreticus dicebat in Chriſto fuiſſe corpus phantaſticum, prophetias 38
non recipiebat/q̄ ſeſe reſcinderent/& implicarent contradictionem.
¶Acephali duas in Chriſto negabant naturas, nullo eius opinionis authore. Vnde 39
& traxerunt nomen.
¶Almericus hæreticus dicebat Ideas in mēte diuina creare & creari. Hunc Inno= 40
centius. 3. cremari iuſſit Lutecię.
¶Barbara Sigiſmundi Imperatoris coniunx ſtultas vocabat virgines pro Chriſti 41
nomine paſſas, q̄ voluptatis gaudia non guſtaſſent. Dicebat animas cū corporibus
interire/nec futuram aliam vitam poſt hanc/quam viuimus.
¶Cerdo hęreticus aſſerebat duo fuiſſe contraria principia. Eius aſſeclæ dicti ſunt 42
Cerdoniani.
¶Ioānes Hus & Hieronymus, quum ſceleratiſſimas hęreſes Bohemorum animis 43
inculcaſſent, ſententia publici conſilij incendio & flammis deuoti ſunt.
¶Alogij hęretici verbum negabant eſſe deū, ſpreta Ioannis Apocalypſi. ¶Aqua 44
rij fuerunt hęretici quidā, qui ſolam aquam offerebant in calice ſacramēti. ¶Ada=
miani exemplo Adam nudi ac ſine vllis veſtibus degebant/eoq; modo cum fœmi=
nis verſabātur/aſſerentes illud in vita melius putādum eſſe/ quod ad naturam ma=

gis accederet. ¶Nyctages vniuerſam noctem ſomno & quieti concedebant, dicentes naturę genium violari atq; corrumpi/ſi ipſo noctis tempore vigilaretur.
¶Himerobaptiſtę apud Iudęos vocati ſunt hęretici, qui ſeipſos & ſua veſtimenta quotidie abluebant.

45 ¶Marcion hæreticus bina principia binoſq; deos ponebat, bonũ ſcilicet et malum.

46 ¶Templarij hęretici emerſerunt anno poſt imperium Auguſti. 1030. Hiſolymi⁹ in tantam ſanctitatis opinionem venerunt, vt breui tempore multas diuitias ac templa ſibi comparauerint, a quibus templarij dicti ſunt, q⁹ frequentes & aſſidui verſarentur in templis. Idem Chriſti ſacris impudentiſſime abdicatis, in quędam flagicia diuerterunt. Cõflauerunt enim ſimulachrum quoddam miro artificio, cui hominis cutem ſuperinduxerunt, collocatis in frõte binis carbunculis oculorum vice promicantibus. Hoc autem loco numinis reuerebantur. Morientium cadauera reſoluta in cineres cæteris dabant in potum, vt in ea ſecta firmiores eſſent. Natum ex Tẽplarij virgineſq; coniugio torrebant igne, ſimul ex humore deliquato ſuum perũgebant ſimulachrum. Nefanda maſculorum libidine coflagrabant. Damnati ſunt autem in Viennenſi concilio/& deuoti flammis/ſententia Clementis Ponti. Max. qui Benedicto ſucceſſit.

47 ¶Donatus natione Afer dicebat filium eſſe minorem patre/& ſpiritum ſanctum filio.

¶Vates augures et aruſpices.

1 Protheus
2 Laocoon
3 Eurypilus
4 Athyrtia
5 Melampus
6 Tyreſias.
7 Tages
8 Caſſandra
9 Calchas
10 Helenus
11 Nautes
12 Carmentis
13 Manto
14 Rhamnetes
15 Aſilas
16 Tolunnius
17 Iapys
18 Choreus
19 Aruns
20 Labyſſa
Craco
21 Phemonoe
22 Martius
23 Amphiaraus
24 Męon
25 Branchus
26 Thyodamas
27 Idmon
28 Trophonius
29 Apollonius
30 Mopſus
31 Polyxo
32 Philochorus
33 Soſipatra
34 Actius
35 Maſſurius
Mutius
36 Soſtratus
37 Spurina
38 Aſtylus
39 Tyburnus
Olenus
40 Prylis
41 Lampon
42 Furycles
43 Chryſes
44 Aſtyphilus
45 Martha
46 Milthas
47 Peripoltas
48 Ariſtander
Cleomanthes
49 Vmbritius
50 Theocritus
51 Demophoon
52 Amalthea
Marpeſia
Heriphile
53 Sabe
Demo
Phigo
Phaennis
Bacis
Lichas
54 Dauid
55 Symachia
56 Theano
Euexippe
57 Albigerius
58 Iacoba
59 Ophioneus
Polybius
60 Thraſybulus
Lamus
61 Scirus
62 Abaris
63 Vectius
64 Vggerus
65 Baudolinus
Theolapius
66 Amphilochus

Heleus
Callías
Perialla
Cleander
Megíſtías
68 Euenius
Deíphonus
69 Tíſamenus
Hippomachus
70 Daniel
71 Moſes
72 Galeotę
73 Deíotarus
74 Tarchon
75 Parnaſus
76 Prophetę
77 Auctarium.

PRotheum filium Oceani & Tethyos poetę vatem faciunt. Virgíli. lib. 4. Georg. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates Cæruleus protheus. Ouidius libro vndecímo. Donec Carpathius medío de gurgíte vates Aeacíde dixit. Statius lib. 1. Achille. Hos abolere metus magici iubet ordine ſacri Carpathius vates. Syllius lib. 7. Tum ſic incipiēs repetita exordia retro Incipit ambiguus vates, referatq; futura. Idem. Quę dum arcana deum vates euoluit in antro. 1

¶Laocoon vates fuit Troianus, qui prędixit Grecos in fatali Sinonis machina delitescere, Troianoſq; obiurgauit, ꝙ eam in vrbem admiſiſſent. Virgíl. lib. 2. Aen. author. 2

¶Eurypilus vates fuit Græcus, quem Sinon virgilianus ait Apollinem conſuluiſſe ſuper ſimulato Græcorum reditu in patriam, vbi ait. Suſpenſi Eurypilum ſcitatū oracula Phœbi Mittimus, iſq; adytis hæc triſtia dona reportat. Eſt & Euryphilus vates medicinę apud Plynium lib. vndecímo Nat. Hiſto. 3

¶Athyrtia filia fuit Seſoſtris regis Aegypti/ diuinationis perita, quę futuram patri monarchiam prędixit. 4

¶Melampus filius Amythaonis medicus fuit & augur peritiſſimus. Tibullꝰ libro. 4. Compertum eſt veracibus vt mihi ſignis, Queis Amythaonius nequeat certare Melampus. Propertius lib. 2. Turpia perpeſſus vates eſt vincla Melampus. Statius lib. 3. Theb. Sed mente virēs/ Phœboq; Melampus. Politianus in Nutricia. Quid te cui volucrum fibrę patuere Melampu? Plynius lib. 7. Diuinitas & quędam ſocietas cœlitum nobiliſſima ex fœminis ī Sybilla fuit, Ex viris in Melāpode apud Græcos, apud Romanos in Martio. Idem lib. 25. Melampodis fama diuinationis artibus nota eſt. 5

¶Tyreſias rex Thebarum & augur fuit, qui conſultus a Ioue, vtri maior eſſet in venere libido, viro ne an fœminę, quū fœminę dixiſſet, ira Iunonis excęcatus eſt. Quā eius cęcitatem Iupiter vaticinio pēſauit. Alij excęcatum ferunt, ꝙ Mineruam in fonte nudam cōſpexiſſet. Propertius lib. 4. Magnam Tyreſias aſpexit Pallada vates, Fortia dum poſita Gorgone membra lauat. Ouidius lib. 3. Meta. At pater omnipotens (neq; enim licet irrita cuiq̄ Facta dei feciſſe deo) pro lumine adēpto Scire futura dedit, pœnamq; leuauit honore. Ille per Aonias fama celeberrimus vrbes/ irre prehenſa dabat populo reſpōſa petenti. Sabinus in epiſtola Vlyſſis. Sed ſi Tyreſias tam lęti prouidus augur. Q̄z verax vates in mala noſtra fuit. Statius libro. 2. Theb. Lōgeui vatis opacos Tyreſię vultus/ vocemq; & vellera nota Induitur. Politianus in Ambra. Baculum dat deinde potentem Tyreſię magni, qui quondam Pallada nudam Vidit, & hoc raptam pēſauit munere lucem, Suetus inoffenſos baculo duce tendere greſſus. Nec deeſt ipſe ſibi, quin ſacro inſtincta furore Ora mouet, tantiq; parat ſolatia damni. 6

¶Tages primus omnium aruſpicij diſciplinam dedit Ethruſcis. Ouidius lib. vltimo Meta. Indigenę dixere Tagem, qui primus Ethruſcam Edocuit gentem caſus aperire futuros. 7

¶Caſſandra Priami filia quum Apollini copiā ſui corporis promiſiſſet. ab eodem 8

vates facta eſt. Quuum autē non ſtaret promiſſis, iratus deus fecit, vt eius vaticiníjs non adhiberetur fides, Hæc prędixit futura ex helenę raptu ífortunía. Propertius lí= bro. 3. Certa loquar, ſed nulla fides, Neq; enim Ilia quōdam verax Pergameis Phœ bas habenda malis. Sola Parim Phrygię fatum cōponere, ſola Fallacē patrię ſerpe= re dixit equum. Ille furor patrię fuit vtílis, ille parēti, Experta eſt veros írrita lingua deos. Idem lib. 4. Aut ſi Pergameę ſero rata carmina vatis Longęuum ad Priamí vera fuere caput. Vírgil. lib. 2. Aen. Tunc etiam fatís aperit Caſſandra futuris Ora dei iuſſu non vnq̄ credita teucrís. Cicero lib. 2. de diuinatione. At multí ſępe vera vaticinati, vt Caſſandra. Mirandula in hymnis. Et patrię repetens celebrem Caſſan dra ruinam.

9 ¶ Calchas augur fuit Theſtoris filius, quí tēpore belli Troianí, Grecis oracula red didit. Vírgil. lib. 2. Aen. Hic Itachus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. Idem prędixerat Grecos omnes Troia díruta ī patriam ſoſpites redítu= ros. Quod ſecus accidit, Nam multi apud Caphareū Euboię naufragium fecerunt. Quo liquet veterum vatum prędagía non ſemper vera extitiſſe. De Calchante Ouí= dius libro. 12. At veri prouidus augur Theſtorides, vincemus ait, gaudete Pelaſgi. Troía cadet, ſed erit noſtri mora longa laboris, Atq; nouē volucres in belli dírigeret annos. Idem lib. 2. de Arte. Quantus erat Calchas extis, Thelamonius armis. Sta= tius lib. 3. Achille. Increpitās vatem magno Calchāta tumultu. Cicero lib. 1. de dí= uinatiōe. Alia autē ſubito tēpore coniectura explicanť, vt apud homerū Calchas/q ex paſſerum numero belli Troianí annos auguratus eſt. Ferūt hunc Calchantē cum Amphilocho Amphiarai filio ab expeditione Troiana redeunte ad Apollinis Cla rij lucum diuertiſſe, repertoq; ibidē Mopſo, quędā propoſuiſſe, Quę quum ille ſol= uiſſet, aiūt Calchātē animi ęgritudíe perijſſe. Quęſtio ab Heſiodo talis memorať.

¶ Mirabor ſane, poteris ſi dicere ficus
Quot numero hæc Caprificus habet/perparua licet ſit.
Mille quidem decies modius menſura, ſuperq;
Vna fit, hanc nullo poteris comprendere pacto.
Dixit, & inuentus numerus/menſuraq; certa eſt.

Continuo mortis Calchanti ſomnus obortus. Pherecydes apud Cęlium ſcríbit Cal chantem ſue oblata interrogaſſe, quot porculos geſtaret, Mopſum vero reſpōdiſſe tres, atq; ex his vnam fœminam. Quem vbi vera locutum patuit, illum ægritudine intabuiſſe.

10 ¶ Helenus Priamí filius vaticínio claruit, authore Vírgilio/apud quem Aeneas ſíc eum alloquitur. lí. 3. Aen. His vatem aggredior dictís ac talía quęro. Troiugena in= terpres diuum, qui numina Phœbi. Q ui tripodas, clarij lauros, quí ſydera ſentis. Et volucrum linguas, & prępetis omina pennę. Idē. Prętерea ſi qua eſt heleno pruden= tia vatí. Si qua fides, animū ſi veris īplet Apollo. Ouidí. lib. 13. Meta. Q̄ ſum dar= danio (quē cepí) vate potitus. Cicero lib. 1. de diuinatiōe. Quid Aſię rex Priam⁹, nonne & helenum filium & Caſſandram filíam diuinantes habebat.

11 ¶ Nautes nomen eſt vatis Troianí apud Vírgilium lib. 5. Aen. qui dum incēſę ab Iride in Sicília cōburerentur Aeneę naues, docuit hoc ipſum fieri Iunonis odio, vt Latío Troianos auerteret, monuitq; Aeneam ipſum, vt nō ſuccūberet calamitatí= bus, ſed inuicto perſiſteret animo. Verba Vírgilij ſunt hæc. Tū ſenior nautes (vnū Tritonia Pallas Q uem docuit, multaq; inſignem reddídit arte) Hæc reſponſa da= bat, vel quę portenderet ira Magna deum, vel quę fatorum poſceret ordo.

12 ¶ Carmentis Euandri mater erat prędaga & monitrix rerum futurarū. Prius voca=

batur

batur Nicoſtrata, verum vbi carminibus dare incœpit reſponſa, Carmentis vocata eſt. Virgil. lib. 8. Matriſq; egere tremenda Carmentis nymphę monita, & deus author Apollo. Idem. Et Carmentalem Romano nomine portam, Quam memorāt Nymphæ priſcum Carmētis honorē Vatis fatidicę, cecinit quę prima futuros Aeneadas magnos, & nobile Pallantęum. Martianus Capella. Alij quoq; huius generis homines, in diuinandi vſum & pręſcientiam procreati, vt Carmētis in Arcadia / ab effuſo per vaticinia carmine dicta.

¶ Manto filia Tyreſiæ (a cuius nomine dicta eſt Mantua) fuit etiam fatidica & rerum futurarum pręſaga. Virgil. lib. 10. Ille etiam patrijs agmē ciet Ocnus ab oris Fatidicę Mantus, & Thuſci filius amnis. Qui muros matriſq; dedit tibi Mātua nomen. Politianus in Māto. Venit & Elyſio venturi pręſcia Manto, Māto quę iuuenē fluuio conceperat Ocnum, Ocnum / qui matris dederat tibi Mantua nomen. Ouidi. lib. 6. Meta. Nam ſata Tyreſia venturi pręſcia Māto, Per medias fuerat diuino cō cita motu Vaticinata vias. Statiꝰ lib. 10. Fit prouida Manto Reſponſis vt plena fides. Stroza filius. Priſcaq; fatidicę referam fundamina Mantus, Mantus vnde ſuū deduxit Mantua nomen. 13

¶ Rhamnetes augur fuit chariſſimus Turno. Virgi. lib. 9. Rex idem & regi Turno gratiſſimus augur, Sed non augurio potuit depellere peſtem. 14

¶ Aſilas nomen eſt etiam auguris, qui ſuppetias tulit Aeneę contra Turnum. Virgil. lib. 10. Tercius ille hominum diuumq; interpres Aſilas, Cui pecudū fibrę / cœli cui ſydera parent, Et linguę volucrum, & pręſagi fulminis ignes, Mille rapit denſos acie, atq; horrentibus haſtis. 15

¶ Tolunniꝰ nomē eſt auguris, qui pro Turno bellauit in Aeneā. Virgil. lib. 12. Expediuntq; manus / primuſq; Tolunnius augur. Idem. Cadit ipſe Tolunnius augur, Primus in aduerſos telum qui torſerat hoſtes. 16

¶ Iapys Iaſij filius nomen eſt auguris apud eundem Virgilium lib. 12. Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapys Iaſides / acri quondā cui captꝰ amore Ipſe ſuas artes, ſua munera lętus Apollo Augurium citharamq; dabat / celereſq; ſagittas. Ille vt depoſiti proferret fata parentis, Scire poteſtates herbarū / vſumq; medendi Maluit / & mutas agitare inglorius artes. 17

¶ Choreus ſacerdos fuit Cybeles diuinandi peritus. Virgilius libro vndecimo. Aureus ex humeris ſonat arcus & aurea vati Caſſida. 18

¶ Aruns vates fuit Thuſcus, cuius peritiam in diuinando deſcribit Lucanus dicēs. Hæc propter, placuit Thuſcos de more vetuſto Acciri vates, quorum qui maximus æuo Aruns incoluit deſertę mœnia Lunę, Fulminis edoctus motꝰ, venaſq; calentes Fibrarum / & motus errantis aere pennę. Iam docuimus Ethruſcos, inuentores fuiſſe Aruſpicij. 19

¶ Labyſſa mulier fuit fatidica in Bohemia, quę filiam habuit Craco nomine rerum quoq; futurarum peritam. 20

¶ Phemonoe virgo prima delphici Apollinis vates fuiſſe dicitur, carmēq; Heroicum inueniſſe. Plynius libro. 10. Phemonoe Apollinis dicta filia dētes ei fuiſſe prodidit. Lucanus libro. 5. Phemonoen errore vagam, curiſq; vacantem Corripuit, cogitq; fores irrumpere templi. Limine terrifico metuens conſiſtere Phœbas / Abſterrere ducem noſcendi ardore futura Caſſa fraude parat. Idem. Sic plena laborat Phemonoe Phœbo. Statius libro. 2. Syluarum. Reſeretq; arcana futuros Phemonoe fontes. De hac Phœbade frequens eſt mentio apud Authores, maxime apud Statium / Lucanum / & quandoq; Politianum. 21

22 ¶Plynius lib. 7. ait maximam fuiſſe diuinitatem Melãpodi apud Græcos / apud Romanos Martio.

23 ¶Amphiaraus Oiclei filius augur fuit & vates Græcus, quem quum Adraſtus rex in bellum cõtra Thebas vellet ducere, recuſauit, ac ne cogeretur, ſeſe occuluit, q̃ prę uideret ibidẽ ſe periturũ. Fraude tamen vxoris Eryphiles (quã monili corruperat Adraſtus) proditus eſt, & inuitus in bellũ tractus, vbi terrę hiatu abſumpt⁹ eſt. Statius lib. 1. Theb. Non tu ipſe pater, non docte futuri Amphiarae vides. Idem lib. 3. Sollers tibi cura futuri Amphiarae dat. Idẽ lib. 7. Qui trípodas lauruſq; ſequi, qui doctus ĩ oĩ Nube ſalutato volucrẽ cognoſcere Phœbo. Sabellicus. Ignib⁹ Oiclides viſis ventura canebat Cõiugis impulſus fatales víſere Thebas Proditione ſuę. Martianus Capella. Ex hac diuinãdi poſſibilitate Amphiaraus Mopſuſq; celebrati. Herodotus in Clio. Sub hanc ſtatim cognationem tentare ſtatuit vaticinia / quęq; apud Græcos, quęq; in Affrica eſſent, alijs alio demiſſis, quibuſdã delphos, quibuſdam Dodonã / nonnullis ad Amphiaraum ac Trophonium.

24 ¶Męon nomen eſt vatis & auguris apud Statiũ lib. 2. Theb. dicentẽ. Ille hęc p̃uiderat omnia doctus Aeris & nulla deceptus ab Alite Męon.

25 ¶Branchum ferunt Apollinis fuiſſe filiũ, cui pater diuinãdi artẽ cõceſſerit. Stati⁹. Primoq; æqualis honori Branchus. Strabo ait eum ſacerdotẽ fuiſſe delubri Apollinis Didymęi. Mirãdula in hymnis. Hinc quoq; Brãchiaco vatem ſtimulauit ab axe Delius innumeris ſubigens ambagibus orbem.

26 ¶Thyodamas filius fuit Melampodis, diuinandi quoq; peritus. Statius lib. 8. Inſignem fama / ſanctoq; melãpode cretũ Thyodamãta volunt, quocũ ipſe arcana deorum Partiri / & viſas vni ſociare ſolebat Amphiaraus aues, tantęq; haud inuidus arti Gaudebat dici ſimilem, iuxtaq; ſecundum.

27 ¶Idmon Apollinis & Aſterię filius & ex Argonautis vnus claruit etiã vaticinio. Hũc a ſerpẽte occiſum ferũt. Sene. in Medea. Idmonẽ q̃uis bene fata noſſet, Cõſcidit ſerpẽs lybicis arenis. Politia. in Nutricia. Plenũq; parẽte Idmona fulmíneí percuſſum dentib⁹ aprí. Val. Flac. lib. 3. Argon. Vbi Typhis, vbi Idmõ Fata canens? Auſonius. Idmona q̃ vatẽ, medicũ q̃ iapyga dicũt. Hoc vate vſi ſunt Argonautę.

28 ¶Trophoni⁹ vates fuit quíſpiã ſpeluncã habitãs, ĩ quã q̃ deſcẽdebãt, p̃petuo erãt agelaſti & irriſibiles. Hinc adagiũ natũ. In Trophonij antro vaticinat⁹ eſt, de hoíe maxie triſti & p̃nimis ſeuero. Mirãdula ĩ hymnis. Phœbęiq; antrũ fundẽs cõſulta

29 ¶Apollonius e Tyana ciuitate Græcię rerum futurarum pręſagijs (Trophoni. fertur claruiſſe. Pręuidit enim Cilicẽ quendã laſciuũ hominẽ ĩtra diẽ tercium occiſum iri, vt cõtigit. Aiebat ſe cuncta facere deo cõſultore et duce dęmone, ſcireq; omnium linguas, & hominũ cogitatiões introſpicere, futura pręuidere, & iam pręterita diuinitus cognoſcere. Somnia ĩterpretabatur, declarabat portẽta, damnabat animalium ſacrificia. Eius vitam compendioſe ſatis deſcribit Volaterranus.

30 ¶Mopſus fuit omnium vatum peritiſſimus, vnus eorum / qui Argonautis futura prędixerunt. Cum hoc in certamen deſcendit Calchas, victuſq; dolore animi in fata conceſſit, vt iam diximus. Adagium fluxit in vulgus. Mopſo certior, de eo qui cítra mendacium futura pręuidet & enunciat. Fuit mopſus Ampycí filius. Ouidius libro. 10. Nec tu crediderís tantum cecinisſe futura Ampycidem Mopſum, Mopſo iaculante biformis / Occubuit / fruſtraq; loqui tẽtauit Odites. Apolloni⁹ apud Cęlium. Vbi & Ampycidem die illa Mopſum crudelis mors abſtulit, amarulẽtũ vero non vitauit fatum vaticiníjs. Nec enim mortis euaſío vlla. Seneca in Medea. Omnibus verax, ſibi falſus vni Concidit Mopſus, caruitq; Thebis. Val. Flac. lib. 1. Argon. Phœbiq;

gon. Phœbiq; fides non vana parẽtis Mopſus. Fuerunt & alij eiuſdem nominis, vt Mopſus Tyreſię filius, alius etiam a cuius nomine Attica regio Mopſopia vocata eſt.

¶ Polyxo nomen eſt Phœbadis apud Val. Flaccum lib. 1. Argon. Tunc etiam va= 31
tes Phœbo dilecta Polyxo.

¶ Philochorus Athenienſis fuit vates Eratoſthenis tempore, qui extictus eſt inſi= 32
diis Antigoni Macedonię regis, ꝙ veniſſet in ſuſpitionem cõtractę cum Ptolemęo rege amicitię. Hic ſcripſit Atthidis libros. 17. qui continent res geſtas Athenien= ſium & reges & magiſtratus vſq; ad Antiochum deum. Scripſit etiam libros quat= tuor de vaticinio.

¶ Soſipatra mulier genere Lyda, vxor Aedeſij ſophiſtę ſpiritu fatidico, et futuroꝝ 33
preſago fuiſſe prędicatur, atq; etiam a quibuſdam numinibus educata fertur.

¶ Actius Nauius augur fuit, qui nouacula cotẽ prędcidit ſpectãte Tarquinio. Quo 34
factum eſt, vt Tarquinius ipſe in rebus dubijs eo augure ſemper vteretur, & popul⁹ de ſuis rebus ad eum deferret.

¶ Maſſurius & Mutius nomina ſunt augurum Romanorum apud Plynium libro 35
10. Capi. 7.

¶ Soſtratus vates fuit, qui per furorem multa prędixit Græcis, vt Xerxis aduẽtum 36
in Græciam.

¶ Spurina vates Cæſarem monuit, vt idus Martias caueret Tranquillo teſte, Eoq; 37
die interfectus eſt imperator, quem cauendum eſſe prędixerat vates.

¶ Aſtylus Cẽtaurus Ixionis filius, quũ diuinandi peritia clareret, fratres ſuos mo= 38
nuit, ne bellum contra Lapythas molirẽtur. Idem prędixit Neſſo vulnus, quod her culis ſagitta erat accepturus. Ouidius. Aſtylus ille etiam metuenti vulnera Neſſo Ne fuge, ad herculeos inquit, ſeruaberis arcus.

¶ Tyburnum Plynius lib. 16. ait fuiſſe Amphiarai filium peritum augurij, a quo 39
Tyburtes populi originem traxerint multo ante Romam conditam.

¶ Olenus Calenus nomen eſt vatis apud eũdem lib. 28. vbi ait. Quum in Tarpeio fodientes de lubro fundamenta, caput humanum inueniſſent, miſſis ob id a ſenatu legatis, Ethruriæ celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id fortunatumq; cernens, interrogatione in ſuam gentem tranſferre tentauit.

¶ Prylis Mercurij fuit filius diuinandi apprime peritus. Hinc adagiũ. Leſbius Pry 40
lis, in hominem ſagaci coniectura.

¶ Lampon fuit ſacrificus & vates oraculorum, ſolitus iurare per anſerem velut auẽ 41
auguralem.

¶ Eurycles vates fuit, qui de ſe ſuiſq; incõmodis aliquid ſemper diuinabat. Hic per 42
aſſiſtentem dęmonem vera vaticinabatur. Propterea Euryclitæ dicuntur omnes di uinaculi.

¶ Chryſes vates fuit Iunonis, cuius filiam Chryſeidem quum Græci rapuiſſent, 43
dea iniuriam vlciſcente, peſtilentia in ſuis caſtris laborarunt.

¶ Aſtyphilus Poſſidoniates vir fuit vaticinij peritus, qui Cimoni Atheniẽſi (quo= 44
cum in ſumma familiaritate viuebat) mortem prędixit ex præcedẽtibus prodigijs. Author Plutarchus in Cimone.

¶ Martha nomen eſt mulieris fatidicæ, quam in lectica ſtantem honorifice circun= 45
duxit Marius, & ſacrificia ea iubente celebrauit. Hanc ſenatus, ꝙ futura obſeruaret, et prędiceret, libertate donauit. Author idem Plutarchus in Mario.

46 ¶Apud eundē Mílthas nomen eſt vatis, quo in explicādis prodigijs Dion vſus eſt

47 ¶Perípoltas vates fuit ex Theſſalia, qui Opheltem regem ſuoſq; in Bœotiam populos deducens, familiam multis deinde temporibus nobiliſſimam exſe reliquit.

48 ¶Ariſtander & Cleomantes nomina ſunt diuinaculorum apud Plutarchum in Alex. vbi ait. Quod prodigium conſpicatus Alexāder, accitis ariolis Ariſtādro & Cleomanti Spartano aperit.

49 ¶Vmbritius apud eundem in Galba nomē eſt auguris. Nam illo die inquit, ſimul cum diluculo & Galba pręſentibus amicis ſacrificabat in palatio augur Vmbritius. Cor. Tacitus. Sacrificāti pro æde Apollinis Galbæ, aruſpex Vmbritius triſtia exta & inſtantes inſidias ac domeſticum hoſtem prędicit.

50 ¶Theocritus nomen eſt auguris apud eundem Plutarchum in Pelopida.

51 ¶Demophoon fuit vates, qui periculum Alexandro imminere prędixit. Author Curtius, cuius verba citaſſem, niſi timerem calumnias eorum, qui tantam teſtimoniorum multitudinem vt nauſeabundam refugiunt.

52 ¶Amalthea/ marpeſia/ heriphile/ nomina ſunt Sybillarū aut aliarū Phœbadū apud Tibullū lib. 2. Quicquid amalthea, quicquid marpeſia dixit, Herphile Phœbo grata quę quod monuit.

53 ¶Politian⁹ quaſdā phœbades atq; vna viros diuinādi peritos his verbis enumerat.

Quin & veteres prompſere Sybillæ
Carmen, Amalthea/ & fati Marpeſia díues,
Herophileq; Idęa genus, prędoctaq; Sabę.
Demoq;, Phygoq;/ & verí gnara Phaennis,
Et carmenta parens/ & Manto/ & Pythía longos
Phemonoe commenta pedes/ & fília Glauci
Deiphobe nímium viuax/ et marcía fratrum
Nomína lymphatuſq; Bacis, ſubterq; Tríones
Natus hyperboreos Ollen/ inq; Attide terra
Clarus honore Líchas, Dodoníadeſq; columbæ.

54 ¶Dauidem eccleſiaſtici omnes ſacrorum vatum princípem fuiſſe fatentur. Idem Politianus. An memorem Solymos præluſtría nomina vates, Pſallentemq; deorę gem, quí turbine fundæ Icta Philiſtęo ſecuit puer ora gyganti.

55 ¶Symachiam Martianus Capella ait vnam fuiſſe ex Sybillis, quas duas numero ſolum ponit dicens. Quas non decem (vt aſſerunt) ſed duas fuiſſe non neſcis, id eſt Herophilam Troianam marmenſi filiam/ et Symachiam Hippotenſis filiam, quæ Erythręa progenita, etiam Cumis vaticinata eſt.

56 ¶Theano & Euexippe filię, cuiuſdam Scedaſi Spartanis cauēda oracula prędicinuerunt. Poſtea tamen ab adoleſcentibus eiuſdem loci conſtrupratæ, & in puteum conięctæ ſunt. Quod vbi reſciuit pater, animi dolore ſeipſum interfecit.

57 ¶Albigerius Carthaginenſis fuit adeo diuinandi peritus, vt dęmonibus afflantibus reſponderet quicquid egiſſet quiſq; aut omnino cogitaſſet. Quod teſtatur auguſtinus, qui illis ipſis vaticinijs ſe plęrumq; ſcribit interfuiſſe.

58 ¶Cęlius ſcribit fuiſſe in patria ſua mulierculam nomine Iacobam, ex cuius ventre immundi ſpiritus acclamati futura prędicerent, ac vnum ex his Cincinnatulum fuiſſe nuncupatum, qui & prętérita & futura percontantibus reſpōſa dabat mirifica. Interrogatus tamen de futuris, mentiebatur ſępenumero.

59 ¶Ophioneus fuit meſſeniorum vates, qui ſemper a natali die luminibus captus priuatim et publice vaticinia peregit. ¶Polybius Corinthius filio Troiam proficiſcēti et multis alijs mortem prędixit. Author Cicero. ¶Thraſybulus

¶Thraſybulus fuit iter Elęos quiſpiam, multis pręſagijs nobilitatus, quo etiam ti= 60
tulo ſimulachrum meruit in Olympia. ¶Lamus Apollinis fuit filiꝰ, q̃ fatidico ſpi=
ritu magnum apud veteres nomen adeptus eſt.

¶Scirus vates fuit Eleuſinius, a cuius nomine Minerua Sciras dicta eſt. 61

¶Abaris filius cuiuſdam Seuthę inter Scythas, ſcripſit oracula, quę nũcupata ſunt 62
Scythica.

¶Terentius Varro in libris antiquitatum ſcribit Vectium in augurandi diſciplina 63
nobilem fuiſſe, eũq; affirmaſſe, futuꝝ Romani imperij terminũ poſt. 1200. annos.

¶Saxo Grammaticus ait Vggerum vatem fuiſſe ętatis incognitæ & ſupra huma= 64
num terminum prolixę.

¶Paulus diaconus ait, Baudolinum quẽdam vitæ ſanctitate conſpiciuum prophe= 65
tico ſpiritu claruiſſe, Regnante apud Longobardos Luitprando. ¶Fuit & eo tem
pore alter Theolapius nomine, qui pręſago ſpiritu multa prędixit futura.

¶Amphilochus rex fuit & augur inter Argiuos. Mirandula in hymnis. Amphi= 66
lochi aut monitus adijt male ſana nefaſtos.

¶Heleus vates fuit Polycrati Samiorum tyranno familiaris. Author Herodotus. 67

¶Callias vates fuit Elęus, qui Amyclis vaticinia reddidit. ¶Perialla antiſtes fuit
mulierum apud Delphos vaticinantium, ætate Cleomenis. ¶Cleander quoq; no=
men eſt vatis arcadici apud eundem Herodotum. ¶Fuit & Megiſtias patria Acar
nanius, oriundus a Melampode, clarus vaticinio. Nam proſpectis extis futura prę=
dicebat. Floruit ætate Leonidę Spartani.

¶Euenius vates fuit apud Apolloniates initio paſtor, quo dormiente quum lupi 68
60. gregẽ inuaſiſſent, oueſq; ad vnam trucidaſſent, Re cognita vocatus eſt in ius &
iudicum ſententia excęcatus, mox tamen inſitam obtinuit diuinationem, habuitq;
filium Deiphonum, qui ductus a Corinthijs exercitui vaticinabatur. Author He=
rodotus in Calliope.

¶Apud Gręcos aruſpex fuit Tiſamenus Antiochi filius, qui apud Delphos red= 69
debat ocacula. ¶Habuerunt etiam Gręci alium aruſpicem Leucadium, Hippoma
chum nomine.

¶Claruit Daniel ſpiritu prophetico, Scripſit librum partitum in decem viſiones. 70
Suſannam falſo accuſatam liberauit a morte. Floruit ætate Nabuchodonoſor Chal
dęorum regis, a quo captiuus ductus & enutritus eſt. Datus eſt leonibus in prędam,
a quibus tamen euaſit illęſus. Sabell. Fatidico iuueni mirabile dictu, Sępius obiecto
ſęui parſere leones.

¶Moſes ſeu Moyſes Hebręorum dux vaticino ſpiritu omnium maxime claruit. 71
Ei dominus in monte Sinay gloriam ſuam patefecit. Seruanti oues apparuit in rubo
ardenti, qui tamen non comburebatur. Deum vidit, quod mortalium nemini cõti=
git vnq̃. Decalogi præcepta accepit in tabulis æneis, quę dedit filijs iſrael. De Mo=
ſe Iuuenalis. Tradidit arcano quodcunq; volumine Moſes. Mantuanus. Fatidicus
Moſes orbis dum ſcriberet ortum.

¶Galeotæ vates fuerunt in Sicilia & Attica, a Galeote Apollinis filio. Hos ſole= 72
bat conſulere Dionyſius.

¶Cicero lib. 1. de diuinatione ſcribit Deiotarum regem fuiſſe peritum auſpicij, ac 73
nihil vnq̃ geſſiſſe, niſi auſpicato.

¶Tarchon fuit dux, & aruſpex in Ethruria, cuius meminit Virgil. 74

¶Parnaſus vates fuit & fatidicus, qui Parnaſo monti (vbi reddebat oracula) no= 75
men impoſuit.

76 ¶Prophetarum nomina apud Eccleſiaſticos ſunt. Eſdras ſcriba hębręus, Neemias Artaxerxis pīcerna, Agabus/ Itē Amos/ Aggeus/ Achias/ Baruch, Delbora/ Ezechiel/ Eſayas/ Helias/ Enoch/ Symeon/ Moyſes/ Dauid/ & alij plęriq;.

77 ¶Porro diuinationem Gręci Māticen appellāt id eſt ſcientiā rerum futurarꝝ. Hāc ſcientiā primi excogitarunt Aegyptij & Chaldęi ex obſeruatiōe ſyderꝝ, Cilicum et Piſidarꝝ gens et his finitima Pāphila, volatibus auium, cantibuſq; declarari res futuras crediderunt. Romulus vrbē auſpicato ipſe optimus augur cōdidit. Auguribꝰ reges vſi ſunt, nec ſine auſpicijs res olim gerebātur. Colophoniꝰ Xenophanes diuinationē negauit. Cōtra vero Democritus cōprobauit. Chryſippus duos libros ſcripſit de diuinatiōe, vnū de oraculis, vnū de ſomnijs. Diogenes Babyloniꝰ vnū. duos Antipater/ quinq; Poſſidonius. Diſcipulus antipatri Panętius dubitauit an eſſet vis vlla diuinādi. Cicero ait Diuinationē eſſe earū rerꝝ (quæ fortuitę putātur) prędictionē atq; pręſenſionē. Duo ſunt diuinādi genera, alterū artis, vt in extis pecudū & in ſortibus, alterꝝ naturæ, vt ſomniorꝝ & vaticinationū. Diuinatio cōiectura nititur, vltra quā progredi nō poteſt. Lituus clariſſimū erat inſigne auguratus, quo Romulus regiones direxit, quū vrbē cōdidit. Erat autē Lituus bacillū leuiter a ſummo inflexū. Tiberius Gracchus augurū et aruſpicū diſciplinā cōprobauit. Arte carent diuinatores, qui nō ratiōe aut cōiectura, ſed cōcitatiōe quadā animi futura pręſentiūt, Sagire eſt acute ſentire, hinc ſagaces, q multa ſcire volunt. Qui ſagit priuſq̄ res obla ta eſt, p̄ſagire dicit. Hinc p̄ſagatio diuinatio, q̄ ſi exarſit acrius, furor appellat, quū abſtractus a corpe animus diuino inſtinctu cōcitatur. Vaticinia quę explicātur cōiectura, aut euentis notata ſunt, artificioſa dicuntur non naturalia. Apud Perſas magi cōgregabātur in fano cōmentandi cauſa, vt augurarent ac diuinarent. In Telmeſſo Cariæ vrbe claruit aruſpicum diſciplina. In Syria Chaldęi cognitione aſtrorꝝ & ingeniorū ſolertia antecelluerūt. Ethruria facile interpretabat, quid quęq; portēta ſibi vellent. Propterea antiqui Romanę vrbis principes filios Ethrurię populis dabāt in diſciplinā. Phryges/ Piſidæ/ & Cylices Arabię auiū ſignificationibus obtēperabant, quod & fecerunt Vmbri. Fortuna/ caſus/ Euentus, nihil aliud, q̄ quum aliquid ſic cecidit & euenit, vel nō cadere ac euenire, aut aliter cadere atq; euenire potuerit. Cōſtat falſa quādoq; aruſpicū fuiſſe vaticinia & conſilia. Nā Cęſar quū a ſūmo aruſpice moneretur, ne in Africā ante brumā tranſmitteret, trāſmiſit tamen. Quod niſi feciſſet, vnum in locum oēs aduerſariorū copię conueniſſent. Falſum fuit et reſpōſum illud ex delphico de Rege Pyrrho. Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe, nunq̄ enim Apollo latine locutus eſt. Deinde Pyrrhi tēpore Apollo verſus facere deſierat. Apud Lygureos Thracię populos, antiſtites oracula reddituri, multo priꝰ vino ſe ingurgitabāt. Cōtra vero apud Ciarios, futura prędicturi, aquā prius large hauriebant. Diuinatio quę per aquā fiebat, hydromātia dicitur, Axinomātia erat diuinatio per ſecurim, Lecanomātia per peluim, in qua aqua mouebat a dęmone, & vox tenuis index futuri reddebatur. ¶Geomātia erat illa, quā de pūctis terræ fixis conflabant. Pyromantia erat, quā de varijs figuris ex flāma glomeratis collígebant. Capnomantía erat diuinatio per fumū. Capyromātia. quę de ſpeculis ex diſſultātibus imaginibus trahebat. Aeromātia quę fiebat ex ære. Coſchinomātia ex Cribro, Cleromantía ex ſortibus. Phyſiognomia ex mēbrorū natura, Chiromātia ex manibus, Botanomātia ex herbis. Gaſtromantia ex amphora ventroſa, quę a puero ſolebat introſpici. Augurū ex auibus, Extiſpicium ab extis. Cęterū fidē nō eſſe diuinaculis adhibendā Phauorinus apud Gellīū arguit hoc modo. Aut enim (inquit) ad uerſa euētura dicūt, aut p̄ſpera. Si proſpera, & fallūt, miſer fias fruſtra expectādo.

Si felicia

Si felicia promittunt,eaq; vētura ſunt,expectatio te ſpei ſuſpēſum fatigabit,& futurum gaudij fructum ſpes tibi iā defloraverit. Si aduerſa dicāt,& mētiant̄,miſer fias fruſtra timēdo. Si aduerſa,& nō mētiant̄,iā inde exaio miſer fies,anteq̄ e fato fias.

¶Prodigia et portenta diuerſa.

Cœlum ſanguinea ſpecie apparuit,quū rex Philippus Greciā inuaſit. ¶Stelę circa Solis orbē viſę ſunt Auguſto Cæſare in prima iuuenta vrbē intrante poſt mortē patris. ¶Circa Solē arcus apparuit. L. Opimio,& Q. Fabio conſulibus. ¶Trini Soles apparuerunt Sp. Poſthumio,& Q. Minutio cōſulibus. ¶Lunę trinę viſæ ſunt. Gn. Domitio & L. Annio cōſulibus. ¶Clypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans. L. Valerio & Gn. Mario cōſulibus. ¶Relatum eſt cœlum lacte pluiſſe & ſanguine M. Acilio & C. Portio cōſulibus. Itē carne L. Volumnio & Seruio Sulpitio cōſulibꝰ. ¶Itē ferro in Lucanis paulo anteq̄ M. Craſſus a Parthis occideretur. ¶L. Paulo & C. Marcello cōſulibus lana pluit & lateribus coctis. ¶Armoꝝ crepitus & ſonitꝰ tubaꝝ auditi ſunt e cœlo Cibricis bellis. ¶Tertio conſulatu Martij viſa ſunt ab Amerinis & Tudertibus arma cœleſtia ab ortu & occaſu inter ſe cōcurrentia,pulſis ad axtremū,quę ab occaſu erāt. ¶L. Martio & Sex. Iulio cōſulibꝰ in agro Mutinēſi duo mōtes inter ſe cōcurrerūt,crepitu maxio aſſultātes et recedētes/& iter eos flāma fumoq; exeūte. Quo cōcurſu villę oēs eliſæ ſunt, Aialia permulta (quę intra fuerāt) exanimata ſunt. ¶Tiberio principante maximus poſt hominū memoriā terrę motus factus eſt,quo duodecī vrbes Aſię vna nocte proſtratę ſunt. ¶Quum Dionyſius iunior ſuo principatu pulſus eſt,accidit prodigium,vt vno die i portu dulceſceret mare. ¶Inter initia Marſici belli Alcippe mulier peperit Elephantū/& quędā ancilla ſerpentē. ¶Natus eſt hippocentaurus in Theſſalia/& eodē die mortuus eſt. ¶Quo anno Sagunthus deleta eſt ab Annibale/puer i eadem vrbe reuerſus eſt in vterū matris. ¶Annotatū eſt in antiquis prodigijs canē locutum fuiſſe/& ſerpentē latraſſe/quum pulſus eſt regno Tarquinius ¶Bouē quoq; locutum fuiſſe/proditur veterū monumētis. ¶C. Epidius apud Plynū teſtis eſt arbores quādoq; locutas. ¶Oliua in totum ambuſta reuixit. ¶In Bœotia deroſę a locuſtis ficus germinauere. ¶Laodiceę aduentu Xerxis Platanus in oleā mutata eſt. ¶Paulo ante mortē Cęſaris,equoꝝ greges cōperti ſunt pabulo abſtiere/vbertimq; flere. Pridie vero q̄ interficeretur,auē regaliolū cū laureo Ramulo Pōpeianę curiæ ſe iferentē volucres varij generis diſcerpſerūt. ¶Ante mortē Caligulę ſimulachrū Iouis Olympię tātum cachinum repēte edidit,vt machinis labefactis opifices diffugerit. ¶Ante mortē Sergij Galbę quū oppidatim victimę cęderētur,taurus ſecuris ictu cōſternatus rupto vinculo eſſedū eius inuaſit/& totū cruore perfudit, ¶Neronis principatu arbores ſedē mutauerunt. ¶M. Lepido & Q. Catulo cōſulibus in villa Galerij locutus eſt gallus gallinaceus. ¶Cecinere Galli nocte tota,qua Matthęꝰ vicecomes primū ſuſcepit filiū. vnde Galeatio inditū nomē. ¶Neapolis ſub Nicolao. 5. pōtifice Max. tremuit,eoq; motu multa hoim millia periere. ¶Seruio Tullio adhuc puerulo dormiēti flāma emicuit circa caput. ¶Tēpore belli, quod Romani gerebāt in Veiētes, Albanus lacus ſolitū ſtagni modū exceſſit. ¶Dū L. Sylla cōſul ſociali bello i agro Nolano imolaret,ſubito ab vna parte arę prolapſus ē anguis/quo viſo Poſthumus aruſpex ſuaſit vt exercitum i expeditionē educeret. ¶C. Volumnio & Seruio Sulpitio cōſulibus Bos mugitu in humanum ſermonē cōuerſo locutus eſt. ¶Puer infans ſemeſtris in foro Boario triūphū proclamauit, Alius cū Elephātino capite natus eſt. ¶Tradit etiā in antiquis prodigijs lapides i agro Piceno pluiſſe, In gallia lupū vigili e vagina gladiū abſtuliſſe/i Sicilia ſcuta duo ſāguinē ſudaſſe,

metentibus cruentas ſpicas in corbem decidiſſe/aquas ſanguine mixtas fluxiſſe. Secundo etiam bello Punico bouem dixiſſe, Caue tibi Roma. ¶C. Hoſtilio mancino in hiſpaniam ituro talis vox ſine authore vllo peruenit ad aures. Mancine mane. ¶Quum Tiberius Gracchus conſul in Lucanis ſacrificaſſet, angues duo ex occulto prolapſi hoſtię quam immolauerat, iecur adederunt, demum in eaſdem latebras ſe retulerunt. Idem quoq; ſecundum ſacrificanti accidit. ¶M. Craſſo in Parthos ituro datum eſt pullum paludamentum, quum exeuntibus in prętium album aut purpureum dari ſoleret. ¶Quum Pompeius Dyrrarchio egreſſus ī Cæſarem proficiſceretur, eius ſigna apum examinibus obſcurata ſunt, quo portēto Iupiter eum a bello reuocabat. Sonus tympanorum Pergami abditis delubris editus eſt. Palma viridis Trallibus i ęde victorię ſub Cęſaris ſtatua enata eſt. ¶In exercitu Xerxis aduerſus Greciam contracti equę partu lepus editus eſt, Eidem priuſq; Athenas deleret, de inuadendis lacedęmonijs cogitanti hoc accidit. Infuſum namq; paterę eius vinū ter in ſanguinē conuerſum eſt. ¶Mydę puero dormienti formicę in os grana tritici cōgeſſerunt, vt Platoni mel & fauos apes intulerūt. ¶Anno quo hieroſolymas deleuit Veſpaſianus, ſydus in cœlo apparuit gladij figura, vrbi imminens. Apparuerunt & currus varijs cœli regionibus vagantes, viſæ ſunt armatæ acies concertare in nubibus. ¶Sedente in pontificatu Ioanne vndecimo, Genuę fons ſanguinis prodigioſe fluxit. Paulopoſt vrbs ipſa a Sarracenis capta eſt. ¶Pridie q̄ Veneti liguſtico bello vincerētur, Corui diuerſis inter ſe agminibus conflixere, ita vt ſanguis ſuperne cadens naues ipſas cruentaret. ¶Imminēte Romanis primo ciuili bello ignis ex haſtis ſubito emicuit, qui vix potuit extingui. Tres corui pullos ſuos in viam productos laniarunt, quod ex laniatu ſuperfuit, retulerunt in nidum. Mures aurum in templo roſerunt. Capta ex his fœmina quinos muſculos in muſcipula enixa eſt, & tres ex illis deuorauit. Tubarum clangor in aere cōcrepuit. ¶Triumuiralibus copijs ad Bononiam contractis, ſedit aquila ſuper Octauij tabernaculum/duoſq; hinc & inde coruos inceſſentes vehementer afflixit, Quod vniuerſo exercitui futuram Triumuirorum diſcordiam portendebat. ¶Moyſes (cuius virga ſe in draconem conuerterat/ac demum priorem acceperat formam) rubum vidit incōbuſtum. ¶Daniel quū Suſis eſſet in Meſopotamia, concidiſſetq; in faciē terræmotu, iuſſus poſtea cœleſti voce ſurgere, ipſumq; cœlum intueri, arietem vidit in aere multicornem. ¶Eo die quo virgo Chriſtū peperit, oleum Romę in tranſtyberina regione erupit, & diē totum perpetuo manauit fluxu. ¶Quo die Chriſtus affixus eſt cruci, ſola ſexta hora diei ad nonā obtenebratus eſt. ¶Mauritio impe. (qui Gregorio pontifici erat infeſtiſſimus) apparuit homo ignotus monaſtico habitu cū gladio, quem imperatoris ſtatuę circūferēs, prędixit Mauritiū gladio periturū, vt accidit. ¶Dario Babylonē obſidenti vox e muris reddita eſt, vrbē ipſam tunc a Perſis captū iri, quum mula pareret, Quo prędagio oēs capiendę vrbis deſperatio iā ceperat, donec Zopyri Perſę mula enixa eſt. ¶Anno quo Nero excidit principatu, oleæ & prata ī cōtrarias ſedes tranſiere. ¶Ante paulo q̄ Auguſtus imp. factus eſſet, bos in ſuburbano Romę ad arantē locutus eſt, fruſtra ſe vrgeri. Non enim frumēta/ſed hoīes breui defuturos. ¶Sedente in pontificatu Leone. 7. Sol per aliquot dies velut i ſanguino lētus apparuit, Quod prodigiū calamitoſa peſtis ſecuta eſt. ¶Anno. 1157. chriſtianę ſalutis figura crucis in luna publice viſa eſt. ¶Imperāte Hērico ſeptimo/& ſedēte in pōtificatu Clemēte quinto, tres lunę ſimul apparuerūt. ¶Anno ſalutis. 1348. Imperāte Carolo quarto ceciderunt e cœlo quędā beſtiolę, quarū corruptio & fœtor peſtē attulerunt. ¶Anno ſalutis. 1456. ſedente Calixto tercio natus eſt in Sabinis vitu-

lus

lus biceps. Romę apd Veneris portã sãguis cecidit e cœlo, Carnes in Liguria. ¶Imperãte Hẽrico. 4. mõstrũ superne bicorpor natũ est in agro Britãnico. ¶Imperãte Hẽrico quito in agro Hemiliano & flaminio sanguis pluit idib9 Iunij. ¶Regnãte apud Gallos Ludouico duodecimo, & sedente in põtificatu Iulio secũdo monstrũ natũ est Rauẽnę, habẽs cornu in capite, vtriq; alas/brachia nulla/pedẽ vnũ/oculũ in genu/vtrũq; sexũ/in medio pectore ypsilon & crucis effigiẽ. ¶Quũ Roscio9 esset in cunabulis/noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerũ dormiẽtem circumplicatum serpentis amplexu. ¶Lacedęmone in herculis fano arma sonuerunt, eiusdemq; dei Thebis valuę clausæ sua sponte se aperuerũt, scuta sublime prius fixa, humi reperta sunt. ¶Tibullus lib. 2. meminit de quibusdam prodigijs, quæ Rome acciderunt, vbi ait.

Hæc fore dixerunt belli mala signa Cometam,
Multus vt in terras deplueritq; lapis,
Atq; tubas/atq; arma ferunt strepitantia cœlo
Audita/et lucos pręcinuisse fugam.
Ipsum etiam Solem defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.
Et simulachra deum lachrymas fudisse tepentes/
Fataq; vocales pręmonuisse boues.

¶Miracula quędam naturę, cum aliquot alijs prodigijs et portentis.

MIracula naturę vocamus, quę præter cõsuetudinem accidunt. idq; tarissime, cuiusmodi sunt sequẽtia. ¶Cęcilius Agrippa ex vtero matris egressus est in pedes. Hinc ab ægro partu traxit nomen. ¶Amonius Alexandrinus philosophus, Origenis præceptor, Asinum habuit sapientiæ auditorem. ¶Ferunt Anaxagoram Clazomenium/Catonem/& M. Crassum nunq; risisse. L. Pomponium nunq; ructasse/Antoniam nunq; expuisse/Zenophantum risum cohibere nequiuisse. ¶Epimenides Cretensis missus ab Agisarcho patre ad ouium custodiã dormiuit in spelũca annos, 50. Polystratus et Hippoclides Epicuri discipuli/eodem die nati/eodem die mortui sunt. ¶Philetas Cous Elegiographus fertur fuisse corpore tam tenui, vt necesse fuerit/plantis eius plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur. ¶Telephus Herculis filius iussu aui expositus in syluis/nutritus est a cerua. ¶Ceneus, Iphis, Tyresias sexum feruntur mutasse. Pontanus in stellis. Pœniteat generis tamen & se Cenea malint, Aut in fœmineam penitus transire figuram. Ausonius. Mœret in antiquam Ceneus reuocata figurã. ¶Martia mulier Romana partu fulmine exanimato superuixit. ¶Plynius ait ad Cutilias aquas opacam esse syluam, quæ nunq; die ac nocte eodem loco visitur. ¶In Tarquinensi lacu duo nemora olim circũferebantur, nunc triquetram figuram edẽtes/nunc rotundam/nunq; quadratam. ¶Fanum Veneris habet Paphos, in cuius areã nunq; impluit. ¶Iuxta harpasa oppidum Asię cautes est horrẽda vnico tamen digito mobilis, si toto corpore impellatur, resistens. ¶Locris et Crotone nunq; fuit pestilentia. ¶Licinio Crasso & C. Cassio longino Cons. Casini puer factus est ex virgine. ¶Licinius Mutianus apud Plynium prodit visum a se Argis Aristõtem, cui nomẽ Arestusę fuisset, Nupsisse etiam, mox barbam et virilitatem proueniss/vxoremq; duxisse. ¶Plyni9 ipse ait se vidisse in Africa mutatũ in marẽ die nuptiarum. L. Cossicium ciuem Tisdritanum. ¶M. Curius et Cn. Papyrius Carbo cum dentibus nati sunt, quo etiam modo nata est Valeria. ¶Fili9 Prusię Bithyniorum

regis in ſuperna oris parte habuit os vnum continuum vice dētium. ¶Riſit eo die quo genitus eſt Zoroaſtres, eiq; cerebrū ita palpitauit, vt impoſitam repelleret manum. ¶Orionis corpus. 4-6. cubitorum in abrupto quodam monte Cretæ repertum eſt. ¶Eutimenis filius triennio in. 3. cubita adoleuit. ¶C. Mecœnas vltimo vitæ triennio ſemnū oculis nō vidit vllo horę momēto. ¶Reuixit in rogo Auiola conſularis, crematus tamen, quoniam præualente flamma ſubueniri non potuit. ¶Cælius Tubero prætura functus relatus eſt a rogo. ¶Hermotinij Clazomenij anima relicto corpore errabat, & vaga e longinquo multa enunciabat. ¶Corfidius funere locato reuixit, & locatorem funeris extulit. ¶Non eſt alienum a miraculo/ Elephantibus intellectum eſſe ſermonis patrij & obedientiam/ officiorumq; (quę didicerint) memoriā. Item amoris et glorię voluptatē, Solis et Lunę veneratiōnē. Regem adorant/ genua ſubmittunt/ per funes ambulant. Mutianus apud Plynium teſtis eſt fuiſſe quēdam, qui ductus literarum grecarum didicerit, atq; hęc ſcripſerit. Ipſe ego hæc ſcripſi, & ſpolia Celtica dicaui. ¶Copas apud Plyniū ſcribit Demarchum Parrhaſium in ſacrificio (quod Arcades Ioui Lyceo humana hoſtia faciebant) immolati pueri exta guſtaſſe, et in lupum ſe conuertiſſe/ ac decimo demū poſt anno priſtinę reſtitutū formæ. ¶Suffoſſum a cuniculis in Hiſpania oppidū/ a Talpis in Theſſalia/ a Ranis ciuitatem in Gallia pulſam/ a Locuſtis in Africa/ Ex Gyaro inſula a muribus fugatos/ Amyclas a ſerpentibus deletas aſcribēdū eſt miraculo. ¶Cecina volaterranus equeſtris ordinis captas hirundines victorię nūcias amicis mittebat, in eūdem nidum poſtea remeantes. ¶Philarchus apud Plynium teſtis eſt Aſpidem in Aegypto fuiſſe, quę ad menſam cuiuſdam ventitans, ibidem ſit enixa catulos. Quorū vnus quū hoſpitis filium occidiſſet, re cognita, mater extremum de eo ſuppliciū ſumpſerit, nec poſtea redierit in tectū. ¶Nicolaus quidā Calapiſcis cognomento ex Appulia oriundus, ita a puero vrinationi inſueuerat, vt poſtea inter marinas beluas remaneret illæſus dies multos. ¶Albertus magnus ſcribit mulierem fuiſſe in colonia agrippina, quæ per dies. 30. durauerit ſine cibo. Fuiſſe item virum melancholicum, qui captiuus icarcere ſeptem hebdomades ieiunus māſerit. ¶Cicero apud Plyniū teſtis eſt in nuce incluſā Iliada/ homeri carmen in membrana ſcriptum. ¶Achemenis herba coniecta in hoſtes/ facit eorum agmina trepidare, & terga vertere. Author Plynius. ¶Pyrrho regi pollex fuit in dextro pede, cuius tactu Lyenoſis medebatur. ¶Albertus magnus ſcribit quandā fuiſſe mulierem in Germania/ quæ. 60. filios pepererit, quolibet partu quinq;/ quorum nullus ad dimidium annum peruenerit. ¶Alterius meminit Auicenna, quæ duos et viginti abortiuos ediderit. ¶Ion Chius prodit apud Cælium Herculem fuiſſe triplici dentium ſerie. ¶Ferunt vetuſtiſſimum quendam fuiſſe Marin nomine, antica corporis parte humana/ poſtica vero equina/ qui equum primus inſcenderit, annos. 123. vixerit/ ac ter mortuus ter itidem reuixerit. ¶Anates Pōticę venenis viuunt. ¶Matreas ferā habebat, quæ ſemetipſam vorabat. ¶Fuit quiſpiā nomine Philin⁹, qui tota vita nullo vſus eſt potu/ nullo cibo p̄terq̄ lactis. ¶Smyndirides Sybarita dicebat ſe nec orientem vidiſſe Solem/ nec occidentem annis plus minus viginti, quod etiam de ſe prædicabat Ponticus heſtieus. ¶In Coiſula ouis de grege cuiuſdā Nicippi Leonem peperit, pręter ritum naturę, quod Nicippo tyrannidem portendebat, quam mox aſſecutus eſt. ¶Græci Aeſopum/ Herculem/ Tyndareum et Glaucum reuixiſſe dicunt. ¶Abaris fuit Hyperboreus, qui per vniuerſum orbem terrę ſagittam circumtulit, nihil omnino comedens. ¶Quo tēpore Bocchorus Dynaſtes præerat Aegyptijs, agnum locutum ferunt. ¶Cęlius ait

ſe duorum

ſe duorum fere ſtadiorum ſpacio a mœnibus vrbis patriæ vidiſſe cornicem albam/ capite nigricãte. Hinc Cornix alba prouerbio dici ſolet, res inuẽtu rara. ¶Sunt qui veritati et hiſtorię tribuãt Gryllum a Circe deformatum fuiſſe in brutum. ¶Aelianus prodit ceruum a Ptolemęo Philadelpho ita educatum, vt græce loquentem magiſtrum perſpicue intelligeret. ¶In partẽ miraculi pono. ꝙ Scipio Africanus annis. 54. nihil emerit/nihil vendiderit/nihil ædificauerit/ libras argenti. 33. auri tres tantum moriens reliquerit, cuius tamẽ poteſtate victa fuerat Carthago. ¶Plutarchus in libro de Oraculis ſcribit Cleonem ex Daulia multos quibus vixerat annos, nulla vnq̃ inſomnia vidiſſe. Quod et Traſimedi cõtigit. Theon Stoicus dormiens paſſim ambulabat, quo etiam morbo lahorauit ſeruus Periclis, adeo vt dormiens in ſumma tecta reperet. ¶Scribit Cælius Buddam gymnoſophiſtarũ prícipem e latere ſuo virginem generaſſe. ¶Ferũt et principem philoſophorum Platonem natum de virginis partu/ Perictione eiuſdẽ matre Apollinis oppreſſa phãtaſmate. ¶Amore laſciuo & Venereo puellam vrſus adamauit. Vide in capite de hominibus adamatis a brutis. ¶Herodotus in Euterpe ait ſuo tempore hircum palam coiuiſſe cum muliere. ¶Xerxe in Græciam copias parãte mula peperit mulũ maſculis/fœmineiſq; genitalibus. ¶Ex vna mure genitos. 120. Item apud Perſas pręgnantes in vtero parentis repertas ſcribit Plynius lib. 10. Cap. 95. ¶Eurípheus Cyrenęus habuit in ſuperiore maxilla vnicum os continuum vice dẽtium. Timarchus Meſtoris Cypríj filius habuit vtrinq; geminum dẽtium ordinem. ¶Agrippina Claudíj Cæſaris vxor turdum habuit imitãtem ſermones hominum, quo tẽpore Plynius hiſtoriam ſuam ſcribebat. ¶Habebant & Cęſares iuuenes Sturnum et Luſcinias græco latinoq; ſermoni aſſuefactas/& aſſidue noua loquẽtes, lõgo etiã verborum filo. ¶Atys Crœſi filius ſemeſtris locutus eſt in crepundijs, dũ videret hoſtilem gladium paterno imminere iugulo. ¶Fauſta mulier e plebe Oſtiæ duos mares ac totidẽ fœminas vno edidit partu. ¶In labra Iouis Gnydíj fonte anguillæ veſcuntur manibus humanis, et additas inaures accipiunt. Idem faciunt in Cabura Meſopotamię fonte. In Lymira fonte Lycię Apollini ſacro ter fiſtula euocati piſces ad augurijũ veniunt, & abiectas carnes dirípiũt. Hierapoli Syrię in lacu Veneris vocati parent ædituorum vocibus / ornati auro veniunt adulantes et ſcalpendos ſe prębent. ¶Cornelius Ruffus Manij Curionis in conſulatu collega dormiẽs excęcatus eſt, quũ id ſibi accidere ſomniaret. ¶Echeneis piſculus naues q̃libet impetuoſo vẽtorũ flatu agitatas remoratur, ſi carinis adhæreat. ¶Formicę viuę mortuas ſepeliunt magna in ſuam ſpeciẽ charitate. ¶Lacydi philoſopho anſer perpetuus adhęſit comes, ab eius latere nunq̃ diſcedens. ¶Circa fontem Gangis populi ſunt Aſtomi ſine ore/corpore toto hirti/ veſtiti frondium lanugine/halitu tantum viuentes et odore/quem naribus trahunt. ¶Zoroaſtres annis vigintí caſeo vixit in deſertis. ¶De miraculis aquarum loquemur in capite de fluuijs. ¶Eo tẽpore quo Veturia Coriolanũ filium ab obſidione vrbis reppulit, fortunæ muliebris ſimulachrum bis locutum eſt. ¶Seruij Iulij ſtatua (quum ædes fortunę conflagraſſet) inuiolata permanſit. ¶Pamphilius Pheræus cęſus in acię decem diebus iacuit, biduoq; poſtq̃ inde ſublat⁹ eſſet, impoſitus rogo reuixit. ¶Vxor Nauſimenis Athenienſis quum liberos in inceſtu deprẽhendiſſet, horrore facinoris permota vocem amiſit. ¶Egles Athleta Samius quum videret ſortitionem inter ſocios non bona fide fieri, indignatione motus vocalis factus eſt, quum ſemper antea fuiſſet mutus. ¶Gorgias Epyrota in funere matris ſuę/ vtero elapſus, lectum ferentes conſiſtere coegit inopinato vagitu. ¶Iaſonem Phereum quum per inſidias neſcio quis infe-

rendę mortis animo percuſſiſſet, vomica eum liberauit, quæ nullis medicorum artibus curari potuerat. ¶ Daphidas ſophiſta, quum irridendi cauſa Apollinẽ Delphis conſuluiſſet, an equum inuenire poſſet/ quum prius nullum habuiſſet, accepit ab oraculo, inuẽturũ equum/ſed quo deturbatus periret, Inde quum neglecto per calumniam oraculo reuerteretur, incidit in manus Attali regis, quem contumelioſis verbis abſentem plęrumq; momorderat. Eius itaq; iuſſu pręcipitatus eſt e ſaxo, cui nomen erat equi. ¶ Philippus rex Macedonum monitus ab oraculo, vt caueret a quadriga, toto regno diſiungi currus imperauit. Poſtea tamẽ interfectus eſt gladio Pauſanię, in cuius manubrio cęlata erat quadriga. ¶ Direptina Mithridatis filia duplici dentiũ ordine deformata eſt. ¶ Lynceus oculorum acie tam longe contendit, vt egredientes Carthaginenſium naues, a Lilybęo portu inſpiceret. ¶ Ariſtomenes Meſſenius ab Athenienſibus ob calliditatem diſſectus, repertus eſt hirſuto et piloſo corde. ¶ Antipater Sidonius omnibus annis eo die quo genit⁹ erat/ febre laborabat, qua ad extremum conſumptus eſt eodem natali ſuo.

Venefici.

1	Circe	11	Guthrune		Folia
2	Vmbro	12	Onomacritus	18	Mœris
3	Medea	13	Marſi	19	Thracia
4	Mycale	14	Pſylli	20	Neuri
5	Erictho	15	Oblogenes	21	Choatrę
6	Dipſas		Triballi		Choaſtes
7	Paſetes		Vitiæ	22	Harcalo
8	Exagonus	16	Canidia		Atyr
9	Eriphia	17	Sagana	23	Gyge
10	Locuſta		Veia		

1 CIrce Solis et Perſę nymphę filia, quum venefica eſſet peritiſſima, poetarum fabulis dicta eſt commutaſſe ſocios Vlyſſis in porcos. Habitauit autem nõ procul a Caieta Cãpanię vrbe. Virgil. in Bucc. Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis. Tibullus lib. 2. Quicquid habet Circe, quicquid Medea veneni. Propertius lib. 2. Seu mihi Circæo pereundum eſt gramine, ſiue Colchis Colchiacis vrat ahena focis. Plynius. Homerus multus in admiratiõe Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit. Mantuanus in Alphonſo. Gramina ſuſpẽdunt, viroſi infamia Ponti Gramina, queis olim Medea venefica matris Docta ſcelus, necnon Ithace ducis hoſpita Circe/ Et Veneris quõdam furijs agitata Calypſo/ In varios vultus homines mutare ſolebant. Ouidius lib. 3. Eleg. Aut te traiectis Aeęa venefica ramis Deuouet. Stroza fili⁹. Deſpect⁹ magicæ petit ipia carmina Circes.

2 ¶ Vmbro fuit ſacerdos, e gente Marrubiorũ prope Fucinum lacum habitãtium, adeo peritus veneficij & herbarum potens, vt hydros ſopiret, & innocuos ſerpentes tractaret manibus. Virgil. lib. 7.

Quin et Marrubia venit de gente ſacerdos
Fronde ſuper galeam & felici comptus oliua,
Archippi regis miſſu fortiſſimus Vmbro.
Vipereo generi & grauiter ſpirantibus hydris
Spargere qui ſomnos cantuq; manuq; ſolebat,
Mulcebatq; iras/ & morſus arte leuabat.
Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum
Eualuit, Nec eum iuuere in vulnera cantus

Somniferi,

Somniferi,& Marſis quęſitę in montibus herbę.

¶Medea filia Aętæ regis Colchorũ & Ipſeę / ac ſoror Circes multarum herbarũ 3
ac radicum vires inuenit,eamq; artẽ didicit a ſorore & adeo exercuit,vt tauros flã=
mam faucibus eructantes/ dracone mq; peruigilẽ aurei velleris cuſtodẽ ſopiuerit.
ne rapturo vellus ipſum Iaſoni incõmodarẽt. Quo beneficio permotus Iaſon eam
ſibi copulauit vxorem. Vbi autem ambo in Theſſaliã peruenerũt,Medea Aeſonẽ
patris Iaſonis/iam ſenio confectum/ſuis artibus reduxit ad iuuẽtutem. Nihilomi=
nus Iaſon obſequij oblitus eam poſtea repudiauit/& Creuſam filiam Creõtis regis
Corinthiorũ ſuperinduxit. Qua ingratitudine permota Medea/nouæ nuptę diſſi=
mulato odio / pallam venenis infectam munerí miſit. Quam quum illa induiſſet,
ſubito flagrauit incẽdio,Pariq; exitio perierũt Creon & eius regia. Quo facto Me=
dea filios ex Iaſone ſuſceptos laniauit palam, demũ a draconibus in aerẽ ſubleuata
Athenas deuolauit,ibiq; iterum nupſit ægeo, cuius filium Theſeum potauit Cer=
berí ſpuma, ac demũ nubes carminibus excitauit, quibus cum Medo filio (quem
ex ęgeo ſuſceperat)inuoluta peruolauit in Aſiam. Hęc ſunt notiſſima omniũ Me=
deæ venefícia. Ouidius lib.7.eam ſic inducit loquentẽ, vbi artis ſuæ peritiam fa=
tetur deos omnes alloquens,vt æſonem iuuentutí reſtituat.

Tuq; triceps hecate,quæ cœptis conſcia noſtris
Adiutrix q; venis,Cantuſq; arteſq; Magorum/
Quęq; magos tellus pollentibus inſtruis herbis/
Auræq; et venti/monteſq;/amneſq;/lacuſq;/
Diíq; omnes nemorum/díſq; omnes noctis/adeſte.
Quorum ope (quum volui)ripis mirantibus/amnes
In fontes rediere ſuos /Concuſſaq; ſiſto/
Stantia concutio cantu freta/nubila pello/
Nubilaq; induco/ventos abigo q; voco q;/
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces/
Viuaq; ſaxa/ſua conuulſaq; robora terra
Et ſyluas moueo/iubeoq; tremiſcere montes/
Et mugire ſolum/maneſq; exire ſepulchris/
Te quoq; luna traho/q̃uis temerata labores
Aera tuos minuant/currus quoq; carmine noſtro
Pallent, ac pallet noſtris aurora venenis. Idem in Epiſt. Barbara narratur veniſſe
venefica tecum. Idem. Illa reluctantem curſu deducere lunã Nititur, & tenebris
abdere Solis equos. Illa refrenat aquas/obliquaq; flumina ſiſtit/Illa loco ſyluas/vi=
uaq; ſaxa mouet. Per tumulos errat ſparſis diſcincta capillis/Certaq; de tepidis col=
ligit oſſa rogis. Deuouet abſentes/ſimulachraq; cærea fingit, Et miſerum tenues
in iecur vrget acus. Propertius lib.2. Non hic herba valet,nõ hic nocturna Citęis/
Non per Medeę gramina cocta manus. Idem lib.3. Colchis flagrantes adamãtina
ſub iuga tauros Egit, & armigera prælia ſæuit humo. Cuſtodiſq; feros clauſit ſer=
pentis hiatus,Iret vt Aeſonias aurea lana domos. Val.Flac.lib.8. Contra tartareis
Colchis ſpumare venenis,Cunctaq; Lethęi quaſſare ſilentia rami Perſtat. Plynius
lib.25. Certe quid non repleuere fabulis Colchis Medea /alięq;?

¶Mycale nomen eſt veneficę mulieris apud Ouidium lib.12.ſcribentem. Mater 4
erat Mycale,quam deduxiſſe canendo/ Sępe reluctantis conſtabat cornua Lunę.

¶Ericto maga fuit Theſſala multis veneficijs famoſa. De qua Lucan⁹ lib. 6.ait. 5
Hos ſcelerum ritus/hęc dirę carmina gẽtis/Effera dãnarat nimię pietatis Ericto/

In q; nouos ritus pollutã duxerat artẽ. Illí nãq; nefas vrbís ſubmittere tecto Aut la rib⁹ ferale caput/deſertaq; buſta Incolít, & tumulos expulſis obtinet vmbris/Gra ta deis herebi/cœtus audire ſilentum/Noſſe domos Stygías arcanaq; ditis operti. Non ſuperí non vita vetat. Tenet ora profanę Fœda ſitu macies, cœloq; ignota ſe= reno Terribilis ſtygío facies pallore grauatur, Impexís onerata comis. Sí nymbus et atræ Sydera ſubducunt nubes, tũc Theſſala nudís Egreditur buſtís/nocturnaq; fulgura captat. Longa eſt ſeries carmínum, quíbus ſceleratam hanc magam depín= gít. Sí quis appetit videre graphícam veneficę artís narratiõẽ, videat eũdem Lu= canum. Nemo latínorum poetarũ melius rem aperuít. Ouidíus ín Epíſt. Sapphus.

Illuc mentís ínops vt quam furíalís Erictho Impulít.

6 ¶Dípſas nomen eſt vetulę veneficæ apud eundem Ouidium líbro primo Elegía= rum ſcribentem.

Eſt quędam, quícunq; volet cognoſcere lenam
Audíta eſt quędam nomine Dípſas anus.
Ex re nomen habet/nígrí non ílla parentem
Mennonís ín roſeís ſobria vídit equís.
Illa magas artes æęaq; carmina nouít,
Inq; caput líquidas arte recuruat aquas.
Scít bene quid gramen/quid toto concíta Rhombo
Lícia, quid valeat vírus amantís equæ.
Quum voluit, toto glomerantur nubíla cœlo/
Quum voluít, puro fulget ín orbe díes.
Sanguíne (ſí qua fídes) ſtillantía ſydera vídi,
Purpureus lunę ſanguíne vultus erat.
Hanc ego nocturnas verſam volitare per vmbras
Suſpícor, et pluma corpus anile tegi,
Euocat antíquis proauos/atauoſq; ſepulchrís/
Et ſolídam longo carmíne fíndít humum.

7 ¶Paſetes fuít quíſpiam præſtigiarum & magiæ peritíſſímus, qui ſuís íncanta= mentís faciebat, vt repente conuíuium omnibus epulís inſtructíſſimum appare= ret. Rurſus quum volebat, omnia iubebat euaneſcere. Quum quíd emebat, preciũ et nummus redíbat a venditore ad emptorem. Teſtís Eraſmus/ín explanatíone íl= líus adagíj, Paſetís ſemiobolus.

8 ¶Exagonus legatus Oblogenum (quí populí ſunt ín Cypro) quum Romam veníſſet, íbíq; de herbarum virí bus multa díſſereret, volens conjectus eſt a conſu= líbus ín dolium plenum ſerpentibus experimentí cauſa, vbi ſerpentes ípſí non ſo= lum non eum mordebant, at etiam demulcebant línguís. Author Plynius lib. 28.

9 ¶Eriphía venefica fuit et faſcinatríx, quæ quum aliquod animal aſpiciebat, illí accídebat malí quidpiam. Hínc adagiũ. Anus Eriphus, in mulierem excantatrícẽ.

10 ¶Locuſta apud Cor. Tacitum nomen eſt mulíeris veneficæ, quæ boletos vene= nís infecit, quibus Agrippina Claudium marítum ſuffocauit. Capitur etíam Lo= cuſta pro quacunq; venefica. Iuuenalis Satyra prima. Inſtituitq; rudes melior lo= cuſta propínquas.

11 ¶Guthrune fuit venefica, quę ſuís íncantamentís plæroſq; excęcauít, nulla morbí cauſa apparente. Author Saxo.

12 ¶Onomacritus ſortílegus fuit apud Athenienſes et Muſęi ſocius, quẽ Hippar= chus Athenís expulít. Author Herodotus in Polyhymnía.

¶Marſí

¶Marsi populi Italiæ a Circe oriũdi herbarum vires et venefícia appríme callue= 13
runt. Vnde Syllius lib.8. Ac Marsica pubes/Et bellare manu/ & Chelydris cãtare
soporem/Vipereumq; herbis hebetare et carmine dẽtem/Aetę prolem anguitiam
mala gramina primã Monstrauisse ferunt/tactuq; domare venena/Et lunã excus=
sisse polo/stridoribus amnes Frenantem/ac syluis montem nudasse vocatis. Gel=
lius lib.16.Cap.11. Gẽs in Italia Marsorũ,orta fertur a Circes filio Marso. Prop=
terea Marsis omnibus vi quadam genitali datum, vt serpentum virulentorum do=
mitores sint,& incantationibus herbarum succis faciant medelarum miracula.
¶Psylli populi fuerunt in Africa Nasamonibus contermini, quorum terra quum 14
austri flatu exaruisset,collecto exercitu sumptisq; armis in austrum ipsum/perinde
ac hostem profecti sunt. Contra vero ventus magno spiritu occurrens, eos omnes
arenarum cumulis adobruit. Quod priusq̃ accidisset, ferunt eos eadem vi et potẽ=
tia ĩ venefícijs prędítos fuisse/qua et Marsos. De Psyllis,Plyni9 lib.7.sic ait. Ho=
rum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus,ex cuius odore sopirent eas.
¶Crates Pergamenus apud Plyniũ testis est Oblogenes populos esse in helles põ= 15
to/serpentũ ictus contactu leuare solitos/& manu imposita venena extrahere cor=
poribus. ¶Populi sunt in Triballis & Illyrijs,qui visu effascinãt et interimũt,quos
diutius intuentur iratis præcipue oculis. Huius generis et potentiæ sunt fœminę in
Scythia/quę vocantur Vitię.
¶Canidia Neapolitana fuit vnguentaria/fascinatrix et venefica. Horati9 in Epo= 16
do. An malas Canidia tractauit dapes. Idem. Canidia breuibus implicata viperis,
Crines & incõptum caput/Iubet sepulchris caprificos erutas/Iubet cupressos fu=
nebres/Et vncta turpis oua ranę sãguine/Plumãq; nocturnę strigis/Herbasq; quas
Colchos atq; Iberia Mittit venenorum ferax,Et ossa abore rapta ieiunæ canis/Flã
mis aduri Colchicis.
¶Apud eundem Sagana/Veia/et Folia/nomina sunt venefícarum, quæ Varum 17
puerum prætextatum suis venefícijs incantarunt. De Sagana sic inquit. At expe=
dita Sagana per totam domum Spargẽs auernales aquas/horret capillis. De Veia.
Abacta nulla Veia conscientia/Ligonibus duris humũ Exhauriebat/ingemens la=
boribus. De Folia. Non defuisse masculę libidinis Ariminẽsem Foliam/Et ociosa
credidit Neapolis.
¶De Mœri venefico Virg. in Bucc. sic ait. Has herbas/atq; hęc ponto mihi lecta 18
venena Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto. His ego sæpe lupum fieri et
se condere syluis Mœrim, sæpe imis animas excire sepulchris/Atq; satas alio vidi
traducere messes.
¶Thracia fuit nympha saga et fascinatrix,quæ propter peritiam herbarum et ve= 19
neficiorũ habita est loco numinis apud Thraces,quorũ etiam regioni dedit nomẽ.
¶Neuri populi fuerũt in Scythia incãtatores maximi, vt qui ex hominib9 in lupos 20
se verterent. Author Herodotus.
¶Choatrę populi (quos Plynius circa Męotim locat) fuerunt etiam incantatores 21
maximi. Vnde Val. Flac. Lib.6. Argon. Centoras/et diros magico terrore Choa=
tras. ¶Apud eundem Choastes nomen est venefici, vbi ait. Maximus hos inter
Stygia venit arte Choastes.
¶Harcalo venefícus fuit, qui innocuos leones impune attrectabat manibus. Syl= 22
lius lib.1. Harcalo nõ pauidus fœtas mulcere leenas. Apud eundem Atyr nomen
est incantatoris, qui serpentes solo tactu sopibat, de quo sic ait. Necnon serpentes
diro exarmare veneno Doct9 Atyr/tactuq; graues sopire Chelydros, Ac dubiam

admoto ſobolem explorare Ceraſte.

23 ¶Paryſatis mater Cyri famulam habuit Gygem nomine, qua vtebatur ad veneficia. ¶Porro venefici apud Perſas hac pœna legib⁹ puniebãtur. Ampla erat petra, in qua capita eorum impoſita alia petra feriebãt, quoad faciẽ et caput infregiſſent. Quo mortis genere Gyge interijt. Author Plutarchus in Artaxerxe. Veneficarũ autem vis eſt, vt ſuis cantibus homines in porcos commutẽt, fruges excantent, ſcabiem & velut peſtem quãdam armentis eorum (quos oderunt) immittãt, herbas cogant areſcere, mentes illaqueent, oculos faſcinent, mẽbra illigẽt, manus et pedes ſic perſtringant, vt ſuum ſatis officium nequeant facere/ dureſcere faciant limum/ cæram liqueſcere/ quoſdã tabeſcere ſenſim emorientes/ vmbras ſepulchris eruere/ accerſere cacodæmones/ deducere lunam cœlo/ et alia relatu mira/ & creditu difficillima facere. Cuiuſmodi ſunt ea que Tibullus memorat lib. 1. dicens.

Hanc ego de cœlo ducentem ſydera vidi,
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.
Hęc cantu findítq; ſolum/ maneſq; ſepulchris
Elicit, & tepido deuorat oſſa rogo.
Iam ciet infernas magico ſtridore cateruas/
Et iubet aſperſas lacte referre pedem.
Quum libet, hęc triſti depellit nubila cœlo/
Quum libet, æſtiuo prouocat orbe niues.
Sola tenere malas Medeę dicitur herbas.
Sola feros hecates perdomuiſſe canes. Idem.
Cantus vicinis fruges traducit ab agris,
Cantus et iratæ detinet anguis iter.
Cantus et e cœlo deducere nubila tentat,
Et faceret, ſi non ara repulſa ſonent.

Magi & alij Venefici.

1	Cetieus		Empedocles		Amphion
2	Dardanus		Democritus	6	Simon Samarẽus
3	Zoroaſtres		Apollonices	7	Gobrias
	Hermippus		Captidenes		Craca
	Agonax		Hoſthanes		Thor
4	Apuſcorus		Druydę		Othinus
	Zaratus		Britanni	8	Cynops
	Marmaridius	5	Tyridates	9	Arnuphis
	Zarmocenidas		Nero	10	Salomon
	Hippocus		Apollonius		Eleazarus
	Hoſthanes		Apuleius		
	Pythagoras		Cobares		

1 CEtieus magus fuit, cuius augurio Bocrebiſta rex Getarũ Romanos vicit.

2 ¶Dardanus fuit ſceleratiſſimus quiſpiã magus, a cuius nomine artes magicæ vocantur Dardanię. Columella. At ſi nulla valet medicina repellere morbum, Dardanię veniunt artes. Hinc etiam Dardanarij dicuntur propolæ, qui omnia præemunt, vt carius poſtea vendant. Latine reuenditores. Hic Dardanus libros de magia ſcripſit, quos in ſepulchro fertur cõſtituiſſe. Eos democritus editis commentarijs illuſtrauit, diſciplinam q; ex illis reconditam accepit.

3 ¶Conuenit inter authores Magicam artem in Perſide a Zoroaſtre inuentam, qui etiam

etiam centum millia verſuũ de ea ſcripſit, quæ Hermippus cõmẽtariis explanauit. Præceptorẽ in ea vanitate habuit Zoroaſtres Agonacẽ, qui aliquot annorũ millib⁹ floruit ante bellũ Troianũ, authore Plynio. Nã ſi vera eſt Coſmographorũ ſupputatio, Troia capta eſt annis. 4020. poſt mundi creationem.

¶ Plynius inter primi ſæculi magos recenſet Apuſcorũ & Zaratum Mœdos, Babylonium Marmaridium, Hippocũ Arabem, & Aſſyrium Zarmocenidã, quorũ tamẽ nulla extãt monumẽta. De Magia etiã cõmẽtat⁹ eſt Hoſthanes, Xerxẽ regẽ Perſarum bellũ inferẽtem Græciæ comitatus. Cuius artis ſemina adeo diffudit, vt quacunq; cõmearet, inficeret & iterficeret plurimos. ¶ Pythagoras, Empedocles, et Democritus ad eã perdiſcendã exiliũ patriæ ſibi propoſuerunt, quã reuerſi prædicauere, & velut myſteriũ aliquod in arcanis habuere. De ea etiã ſcripſerũt Apollonices et Captidenes, quorũ opera Democritus ſuis cõmẽtariis locupletauit circa bellum Peloponneſiacum. Plynius ait aliã fuiſſe Magicæ artis factionẽ, quã exercuerit Moſes, ſed multis annis poſt Zoroaſtrem. ¶ Fuit et hoſtanes ſecũdus Alexandri magni comitatu exornatus, qui huic arti authoritatem et incrementum addidit profeſſione. Eam etiã apud Gallos exercuerũt Druydæ eorũdẽ philoſophi. 4

¶ Plynij temporibus Britanni tantis cerimonijs eam celebrabant, vt dediſſe Perſis videri poſſent, quibus tamen eius artis cõmentum refertur acceptum. Nunc apud chriſtiannos iam deſint, ea vanitas. 5

¶ Tyridatem regẽ Armeniæ magum fuiſſe indicant verba Plynij, qui ait Neronẽ ab eo cœnis magicis initiatum, adeo vt maior citharę aut cãtus libido nõ ei fuerit, q̃ eius artis. ¶ Ferunt et Apollonium Tyanæum arte magica inſignem fuiſſe, teſte Lactancio, adeo vt cum Domitianus eum punire vellet, repente in iudicio non cõparuerit. ¶ Medaurẽſis quoq; Apuleius nõ aliam ob cauſam fingitur cõmutat⁹ in aſinũ, q̃ ob earũ vanitatũ peritiã. ¶ Cobares natione Mœdus magicę artis profeſſione celeber habit⁹ eſt, quo tẽpore Alexãder bellũ mouebat i Bactrianos. Author Curti⁹. ¶ Aegyptij crediderũt Amphiona Thebanũ magicę artis peritũ fuiſſe, ac propterea factã eſſe fabulã de arborib⁹, auritiſq; ſcopulis eius cãtui obtẽperãtibus. 6

¶ Simon Samarẽus magicis artibus et ope dæmonum ſuffultus, egregie adeo Romanos luſit, & faſcinauit, vt plęriſq; fecerit ſe numem, meruerit q; inter duos põtes ſimulachrum, hoc titulo. Simoni deo ſancto. 7

¶ Gobrias fuit Magus, a quo Socrates multa didicit de pœnis aiarũ et beatitudine. Idem dicebat mortaliũ animas in occultiorẽ locum ſub terrã demigrare, in quo Iunonis eſſet regia. ¶ Craca mulier, Thor et Othin⁹ nomina ſunt magorum apud Saxonem. Quorum illa (vt ait) appoſitas dapes in aliarum rerũ formam cõmutabat, hi ludificatis idiotarum mentibus, diuinitatis faſtigium ſibi arrogabant. 8

¶ Cynops magus fuit, qui Ioanni reſiſtẽs, fingebat ſe ſuſcitare mortuos, & dęmonibus colloqui in Pathmo inſula, quæ eſt vna ex Sporadib⁹. Mirandula in hymnis.

Et Cynopem magiæ confiſum diſpulit altę Mentis Ioannes. 9

¶ Arnuphis ægyptius philoſophus, arte magica & dæmonum præſtigijs in aera ſe ſublimabat. Idẽ tempore M. Antonij principis, quum Romanorum exercitus aquarum ſitiret penuria, imbrem cum fulgure et tonitru æſtiuo tempore fertur ſuſcitaſſe. 10

¶ Ioſephus lib. 8. antiquitatũ ſcribit Salomoni a deo cõceſſum fuiſſe, vt artem cõtra dæmones ediſceret ad hominũ ſalutem, curationes itẽ inſtitueret, quibus ægritudines poſſent mitigari, Quam edoctus artem Eleazarus, ſpectante Veſpaſiano,

eos curabat, qui a Dęmonibus vexabantur. Porro vim artis magicę Ouidi⁹ exprimit his verbis. Carmine lęsa Ceres sterilem vanescit in herbam | Deficiunt lęsi carmine fontis aquę. Ilicibus glādes | cātataq; vitibus vua Decidit, & nullo poma mouente fluunt. Quāto autem in precio fuerit primis sęculis, vide apud Plynium lib. 30. Nat. Hist. Cap. 1.

¶ Astrologi.

1 Anaximander
Apollonius
2 Eudoxus
3 Iul. Hyginus
Conon
4 Archytas
5 Babylonij
6 Hipparchus
7 Manilius
8 Manethus
9 Meson
10 Nigidius
11 Oenopides
12 Palamedes
Protagoras
13 Ptolemæus
14 Sulpicius Gallus
15 Thales
Theon
16 Atlas
17 Cleostratus
Pythagoras
18 Endymion
Anaxagoras
Pherecydes
19 Berosus
20 Sosigenes
21 Melon
22 Metheon
Tarnutius
23 Zoroastres
24 Polyenus
25 Necepsus
26 Aratus
27 Sulla
28 Pontanus
29 Biliottus.

1 ANaximander Milesius Thaletis discipulus sphęram constructit | horologium et gnomonem inuenit. Conuersiones solis notauit et æquinoctia. ¶ Apolloni⁹ Tyanæus scripsit libros de astrologica diuinatiōe quattuor

2 ¶ Eudoxus Gnydius nobilis fuit astrologus Platonis ęqualis. Scripsit poetice de astrologia. Curuas lineas primus reperit. Habuit etiam cum astrologia | Geometriam quoq; et medicinam.

3 ¶ Iulius Hyginus familiaris Quintiliani scripsit de mundi et sphæræ narratione. Prętera de signis cœlestibus libros. 4. Itē cōmētarios in Virgilium, qui nō extāt | et librū nomine Gromaticon, de modo obsidendarū vrbium et castrorum. ¶ Conon Mathematicus ægyptius natione libros de astrologia septem reliquit. De hoc Virg. in Bucc. In medio duo signa Conō, & quis fuit alter, Descripsit radio totum qui gentibus orbem. Hic quum vellet inire gratiā Ptolemęi regis, dixit crinem regine Berenices in cœlo collocatum.

4 ¶ Archytas Tarentinus Mechanica primus exposuit & in Geometria cubum inuenit. Ab eo descēdit horus etiam in astrologia clarus. De vtroq; et Conone Propertius li. 4. Me creat Archytę soboles Babylonius horus, Horus & a proauo ducta Conone domus.

5 ¶ Babylonij primi omnium astrologiam dicuntur inuenisse, omnemq; curam in contemplatione syderum collocasse, Lucretius lib. 5. Vt Babylonica Chaldæū doctrina refutans Astrologorum artem. Ab his Græci polū | gnomonem et duodecim horas diei didicerunt.

6 ¶ Hipparchus Niceus scripsit de Stellis fixis | de lunę motu cōtra Platonē. Instrumenta Mathematicis inuenit. De hoc Plynius lib. 2. Cap. 12. &. 26. loquitur.

7 ¶ C. Manili⁹ Antiochenus, primus poetarū latinorū astrologiā versib⁹ aggressus est, quod opus nūcupauit Augusto, Hipparchum | Eudoxum et Aratum secutus.

8 ¶ Manethus ægyptius scripsit Phisiologiam & astrorum effectus versibus.

9 ¶ Meson astrologus Atheniēsib⁹ in expeditionē Sicilię nauigaturis tēpestatē prędixit futurā. Atq; etiā insanum se finxit, ne cum eis traheretur inuitus.

10 ¶ P. Nigidius Figul⁹ secta fuit Pythagoręus | astrologię et medicinę peritissimus.

De quo

De quo Luca. Lib. 1. At figulus cui cura deos ſecretaq; mundi Noſſe fuit/quem nō
ſtellarum Aegyptia Memphis Aequaret viſu/numeriſq; mouentibus aſtra.
¶Oenopides Chius aſtrologus, dedicauit in Olympia æreum libellū, in quo ma= 11
gnum annum prędicabat.
¶Palamedes Naupli & Climenes filius, quū eſſet aſtrologiæ peritus, annum mē= 12
ſeſq; ad curſum ſolis apud Gręcos accōmodauit. Primuſq; viſam multorum metu
in caſtris clypſim/dixit rem eſſe naturalē et minime timendā. ¶Protagoras Dio=
gene teſte, fuit aſtrologus, in quem Euphorion ſcripſit Epicedium.
¶Ptolemęus ægyptius (qui floruit Antonini tēporibus) in aſtrologiæ ſciētia an= 13
tiquos omnes æquauit. Primus apud Græcos cœli rationem omnem explicuit, in=
uentaq; ab Hipparcho inſtrumēta, clarius illuſtrauit. Edidit compoſitionem illā,
quam Almageſtum vocāt. Scripſit et de his, quę ad practicā aſtrorum prognoſti=
cam ſpectant & alia permulta.
¶Sulpicius Gallus in exercitu Pauli æmylij contra Perſeum/deprehenſam noctu 14
Eclypſim Lunę mirantibus militibus enarrauit.
¶Thales mileſi⁹ aſtrologię ſecreta penetrauit omniū primus. Prim⁹ Solis Eclyp= 15
ſim prædixit, & de vrſa minore diſſeruit. ¶Theon philoſophus Alexandrinus
ſcripſit de aſtrologia et Cōmentarios in Ptolemęum. Item paruum Aſtrolabium.
¶Ideo poetæ fingunt Atlantē cœlum humeris ſuſtinuiſſe, q⁹ ſyderali ſcientia cla= 16
riſſimus extiterit. Sunt enim qui Sphærę inuentum eidem referant acceptum.
¶Cœli ſigna prim⁹ dicitur aperuiſſe Cleoſtratus Authore Plynio. ¶Sydus Ve= 17
neris, quod naſcentem Solem præuenit, & in ortu Lucifer/in occaſu refulgens nū=
cupatur veſper/primus Pythagoras enarrauit/eiuſq; docuit naturam.
¶Lunę rationem et naturam primus deprehendit Endymion. Hinc poetę fabu= 18
lati ſunt eum a Luna fuiſſe adamatum. ¶Anaxagoras ſciētia cœleſtium literarum
prædixit, quibus diebus ſaxum caſurum eſſet e ſole, Anno ſecundo Olympiadis.
78. Quod et factum eſt ad Egos flumē Thracię. ¶Eius quoq; artis peritia Phere=
cydes Syrius hauſta e puteo aqua futurum ibidem terræ motum prædixit.
¶Beroſo ob ſyderalium rerū peritiā, diuinaſq; prædictiones/ſtatuā in aurata lin= 19
gua poſuerunt Athenienſes in publico gymnaſio.
¶Soſigenes fuit aſtrologus, quem Cæſar dictator annos vicio pontificum per in= 20
tercallandi Licentiam turbatos ad Solis curſum redigens adiutorem ſibi adhibuit.
Author Plynius lib. 18. Cap. 25.
¶Melon nomen aſtrologia apud Plutarchum in Nicia, qui quum eſſet militię, vi= 21
deretq; peſſime ſuę parti futurum, inſaniam mentitus eſt, atq; etiam domum incē=
dio dedit, vt miſſionem et militiæ vacationem impetraret.
¶Apud eundem in Alcibiade Metheon ponitur aſtrologus, qui Atheniēſibus in 22
Syracuſanos expeditionem agitantibus, quum ex aſtrologiæ diſciplina præuideret
futuram belli calamitatem/cōbuſta domo/ſuaq; fortuna palam in concione deplo=
rata ſic populum cōmouit, vt præter conſuetudinē filium ſuum receperit ab omni
militia exēptū. ¶Tarnutius vir fuit tū philoſophiæ/tum mathematicæ imprimis
ſtudioſus/qui quū in aſtrologia putaretur excellere, huic impoſuit Varro/vt Ro=
muli conceptionem in diem & horam deduceret, inſpectiſq; eius vitæ inſtitutis ac
rebus geſtis ex illis conſequentiam colligeret/veluti geometricarum propoſitionū
reſolutiones præcipiunt. Author Plutarchus in Romulo.
¶Suidas apud Budæum ponit Zoroaſtrē in numero aſtronomorū, aitq; floruiſſe 23
Nini regis Aſſyrię tempore.

24 ¶Cicero lib. 4. Quæſtionum Acad. aít Polyenum quendã magnum fuiſſe Mathematicum, qui Epicuro poſtea adhęſerit, totamq; Geometriã falſam crediderit.

25 ¶Necepſus rex fuit Aegyptiorum ĩ aſtrorũ cognitione peritiſſimus, de quo Auſonius ſcribit. Quiq; magos docuit myſteria vana Necepſi. Iulius firmicus. Necepſus inquit, imperator iuſtiſſimus ęgypti, & aſtrologus valde bonus/ per ipſos decanos omnia vicia/ valetudineſq; collegit.

26 ¶Aratus poeta floruit Antigono regnante/ ſcripſitq; Phenomenona latío iure a Cicerone et Cęſare Germanico donata, Itẽ multa alía opera, vt docebim⁹ i poetis.

27 ¶Sulla fuit Mathematicus, qui Calígulæ conſulenti de genitura ſua/ certiſſimam necem appropinquare affirmaait.

28 ¶Noſtro ſæculo magna líterarię Reíp. vtílitate emerſit Iouíanus Pontanus poeta (pareant míhí, qui ſolam mírantur et ſuſpíciunt antíquítatem) cum hominibus ſuperíoris ſæculi cítra ſcrupulũ cõferendus, qui de Stellis líbros. 5. Meteororum vnũ ſcripſit, erudite non minus q̃ docte, q̃uis tamen argumentum ípſum ęgre et labore maxímo cultum ſermonís et verborum phaleras admittat.

29 ¶Marullus ait Bilíottum fuíſſe aſtrologum, extínctum boletís. Hæc eíus verba. Dum cauet aſtrologus perituris ſydera amícis, Dum ſibi boletos non cauet, ípſe perít.

¶Geometræ.

1	Archimedes		Marínus	7	Steſíchorus
	Archytas	5	Pappus		Mamertínus
	Dícearchus		Pauſanías		Tímoſthenes
2	Dionyſíus		Polemon		Dionyſíodorus
3	Eudoxus	6	Ptolemęus		Alíj
4	Eupompus		Scylax		

1 ARchimedes Syracuſanus Geometríam adeo exercuít, vt ductus alíquando ad balnea, dum vngendus ín labro thermulario conſtitueretur, per corporís vnguenta fíguras & líníamenta dígito inſcriberet. ¶Archytas Tarentínus etiam Geometríæ operã dedit, in qua diſcípulũ habuit Platonem. Prímus Mechanica expoſuit, cubumq; reperit teſte Diogene. ¶Dicearchus Siculus Ariſtoclís auditor geometra fuit ætate ſua clariſſímus, qui ſcripſit de Rep. Lacedęmoníorum. Hic regum cura mõtes permenſus eſt, ex quíbus altiſſímum prodídit Pelíon. 1250. paſſuum ratione perpẽdículí nullam eſſe eam portionem vníuerſæ rotunditatís colligens. Teſtis Plynius.

2 ¶Dionyſius Afer ex Byzante ciuitate, ſcripſit geographíam verſib⁹ hexametrís, quos Priſcianus latínos fecít.

3 ¶Eudoxus Gnydíus prímus Geometríæ rationes difficíleſq; demõſtratíones per ſenſum et inſtrumẽtorũ exempla edídit vna cũ Archyta prędeptore. Quapropter ambo conuícia a Platone paſſi ſunt, q̃ geometríæ dignitatem ſuſtuliſſent a cogitatíone et rebus incorporeis/ ad ea quę ſenſíbus perciperentur, declínantes.

4 ¶Eupompus Macedo Zeuſis coętaneus Arithmetícę et geometríæ fuit peritiſſímus, ſíne quíbus negabat artem poſſe perfící. ¶Marínus Tyrius geographiã ſcrípſit, ex qua Ptolemęus ſuam detorſit.

5 ¶Pappus philoſophus Alex. ſcripſit de ſítu orbís, de fluuíjs Africæ & commẽtarios ín Ptolemæum. ¶Pauſanías Cæſarienſis ſcripſit vníuerſæ Græcíæ geographíam cum eíus híſtoríjs. ¶Polemon helladícus/ ſcripſit de origine ciuitatum/ et Lacedęmoníæ Geographíam/ & de curſu Solís líbros. 3.

¶Ptolemęus

¶Ptolemęus Aegyptius præter libros de syderali scientia editos, scripsit etiam de geographia. ¶Scylax Cariandęus (Cariandа ciuitas est Cariæ) scripsit circuitum mensurāq; maris extra columnas Herculis. 6

¶Stesichorus poeta fratrē habuit Mamertinū geometrā. ¶Timosthenes p̄fectus classis Ptolemæi Philadelphi geographus fuit nobilis. Scripsit de portubus libros decem. ¶Dionysiodorus fuit quispiam geometrica scientia nobilis, in cuius mortui sepulchro affines reperisse dicuntur epistolam eius nomine ad superos scriptam. Peruenisse eum a sepulchro ad infimam terram / esse q; eo stadiorum. 42. millia. Author Plynius in fine secundi. ¶Leguntur etiā aliorum nomina, qui in hac arte præstiterūt, vt Euclides / Hippias Elęus / Theodorus Cyrenæus / Leodamas Thasius / Eratosthenes / Plato / Proclus / Theon / Nicephorus / Isacius / Censorinus / Boetius. Geometriam autem inuenerunt Aegyptij in Nili auctu ac dimēsione. Sita est in phantasia / non opinabili / sed certa ex apparentibus speciebus notitia. 7

¶Citharœdi / Tibicines / Cantores & Musici.

1 Iopas
Creteus
2 Iapys
3 Philamon
4 Dorceus
5 Linus
6 Arion
7 Orpheus
8 Thamyras
9 Amphion
10 Hermogenes
11 Echion
Glaphyrus
Choraules
12 Hydimeles
13 Amœbeas
14 Anaxenor
Antigenides
15 Aristonus
16 Hipparchion
Rufinus
17 Cheris
18 Clinias
19 Corœbus
Eunomius
Ariston
20 Hippomachus
21 Lasus
Marsyas
22 Mymnernus
23 Nicostratus
Laodocus
24 Olympius
Philistus
25 Phyrnis
Scylax
Simon
26 Tellen
Timotheus
27 Xenophilus
28 Moschus
29 Aristoxenus
Demodocus
30 Hismenias
Dionysiodorus
Nicomachus
31 Aspendius
Conna
32 Babys
33 Ialemus
Pronomus
Menedemus
34 Lamia
35 Epicles
Pylades
36 Philomelus
37 Diodorus
Tarpeius
38 Canus
Conus
39 Eucerus
Batalus
40 Agathon
41 Carneus
42 Stratonicus
Propis
Bos
43 Chrysogonus
44 Terpander
45 Terpnus
46 Octauius herenus
47 Achilles
Chiron
48 Alexander
49 Apollo
Mercurius
50 Pan

IOpas nomen est citharœdi apud Virgil. lib. 1. Aene. scribētem. Cithara crinitus Iopas Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas. Idem lib. 9. facit Cretea quēdam Philomusum & Lyricum, vbi ait. Et Clycium Aeoliden & amicum Cretea musis, Cretea musarum comitem, cui carmina semper / Et citharæ cordi, numeroſq; intendere neruis / Sēper equos / atq; arma virū / pugnasq; canebat. 1

2 ¶ Apud eundem Iapys nomẽ eſt auguris et Citharœdi lib. 12. vbi ait. Iamq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapys Iaſides, acri quondam cui captus amore Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo Auguriũ citharamq; dabat, celereſq; ſagittas.

3 ¶ Philamon fuit Apollinis filius/clarus cithara. Ouid. libro vndecimo. Naſcitur e Phœbo (namq; eſt enixa gemellos) Carmine vocali clarus, citharaq; Philamon.

4 ¶ Dorceus cantu citharę apud Thraces ſecundam poſt Orpheum meruit palmã. Val. Flaccus lib. 3. Argon. Protinus inſignem cithara/cantuq; fluenti Dorcea, qui dulci feſtis aſſiſtere menſis Pectine Biſtoniæ magnum poſt auſus alumnum.

5 ¶ Linus Apollinis et Vraniæ filius Lyricę muſæ fuit peritiſſimus, in qua magni nominis diſcipulos habuit/Orphea/ Thamyram & Herculẽ. De hoc Propertius lib. 2. Tunc ego ſim Inachio notior arte Lino. Hunc ab Hercule plectro & cithara occiſum ferunt, dum eum ruſticius canentem acerbe nimis corripuiſſet.

6 ¶ Ariõ Methymnęus citharœdus et poeta Lyricus dum Leſbon patriam peteret, videretq; inſidias et coniurationẽ parari ſibi a ſocijs (quibuſcũ nauigabat) propter opes, quas ferebat ſecum, rapta cithara nõnihil prius modulans in mare ſe coniecit. Cuius cantu illectus Delphin dorſo exceptum portauit ad litus, et exemit a periculo. In cuius rei monumentum erecta eſt illi ſtatua cum Græco epigrammate, quod Volaterranus latinum fecit hoc modo. Cernis amatorem, qui vexit Arionа delphin, A Siculo ſubiens põdera grata mari. Politianus in Nutricia. Iã Methymnęũ vatem Delphine reuectum, Idem in Ruſt. Quos glomerant imbres, aut preſſus Arione Delphin/ Aut pleas. Ouidius libro ſecundo Faſtorum, de eo abunde meminit his verbis.

Quod mare non nouit, quæ neſcit Arionа tellus?
Carmine currentes ille tenebat aquas,
Sæpe ſequens agnam lupus eſt a voce retentus,
Sæpe auidum fugiens reſtitit agna lupum.
Sæpe canes, leporeſq; vna iacuere ſub vmbra,
Et ſtetit in ſaxo proxima cerua Leę.
Et ſine lite loquax cum Palladis alite cornix
Sedit, et accipitri iuncta columba fuit.
Cynthia ſæpe tuis fertur vocalis Arion
Tanq̃ fraternis obſtupuiſſe modis.
Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes,
Atq; ita quęſitas forte ferebat opes.
Forſitan infelix ventos vndaſq; timebas,
At tibi naue tua tutius æquor erat.
Namq; gubernator diſtricto conſtitit enſe,
Cęteraq; armata conſcia turba manu.
Quid tibi cum gladio? dubiam rege nauita puppim,
Non ſunt hęc digitis arma tenenda tuis.
Ille metu pauidus, mortem non deprecor inquit,
Sed liceat ſumpta pauca referre Lyra. Subiungit item.
Protinus in medias ornatus deſilit vndas,
Spargitur impulſa cærula puppis aqua,
Inde (fide maius) tergo Delphina recuruo
Se memorant oneri ſuppoſuiſſe nouo.
Ille ſedet, citharamq; tenet/preciumq; vehendi

Cantat,

Cantat,& æquoreas carmine mulcet aquas. De hoc etiam loquuntur Gellius lib.16. Cap.19. & Herodotus in Clio. Ab Arione Lyra vocatur Arionia. Idem Ouid.lib.3. de arte. Q̃ uis mutus erat, voci fauisse putatur Piscis Arionię fabula nota Lyræ.

¶Orpheum Apollinis & Calliopes filium poetę faciunt principem Musę Lyricę, 7
adeo vt fabulẽtur delinitas eius cãtu arbores suis se locis exeruisse/sensificatas cautes egisse choros/fluuios cursum cohibuisse/ exarmatas feras posuisse feritatem, & alia id genus incredẽda. Quod ideo fictũ est, quoniã agrestes et beluino properitu degentes homines ad meliorẽ vitę cultum redegisset. Vnde Horatius in arte. Syluestres homines sacer interpresq; deorũ Cędib9 et fœdo victu deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tygres, rabidosq; leones. Fingitur etiã ab inferis cãtu suo exorasse Eurydicen vxorem, ea lege, vt sequentem a tergo non prospiceret, priusq̃ ad superas auras ambo redijssent. Cui legi quũ amor nimius stare non permisisset vatem, Euurydicen demum euanuisse ferũt. Virgil.lib.6. Aene. Si potuit manes accersere cõiugis Orpheus Threicia fretus cithara/fidibusq; canoris. De eodẽ. Ouid. lib.3. de arte. Tu licet et Thamyram superes, atq; Orphea cantu, Non erit ignotæ gratia magna Lyrę. Idem libro vndecimo de eodem mortuo. Temœstæ volucres Orpheu, te turba ferarum, Te rigidi silices/tua carmina sæpe secutæ Fleuerũt syluę, positis te frondibus arbos Tonsa comas luxit, Lachrymis quoq; flumina dicunt Increuisse suis, obscuraq; carbasa pullę Nayades et Dryades passosq; habuere capillos. Propertius lib.3. Orpheu te tenuisse feras. & flumina dicũt Flumina Threícia detinuisse lyra. De eodem Claudianus in prefatione lib.2. de Raptu.

Et reſides leni modulatus pectine neruos
Pollice festiuo nobile ducit ebur.
Vix auditus erat, venti sternuntur et vndę/
Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis.
Porrexit Rhodope sitientes carmina montes/
Excussit gelidas pronior Ossa niues,
Ardua nudato descendit populus Hæmo,
Et comitem quercum pinus amica trahit.
Cirrhęasq; dei q̃uis despexerit artes,
Orphęis laurus vocibus apta venit.
Securum blandi leporem fouere Molossi,
Vicinumq; lupo præbuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum tygride Damæ.
Massyllã cerui non timuere iubã. Ab Orpheo Lyra vocatur Hęmonia/ Threicia/ Orphęa/ Bistonia/ & Bistonis, ꝙ Thrax fuerit natiõe. Ouid.lib.4. Trist. Hęmonia curas attenuasse Lyra. Idẽ in Epist. Threiciam digitis increpuisse Lyrã. Mantuanus in Parth. Mariana, Orphęamq; Lyram & flammis lucentibus aram. Claudianus. Syluaq; Bistoniam sępe secuta Lyram. Pontanus lib.2. Amorũ. Vos mihi Persephonem cantu placate, moueri Namq; potest, mouit Bistonis ante Lyra.

¶Thamyras citharœdus fuit Thracius Lini discipulus, quẽ poetæ a Musis fabu- 8
lãtur excęcatũ, ꝙ eas ad certamẽ cãt9 irritasset. Politian9 in Nutricia. Iã Thamyrã cãtu doctas ãteire sorores Fretũ mox citharę dãnatũ & luminis orbũ. Idẽ i Epigr.
Cederet huic Thamyras docti certamine cantus, Cederet aurata Calliopęa Lyra.

¶Amphionem poetæ fabulantur Lyræ adeo peritum fuisse, vt sequẽtibus cãtum 9
scopulis Thebarum muros cõdiderit. Horatius in arte. Dictus et Amphion The-

banę conditor vrbis Saxa mouere ſono teſtudinis/& prece blãda Ducere quo vellet. Propertius lib. 3. Saxa Cytheronis Thebas agitata per artem Spõte ſua in muri membra coiſſe ferũt. Martianus Capella. Nam Orpheus/ Amphiõ/ Arionq; doctiſſimi/ aurata omnes teſtudine cõſonãtes flexanimũ pariter reddidere cõcẽtum. Seneca. Natus Amphiõ Ioue Struxit canoro ſaxa modulatu trahẽs. Idẽ in Theb. Poteris has Amphionis Quaſſare moles, nulla quas ſtruxit manus Stridẽte tardũ machina ducens onus. Sed conuocatus vocis et citharæ ſono Per ſe ipſe turres venit in ſummas lapis.

10 ¶ Hermogenes fuit citharœd⁹, qui Iulio Cæſari ſuauitate cãtus admodũ placuit. Apud Martialem nomen eſt furis mapparũ. Apud Horatiũ lib. 1. Ser. nomẽ cãtoris, vbi ait. Vt q̃uis tacet Hermogenes cantor, tamẽ atq; Optim⁹ eſt modulator.

11 ¶ Echion et Glaphyrus nomina ſunt citharœdorum apud Iuuenalẽ Satyra. 6. vbi ait. Accipis vxorẽ, de qua citharœdus Echiõ, Aut Glaphyrus fiat pater/ Ambroſiuſq; Choraules. Hic Choraules propriũ eſt nomẽ viri fiſtulicinis. De Glaphyro Martialis lib. 4. Plaudere nec cano/ plaudere nec Glaphyro.

12 ¶ Hydimeles nomen eſt etiam Citharœdi apud Iuuenalem ſatyra. 6. ſcribentem. Quo tener Hydimeles operam dedit, hunc tenet/ hoc ſe Solatur/ gratoq; indulget baſia plectro.

13 ¶ Amœbeas citharœdus fuit caſtiſſimus, qui vxorem nunq̃ attigit.

14 ¶ Anaxenori citharœdo M. Antonius tributa quatuor ciuitatũ legenda conceſſit, propter eius artis peritiam. ¶ Antigenides Thebanus fuit muſicus et tibicen Philoxeni diſcipulus, qui calceamentis Mileſijs et laſciuioribus primus vſus eſt. Huius meminit Plynius. Idem (vt eſt apud Ciceronẽ in Bruto) diſcipulo frigenti ad populum, dixit. Mihi cane, & Muſis. De eo vide nonnihil apud Gellium.

15 ¶ Ariſtonus citharœdus fuit, qui quũ ſexies Pythia viciſſet, vt Lyſandri amicitiã demereretur, pollicitus eſt ſe ſeruum eius palam proclamaturũ, ſi denuo vinceret.

16 ¶ Hipparchion et Rufinus, præcipui fuerũt apud Græcos citharœdi, qui quũ ſolennibus ludis inter ſe certaturi eſſent, contigit, vt theatri tumultu et ſtrepitu commotus et attonit⁹ Hipparchiõ obticuerit. Vnde natũ prouerbiũ, Mutus Hipparchion, de his qui repente ſilent, a quibus tamen grande aliquid expectatur.

17 ¶ Cheris nomen fuit citharœdi de quo nihil reperi prẽter nudum nomen.

18 ¶ Clinias philoſophus fuit ſecta Pythagoræus, qui ſi quãdo ad iram concitaretur/ motus animi ſumpta protinus cithara leuabat, quod et Achillem feciſſe prędicãt.

19 ¶ Corœbus filius Atys regis Lydorum in cithara quintã chordam inuenit. ¶ Eunomius citharœdus Locrenſis ſtatuã meruit, quę inſidẽtem citharę cicadam habebat. Nam quũ in certamine (quod cũ Ariſtone regio muſico de cantu ſuſceperat) chorda vna fracta defeciſſet, cicada ſuperuolans vocem fertur ſuppleuiſſe.

20 ¶ Hippomachus fuit tibicen, qui quum videret a plebe laudari diſcipulũ, quem tamen in arte peccare cognoſcebat, baculo tactum deſiſtere iuſſit, dicens maximũ erroris argumentum eſſe, q̃ ab ignara turba laudaretur.

21 ¶ Laſus herminæus (qui floruit principante Dario) primus de muſica ſcripſit/ & dithyramborum certamen primus protulit. ¶ Marſyas tibicen Phryx natione tibijs a Minerua inuentis auſus eſt Apollinem ad certamen prouocare, a quo victus et excoriatus eſt. De quo Ouid. lib. 6. Meta. Quem Tritoniaca Latous arundine victum Affecit pœna, quid me mihi detrahis inquit? Ah piget, ah nõ eſt (clamabat) tibia tanti/ Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus.

22 ¶ Mymnernus Colophonius poeta fuit Elegiographus et tibicen clariſſimus.

¶Nicoſtratus & Laodocus citharœdi fuerunt, qui quum in certamẽ veniſſent, Ni 23
coſtratus dixit Laodocum eſſe in magna arte paruum, ſe vero in parua magnum.
¶Olympius myſius tibicen citharę legẽ dedit, modoſq; pulſandi reperit & docuit. 24
¶Philiſtus Mileſius muſicę primum operam dedit, euaſitq; clariſſimus tibicen. Ad oratoriam demum conuerſus, auditor fuit Iſocratis.
¶Phyrnis Mitylenęus diſcipulus Ariſtoclidis, primus apud Athenienſes pulſauit 25
citharam & vicit Panathenea.
¶Scylax Cariandęus mathematicus, claruit etiam arte muſica. ¶Simon Magneſius inſignis muſicus, neglecto ſuperiorum muſicorum more Simodiam ītroduxit, ſicut & Lyſis Lyſiodiam.
¶Tellen fuit tibicen, qui ſuauitate cantus ſequenti prouerbio locum fecit. Cane ea 26
quę ſunt Tellenis, q̃ optima fuiſſent. ¶Timotheus Mileſius muſic⁹ decimã & vndecimam Lyrę chordam addidit, & antiquam muſicam in meliorẽ modum mutauit. Eius ſono excitatum ferunt Alexandrum, & ad res bellicas alacrius euibratum. Huius Timothei meminit Cicero lib. 2. de legib⁹. Item Fabius, Propter quod (inquit) Timotheus clarus in arte tibiarum, duplices ab iis (quos alius inſtituiſſet) ſolebat exigere mercedes, q̃ ſi rudes traderentur.
¶Xenophilus muſicus fuit patria Chalcidenſis, qui annos. 107. vixit citra vllũ cor 27
poris incommodum, quę magna eſt homini felicitas. Author Plynius.
¶Moſchus citharœdus fuit imperitus, qui citra reſpirationem diu & in lõgum pro- 28
ducebat vocem, neq; tamen ſonabat aliquid, quod ad ſtomachum auditorum faceret. Hinc adagium natum. Moſchus canẽs Bœoticum. In multiloquos & intempeſtiuos locutores. Bœoticum genus erat cantionis.
¶Ariſtoxenus genere Italus, patria Tarẽtinus cognominatus eſt muſicus propter 29
peritiam eius artis. Author Plutarchus in Ariſtotele. ¶Demodocus fuit citharœdus, quem Homerus inducit canentem in conuiuio Alcinoi regis Phęacum, vbi Alcinous ipſe Demodocum vocat diuinum cantorem.
¶Hiſmenias tibicen fuit peritiſſimus, Antigenis diſcipulus, qui teſte Boetio, mul- 30
tis ægritudine laborantibus omnes animi moleſtias abſterſit. Solitus erat gẽmis vti fulgentibus et precioſis, vt ea oſtentatione artes muſicę pluris ęſtimarent. Antiſthenes quum audiſſet hiſmeniam optimũ haberi tibicinem, At īquit, eſt homo nequã. Non enim (ſi probus foret) tibicen eſſet. Quo dicto muſicos arguebat vt vnguentarios & miniſtros voluptatum. Idem feciſſe fertur Philippus, qui quum accepiſſet filium ſuaui⁹ alicubi cecinisse, tacite eum obiurgauit: Nõ te pudet inquit, q̃ tam bene canere ſcias. ¶Hiſmenię ęqualis fuit Dionyſiodorus & æmulus, Plynio teſte.
¶Nicomachus fuit etiam muſicus, quem idem Plynius ſcribit multas gemmas habuiſſe, ſed nulla peritia electas, ſed ſorte quadam.
¶Aſpendius fuit citharistes, qui omnia ſibi intus cecinisse dicitur. ¶Conna fuit 31
citharœdus ſeu lyriſta, extremę ſortis, qui deuorato patrimonio factus eſt pauperrimus & homo nihili. Hinc adagium natum. Connę calculus, In hominem nullius momenti, cuiuſq; opinio nihili ęſtimatur.
¶Babys frater fuit Marſyę, quẽ quum Apollo excoriato Marſya vellet quoq; per- 32
dere, ſupplicium deprecata eſt Minerua dicens, Babym abiectiorem eſſe, & infelicius canere, q̃ vt dignus eſſet ſupplicio. Quibus verbis pacatus Apollo Babym contempſit, ſuaq; inſcitia grauiter ſatis punitum credidit. Hinc adagium. Peius Babys tibia canit.
¶Ialemus Calliopes fuit filius muſicus quidem, ſed infelix, & in cantu multum fri- 33

gidus. Hinc Ialemi cantilenam pro deſpicabili & abiecta poſuerũt. ¶Pronomus tibicẽ fuit, qui barba vtebatur ꝓmiſſa, & veſtitu nimis accurato, adeo vt mollitiei ſuſpectus haberetur. ¶Plutarchus ait Menedemum fuiſſe muſicum & diſcipulum Ariſtotelis.

34 ¶Lamia mulier fuit ætate Demetrij formoſa, quæ tibijs optime fertur cecinisſe & canẽdi ſuauitate magnam apud homines promeruiſſe gratiam. Qua arte ſic Demetrium ineſcauit, vt ille nihil haberet charius, & quod maiore beniuolentia proſequeretur. Author Plutarchus.

35 ¶Epicles fuit citharista magno quondam in precio apud Athenienſes, quem Themiſtocles orauit, vt apud ſe artem exerceret. Volebat enim domum ſuam a multis frequẽtari. ¶Pylades fuit citharœdus, qui quoſdam Timothei verſus audiẽte Philopemene cantauit ad citharam. Quorum ſequens citatur a Plutarcho. Hoc duce libertas Græcas ornauerat vrbes.

36 ¶Philomelus nomen eſt citharœdi apud Martialem lib. 3. Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet.

37 ¶Diodorus citharistes fuit tẽpore Veſpaſiani, cuius arte princeps delectatus, multis eum donis cumulauit. Martial. Tarpeias Diodorus ad coronas Romam quum peteret Pharo relicta. ¶Fuit & Tarpeꝰ citharœdus Veſpaſiani tempore. Author Tranquillus.

38 ¶Canus fuit choraules & tibicen, qui multas pecunias accepit a Galba, quum eum in cœna delectaſſet. Martialis libro. 10. Et concupiſcat eſſe Canus aſcaules. Tranquillus. Cano autem choraulę mire placẽti denarios quinq; donaſſe prolatos manu ſua/peculiaribus loculis ſuis. ¶Conus fuit alter fidicen, quo p̃ceptore hac in re vſus eſt Socrates, qui apud Platonem de eo ſic meminit. Vnum tamen vereor, ne his dedecori ſim, quemadmodum Cono Metrobij filio citharistę, qui me etiam in fidibꝰ docet. Pueri igitur condiſcipuli me quotidie rident, & Conum ipſum ſenum magiſtrum nuncupant.

39 ¶Eucerus fuit tibicen, natione Alexãdrinus, vt eſt apud Cor. Tacitum. ¶Batalus fuit Epheſius tibicen, qui calceamentis fœmineis primus omnium in ſcęna vſus eſt/ fractiſq; cantibus tibiarum artem emolliuit. Hinc Batalos vocamus mulieroſos & parum viros homines.

40 ¶Agathon fuit tibicen, cantilenarum ſuauitate commendabilis, ſed mollitiei nota famoſus. Abeo Agathonia cantio dicitur oratio blanda magis q̃ fructuoſa.

41 ¶Carneus fuit citharistes, qui Terpandrum vicisſe legitur.

42 ¶Stratonicus fuit citharœdus, qui habuit in ludo nouem muſarum imagunculas et Apollinis vnam, Diſcipulos duos. Propterea interrogãti cuidam/ quot haberet diſcipulos, Cum dijs inquit, duodecim. Idem ridere ſolebat & cauillis nonnunq̃ affice re duos alios ſua ætate citharistas. Propin Rhodium, & quendam, qui Bos vocabatur, q̃ imperiti eſſent/et rudes in arte.

43 ¶Chryſogonus fuit modulator, qui tãta arte remigum manus dirigebat, vt quum remorũ pulſum Cryſogoni cantibus accommodarent, delectabilem et iucundã reddere harmoniam.

44 ¶Terpander Leſbius accerſitus a Lacedęmonijs/qui ſeditionibꝰ inter ſe tumultuabantur, ſuauitate cantus eorum animos adeo deliniuit, vt redirent in amicitiam, et a ſeditione deſiſterent. Vnde Leſbij cantores primas ſemper meruerũt Spartanorũ iudicio.

45 ¶Terpnus fuit citharœdus, cuius cantu oblectatum Neronem ſcribit Traaquillus his verbis.

his verbis. Statim vt imperium adeptus est, Terpnum citharœdum vigentem tunc
prẹter alios accersit, diebusq; continuis post cœnam canenti in multam noctem assi-
dens/ paulatim & ipse meditari exercitariq; cœpit, nec eorũ quicq̃ omittere, quę ge-
neris eius artifices, vel conseruandę vocis causa, vel augendę factitarent.
¶ Macrobius scribit Octauium Herenum fuisse quempiam prima adolescentia ti- 46
bicinem, qui arti suę diffisus, mercaturam postea instituerit.
¶ Fortissimus Græcorum Achilles musicis cantibus oblectabatur adeo, vt a Chí- 47
rone Thessalo armoniam lyricam voluerit edoceri, qua emergentes animi curas dis
cutere/ & pristinę serenitati restituere se sibi posset. Sciebat enim nihil eẽ vtili⁹ mor
talium vitæ, q̃ remedium habere ad abigendas ęgritudines mentis, medullarum &
omnis lętitię populatrices. De Chirone & Achille, Horatius in Epodis. Nobilis vt
cecinit grandi centaurus alumno. Vide caput de prẹceptoribus virorum illustrium.
De Chirone, Sido. Apollinaris. Hos inter Chiron ad plectra sonãtia saltans Flectit
inepta sui mẽbra facetus equi. Semifer audiri meruit/ meruitq; placere, Q̃uis hin-
nitum dum canit, ille daret.
¶ Achillem imitatus Alexander Macedo citharę dedit operam, vt haberet, vnde 48
serias illas de monarchia & principatu meditationes quandoq; reprimeret, aut exer-
citio maiore fatigatum corpus subleuaret.
¶ Tonius nomen fistulicinis pagani apud Mantuanum scribentem in Bucc. Et cum 49
multifori Tonius cui tibia buxo. Tãdem post epulas & pocula multicolorẽ Ventri-
culum sumpsit, buccasq; inflare rubentes Incipiẽs oculos aperit, cilijsq; leuatis Mul-
totiesq; altis flatu a pulmonibus hausto Vtrem implet, cubito vocem dat tibia pres-
so. Nunc huc / nunc illuc digito saliente vocauit Pinguibus a mensis iuuenes ad cõ-
pita cantu Saltidico, dulciq; diem certamine clausit.
¶ Apollinem & Mercurium musicę & citharę inuentores faciũt poetę. Vnde Ouí- 50
dius. Me fide conspicuus Troiæ munitor amauit. Val. Flac. Musarum chorus/ & ci
tharę pulsator Apollo. Plynius. Item Apollinem citharœdum/ serpentẽq; eius con
fici sagittis. Statius lib. 2. Syl. Ipsi quos penes est honor canẽdi, Vocalis citharę re-
pertor Arcas. Ouidius lib. 5. Fast. At tu materno donasti nomine mensem, Inuen-
tor curuæ furibus apte fidis.
¶ Pana deum fistulę repertorem faciunt. Virgil. Pan primus calamos cæra cõiun-
gere plures Instituit. Eandem ob causam Sidonius Panas vocat cicuticines, vbi ait. 51
Alta Cicuticines liquerũt mænala Panes. Postq; chelyn placuit fistula rauca Ioui.
¶ Sambucam instrumentum musicum reperit Ibycus Rheginus. De tribus citha-
rœdis omnium præstantissimis meminit Pacificus his verbis.

Orpheus Eurydicen cithara reuocauit ab Orco,
Eq; suis mouit saxa nemusq; iugis.
Pisce fuit pelagus per longum vectus Arion,

Hac etiam Amphion mœnia struxit ope. Porro harmonię ratione primus ex-
tulit in lucem Aristoxenus repertis etiam instrumentis, deinde Ptolemęus/ Nice-
phorus/ & Gregoras/ Cõmentatores in ea fuerunt Pappus/ Theon/ Alypius/ Gau-
dentius/ Isacius/ Apuleius/ Boetius. Lyram trium chordarũ inuenit Mercurius ægy
ptius, Quintam chordam Corœbus Atys filius, Sextam hyagnis Phryx. Septimã
Terpander. Lyram primus in Græciam attulit Cadmus Agenoris filius. Lyra ple-
ctro & digitis percutiebatur. Parum antiquitus differebat a cithara. Hoc instrumẽ-
tum factum in formam testudinis/ vtramq; nunc exigit manum. ¶ Epigeneum in-
strumentum erat musicum, ab Epigono inuentore dictum, hoc sine plectro pulsa-

batur chordis.40. ¶Toſinon chordis.35. ¶Monochordum fuit Arabum/ Penthechordū Scytharum / Pſithryos Lybicorum/ Pſalterium exercebatur in hymnis Barbiton tetrachordum Anacreontis inuentum in Lyricen. Pſalterio canens vocatur Pſaltes,& Pſalmicē a Sidonio. Olim magada vocabatur a Magado inuētore. Magades apud Anacreontem cithara eſt.30.chordarum ¶Sambuca ſoni erat acutiſſimi,a Sambuco inuentore nominata. Ea vtebantur Parthi & Troglodytę. ¶Tripus prębebat vſum trium citharārum,vt tres citharœdi concordes videretur pulſare. Habebat enim triplicem harmoniam. ¶Cymbala & Crotali agitabantur manibus. ¶Fuit olim multiplex tibia. Trenetica,qua vtebantur ad luctus,Thebani eam ex ceruinis oſſibus factitabant,Scythę ex oſſibus aquilarū & vulturum, Aegyptij ex calamis,Anthippus in tibijs reperit harmoniā Doricam et Lydiam. Nicopheles Athenam tibiam ſacram Mineruæ. ¶Odontiſmus erat quattuor foraminum ¶Paroenię erant tibiæ,quibus vtebantur in conuiuijs/ vt Spondiacæ aptę erāt hymnis/ Chorycę dithyrambis / hipertelię virorum choris,Parathretæ threnis. ¶Naulium erat muſicum inſtrumentum,Organo ſimile. Monaulon erat cōuiuiorum,Caulas poſuit Philemon. Volaterranus eas putat,quas hodie Cornumuſas vocant. Phenyx fiebat inſtar Coni galeę,Fiſtula compingebatur ex cannis/lino/et cæra.Cornibus/tubis/lituis/ & buccinis vtebantur in bello.Nunc etiam tympano. Lacedęmonij inſtrumentis muſicis ſuorum animos ad bellum euibrabant . Pandura apud Lampridium,nomen eſt inſtrumēti muſici/quod qui pulſat/ vocatur Panduros. Tibicines/fiſtulicines/cicuticines,Pſalmicines/citharœdi / cithariſtę/ Lyriſtæ/ Choraulę/tympaniſtę dicuntur q muſicis inſtrumentis vtuntur. Iulius Pollux multa inſtrumenta ad hanc artem faciētia enumerat. Inter ea quæ pulſantur inquit,ſunt lyra/cithara/barbiton/Pſalterium/Phœnix/Spadix/lyrophœnicium,Clepſiamb⁹/ Pariambus/Iambyce/Scindapſus/Epigoneum/ Hypoſpadius.Cælius ait Naulam alio nomine Pſalterium dici. Fuit & Crembalum organū, De generibus tibiarum, vide Cęlium lib.5.lect.antiq.Capitibus 23.&.25.&.26.

¶Tubicines.

Miſenus	Stentor	Aglais
Triton	Olympius	Agyrtes.

MIſenum Aeolidem Virgil.ait fuiſſe tubicinem Hectoris/mortuo demum hectore/adhęſiſſe Aneę comitem,& tandem a Tritone deo ſubmerſum, q ad certamen tubæ deos marinos irritaret. Verba Virgilij ſunt hęc. Atq; illi Miſenum in littore ſicco Vt venere,vident indigna morte peremptum,Miſenū Aeolidē,quo non pręſtantior alter Aere ciere viros,martēq; accendere cantu.Hectoris hic magni fuerat comes,Hectora circū Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.Item ſubiungit. Sed tum forte caua dū perſonat æquora cōcha,Aemul⁹ exceptum Triton(ſi credere dignū eſt) Inter ſaxa virum ſpumoſa imerſerat vnda. Idē lib.3.Aen.Dat ſignū ſpecula Miſenus ab alta Aere cauo.Properti⁹ lib.3.Qua iacet et Troię tubicen miſenus arena.¶Triton fertur eſſe deus & tubicen marinus.Author Aetnę. Nā veluti ſonitura diu Tritone canoro. Ouid.lib.2. Meta. Cęruleos habet vnda deos Tritona canorū.¶Stentor fuit tubicen i bello Troiano,cui homerus ferreā & inuictā tribuit vocē.Iuuena.Satyra.13.Tu miſer exclamas,vt Stentora vincere poſſis.Homer⁹ apud Eraſmū.Stentoris in ſpecie validi,cui ferrea vox,q Quiquagita alios æquas clamore ſonoq;¶Olympi⁹ Phrygi⁹ tubicen fuit ętate Mydę regis.¶Aglais Megaclis filia tubicinio vitam fouit.¶Agyrtes nomen eſt tubicinis apud Statium in Achil.lib.4.ſcribentem.Tecum lituo bonus adſit Agyrtes, Occultanſq; tubam tacitos apportet in vſus.

¶Inuentores

¶Inuentores diuerſarum rerum.

PAn inuenit fiſtulam. ¶Minerua oliuam. Virgil. libro. 1. Georgi. Adſis o Tegeęe fauens/oleęq; Minerua Inuentrix. Syllius lib. 3. Qua virgo(vt fama eſt) bellatrix edita lympha Inuento primam Lybien perfudit oliuo. ¶Triptolemus, vel vt alij malunt, Oſyris aratrum. Virgil. libro. 1. Georgi. Vnciq; puer monſtrator aratri. Sidonius. Non cum Triptolemo verendam Eleuſim/ Qui primas populis dedere ariſtas. ¶Ceres cultū terrę & fruges. Virg. lib. 1. Georg. Prima Ceres ferro mortales vertere terram Inſtituit, quū iam glandes/ atq; arbuta ſacræ Deficerēt ſyluę, & victū Dodona negaret, Ouidius lib. 5. Meta. Prima Ceres vnco glebam dimouit aratro. Prima dedit fruges/alimentaq; mitia terris, Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus. Item. Et frugum genitrix immēſos ſiſte labores. Idem lib. 3. Eleg. Prima Ceres docuit turgeſcere ſemen in agris, Falce coloratas ſubſecuitq; comas. Prima iugis tauros ſupponere colla coegit, Et veterē curuo dente reuellit humum. Lucretius lib. 5. Namq; Ceres fertur fruges, liberq; liquoris Viti genilaticē mortalibus inſtituiſſe. ¶Ericthonius rex Atheniēſis Vulcani & Mineruę filius currus & quadrigas. Virgil. lib. 3. Geor. Primus Ericthoni⁹ currus/& quattuor auſus Iūgere equos/rapidiſq; rotis inſiſtere victor. ¶Peletronij Theſſalię populi frena. Idē Virg. Frena Peletronij lapythę/gyroſq; dedere Impoſiti dorſo, atq; equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo/ & greſſus glomerare ſuperbos. ¶Belgę Eſſeda vehicula. Virgil. lib. 3. Aen. Belgica vel molli melius feret Eſſeda collo. ¶Ariſteus rex Arcadię apum & mellis vſum. Virgil. lib. 4. Georg. Tēpus & Arcadij memoranda inuēta magiſtri Pandere, quoq; modo cęſis iam ſępe iuuencis Inſincęrus apes tulerit cruor. Ouidius inuentum mellis Baccho tribuit lib. 3. Faſto. dicens. Liba deo fiūt, ſuccis quia dulcibus idem Gaudet, & a Baccho mella reperta ferunt. Idem. Liber & inuenti prędia mellis habet. ¶Achates igem Silice excutere. Virgil. lib. 1. Aen. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates. Secundum alios Pyrodes Cilicis filius. ¶Aegyptij ſiſtrum. Virgi. libro. 8. de Cleopatra. Regina in medijs patrio vocat agmina ſiſtro. Sidoni⁹ Quum patrio cleopatra ferox circundata ſiſtro. Martia. lib. 12. Linigeri fugiunt calui, ſiſtrataq; turba. Ouidius lib. 3. Eleg. Quid nunc ſacra iuuāt/quid nunc Aegyptia proſunt Siſtra? ¶Apollo medicinam. Vnde apud Ouidiū lib. 1. Meta. ſic loquitur. Inuētum medicina meū eſt, opifexq; per orbē Dicor, & herbarum ſubiecta potētia nobis. Idem lib. 1. de Remedio. Carminis et medicę Phœbe repertor opis. ¶Aegyptij linum. Ouid. lib. 1. Meta. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Secūdum alios Arachne. ¶Talus puer ſerram. Ouidius lib. 8. Ferroq; incidit acuto Perpetuos dentes/ & ſerræ repperit vſum Primus. ¶Iaſon & Tiphys nauim, ſecūdum eccleſiaſticos Noe. Ouidius lib. 1. Meta. Primęq; ratis molitor Iaſon. Tibullus hoc inuentum Tyrijs aſcribit dicens. Prima ratem ventis credere docta Tyros. ¶Mercurius lyram. Statius in ſyluis. Vocalis citharę repertor Arcas. ¶Græci trochum. Horatius lib. 3. Car. Venariq; timet, ludere doctior Seu Greco iuberis trocho, Seu malis vetita legibus alea. ¶Archilochus iambicum carmē. Horati⁹ in arte. Archilochum proprio rabies armauit iambo. ¶Bacchus vinum. Ouidi⁹ lib. 15. Victa racemifero lyncas dedit India Baccho. ¶Zoroaſtres artem magicam. Stroza pater. Nec zoroaſtręas artes / magicíve requiram Carminis auxilium. ¶Purpuram Hercules. Politianus in Ruſt. Aut bis in herculea Mileſia vellera concha Verſantur. ¶Alcman poeta carmen amatorium. ¶Anaximander mileſius horologium & ſphęram ¶Bizes Naxius tegulas. ¶Sp. Carbilius grammaticus G. litteram. ¶Claudius Centinianus R. litterā. ¶Daph=

nis paſtor carmẽ Buccolícum. ¶Palamedes Nauplíus ordínem líterarum, ¶Corax & Cteſias Sículi artem & prẹcepta Rhetoricẹ. ¶Ibycus Rheginus Sambucam. ¶Perillus taurum Aeneũ/q propterea dícit Perillẹus, Ouid. Ipſe Perillẹo Phalaris permiſit ín ære Edere mugítus & bouís ore queri. ¶Píſeus & Tirrhenus æneam tubam. ¶Phemonoe carmen hexametrũ. Politianus. Et Delphica longos Phemonoe commenta pedes. ¶Simonides Ceus artem memorię. ¶Amphíon ratíonem muſícam. ¶Ariſteus lactís coagulum. ¶Atreus Solís eclypſím. ¶Aeſculapi⁹ dẽtíum euulſionem. ¶Aregíllus quadrígam ín Grẹcía. ¶Amphytríon ſomníorum interpretatiões. ¶Anagallis puella ludum pílẹ. ¶Palamedes aleam. ¶Tages artem aruſpicínam, ¶Capaneus ſcalas. ¶Cadmus lapídicínas, aurí & metallorũ conflaturam. ¶Cyclopes ferrarìam fabricam. ¶Cecrops coniugíum apud Athenienſes. ¶Dẹdalus fabrícam lignarìam/aſcíam/ & perpendículum. ¶Empedocles artem oratorìam. ¶Epímetheus ſtatuam ex luto. ¶Etholus iaculũ. ¶Gorgoris mel lis vſum apud hiſpanos. ¶Anaxímenes vmbrarum ratíonem. ¶Cadmus ſolutam oratíonem ¶Belus ſcientíam ſyderalem. ¶Ethruſcí prẹtextas veſtes. ¶Idẹí Phryges acu veſtes facere/ Aurum Attalus íntexere/ Alexãdrini colores picturẹ íntexere. Galli ſcutulis díuídere. ¶Fuluius Hírpínus viuaría ínuenit/ L. Sergius. Orata Oſtrearum/ Licini⁹ murena relíquorum píſcium C. Hirrius murenarum. ¶Delíaci gallínas ſagínare. ¶M. Lelíus auíaría. ¶Cn. Matíus nemora tonſilia. ¶Argeus agrorum ſtercoratíonem. ¶Numa deorum cultum apud Romanos. ¶Mercurius Moly herbã, Hercules heracleon herbã/ Mercurius Parthenion/ Achílles Achílleon/ Melampus melampodion/ Teucer teucrion/ Gentíus rex Gẽtíanam/ Lyſímachus Lyſímachíam/ Iuba rex Euphorbíã/ Scythẹ Scythícen/ Thraces Iſchemonẽ/ Vetones Betonícam/ Seruíli⁹ Democrates hiberídem/ Hírundínes Chelídoníam/ Canes canarìam/ Círnæ Elaphoboſcon/ Sardonía Peucedanum herbas. ¶Ancus martíus Salínas. ¶Seruíus rex ẹs ſígnare. ¶Callías Athenienſís mínium/ Aſínius Pollío bibliothecam apud Ro. ¶Glycera coronas. ¶Díbutades plaſtícen. ¶Grẹci ſubdíalia. ¶Annus Aegyptíus vſum clíbanorum, ín quíbus panes coquerentur. ¶Apollodorus píctor vmbrarum ímitatíonem. ¶Staphílius vínum aqua díluere. Secundum Plynium Ariſteus. ¶Glaucus ferrumínatíonem. ¶Atracíus artẽ magícam ín Thracía. ¶Attalus tapetes, q propterea dícũtur Attalící. ¶Dípelus ſculpturam marmoris. ¶Dithyrambus Thebanus verſus díthyrãbicos. ¶Endymíon curſum lunæ. ¶Iphytus Olympíadem. ¶Meliſſus rex Cretenſís deorum ſacrifícia. ¶Paralus longam nauem. ¶Pílunnus Iouís fílius & Dauní pater, pínſendí frumentí vſum. ¶Prometheus ígnem ín ferula ſeruare. ¶Thon apud Aegyptíos medícinam. ¶Thymele mulier ſaltatíonem ſcænicam. Martialis. Qua Thymelẽ ſpectas/ deríſoremq; latínum, Illa frontẹ precor carmína noſtra legas. ¶Aegyptíj vel Cleantes píctúram. ¶Rhodíj Celocem nauem. ¶Cínyras tegulas. ¶Aegyptíj cíuítatem regíam. ¶Hoſtílius rex latum clauum gen⁹ veſtímentí. ¶Craſſus coronas argenteas. ¶Danaus puteos. ¶Bacchus díadema. ¶Nícías artem fullonícam. ¶Cloſter fuſos. ¶Hanno Carthaginenſís leonum manſuefactíonem. ¶Chíron artem herbarìam. ¶Salamíníj hypagium. ¶Hortẽſíus pauos occídere. ¶Lydíla nas ínfícere. ¶Dẹdalus malum nauís. ¶Thraſon muros vrbium. ¶Typhís adminícula nauium. ¶Nero aquæ decoctíonem. ¶Perſẹ vnguenta. ¶Rhadamantus leges. ¶Zeno Eleates & Alexamenes díalogos. ¶Sp. Coruínus díuortium. ¶Prometheus boues occídere. ¶Boetius artem ſutrínam. ¶Thales horologium apud Míleſios. Bacchus tríumphos. ¶Cyclopes turres. ¶Phryges vehiculũ quadrírotum.

drírotum. ¶Icarus vela. ¶Lycurgus munus humandi. ¶Oppidum Cecrops. ¶Rhadamantus Aſſyrías líteras. ¶Anubis & Mennon Aegyptías. ¶Phœníces Greçcas. ¶Carmenta Euandrí mater latínas. ¶Copæ populi remum. ¶Plateę populi latítudínem remí. ¶Phęlon nummum & menſuras. ¶Vulcanus fabrícā, Minerua artes. ¶Meſon comícus perſonam. ¶Damon Athenienſis remiſſam harmoníam. ¶Clonas elegíographus tíbícínicas regulas & concentus / Terpander cítharœdícas. ¶Polymneſtus Colophonius carmína heroíca. Secundum alíos Phemonoe / vt alíjs placet Delphící ín honorem Apollínís poſt interfectum Pythonē. Sabellícus. Heroíca carmína Phœbo Delphica poſt cęſum cecínit Pythona iuuentus, Olympíus Phryx legem tíbíalem. ¶Hyagnís tíbíam lugubrem. ¶Cecrops ſímulachra. ¶Pelaſgus tuguría. ¶Lycaon Lycęa. ¶Rhœcus & Theodorus Samij artem ærís fundendí & conflandí ſtatuas. ¶Theuth numeros / ſupputatíonē / geometríam / talorum & alearum luſum. ¶Artaxerxes longímanus legem venatíonis. ¶Chalybes ferrum. ¶Combe puella Aſopí fílía armaturam Aeneę. ¶Anacharſís folles / anchoram / bídētē, fíguli rotam. ¶Pyxodorus vſum marmorís. ¶Aſclepíades medícus lectos penſíles. ¶Archytas crepítaculum. ¶Cteſíbíus hydraulícas machínas. ¶Pollux paleſtram, ad quod alluſit Statíº lib. 2. Syl. Síue catenatís curuatus membra paleſtrís Staret, Amyclęa conceptum matre putares. ¶Chus fílíus Cham ídolatríam. ¶Nínus bellum. ¶Vulcanus fulmē. Pontanº. Tum deus ígnípotens ínuento fulmíne prímum Ipſe ſuum míratur opus. ¶Lydí ludum teſſerarū. ¶Darius tríbuta. ¶Amazones ſecurim, q̄ propterea Amazonía & Penthefílęa dícitur / & Thermodontía / cp Amazones ad Thermodōtem fluuium habítauerínt. Horatíus líb. 4. Car. Amazonía ſecurí Dextras obarmet. Ouidíus líb. 3. de ponto. Nec tíbí Amazonía eſt pro me ſumenda ſecurís. Mantuanus ín Alphonſo. Penthefílęa non ínferíora ſecurí. ¶Cottalus Sículus líbare pocula. ¶Lycaon bellorum índucías. ¶Prœtus & Acrítus clypeos, Authore Plynío. ¶Loricam. Mydías Meſſenius. ¶Gladíum / galeam / haſtam lacedęmoníj. ¶Ocreas & criſtas cares. ¶Arcum & ſagíttam Scythes Iouís, Iaculum cum amento Aetolus Martis fílíj. ¶Lanceas Aetolí. ¶Haſtas velítares & pílum Tyrrhenus. ¶Píſeus venabula ¶Scorpionem Cretes. ¶Catapultam Syrí. ¶Baliſtā & fundam Phœníces. ¶Teſtudínes Artemon Clazomenius. ¶Arietem Epęus repertor machínę Troíanæ. ¶Turres ambulatorías Díades míles Alexandrí. ¶Equeſtrem pugnam centaurí. ¶Bígas Phryges. ¶Ordínem exercítus / ſígní datíonē & vígílías Palamedes ín bello Troíano. ¶Fœdera Theſeus. ¶Sarmenes prímus de equítatu ſcripſít. ¶Corſes prímus barbam ſíbí raſít Alexandrí ſæculo. ¶Alexāder Citherius prímus pſalterium implícuít chordís. ¶Aegínitę prímí nummum cuderūt. ¶Maris Theſſalus prímus equum aſcendít. ¶Gregorius pont. Max. prímus ſe ſeruum ſeruorum deí appellauít. ¶Paulus heremíta ſolítudínē heremíticā ínuenít. ¶Caliſtus Pont. ieíunía quattuor temporum. ¶Sínon Greçus ſpeculam. ¶Sídon menſuras & pondera, regnante apud Solymos Hieroboan. ¶De literarū ínuentorības reperti ſunt ſequentes verſus admodum vetuſtí, quos Cínítus aít ſe legíſſe ín bíblíotheca Septímana. Moyſes prímus hebraícas exarauít líteras, Mente Phœníces ſagací condíderunt Atticas. Quas latíní ſcríptítamus, edídit Nicoſtrata, Abrahā Syras & ídē reperít Chaldaícas. Iſís arte non mínore protulít Aegyptías / Gulfila prompſit Getarum quas vídemus vltímas. ¶Aegyptíj geometríam ínuenerunt. ¶Díerum natalíum obſeruatíonem Chaldęí. ¶Scapham Lybící. ¶Sunt & díſcíplínæ quędam / quarum ínuentum muſís tríbuítur. Clío fertur hiſtorías ínueníſſe / Melpomene tra-

gœdias/ Thalia comœdias/ Euterpe tibias/ Terpſicore pſalteriũ, Erato geometriã/ Calliope literas/ Vrania aſtrologiam/ Polyhymnia rhetoricam. De alijs rerum inuentoribus vide Plynium.

¶ De deis.

DEi ſuperni ſunt Demogorgon repertus in viſceribus terrę/ Saturnus inuẽtor falcis, cuius ſeculo ętatem auream, floruiſſe dicunt. Iupiter Saturni filius, quẽ poetę cœlo pręeſſe pulſo parẽte fingũt, ibiq; fulminare. ¶ Apollo qui propter interfectos Cyclopes diuinitate priuatus, Admeti regis Theſſalię pauit armenta. Fertur inuẽtor medicinę. Triplex eſt eius poteſtas. Vocatur Sol in cœlis/ liber pater in terris, Apollo in inferis, Muſis pręeſt/ armatur arcu ſagittis & clypeo. Perpetua iuuentus eidem tribuitur. Deus eſt poetarum/ vatũ & augurum. Genitus fertur in Delo eodem partu quo Diana. ¶ Bacchus Iouis filius & Semeles biſgenitus/ & fulminata matre natꝰ ex femore Iouis/ dictus propterea femorigena. Vinum reperit/ vniuerſum orbem peragrauit/ debellatis Indis primus omnium triumphauit. Sacrificas habuit & ſacerdotes, quę dicuntur Bacchę/ Męnades/ Thyades et Mimallonides. Perpetuam iuuentutem habere fertur vt Apollo. ¶ Mercuriꝰ deorum nuncius/ deus furum/ galero & caduceo ornatus/ indutus talaria/ deus facundię/ Argi cẽtoculi interfector. ¶ Mars deus belli & armorum/ apud Thraces natus/ frater Bellonę/ cuius miniſtri finguntur Impetus/ diſcordia/ ira/ furor. ¶ Hercules mõſtrorum domitor/ armatus claua/ exuuium leonis indutus/ Iouis & Alcmenæ filius/ odioſus Iunoni, cuius mandato portenta ſubegit/ combuſtus in Oetha propter indutum pallium Neſſi cruore tinctum. ¶ Vulcanus deus ignis/ fulminũ fabricator/ maritus Veneris. ¶ Deę ſupernę, Cybele vxor Saturni/ vecta leonum iugo/ deum mater. ¶ Venus nata maris ſpuma/ dea amorum, vxor Vulcani/ mater cupidinis/ et gratiarum, facibus armata/ Ceſto incincta. ¶ Themis quam Deucalion & Pyrrha conſuluerunt ſuper humani generis reparatiõe. ¶ Iuno Saturni filia, deum regina/ maxima cœlicolum/ coniunx & ſoror Iouis/ dea diuitiarum / quę nubentibus pręeſt & parientibus. ¶ Ceres dea frugum/ Saturni & Opis filia / legum latrix apud Siculos, vnde & legifera vocatur a Marone. ¶ Minerua nata ex Iouis cerebro/ dea ſapientię diſciplinarum & armorũ ¶ Diana Iouis & Latonę filia, dea virginitatis/ quę in cœlo Luna/ in terris Diana/ in inferis vocatur Proſerpina. Vnde a triplici poteſtate vocatur triformis. De hac Catullus ait. Montium domina vt fores, Syluarumq; virentium/ Saltuumq; reconditorum/ Amniumq; ſonantium/ Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis/ Tu potens triuia & noto es Dicta lumine Luna.

¶ Dei inferni Pluto/ Cerberus/ Charon/ Minos/ Aeacus, Rhadamanthus. ¶ Deę infernę Proſerpina/ Megera/ Chimera/ Thiſiphone/ Clotho/ Lacheſis/ Atropos.

¶ Dei marini Oceanus, Neptunus, Palemon, Pollux, Caſtor, Nereus, Protheus, Phorbas, melicerta, Glaucus. ¶ Deę marinę Amphitrite, Thetys, Doris & Nereides. ¶ Dij nemorum Fauni, Panes, Satyri, Syluani.

¶ Pan fingitur deus paſtorum. Virgil. in Bucc. Pan curat oues/ ouiumq; magiſtros. ¶ Tethym deam eſſe maris idicat illud Virgilianum lib. 1. Georg. Teq; ſibi generum Tethys emat omnibꝰ vndis ¶ De Glauco Panopęa nympha et Melicerta deis marinis, Idem Virgil. lib. 1. Georg. Votaq; ſeruati ſoluent in littore naute, Et Glauco & Panopęę/ atq; Inoo Melicertę. Properti⁹ lib. 2. de Glauco. Qz ſi forte tuos vidiſſet Glaucus ocellos, Eſſes Ionij facta puella maris. ¶ Alcinous rex Phęacum fingitur deus hortorum, ꝙ hortos et pomaria diligentiſſime curauerit. Statius. Quid bifera Alcinoi laudem pomaria. Virgil. lib. 2. Georg. Pomaq; et Alcinoi ſyluę.

¶ De Protheo

¶De Protheo deo maris Virgil. lib. 4. Georg. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates Cęruleus Protheus, Aliter vocatur Vertunnus. Propertius lib. 4. Quid mirare meas tot in vno corpore formas/ Accipe Vertunni signa paterna dei. ¶Syluanus deus est pecoris & aruorum. Virgil. lib. 8. Syluano fama est veteres sacrasse pelasgos Aruorum pecorisq; deo. ¶Pomona dea hortorum & pomorum. Ouidi. lib. 14. Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla latinas Inter Hamadryades coluit solertius hortos, Nec fuit arborei studiosior altera fœtus. Vnde tenet nomen, non syluas illa/ nec amnes/ Rus amat & ramos felicia poma ferẽtes. Augurellus. Hinc calathos replet frutícis Pomona beati Fœtibus. Plynius lib. 23. Non cessit his Pomona, partesq; medicas pendentibus quoq; dedit. Sidonius. Hic grauidos Pomona sinus pro tempore portat. ¶Aristeus deus mellis. Vnde Ouidius li. 1. Fast. Flebat Aristeus q̃ apes cum stirpe necatas Viderat inceptos destituisse fauos. ¶Flora dea florum. Ouidius lib. 5. Fast. Hunc meus impleuit generoso flore marit⁹, Atq; ait arbitrium tu dea floris eris. ¶Carna dicebatur dea cardinis. Ouidius li. 6. Fast. Prima dies tibi Carna datur, dea cardinis hęc est, Numine clausa aperit/ claudit aperta suo. Hãc deam veteres vitalibus humanis pręesse opinabantur, petebantq; ab ea, vt iocinora, corda & alia quę sunt intrinsecus viscera salua conseruarentur. Huic templum dicauit Brutus. ¶Hypona dea erat equorum / quam stabularij colebant, Eius simulachrum locabatur in stabulis. Iuuenalis Satyra. 8. Iurat Solam hyponam & facies oli da ad pręsepia pictas. Apulei⁹ lib. 2. Meta. Respicio pilę medio, quę stabuli trabes sustinebat/ in ipso vero meditullio Hyponæ deę simulachrum residens ædiculę.

¶Osyris maritus fuit Isidis & rex Aegypti, quẽ a Typhone fratre iterfectũ Aegyptij in forma bouis coluerunt, & frequenter immersum aquis, quę siuerunt cũ luctu/ vocaueruntq; Apim, quę dictio eorum lingua significat bouem. Tibul. li. 1. Te canit/ atq; suum pubes miratur Osyrim/ Barbara Mẽphitem plaudere docta bouem, Primus aratra manu solerti fecit Osyris. Et teneram ferro sollicitauit humum. Primus inexpertę cõmisit semina terrę, Pomaq; non notis legit ab arboribus. Sidoni⁹. Hic cererem Siculam Pharius comitatur Osyris Fr. Mirandula in hymnis. Aegyptus lacerũ mœrens plangebat Osyrim. ¶Isis vxor Osyris & Anubis fuerunt Aegyptiorum numina, quorum hunc canina specie reuerebantur. Idem Mirandula. Et latratorem templo sacrarat Anubim/ Isidis & Pharię numẽ Crocodilon, & Ibin Atq; etiam Pharium instituit malesana Serapim. Lucan⁹ li. 8. Nos in templa tuam Romana accepimus Isim/ Semideosq; canes / & sistra iubentia luctus / Et quem tu plangens hominem testaris Osyrim. De Isi Propertius lib. 2. Io versa caput primos mugiuerat annos, Nunc dea, quę Nili flumina vacca bibit ¶Castor & Pollux inter numina maris ponuntur. Plynius libro. 2. Et obid Polluci & Castori id numen assignant/ eosq; in mari deos inuocant. Catullus. Iam prece Pollucis / iam Castoris implorata, Tale fuit nobis Mallius auxilium. ¶Angerona dea a Romanis culta est, quum tota ciuitas angina laboraret. Sacra eius dicebantur Angeronalia. Simulachrum fingebatur digito labris admoto. Plynius libro secundo. Namq; diua Angerona cui sacrificatur ad diem. 13. Calendas Ianuarij, ore obligato obsignatoq; simulachrum habet. ¶Syluani rusticorum sunt numina / vt etiam Fauni & Panes. Plynius libro. 12. Quin & Syluanos Faunosq; & deorum genera syluis ac sua numina tanq̃ cœlo attributa credimus. Politianus in Rust. Et nymphę & Fauni/ & capripedes Satyrisci/ Panq; rubens/ & fronte cupressifera Syluanus.

¶Veteres Seiam deam a serendo et Segestam a segetibus appellabant. Simulachra Romę habuerunt / ætate Plynij. ¶Agonius deus dicebatur, qui rebus

agendis prę erat. ¶ Gallis Romam aduentãtibus audita eſt noctu vox quędam, quę eius rei magiſtratus monebat. Ex eo tempore Aius deus a Romanis cœpit honorari. De hoc meminit Cicero libro. 1. de diuinatione. Budęus libro. 4. de aſſe. Nempe inquit, ꝙ Aius ille locutius arcanum nihil eſſe ſinit eorum qnę in aula geruntur. ¶ Anculi & anculę putabantur dij & deę ancillarum. ¶ Anaitis dea colebatur a Lydis, eiuſq; miniſterio nobilitate prę ſtãtes puellas dedicabant, quę inibi corporis pudicitia in vulgus data velut auguſtiores factę/ mox viris nubunt ¶ Atergatis dea colebatur a Syrijs. Strabo. Trans Euphratem eſt Bambyce, quam Edeſſam & Hierapolim vocant, in qua Atergatim Syriam deam colunt. ¶ Deuerram deam venerabantur, vt ſcopis domum poſſent verrere. ¶ Empanda vocabatur dea, quę rebus patentibus prę erat ¶ Bona dea colebatur a Romanis mulieribus, Ab eius ſacrificijs arcebantur mares. Tibullus lib. 1. Sacra bonę maribus non adeunda deę. Ea fuit dryas Fauni filia vel vxor, quę virilem aſpectum adeo refugiſſe fertur, vt nunq̃ proſpecta ſit in publico. Maximo opprobrio datum eſt P. Clodio, ꝙ eius cerimonias violaſſet adulterata Pompeia Q. Pompeij filia & Syllę nepte. De hac Iuuenalis. Nota bonę ſecreta deę. Propertius libro. 4. Fœmineę loca clauſa deę/ fonteſq; piandos/ Impune & nullis ſacra retecta viris. ¶ Priapus deus & cuſtos hortum falcem habuiſſe fingitur, cuius motu aues & furunculos terreret. Colu. Inguinibus puero prędoni falce minetur. Ouidius lib. 14. Quiq; deus fures/ vel falce vel inguine terret. Idem in Faſtis. Et ruber hortorum cuſtos. Tibullus libro. 1. Pomoſiſq; ruber cuſtos ponatur in hortis, Terreat vt ſęua falce Priapus aues. ¶ Hymenęum Veneris filium & deum nuptiarum fecerũt, Eius laudes Catullus in Epithalamio Iulię et Manlij cumulatiſſime ſcribit. ¶ Thalaſſij numen Romani etiam in nuptijs inuocabant. Catullus. Luſiſti nucib⁹, lubet iam ſeruire Thalaſſio. ¶ Feronia fuit nemorum dea. Virgil. Et viridi gaudens feronia luco. ¶ Fidium ſunt qui Iouis filium dicãt a fide. Plautus. Per deum fidium credis iurato mihi. Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeo vt templa cum ſacrificijs meruerit. Cultus eſt a veteribus in quirinali iugo Nonis Iunijs, Ouidius in Faſtis. Quęrebam nonas ſancto fidio ne referrem. ¶ Lauernã appellarunt deam furum, a qua & Lauerniones dicti ſunt fures. Horatius libro. 1. Epiſt. Pulchra lauerna Da mihi fallere/ da ſanctum iuſtumq; videri. ¶ Limentinus deus prę erat liminibus. ¶ Meditrina dea erat medicamentorum/ a medendo, Eius ſacra vocantur Meditrinalia. ¶ Mellonia putabatur dea mellis. ¶ Mena credebatur prę eſſe menſtruis mulierum. ¶ Murcea dea, quę reddebat homines murcidos & deſidioſos. ¶ Myagrus erat deus muſcarũ. Aliter vocabatur Myodes & Achor, vt docet Plutarchus. ¶ Portunus deus, qui portubus prę erat. Aliter vocatur Palemon & Melicerta. ¶ Robigo dea & Robigus deus, quos Romani opinabãtur a ſegetibus rubiginem auertere. Eorum ſacra vocabantur robigalia.
¶ Salacia dea dicebatur a concitando Salo. Pacuuius, Hinc ſęuitiam Salacię fugimus. ¶ Vacuna dea, quę prę erat ocioſis & vacantibus. Huic ſacrificabant agricolę, quum poſt collectas fruges quieſcebant. ¶ Vallonia putabatur prę eſſe vallibus.
¶ Vitula dea, quę iuuenili prę erat lętitię. Nam veteres vitulari dicebant, pro gaudere. ¶ Nundina erat dea Romanorum/ a nono die nuncupata, qui luſtricus dicitur. Die Luſtrico pueris imponebantur nomina, maribus nono/ fœminis octauo, inquit Macrobius. ¶ Aſſyrij deo quem ſummum habebant & venerabantur, Adad nomen dederunt. Quę dictio ſignificat vnum. Subiungunt eidem Atergatim deam, de qua iam diximus. His autem duobus omnem rerum poteſtatem tribuebant. ¶ Dij Palici colebantur in Sicilia. Horum autem genealogiam

Macrobius

Macrobius hunc in modum ſcribit. Iuxta Symetum Sicilię fluuium nympha Thalia compreſſu Iouis grauida metu Iunonis optauit, vt terra ſibi dehiſceret. Quod & factum eſt. Sed vbi venit partus maturitas, recluſa terra infantes emerſerunt. ¶Hebe Iouis filia/herculis vxor dicta eſt dea iuuentutis. Catullus. Hebe nec longa virginitate foret. Bap. Pius. Eſſe ſuam credet lęta iuuenta deam ¶Fellenus deus fuit Aquileienſium tutelaris ac prędes. ¶Fro & Thor nomina ſunt deorum in hiſtoria Saxonis grammatici. ¶Furina ſignificat deam furum. Secundum Ethruſcos tamen/deam ſortium/ad dirimendas lites. ¶Horchia erat dea Ethrurię vrbis, cui dicatum eſt fanum. Ab ea vicus Horchianus ſumpſit nomē. ¶Razenna deus erat Ethruſcorum, qui coniugiis prędrat. ¶Mania fuit dea & mater larium, cui pro familiarium ſoſpitate mactabantur pueri. Verum Iunius Brutus conſul/hoc ſacrificii genus commutauit. Nam capitibus allii & papaueris ſupplicari iuſſit. ¶Eanus deus, qui euntibus prędrat, vel deus anni. Cuius imaginem quum Phœnices vellent exprimere/draconem finxerunt in orbem redactum/caudamq; ſuam deuorantem/ vt appareat mundū in ſe reſolui. ¶Volupta dea voluptatis credita eſt. ¶Stercutus Fauni filius, ob artem ſtercorandi deus habitus eſt. ¶Achilles in Epyro olim vt deꝰ colebatur. Author Plutarchus. ¶Eodem teſte Oromaſdes fuit Perſarum deus ¶Rumiliam veteres dixerunt deam, quę lactentibus adhuc infantulis prędrat. Nam Ruma dicitur mamma. Vnde agni ſubrumi. ¶Conſum appellarunt deum conſiliorū, cuius aram ſub terra inuentam fuiſſe dicunt. Eius feſta vocabantur Conſualia. Author Plutarchus in Romulo. ¶Dice erat dea & prędes iudiciorum, quę lites & contentiones dirimebat. Eius miniſtri vocabantur Dicaſtę, quaſi litium diremptores. ¶Simulachrum Apollonij Tyanei ſub herculis Alexicaci nomine cōſtitutum/adorabatur ab Epheſijs. Teſtis Lactancius. ¶Arungus fuit deus, qui mala a frugibus auertebat vt Robigus. Author Gellius. ¶Proſa & Poſtuerta deę fuerunt ita appellatę/a recti peruerſiq; partus poteſtate ac nomine ¶Bubona dea boum & armentorum. ¶Pecuniam quoq; inter dearum numina repoſuerunt. ¶Deus æris vocabatur Aeſculanus ¶Aeolus habitus eſt ventorum deus. Vnde Iuno apud Virgilium ſic eum alloquitur. Aeole namq; tibi diuū pater/atq; hominum rex/ Et mulcere dedit fluctus/ & tollere vento. Mantuanus in Apolonia. Ventipotens ſubito lictoris imagine ſumpta Aeolus. ¶Leucothoe dicitur dea maris / latini matutam vocant. Ouidiꝰ. Leucothoe Graijs/matuta vocabere noſtris. Properti⁹ libro ſecūdo. Quęq; tibi excepi tum dea leucothoe. ¶Veteres pudicitiam/concordiam/mētem/Spem/ honorem/Clementiam/ fidem numero deorum aſcripſerunt. Sed & templum honori dicatum eſt Authore Plynio. ¶Libitina habita eſt dea ſepulchrorum & exequiarum, quam Pompilius inſtituit coli. De hac Horatius libro. 3. Car. Non omnis moriar/magnaq; pars mei Vitabit libitinam. ¶Pitho credita eſt dea eloquentię. hanc latini Suadam nominant. ¶Zamolſis Pythagorę diſcipulus cum prędceptore ad Aegyptios penetrauit, quorum ritus & cerimonias quum ad Getas adduxiſſet, ibidem haberi cœpit numinis loco. ¶Ianus (quem poetę bifrontem faciunt, q̄ vt opinor/finem & principium anni videat, aut q̄ prędterita ſciuerit, & prędiderit futura) tēplum habuit Romę, apertum belli tempore/clauſum vero dum pax erat. Hinc Patulciꝰ dicebatur & Cluſius. Xenon apud Macrobiū teſtis eſt Ianū in Italia primū dijs ſacra feciſſe & ritus ſacrorū inſtituiſſe. Simulachrū eiꝰ fingebatur/manu dextra trecentorū/& ſiniſtra 65. numerū cōtinens, ad exprimēdā anni dimēſionē. Variſs autē nominibus eum appellabāt, quę quoniā in Epithetis noſtris iam poſita ſunt, non repetimus. ¶Inter deos etiam numerantur Aeſculapius deus medicinę/

Genius naturę/Harpocrates ſilentij/Momus repręhenſionis,Cloacina cloacarum. ¶Vitunus deus credebatur vitam largirí/Sentínus ſenſum/Díj ſelecti dícebantur, quorum maior erat poteſtas.Fuerunt autem vigintí numero,duodecím mares. Ianus/Iupíter/Saturnus/Genius/Mercurius/ Apollo/ Mars/ Vulcanus/ Neptunus/ Sol/Orcus/Líber pater.Octo fœmínę Tellus/Ceres/ Lucina/Iuno/Diana/Minerua/ Venus/ Veſta. ¶Heſiod⁹memorię prodidít trígínta deorum míllia in orbe terrarum habita fuiſſe. Tertullíanus aıt trecẽtos Ioues vel ſi mauis,Iupítros a M. Varrone enumeratos.Reperíuntur alíj q̃ plurimí dei/ vt Vagitanus/ Pilumnus/Picumnus/Cunina/ Leuana/ Edulica/ Potina/ Statilinus/Statanus,quí pueris pręſunt,quũ iam poſſunt ſtare.Fabulínum & Vagitanum díxerũt.quum fandi & vagiendi prín cipium eſſet. Picumnum & Pilumnum poſuerunt, pro díjs coniugalibus. Cuí nam deam ínfantulorum exiſtentíum in cunís.Leuanam cuius ope de terra leuarentur.Edulícam& Potínam deas eduliorum& potus.Líbentínam deam libídínum & preſidem.Poſuerunt etiam Adoneam/Albeonam,Volunam/volunum/ Feſſoniã ad hominum vſum. Pelloníam ad pellendos hoſtes/ Agenoream/ Strenuam/ Stímulam/ꝙ ad alíquid agendum excítarent. Numeríam ad numeros. Habuit febrís ędem ín palatio. Ad morbos poſuerunt Angeronam/Proſam/Poſtuertam.Orbonam/Sentíam/quę dícendis ſententijs prędrat.Carmentã ad fata/Camœnas ad cantus/In coníugijs/menſtruis/partu/funeribus deos cõfínxerunt Deuerram/ Intercídonem/Domíducum/Domícium/Manturnam/Vírginenſem/ Subigum/Premã/ Partundam/Populoníam/Menam/Tellumonẽ/Ruſonam/Neníam. Ad frumenta & ſegetes Tutulínam/Nodínum/Volutínam/Patalenam/Hoſtílínam,Floram lactucínam/Maturam/ Auerruncum/Runcínam,Spínenſem propter ſpínas/ Fructeſam propter fructus / Rurínam ruri tríbuerunt, Collínam collibus / Iugatínum montium iugis / Forulum foríbus/ Terminum terminís/Palem paſtorib⁹/ Empandam paganís/ Arculum arculis,Fornacem fornacibus,vnde facta fornacalía.Adiecerũt Tanagream/ Allocutíum/ Anteuortam/Larũdam/Monetam/ Februum/ Larentíam/Mutínum/ Alburnum/Maieſtam/Venílíam/Bonum euentum/Vertumnum deũ Hetrurię.Permiſſum non fuit in vrbe Roma deos alíos aſſumere/ q̃ quos ſenatuſconſultum iuſſiſſet. Vnde in líbrís pontificum ita ſcríptum erat. Separatim nemo ſit habens deos nouos/ſiue aduenas/Níſi publice aſcítos priuatím colũto.Díuos (quí cœleſtes ſemper habĩti)colunto . Conſtructa a patribus delubra habẽto. ¶Tutanus & Tutilina dei a tutando dícti ſunt. ¶Ennius deos ęuiternos & ęuíntegros vocauit,ꝙ íntegra eorum ætas atq; perfecta ſit.Deos quũ dícimus,tam de fœmínino genere q̃ de maſculíno íntelligere poſſumus.Vírgíl.de Venere. Deſcẽdo/ ac ducente deo flammam ínter et hoſtes Expedíor. Vnde & lunum deum pro luna veteres díxerũt. ¶Sed & quędam animalia atq; etíam res alię apud antíquos numínum loco habitę ſunt. ¶Troglodytę adorant teſtudínes authore Plynio. Aegyptíj allíum & cepas pro deís colunt,et Crocodílum habẽt ín honore maxímo, cui etíam ſacra faciunt,maxíme Ombitę Aegypti populi,quí ſacros díes eidem cõſtituerunt, vt Greci Olympia Ioui. Et ſi contingat líberos abeo rapí,parẽtes gaudẽt.exiſtímantes ſe deo placere,cuí eſcam genuerint.Serpentes etíam coluntur a Phœnicibus.In Gadera Hiſpanię vrbe templa fuerunt Senectuti & morti conſecrata,Senectuti,ꝙ eam ætatem vt rerum magiſtram venerarentur,Morti vt communi quíeti & portui míſeríarum.Paupertatí quoq; & fortunę ſacra conſtituere. ¶Fluuij quoq; díuinis quondam honoribus cultí ſunt / habueruntq; ſimulachra / quędam humana facię/ quædam bubula . Apud Lacedęmonios Plutarcho teſte templa timorí / riſui

& mortí

& morti dicata ſunt. Aegyptij Solem & Lunam deos fecerũt. Apud eoſdem Feles ibis/aquila/hircus pro deis habentur. Columbę colebantur a Syrijs / Anſeres a Romanis propter ſeruatum capitolium anſeris clangore. Apud Theſſalos capital erat Ciconiam occidiſſe. Qui Syenen incolunt, Pharos piſces venerantur. Qui Męotim habitant/Oxyringos piſces habent in honore. ¶In Ambracia leenam colebant, vt vindicem libertatis, ꝙ tyrannum interfeciſſet. ¶Delphici lupum, ꝙ ſacrum aurum in templo expilatum & defoſſum refodiſſet. Samij ouem / ꝙ aurum itidem ſurreptum e templo indicaſſet. Argiui ſerpentem/ Tenedij pręgnãtem vaccam, cui fœtę miniſteria veluti puerperę exhibent. Draco apud Albam in luco iuxta templum Iunonis Argiuę colebatur a virginibus, quẽ certis diebus adibant, eumq; ſuis manib⁹ paſcebant. Aſpides ægyptij habebãt in honore ac delicijs, quas vna cũ pueris educabant. Muſtella colebaṫ a Thebanis ¶Medioxumos deos antiqui minores vocarunt. Plaut⁹ in Ciſtell. Ita me dij deęq;/ ſuperi atq; inferi & medioxumi. Idem deos vocat Patellarios, qui patellis et vaſis ſacrificio accommodis pacabantur. Ouidius. Fert miſſos veſtę pura patella cibos, Plautus ipſe. Dij me omnes magni minutiq; & Patellarij. Semones eos vocãt, qui habent, quicquid a media regione aeris ad terram patet, Semideia nobis appellantur, Fulgentius Semones appellat deos qui cœlo digni non cenſerẽtur/ob meriti paupertatem, cuiuſmodi ſunt Priapus/hippo/ Vertunnus, Fuerunt in Italia dij municipales, vt Cruſtuminorum Deluẽtinus/ narnienſium Viridianus/ Aeſculanorum Ancharia/ Volſcinienſium Nortia.

¶Filij deorum & Heroum.

EIlij Dęmogorgonis. Litigium, Pan, Clotho, Lacheſis, Atropos, Polus, Python, Terra, Hereb⁹. ¶Filij Terræ. Tartarus, Taygetes, Anthe⁹, Nox, Fama. ¶Filij Herebi. Amor, Labor, Metus, Dolus, Morbus, Pallor, Sõnus, Charon, Dies, Aether, Gratia, Inuidentia, Fraus, Pertinacia, Egeſtas, Miſeria Fames, Querela, Senectus, Tenebra, Mors. ¶Filij Aetheris. Iupiter primus, Cęlius. ¶Filij Iouis primi. Apis, Sol, Mercurius, Tritopatreus, Ebuleus, Dionyſius, Hercules, Liber pater, Epaphus, Scytha, Minerua, Diana, Proſerpina. ¶Filij Mercurij ſecundi. Cupido, Auctolius. ¶Filij Beli priſci. Danaus, Aegyſtus, Agenor. ¶Filij Agenoris tercij. Polydorus, Phœnix, Cadmus, Labdacus, Taygeta, Europa. ¶Filiæ Cadmi. Semele, Agaue, Autonoe, Ino. ¶Filij Oedipi, Etheocles. Polynices, Antigona, Iſmena. ¶Filij Cęlij. Vulcanus primus, Mercurius 3. Toxius Titanus, Iupiter ſecundus, Oceanus, Ops, Tethis magna, Venus magna. ¶Filij Acherontis. Aſcalaphus, Alecto, Theſiphone, Megera, Victoria, Styx. ¶Filij Titani. Hyperion, Briareus, Ceus, Typhon ſeu Typhœus, Enceladus, Aegeon, Iapetus, Aſtreus, Alous, Palenes, Runcus. Purpureus, Lycaon, Aurora. ¶Filij Hyperionis. Sol, Luna. ¶Filij Solis. Phaeton, Miletus, Phetuſa, Salempetij, Dirce, Paſiphae, Oeta, Cyrce, Aegina. ¶Filij Latonæ. Apollo, Diana. ¶Filię Heſperi. Aegle, Heretuſa, Heſperetuſa. ¶Filij Atlantis. Hyas, Eudora, Ambroſia, Pyridile Croni, Phito, Polixo, Thyenes, Electra, Maia, Steropes, Celeno, Taygeta, Alcyone, Meropes, Calypſo. ¶Filij Promethei. Pandora, Iſis, Deucalion. ¶Filij Iouis ſecundi. Apollo, Tityus, Bacchus, Amphion, Zetus, Calais, Lacedęmon, Tantalus Hercules, Arcas, Diana, Paſythea, Egiale, Euphroſine, Minerua.
¶Filij Apollinis ſecundi. Mopſus, Linus, Philiſtenes, Garamas, Branchus/ Philemon, Orpheus, Ariſteus, Nomius, Actous, Argeus, Aeſculapius, Arabs, Lapyta, Eurynome, Pſice. ¶Filij Bacchi. Hymeneus, Thyoneus, Thoas.

¶Filij Amphionis. Archemorus, Antegorus, Tantalus, Phadimos, Sipolos, Xemarchus, Epinitos, Asticratia. Pelopia, Cheloris, Cleodoxe, Ogune, Phytia, Nerea. ¶Filij Laomedontis. Lampus, Clition, Ioetaon, Titon, Priamus, Antigona, Hesiona. ¶Filij Priami. Paris, Hector, Helenus, Caor, Troilus, Deiphobus, Polydorus, Lycaon, Esacus, Anthysus, Isus, Teucer, Dimocoõtes, Echemon, Cremenon, Gorgiton, Cebrion, Phorbas, Doricon, Pammõ, Aliphon, Agathon, Hippothous, Aganon, Lacoõtes, Mistor, Iphates, Testorius, Tymœtes, Polytes, Creusa, Cassãdra, Iliona, Laodice, Lycaste, Medisicastis, Polyxena ¶Filij Paridis. Daphnis, Ideus. ¶Filij Saturni. Pluto, Chiron, Picus, Neptun⁹, Iupiter tercius, Cromis/ Vesta, Ceres, Glauca. ¶Filij Fauni. Acys, Eurymedon, Latinus. ¶Filij Martis. Cupido, Enomaus, Tereus, Ascalaphus, Ialmenus, Parthaon, Zesius, Phlegyas, Euannes, Hiperius, Etholus, Remus, Romulus, Britona. ¶Filij Neptuni. Dorus, Amycis, Phorcus, Albion, Borgion, Thara, Polyphemus, Tilemus, Brontes, Steropes, Pyragmon, Nasicheus, Melion, Acterion, Aon, Mesappus, Busyris, Pelasgus, Naupli⁹, Sican⁹, Sicul⁹, Celeno, Aello, Ocypete. ¶Filij Iouis tercij. Acheus/ Amor, Castor. Pollux, Palistus, Iarbas, Myrmidon, Xanthus, Lucifer, Orion, Minos, Sarpedon, Rhadamantus, Archisius, Tantalus, Dionysius, Perseus, Aon, Eacus, Pylumnus, Mercurius, Vulcanus, Hercules, Aeolus. Venus, Proserpina, Helena, Clitennestra, Mena/ nouem musę. ¶Filij Minois. Androgeus, Glaucus, Deucalion, Ariadna, Phędra. ¶Filij Vlyssis. Telemachus, Telegonus, Auxonius. ¶Filij Tantali. Niobe, Pelops. ¶Filij Pelopis. Atreus, Thyestes, Phystenes, Lysidice. ¶Filij mercurij. Eudorus, Myrtilus, Lares. Euander, Pan. ¶Filij Vulcani. Erictonius, Cacus, Ceculus, Tulli⁹ Seruilius. ¶Filij Herculis. Oxias/ Creõtiades/ Tyriomachus/ Dychoõtes/ Ithone⁹/ Cromis/ Agilis/ Ilus/ Sardus/ Cirnus/ Diodorus/ Tlipolemus/ Thessalus/ Auentinus/ Telephus/ Lydus/ Lamirus. ¶Filij Aeoli. Machareus/ Misenus/ Criteus/ Salmoneus/ Iphiclus/ Sisyphus/ Cephalus/ Athamas, Canace, Alcyone.

¶Loca deis sacra.

1 Apollini Parnasus/ Gryneum nemus/ Phaselis/ Cynthus/ Delos/ Claros/ Delphi/ Patara/ Tenedos/ Chrysa/ Cyrrha/ Terapnę/ Soracte/ Rhodos/ Hyperborei/ Malloes/ Tegyra/ Miletus.

2 Amori Colchi/ Idalium/ Thespienses/ Pariani/ Aegyra.

3 Aesculapio Epidaurus/ Cos/ Pergamus/ Tricca.

4 Aristeo Arcadia.

5 Baccho Thebę/ Nysa/ Callichoros/ Naxos.

6 Cybele Dindymus/ Phrygia/ Reate/ Berecynthus/ Pesinuntium/ Almo.

7 Cereri/ Aetna/ Enna/ Catana.

8 Dianę/ Parthenius/ Cynthus/ Ephesus/ Brauron/ Auẽtinus/ Algidum/ Delos/ Taurus.

9 Fauno, Arcadia.

10 Fortunę, Antium, Rhamnus.

11 Gratijs/ Orchomenos.

12 Herculi, Tybur/ Thebę, Gades, Tyrintha.

13 Iunoni, Carthago, Prosimna, Samos, Argos, Mycenę.

14 Ioui, Creta, Pyreus, Elis, & alia loca.

15 Isidi/ Paretonium, Pharos, Memphis/ Aegyptus, Copton.

16 Latonę, Delos.

Minerue

17 Minerue, Ithynus, Pyreus/ Aracynthus/ Nea/ Athenę/ Alcomeneum.
18 Martí/ Thermodon/ Thracía.
19 Muſis/ Libethris/ Aganippe/ Helycon/ Hippocrene/ Sicilia/ Theſpię.
20 Neptuno Tęnarus/ Oncheſtus.
21 Nemeſi Rhamnus.
22 ¶ Oſyridi ægyptus.
23 Proſerpinę, Sicilia, Enna.
24 Plutoni Elis.
Priapo Lampſacus.
25 Soli Scythę.
26 Sortibus/ Pręneſte.
27 Veneri/ Amathus/ Paphos/ Cythera/ Idalium/ Gnydos/ Cyprus/ Eryx/ Hy=
28 Vulcano, Imbros, Theraſia, Lemnos. (pępa.
29 Alia loca.

SEquentia imprimis loca Apollini ſacra fuerunt. Parnaſus mons Phocidis bi= 1
uertex, vbi e ſpelunca reddebantur oracula teſte Lucano. Virgil. in Buc. Nec tantum Phœbo gaudet Parnaſia rupes. ¶ Gryneum nemus ſeu oppidum in Ionia, ſacrum Apollini habuit fanum. Virgi. in Buc. His tibi Grynęi nemoris dicatur origo, Ne quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo. Ab hoc nemore Apollo ipſe dicitur Grynęus. Virgil. lib. 4. Aen. Sed nunc Italiam magnam Grynęus Apollo, Italiam Lycię iuſſere capeſſere ſortes. ¶ Phaſelis mõs eſt in Lycia, vbi Apollo oracula reddebat. Author Aetnę. Dexter mihi carminis author Apollo, Seu tibi dodone potior, tecumq; Phaſelis, Seu te Cynthos habet. ¶ Cynthus mons eſt imminens Delo, vbi Apollo celebre templum habuit, qui propterea Cynthi⁹ dicitur. Horatius. Intonſum pueri dicite Cynthium. ¶ Delos inſula maris Aegęi/ Cycladum vna, in qua natus eſt Apollo. Prius Ortygia dicebatur. Vnde Apollo Delius et Ortygius. Ouidius lib. 2. de arte. Et Paros/ & Clario Delos amata deo. Idem libro. 13. Meta. Intrat Apollineam ſocijs comitãtibus vrbem. Augurellus. Te Claros/ necnon Patarea regna/ Teq; natalis tua Delos amplis Laudibus tollit, colit & verenter Delphica tellus. Claudian⁹. Hęſit Apollineo Delos latonia partu. Tibull. libro. 2. Delos vbi nunc Phœbe tua eſt? ¶ Claros fuit etiam vna Cycladum, in qua Apollo colebatur, qui inde clarius dictus eſt. Valerius Flaccus. Nec clarij nunc antra dei/ quercuſq; tonantis Arguerem. Idem apud Ouidium libro. 1. Metam. ſic loquitur. Mihi delphica tellus, Et claros/ & Tenedos/ Patareaq; regia ſeruit. Politian⁹ in Nutricia. Hunc Phœbea Claros, Cumea Neapolis illum Protulit.

¶ Delphi oppidum fuit Phocidis, vbi etiam Apollo colebatur, qui propterea Delphicus vocatur. Seneca. Ambage nexa Delphico mos eſt deo Arcana tegere. Auſonius. Luſit & Aaciden Parnaſia Delphicolæ ſors. ¶ In Patara Lycię ciuitate ſex anni menſibus dabantur Apollinis reſponſa. ¶ Tenedos Aegęi maris inſula, ſacra fuit etiam Apollini. ¶ Chryſa Phrygiæ ciuitas itidem & Cilla vrbs ſacrę fuerunt Apollini. Ouidius libr. 13. Me tenedon/ Chryſemq; & Cillan Apolinis vrbes/ Et Syron cepiſſe. Chriſſa vrbs Phocidis ſacrum etiam habuit Apollini templum.

¶ Colebatur etiam in Cyrrha oppido Phocidis. Stroza pater. Et Cyrrhę dominus bis genituſq; puer. Statius libro tercio. Syl. Aut Cyrrhæ pater aſpernetur opacæ.

¶ Colebatur etiam apud Therapnas vrbem Laconiæ. Statius libro tercio Thebai. Tęnareumq; cacumen Apollineaſq; Therapnas.

¶Soracte mons eſt in Phaliſcis quondã Apollini ſacer. Syllius li. 7. Phœbęi Soractis honor Charmelus agebat. Idem lib. 8. Haud procul et ſacrum Phœbo Soracte frequentat. Virgil. lib. vndecimo. Summe deum ſancti cuſtos Soractis Apollo.
¶Apollo apud Rhodios in tanto honore habitus eſt, vt ibidem Coloſſum habuerit inter ſeptem orbis miracula numeratum. Politianus. Conferat aut vaſti molem Rhodos aurea Phœbi. Idem in Ambra. Vtq; Rhodos Solem, Venerem Paphos/atq; Cythera. Iunonemq; Samos, Cereremq; Typhoias Aetna, Me mea Creta colit. ¶Hyperborei Septentrionales populi frugum primitias Delon mittebãt Apollini, quem prȩcipue colebant. Author Plyni⁹. ¶Acrephnia vrbs fuit Phocidis, vbi Apollo Acrephnius colebatur. ¶Malloes locus fuit in Leſbo, vbi templum erat Apollinis. ¶In Entreſi Phocidis vrbe, Apollo etiam reddebat oracula.
¶Tegyra vrbs Beotiæ ſacra fuit Apollini, a qua Tegyrȩus dictus eſt. ¶In Mileto Ionię aſiaticę vrbe fuit oraculũ Apollinis, qui propterea dictus eſt Mileſius. Apul. Dęi Mileſij vetuſtiſſimum percontatur oraculum.

2 ¶Loca Amori ſacra fuerunt, Colchorum regio & Idalium nemus. Catullus. Sancte pater curis hominum qui gaudia miſces, Quiq; regis Colchos, quiq; Idaliũ frondoſum. ¶Theſpienſes & Pariani populi in helleſponto Amorem ſumma veneratione proſequũtur, eiuſq; ſacra vocãt Erotidia. Apud Aegyram vrbem Achęorum Amor colebatur cum fortuna ſub eodem tecto.

3 ¶Aeſculapium Apollinis filium colebat Epidaurus vrbs Peloponneſi. Plynius libro. 4. In eo Epidaurum oppidum Aeſculapij delubro celebre. Ab Epidauro dictus eſt Epidaurius, Ouid. lib. 15. Aequore placato patrias Epidauri⁹aras Linquit. Statius lib. 1. Syl. Progreſſuſq; morans hinc mecum Epidauria proles.
¶Cos ciuitas ſeu inſula eidem ſacra faciebat. ¶Colebatur etiam Pergami. Martialis lib. 9. Pergameo poſuit dona ſacrata deo. ¶Tricca vrbs Theſſaliæ templum habuit Aeſculapio ſacrum, Dolopibus & Pindo vicinum.

4 ¶Ariſteum mellis deum colebat Arcadia. Virgil. lib. 4. Georg. Tempus et Arcadij memoranda inuenta magiſtri.

5 ¶Thebis colebatur Bacchus, qui propterea & Dircȩus appellatur. Horatius lib. 1. Car. vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos inſignes.
¶Naxos vna Cycladum coluit Bacchum. Statius lib. 4. Achill. Et a tergo decreſcit Bacchica Naxos. Claudianus. Herculis & Bromij ſuſtentat gloria Thebas. Plynius lib. 4. Nec cedentes Athenis claritate/quæ cognominantur Bœotiæ Thebæ/duorum numinum Liberi/atq; Herculis (vt volunt) patria.
¶Apud Nyſam vrbem Arabiæ ferunt Bacchum a Nymphis educatum fuiſſe. Hinc Bacchus dicitur Nyſȩus. Statius lib. 4. Theb. Omnipotens Nyſȩe pater.
¶Callichoros fluuius eſt apud Heracleam Paphlagoniæ Baccho ſacer, qȩ ab India reuertens chorum ibidẽ conſtituerit. Val. Flac. lib. 5. Argon. Prȩterit & feſta vulgatum nocte Lyęi Callichoron, Nec vana fides, his Bacchus in vndis Abluit Eoo rorantes ſanguine thyrſos. ¶Tamaritę populi hircanis proximi Bacchum ab India victorem redeuntem hoſpitio ſuſceperunt, eiq; ſacra ſolennia cõſtituerũt actis circum torcularia choreis, q̃ diu ſpumarent muſto.

6 ¶Cybelen deorum matrem colebant ſequentia loca. Ida & Dindymus Phrygiæ montes. Virgil. libro. 10. Alma parens Idęa deum, cui Dindyma cordi. Catullus. Dea magna, dea Cybele, Dea domina Dindymi. Hinc Cybele Dindymene. Martialis. Non per myſtica ſacra Dindymenes. Lucretius libro. 2. Ideam vocitant matrem Phrygiaſq; cateruas. ¶In Phrygia Galli Cybeles miniſtri in honorem dęę

inter

inter ſe concertabant & digladiabantur ad effuſionem ſanguinis. Demum cruore vbertim manãte concurrebant ad aliquem fluuium deę ſacrum, Ibidem cultros et plagas loturi. Romani hoc faciebãt ad Almonem fluuium proximum Romæ vndecimo Cal. Apriles. Val. Fl. lib. 8. Argon. Sic vbi Mygdonios planctus ſacer abluit Almo, Lętaq; iam Cybele. Statius. Eſt loc⁹ ante vrbẽ, qua primum naſcitur ingens Appia, quaq; Italo gemitus Almone Cybelle Ponit, et Idæos iam non reminiſcitur amnes. Lucanus. Et lotam paruo reuocãt Almone Cybellẽ. Syllius lib. 8. Tepidoq; lauãt Almone Cybellen. Ouidius. Eſtocus in Tyberin quo lubricus influit Almo, Et magico nomen perdit in amne minor, Illic purpurea canus cum veſte ſacerdos, Iunonis dominam ſacraq; lauit aquis. ¶Reate Vmbriæ ciuitas. Syllius lib. 8. Magnæq; Reate dicatum Cœlicolum matri. ¶Berecynthus mons Phrygię, a cuius nomine Berecynthia dicta eſt. Virgil. lib. 6. Aen. Qualis Berecynthia mater Inuehitur curru phrygias turrita per vrbes. ¶Peſinuntium oppidum Phrygię, a cuius nomine dicta eſt Peſinuntica. Apul. lib. 11. Inde primgenij phryges Peſinunticam nominant deum matrem.

¶Cererem venerabatur Eleuſis vrbs Atticę, q̃ ibidem frugum vſum & agriculturę dea docuiſſet. Vnde et Eleuſina vocata eſt. Virgilius lib. 1. Georg. Tardaq; Eleuſinę matris voluentia plauſtra. 7

¶Colebatur etiam in Aetna monte, Enna & Catana vrbibus Siciliæ, a quibus locis vocatur Aetnæa/Ennęa/Catanenſis. Claudianus. Aetnęę Cereri proles optata virebat Vnica. Syllius lib. 1. Nec Cerere Ennęa/Pharío nec victa colono. Lactantius. De Cerere Catanenſi vel Ennenſi, quarũ alterius tanta fuit religio, vt adire templi eius ſecreta penetralia viris nefas eſſet.

¶Sequentia loca Dianæ ſacra fuerunt, Parthenius Paphlagonię fluuius. Val. Fl. lib. 5. Argon. Et fatis tibi Tiphy negatum Parthenium, ante alios Triuiæ qui creditur amnis. 8

¶Cynthus mõs imminẽs delo, in quo nata eſt cum Appolline. Hinc vterq; Cynthius appellatur. Statius lib. 2. Theb. Illa ſuas Cyntho comites agat.

¶Epheſus vrbs Ionię ſeu Lydiæ, in qua templum habuit magnificum, inter ſeptẽ orbis miracula numeratum. ¶Brauron vrbs Atticæ, vbi etiam colebatur. ¶Colebatur et in Auentino et Algido montibus Italiæ. Horatius. Quæq; Auentinum tenet/Algidumq;, Quindecim diana preces virorũ Curet. Martialis lib. 6. Laudat Auẽtinę vicinus Sura Dianę. Colebatur etiam in Delo. Virgil. Notior vt iam ſit canibus non delia noſtris. ¶Item in Tauro Scythiæ monte. Lucanus lib. 1. Et Taranis Scythicę non mitior ara Dianæ. Idẽ lib. 3. Qua ſublime nemus, Scythicæ qua regna Dianę. Ouid. lib. 14. Queq; colunt Scythicæ ſtagnũ nemorale Dianę.

¶Colebatur faunus in Arcadia. Ouid. lib. 2. Faſt. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Idem lib. 4. Stabat Męnalio ſacra relicta deo. 9

¶Antium maritima vrbs Latinorum Fortunã habuit in honore maximo, cui etiã ſacra fecit, templumq; erexit magnificum. Vnde Horatius lib. 1. Car. O diua, gratum quę regis Antium. 10

¶Rhamnus ſeu Rhamnis oppidum fuit in Attica, in quo Nemeſis et fortuna colebãtur. Hinc vtraq; Rhamnuſia appellatur. Virg. in Cyri. Haud fallor, q̃ te potius Rhamnuſia fallat. Ouid. lib. 14. Idaliam, memoremq; time Rhamnuſidis iram.

¶In Orchomeno Bœotiæ vrbe templum fuit dicatum gratijs ſeu Charitibus. 11

¶Herculi ſacrum fuit Tybur oppidum vicinum Romę, quod inde vocatur Herculeum. Propertius lib. 2. Curua ten Herculeum deportãt Eſſeda Tybur? Ten id eſt tene per interrogationem. Virgil. in Priapeijs. Gades Herculis humidumq; Tybur. Martialis lib. 1. Tybur in Herculeum migrauit nigra Lycoris. Idem. Itur 12

ad Herculei gelidas qua Tyburis arces. Stroza filius. Herculeum Tybur/vicinaq; rexit Iulus. ¶Bœotiæ Thebæ etiam Herculem coluerunt, qui propterea Thebanus dicitur. Propertius lib. 3. Cymbala Thebano concrepuere deo. Mantuanus de Trophęis Gonzagæ. Brachia Thebani pingit labor Herculis hydra. ¶Gadibus quoq; (vbi columnas posuit) templum habuit Hercules, in quoquidem tẽplo Iulius Cæsar animaduersa Alexandri magni imagine, ingemuit, & quasi pertæsus ignauiam suam, q̃ nihildum ase memorabile actũ esset in ætate, qua iam Alexãder orbem terrarum subegisset. De Gadibus Liuius. Annibal Gades profectus Herculi vota exoluit. Hinc Gades Herculeę dicuntur. Syl'ius lib. 16. Nam repeto Herculeas Erythręa ad littora Gades. Stroza fili⁹. Ad Herculeas stirps gressa pelasgica Gades. ¶Tyrintha ciuitas Argis vicina Herculẽ nutriuit¦/ et vt deum venerata est. Vnde et Tyrinthius appellatur. Virg. lib. 7. Aen. Postq̃ laurẽtia victor Geryone extincto Tyrinthius attigit arua. Idem lib. 8. Ecce furens animis aderat Tyrinthius.

13 ¶Sequentia loca Iunonem coluerunt. Carthago vrbs Africæ. Virgil. lib. 1. Aen. Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam Post habita coluisse Samo, hic illius arma, Hic currus fuit. ¶Colebatur etiam in Prosimna ciuitate. Statius lib. 1. Theb. Hinc celsę Iunonia templa Prosimnę. ¶In Samo insula maris Icarij habebatur in honore pręcipuo, Nam et ibidem fuerat nutrita. Ouid. lib. 8. Et iam Iunonia læua Parte Samos fuerat. ¶Argos et Mycenæ vrbes Achaiæ Iunonem quoq; venerabãtur. Horati⁹ lib. 1. Car. Plurimus in Iunonis honorẽ Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas. ¶Phalisci populi Iunonem coluerũt. Ouid. lib. 6. Fast. Adde senem Tatium Iunonicolasq; Phaliscos.

14 ¶Creta insula centum vrbibus memorabilis Iouem aluit, eiq; sacra fecit, Vnde & Cretæus dicitur. Virgil. lib. 3. Aen. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idęus vbi, & gentis cunabula nostræ. Claud. Cretaq; se iactat tenero reptata tonãti. Lactãtius. Ipsius autẽ Iouis Creticí sacra, quid aliud ostendũt, q̃ quomodo sit aut sustractus patri, aut nutritus? ¶Pyreus port⁹ Atticæ sacer erat Iouí, vt etiã Homole mons Thessalię seu Bœotiæ, a cuius nomine Iupiter Homolius dicitur. ¶Colebatur etiam in Ida/in Latio/in Lybia vbi erat eius oraculũ, In Elide. Vnde Virgil. eum vocat Idęum, Lucanus Latialem, Latinum Ouidius et lybicum, Elęũ Properti⁹, qm̃ in Elide quito quoq; anno celebrabãtur ludi Olympici ĩ ei⁹ honorẽ.

15 ¶Isim Inachi filiã & deã Aegyptiorũ sequentia loca habebãt in honore, Paretoniũ vrbs Aegypti/Pharos/Mẽphis/et Mareotis pars Aegypti. Ouid. lib. 9. Isi Paretoniũ, Mareoticaq; arua/Paronq; Quæ colis, & septẽ digestũ in cornua Nilũ. Idẽ lib. 2. Eleg. Isi Paretoniũ/genitaliaq; arua Canopi Quæ colis, et Memphim/palmiferãq; Pharon. ¶Aegyptũ sacrã fuisse Isidi Propertius docet lib. 2. dicens. An tibi nõ satis est fuscis Aegyptus alumnis? Coptõ quoq; insula est in Aegypto sacra Isidi.

16 ¶Latona colebatur in delo, q̃ Apollinem/et Dianam ibidem peperisset. Virgil. lib. 3. Geor. Cui non dictus Hylas puer/& Latonia Delos. Ouid. in ib. Prædaq; sis illis, quibus est Latonia Delos.

17 ¶Ithynus fuit domicilium Mineruæ in arce Athenienſi. Catullus. Vnigenamq; simul cultricem montis Ithyni Pallada. ¶Pyreus mons Atticæ sacer fuit etiam Mineruę. ¶Colebatur & in Aracyntho Aetolię monte, a quo Aracynthia dicta est. Statius de Diana & Pallade lib. 2. Theb. Illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho. ¶Nea Cycladum vna, sacra fuit etiam Mineruæ,

Authore

Authore Plynio lib.4.Nat.Hiſt.Cap.12. ¶Præcipua eius dignatio fuit Athenis, vbi et artes inueniſſe fertur, atq; etiam vrbem ipſam condidiſſe, hinc Athenęa/ Attica/Cecropia/& Mopſopia dicitur. Horatius lib.1.Car. Sūt quib⁹ vnum opus eſt intactę Palladis vrbem Carmine perpetuo celebrare. ¶Alcomeneum fuit oppidum Bœotiæ, cuius conditor iuſſit ibidem coli Mineruam.

¶Loca Martí ſacra ſunt Thermodō fluuius Scythiæ et Rhodope mons, quoniam 18
fertur natus in Thracia. Claudianus. Flumina lauerunt purum Rhodopeia martē.
¶Colebatur & in tota Thracia & apud Getas. Vnde Odryſium eū vocat Statius et Geticum. Sythonium Pontanus et Threicium.

¶Libethris fons Magneſiæ ſacer fuit Muſis, vt etiam Hippocrene, a quorum no- 19
mine dicuntur Libethrides et Hippocrinides. Virgil. Nymphæ noſter amor Libethrides. Eam ob cauſam Feſtus Auienus camœnalem vocat Hippocrenen, vbi ait. Lympha camœnalem fudit procul Hippocrenē. ¶Sunt et alia loca ſacra Muſis, vt Sicilia, vnde Sicelides dicuntur a Virgilio. Aonia ſeu Bœotia. Helycon mōs Bœotię, Pimpla loc⁹ vicinus Parnaſo, Aganippe fons Bœotię, Sebeth⁹ fons apud Neapolim/ Theſpię oppidū Boeotiæ, a quibus omnibus locis Epitheta meruerūt. Vide in Capite de Muſis.

¶Neptunus templum habuit in Tęnaro Laconiæ promontorio, a quo Tænarius 20
dicitur. Proper.lib.1. Tęnarius facili preſſit amore deus. ¶Oncheſtus vrbs Bœotiæ habuit etiam templum Neptuno ſacrum.

¶Nemeſis dea vltionis et indignationis (quæ ſuperbos punit et vaniloquos) tē- 21
plum habuit in Rhamnunte Aſię oppido, a quo Rhamnuſia dicta eſt, vt Fortuna. Ouid.lib.3. Meta. Dixerat, aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.

¶Oſyris deus colebatur apud Aegyptios. Tibullus li.1. Te canit, atq; ſuum pubes 22
miratur Oſyrim Barbara Memphitem plaudere docta bouem.

¶Proſerpina Cereris filia colebatur in Sicilia teſte Plutarcho, vnde et Sicula vo- 23
catur a poetis. Seneca. Vidiſti Siculę regna Proſerpinę? vbi primam hui⁹ dictionis Proſerpina corripit, quod eſt inuentu rarum. ¶Colebatur etiam in Enna vrbe Siciliæ, vnde Ennæa quoq; dicitur. Lucanus lib.6. Eloquar immenſo terrę ſub pondere, quę te Cōtineant Ennęa dapes. Syllius lib.1. Atq; Ennęę numina diuæ, Atq; Acheronta vocat.

¶Apud Elæos delubrum ſacrum fuit Plutoni ſemper clauſum et obſeratum, prę- 24
terq; ꝙ ſemel tantum quotannis aperiebatur. Plutonem autem ideo colebant Elęi, ꝙ eius præſidium ſenſiſſent contra vim Herculis. ¶Lampſacus vrbs Helleſponti Priapum coluit. Ouid.lib.6. Faſt. Lampſacos hunc ſoli ſolita eſt mactare Priapo.

¶Scythæ vnicum Solem deum putant, cui equum immolant. 25

¶In prænęſte vrbe Italiæ colebātur Sortes, et Fortuna, quæ propterea Prænęſti- 26
næ vocantur. Propertius lib.2. Nā quid prænęſtis dubias o Cynthia ſortes, Quid petis Aei mœnia Telegoni? Syllius. Sacriſq; dicatum Fortunę Pręneſte iugis. Statius lib.1.Syl. Et Pręneſtinę poterant migrare ſorores.

¶Sequentia loca ſacra ſunt Veneri. Amathus inſula maris Aegæi, a qua vocatur 27
Amathuſia et Amathuſis. Virgil.li.10. Eſt Amathus/eſt celſa mihi Paphos/atq; Cythera/Idaliæq; domus. Stroza filiꝰ. Eſt Paphos/eſt Amathus Veneri ſunt pulchra Cythera. Pontanꝰ. Quæ referant veteres formoſę Amathuſidis ignes. Politianus. Semper et ancipiti ſtimulans Amathuſia cura. Colebatur etiam in Cypro inſula, & Papho eiuſdem inſulę vrbe. De Cypro et Memphi Aegypti vrbe (vbi etiam fanum habuit) Horatius lib.3. Car. O quæ beatam diua tenes Cyprum/ &

Memphim carentem Sythonia niue. Idem lib. 1. Sic te diua potens Cypri. Ouid. lib. 10. Festa dies Veneris tota celeberrima Cypro Venerat. A Cypro dicitur Cypria/ Cypris et Cyprigena. Mantuanus in Fastis. Cyprigenæ campos & regna per ardua Phœbi. De Papho et Gnydo Horatius lib. 3. Car. Quæ Gnydon/ Fulgentesq; tenet Cycladas et Paphum. Statius lib. 1. Syl. Nõ secus alma Venus, q̃ si Paphon æquore ab alto, Idaliasq; domos/ Erycinaq; tẽpla subiret. A Papho Paphia/ et Gnydo Gnydia dicitur. Plyni⁹ lib. 7. Praxiteles marmore nobilitat⁹ est, Gnydiaq; Venere præcipue. Precedentia exempla docent Idalium nemus et Cyclades et Cythera sacra fuisse Veneri. Ab Eryce monte Siciliæ sibi sacro dicta est Erycina. Horati⁹ lib. 1. Car. Siue tu mauis Erycina ridẽs. ¶ Hypepa vrbs proxima Timolo sacra fuit etiam Veneri. De hac vrbe Ouidi⁹ de Arachne. Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

28 ¶ Imbros insula est Thraciæ Vulcano sacra, quem inde Imbranium vocant. Val. Fl. Proræq; accesserat Imbros. Inter Liparam et Therasiam insula est Therasia Vulcano sacra. Author Plynius. lib. 3. Precipuus Vulcani cultus fuit in Lemno insula, aqua Lemnius dictus est, vt Lemnos ipsa Vulcania. Ouid. lib. 13. Nec pẽantiadem ꝙ habet Vulcania Lemnos. Virgil. lib. 8. Aen. Hęc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris. Ouid. Lemnius extemplo valuas patefecit eburnas.

29 ¶ De alijs locis in quibus dij habiti sunt in honore. Ouid. lib. 3. Fastorum.

Pallada Ceropidę/ Minoia Creta Dianam,
Vulcanum tellus Hypsipylea colit.
Iunonem Sparte/ Pelopeiadesq; Mycenę.
Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.

Mars latio venerãdus erat, quia præsidet armis. Lactãtius lib. 1. de falsa religione. Summa veneratione coluerunt Aegyptij Isidem, Mauri Iubam/ Macedones Gabyrim, Pœni Vranum/ Latini Faunum. Romani Quirinum, Athenæ Mineruã/ Samos Iunonem/ Paphos Venerem/ Lemnos Vulcanum/ Naxos Liberum/ Apollinem Delphi.

¶ Deorum victimę.

1	Bacchi caper	6	Isidis anser	11	Herculis taurus
2	Cereris porca	7	Noctis Gallus	12	Saturni puer
3	Solis equus	8	Fauni Capra	13	Aesculapij Gallus
4	Dianę cerua & canes	9	Neptuni Taurus	14	Maiæ Sus.
5	Priapi asinus	10	Mineruę capra		

1 CAper et Asinus immolabantur Baccho, Caper ꝙ eius vites rosisset. Virgil. lib. 2. Georg. Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Cędítur. Ouid. lib. 2. de ponto. Nec dabit intonso iugulũ caper hostia Baccho. Martialis lib. 5. Vite nocens roseas stabat moriturus ad aras Hircus, Bacche tuis victima grata focis. De Asino Plyni⁹ lib. 24. Ferulę Asinis gratissimę sunt in pabulo, cæteris vero iumẽtis præsentaneo veneno. Qua de causa id animal libero patri assignatur, cui et ferula. Herodotus ait porcum etiam fuisse immolatũ Baccho.

2 ¶ Cereri mactabatur porca, ꝙ hoc aĩal eiusdẽ fruges violasset. Ouid. lib. 1. Fast. Prima Ceres grauidæ gausa est sanguine porcę, Vlta suas merita cæde nocentis opes. Nam sata vere nouo tenerís lactentia succis Eruta setigerę comperit ore suis. Idem lib. 2. de ponto. Accipiet grauidę cur suis exta Ceres.

3 ¶ Perse immolant equum Soli. Ouid. lib. 1. Fast. Placat equo. Persis radijs Hyperiona cinctum, Ne detur celeri victima tarda deo. Sabell. Non tibi Phœbe celer hic cadit ictus equus.

¶ Dianę

¶ Dianæ cerua immolabatur. Ouid. lib. 1. Faſt. Quæ ſemel eſt triplici pro virgi- 4
ne cæſa Dianæ, Nunc quoq; pro nulla virgine cerua datur. ¶ Sabęi et Theſſali ca-
nes Dianæ etiam immolabant. Idem Ouidius. Exta canum Triuiæ vidi mactare
Sabęos, Et quicunq; tuas accolit Hęmeniues.

¶ Priapo etiam immolabant Aſinum, q̃ quum hic deus Lotiden nympham dor- 5
mientem furtim ſtuprare vellet, intempeſtiuo aſini clamore coitu fuiſſet impedi-
tus, eumq; excitata virgo manib⁹ reieciſſet magno omniũ (qui aderãt) riſu. Ouid.
lib. 1. Faſt. Cędit et rigido cuſtodi ruris aſellus. Cauſa pudenda quidẽ, ſed tamẽ
apta deo, Lactãtius. Quum diį omnes ad feſtum magnę matris conueniſſent, epu-
liſq; ſatiati noctem luſibus ducerent, quieuiſſe ibi Lotidem, ſomnunq; cepiſſe, Ibi
Priapum ſomno eius ac pudicitiæ inſidiatum, ſed illam intẽpeſtiuo clamore Aſelli
(quo Silenus vehebatur) excitatam, libidinẽ vero inſidiatoris eſſe detectam. Hac
de cauſa Lampſacenos Aſellum Priapo quaſi in vltionem mactare conſueuiſſe.

¶ Anſer Iſidi Inachi filiæ. Ouid. lib. 1. Faſt. Nec defenſa iuuant Capitolia, quo- 6
minus Anſer Det iecur in lances inachi lauta tuas.

¶ Gallus gallinaceus immolabatur nocti. Idem Ouid. Nocte deę noctis criſtatus 7
cędit ales, Q̃ tepidum vigili prouocat ore diem.

¶ Fauno Capra. Ouid. lib. 2. Faſt. Cornipedi Fauno cæſa de more capella, Venit 8
ad exiguas turba vocata dapes.

¶ Neptuno Taurus. Statį⁹ lib. 5. Achill. Cæruleum regẽ tauro veneratur auumq; 9
Nerea. Syllius lib. 15. Principio ſtatuũt aras, cadit ardua taurus victima Neptuno
pariter, pariterq; tonanti. Virgil. Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo.

¶ Mineruæ capra, q̃ caprarum morſus exitialis ſit oliuæ, quam illa amat. Plynius 10
lib. 8. Oliuam lambendo quoq; ſterilẽ faciunt. Eaq; ex cauſa Mineruæ immolatur.

¶ Menœcius Actoris filius taurũ Herculi primus ſacrificauit propter fulmineum 11
taurum ab ipſo Hercule interfectum, de quo Seneca in Hercule Oethæo. Vna eſt
Geryon ſparſus manu/ Tauruſq; populis horridus centum pauor.

¶ Carthaginenſes vſq; ad excidiũ vrbis ſuæ ingenuos pueros Saturno ſemper im- 12
molarunt, Authore Curtio lib. 4. de geſtis Alexãdri. Quod genus ſacrificij Tau-
ricæ Dianæ factum legimus in Scythia.

¶ Priſci Aeſculapio medico Phœbi filio Gallum ſacrificabant Authore Cælio. 13

¶ Sus prægnans mactabatur Maiæ Authore Macrobio lib. 1. Satur. De victimis 14
deorum vide Ouidium lib. 15. Meta.

¶ Deorum feſta quibus vocentur nominibus.

¶ Feſta ſeu ſacrificia Bacchi vocantur Bacchanalia/ Orgia/ Trieterica/ Nyctileia/
Liberalia/ Dionyſia & Cotytia a Cotyde rege Thracum, qui ſacra Baccho inſti-
tuit. ¶ Sacra Cereris vocantur Cerealia et Theſmophoria, vt Ceres ipſa Theſmo-
phoros id eſt legifera. Plynį⁹ lib. 24. Quoniã matronę in Themoſphoriis Athe-
nienſium caſtitatem cuſtodiẽtes iis foliis cubitus ſibi ſternũt. Plutarchus ait Ado-
nia fuiſſe ſacra Cereris. ¶ Proſerpinæ Cocytia a Cocyto infernali fluuio. ¶ Saturni
Saturnalia et Chronia. Nam Saturnus ipſe Chronos dicitur a Gręcis. ¶ Laurẽtiæ
Laurentalia. ¶ Opis (quæ Cœli et Veſtæ filia & Saturni vxor dicitur) Opalia.
¶ Palis deæ paſtorum Palilia. Tibullus lib. 2. At madidus Baccho ſua feſta Pali-
lia paſtor Concinet. Propertius libro quarto. Annuaq; accenſo celebrare Pali-
lia fœno. Idem Vrbi feſtus erat dixere Palilia patres. ¶ Romuli vel Martis Qui-
rinalia. ¶ Vertunni ſeu Prothei Vertunnalia. ¶ Bonę deę Gynecia, nam Græci eã
vocant Gyneciam. Author Plutarchus in Cæſare. ¶ Mineruæ Panathenea. Erãt

autem agones Gymnici, quos Theſeus in honorem deæ primus Athenis inſtituit, Authore Plutarcho. Erant etiam Mineruę Quinquatria, quę fiebant quinq; dieb⁹ poſt atrum diem. Ater autem dies erat poſt idus. Ouid. Vna dies media eſt, poſt fiũt ſacra Mineruę, Nomina quę a iũctis quinq; dieb⁹ habẽt. ¶Florę deæ floralia. ¶Carnæ deæ cardinum Carnia, quæ fiebant Spartæ. ¶Iouis diſpolia, ſeu diaſia teſte Cęlio. ¶Iunonis hereа, ꝙ Iuno ipſa hera diceretur. Ennius apud Ciceronem lib. 1. de Off. Vos ne velit an me regnare hera, vbi per heram nonnulli fortunã intelligunt. ¶Mercurii Mercurialia et hermea. ¶Muſarũ Muſæa. ¶Herculis Nemea ab Argiuis inſtituta, ob leonem ab ipſo interfectum in Nemea ſylua. ¶Fauni Lupercalia, quæ februario menſe fiebant. ¶Solis Mitriaca, quoniam Perſæ ſolem appellant mitram. Apud eos autem fiebant hæc ſacrificia in antro, educto cornib⁹ boue, quem deo immolabant. ¶Priapi phallagogia, Nam phallum antiqui virile membrum appellabant. Author Theoderitus Cyrenenſis.

¶Sacrificiorum & victimarum genera diuerſa.

Agonia	Munychia	Rubigalia
Dapſa	Nouendium	Fontanalia
Farreatio	Nudipedalia	Ornea
Hecatombe	Nyctileia	Parentalia
Hoſtia	Palatual	Inferiæ
Hyacinthina	Paſtillum	Conſualia
Armiluſtrum	Popularia	Lampteria
Ianual	Proteruia	Amburbium
Lucaria	Scænophegia	Vinalia
Lupercalia	Solitaurilia	Thyia
Meditrinalia	Stata	Holocauſtum

AGonia & Agonalia ludi erant, qui fiebant in honorem dei Agonij, vel in monte, quem illi Agonem vocabant. Agonias etiam veteres dixerũt hoſtias, ab agẽdo. ¶Dapſa genus erat ſacrificij, quod fiebat hyeme ſæuiẽte. Farreatio in nuptijs fiebat farreo libo. Aliter vocabatur confarreatio. At quum diſſoluebantur nuptiæ, diffarreatio. ¶Hecatombe ſacrificium erat centum victimarum, vel quia centum peloponneſi vrbes id faciebãt. Iuuenalis Satyra. 12. Exiſtunt qui promittunt Hecatomben. Sidonius Apol. Vix ſe poſt hecatombeon litatum Suetus promere Syricum barathro. ¶Hoſtia erat victima, quæ immolabatur cęlis hoſtibus. Sacrificabatur autem Laribus, quorum ope victi credebãtur hoſtes. Ouid. Hoſtibus a domitis hoſtia nomẽ habet. ¶Hyacinthina erant quędam ſacra nocturna. ¶Armiluſtrum ſacrificiũ erat apud Romanos, in quo armati rem diuinam faciebant, tubiſq; canebant ſacrificantes. ¶Ianual erat genus libi, quod ſoli Iano immolabatur. ¶Lucaria feſta Romani celebrabant in luco, in quo fugati a Gallis ſeſe occuluerant. ¶Lupercalia erant ſacra inſtituta ab Euandro rege Arcadum ĩ honorẽ Panos propter Romulum et Remum nutritos a lupa in Auẽtino monte, vbi fiebant. Luperci dicebantur miniſtri horum ſacrorum. Statius lib. 5. Syluarum. Et tua multum Verbera ſuccincti formidauere Luperci. ¶Meditrinalia ſacra erant, quę fiebant in honorẽ Meditrinę deę medicamentorũ. ¶Munychia erant feſta Palladis, a Munychio Athenarũ portu, vel a Munychio rege quodã, eorum authore. ¶Nouendium ſeu Nouendiale ſacrificiũ erat exequiale, quod fiebat nono die poſt mortem alicuius, Horatius, Nouendiales diſſipare puluere.

¶Nudipedalia

¶Nudipedalia erant quędam ſacra, quæ ſacerdotes nudis pedibus faciebant Hieroſolymis. Nyctileia Bacchi ſacrificia, quæ nocturno fiebant tempore. ¶Palatual ſacrificium erat, quod Romę fiebat ī palatio. ¶Paſtillum authore feſto fuit genus libi rotundi, quod diis offerebatur. ¶Popularia ſacra, quę ab omnibus ciuibus fiebant, nec erant priuatarum familiarum, ſed omnium communia, vt a diis impetrarentur, quę ſpectabant ad communē populi ſalutem. ¶Proteruia fuit ſacrificij genus, in quo quicquid ex epulis ſupererat, incendio dabatur. Auſonius. Capripedes agitat quum læta Proteruia Panas. Albidius adoleſcens quum vniuerſum patrimonium decoxiſſet, & ædes vnas (quæ ſupererant) rerum deſperatione, dediſſet incendio, ferunt Catonem hoc in eum cauillo vſum fuiſſe. Hic proteruiā facit. Facere autem proteruiam adagiū eſt in prodigos. qui omnia abſumūt vſq; ad aſſem. ¶Scęnophegia erant tabernaculorum feſta, in quibus Iudęi faciebant tabernacula ad ſimilitudinem eorum, in quibus habitauerant, quum peruagarentur Aegyptū. ¶Solitaurilia ſacrificia erant trium victimarum tauri/arietis/et ſuis. Plynius lib. 8. Si potiatur, Martī Solitaurilib⁹ piaculum fieri. ¶Stata erant certa ac ſtabilita/ſtatutiſq; diebus fieri ſolita. Cato. Sacra ſtata, ſolennia ſancta ſeruaſti. ¶Rubigalia dies erant feſti inſtituti ab antiquis ad amoliendā frugum rubiginem. Quales ſunt noſtro tempore ſupplicationes amburbię et ambaruales, quæ fiunt vt fructus terrę agricolarum voto reſpōdeant. Plynius. Rubigalia Numa cōſtituit, quæ nunc agūrur ad ſeptimum Calendas Maij, quoniā tunc fere ſegetes rubigo occupat. ¶Fontanalia ſacra erāt fontium, quæ fiebant coronatis pueris et fontibus. ¶Ornea ſacra erant Priapi, quem Corinthij Orneum vocabant. Celebrabant autem hæc feſta Nymphę ad Alebedum prope Colophonem. ¶Parētalia erant ſacra funeſta, quę fiebant ab antiquis in honorem parētum mortuorum. Cuiuſmodi ſunt anniuerſaria noſtra. Parētare eſt hoc ſacrificium facere. Cicero in Philipp. Vt parētalia cum ſupplicationibus miſcerentur. Idem. Vt cuius ſepulchrum nuſq̄ extet, vbi parētetur, ei publice ſupplicetur. Decius & Brutus parentabāt decembri menſe, quia Saturno conſecratus eſt hic menſis, quem habent in numero deorum inferorum. In parentatione abſumebantur fabæ, q̄ in eis mortuorum animas eſſe dixerint. ¶Inferię ſacra ſunt etiam mortuorum. Sueto. in Caligula. Inferiaſq; his annua religione publice inſtituit. Idem in Vitellio. Adhibita publicorum ſacerdotum frequētia inferias Neroni dedit. Cor. Tacitus de Vitellio. Apud bonos inuidiæ fuit, q̄ extructis in campo martio aris inferias Neroni feciſſet. ¶Conſualia ſacrificia fiebant in honorem Conſi, qui habebatur deus cōſiliorū. ¶Græci Dionyſium colebāt cognomento Lamptera id eſt faculam, eiuſq; feſta vocabant Lāpteria. Ferebāt enim noctu faces ad tēplum/vini pateris tota vrbe conſtitutis. ¶Amburbium ſeu Ambaruale ſupplicationes erant, quæ fiebant in ambiendis vrbibus, agriſq; luſtrandis. De hoc intellexit Lucanus lib. 1. dicens. Mox iubet & totam pauidis a ciuibus vrbē Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro Longa per extremos Pomœria cingere fines. ¶Talia erant apud Romanos Vinalia, qualia apud Thebanos Dionyſia. ¶Thyia feſtum erat Bacchi apud Elęos, in quo vacuę hydrię, tēplo obſerato/vino implebātur noctu. ¶Holocauſtum ſeu Holocauſtoma ſacrificiū erat, in quo exta victimarum aris ſuperpoſita comburebātur. de quo Virgil. Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis, Pingue ſuperq; oleum fundens ardentibus extis. Ioſephus Quando (inquit) tota victima quę immolatur, incenditur, id ſacrificium nomen holocauſtomatis habet. ¶Porro Orgia Orpheus inuenit in Thracia. Matris deorū ſacra phrygij quotannis crudeliſſimis certaminibus faciebant. Rhodij hominem

Saturno ſacrificabant. In Salamine inſula homo Diomedi immolabatur. Diana Taurica humanis placabatur victimis. Dionyſio apud Chios homo crudeliter diſcerptus ſacrificabatur. Lacedæmonij hominem Marti immolabant. Phœnices in bello et peſtilentia amiciſſimos homines immolabant Saturno. Eidem in Creta ſacrificabātur pueri. In Laodicea Syrię virgo immolabatur Palladi. Arabes ſingulis annis puerum immolantes ſub ara ſepeliebant. Greci priuſq; prodirēt in bellum humanas victimas dijs offerebant. Ariſtomenes Meſſenius 200. homines Ioui ſacrificauit, Athenienſes bello petiti et victi a Minoe rege Cretæ propter interfectum Androgeum eius filium cogebātur quotannis ſeptem mares ac totidem fœminas in Cretam mittere ſacrificādos. Scythę quoſcūq; aduenas repererint, Dianæ immolant. In Pella Theſſaliæ ciuitate ſingulis annis homo immolabatur Peleo & Chironi. Galli Eſum et Teutatem humano cruore placabant. Lactancij tempore Latialis Iupiter ſanguine colebatur humano. Carthaginenſes ab Agathocle victi, quum iratum ſibi Saturnum crederent, ducentos ej nobiliſſimos iuuenes immolauerunt. Author Lactancius. Apud Romanos ſacrorum author fuit Numa, qui inſtituit colere deos fruge, & mola ſalſa ſupplicare. Vocabula ad religionem ſpectātia ſunt Cerimoniæ/ ſacrificium/cōſecratio/ſuperſtitio/dedicatio/piaculum/iuſiurandum/hoſtiæ. Mola erat far toſtū/ſale aſperſum. Sacrificare eſt petere, vt detur venia/ Litare eſt propiciare, vel ſacrificium rite facere. Apud Lyndum oppidum Rhodiorū fiebat ſacrificium in honorem Herculis, quod probris et conuicijs peragebatur. Hinc adagium natum. Herculi Lyndio ſacrificare, id eſt ſacris deuotionibus vti. Ritum ſacrificij quod fiebat in honorem Cybeles, Ouidius in Faſtis ſic exprimit. Ardua iamdudum reſonat tinnitibus Ida, Tutus vt infanti vagiat ore puer. Pars clypeos ſudib⁹, galeas pars tundit inanes, Hoc Curetes habēt, hoc Corybantes opus. Res latuit, priſciq; manēt imitantia facti Aera deæ, comites raucaq; terga mouent. Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana pulſant, Tibia dat phrygios (vt dedit ante) modos. Salij ſacerdotes Martis / eidem ſacra faciebant ſalientes. Victimarum ſuperſtitio emanauit ab Hyperbio Martis filio, vt placet nonnullis, q̄ animal primus occiderit, vt Prometheus occidit bouē. Apud Delphos nullum reddebatur oraculum, niſi tota victima ab imo contremuiſſet, membris omnibus agitatis. Phaſelitę populi ſalſos piſciculos dijs immolabant. Cares vero canē. Hinc Caricam victimam dicuntur immolare, qui viliſſima largiūtur. Libabatur etiā vinum ſed merum. Prope Aſopum fluuium habitatores ſingulis annis diem vnum ſacrum faciunt Eumenidibus, quibus prægnantes oues immolant. Amaſtris Xerxis regis vxor pro ſalute propria decē defodit viuos homines. Beroſus prodit fuiſſe apud Babylonios feſtum Saceas nomine ſolitū agi quinq; diebus, quibus ſerui imperabant dominis. Coi Iunoni ſacrificantes ſeruos a conuiuio reijciebant.

¶ Sacerdotes deorum.

1	Panthus	4	Calybe Alcyone		Lyſimache
	Anius	5	Potitius Theron	9	Mera
	Lychas		Pinarius	10	Iphigenia
	Hemonides	6	Choreus		Megabyzus
	Phœbades		Meliſſa		Myxus
2	Laocoon		Barthabaces	11	Sethon
3	Polybetes	7	Cotys	12	Salij
	Soſtratus		Bacchæ	13	Hierophantę
	Alphitus	8	Hypeccauſtria	14	Alij

Apollinis

APollínis ſacerdotes fuerũt Panthus Othríj filíus. Vírgíl. líb. 2. Aen. Pan= 1
thus Othríades arcís Phœbíq; ſacerdos. Idem. Nec te tua pluríma Pan=
thu Labẽtem píetas, nec Apollínís ínfula texít. ℂ Aníus rex. Vírgíl. líb.
3. Aen. Rex Anius, rex ídem hominum Phœbíq; ſacerdos. Ouíd. líb. 13. Hunc
Aníus, quo rege homines, antíſtíte Phœbus Rite colebatur. ℂ Lychas Vírgíl. líb.
10. Inde Lycham ferít exertũ ıã matre perempta Et tibí Phœbe ſacrũ. ℂ Hemo=
nídes. Idem líb. 10. Nec procul Hemonídes Phœbí Tríuíeq; ſacerdos, Infula cuí
ſacra redímibat tempora vítta. ℂ Phœbades dícuntur Phœbí ſacerdotes.
ℂ Neptuní Laocoon Troíanus. Vírg. líb. 2. Aen. Laocoon ductus Neptuno ſorte 2
ſacerdos, Solennes taurum íngentem mactabat ad aras.
ℂ Cereris Polybetes. Vírgíl. líb. 6. Aen. Treís Antenorídas/ Cereríq; ſacrum Po= 3
lybetem. ℂ Fuit et Soſtratus Cereris ſacerdos/ Authore Cornelío Tacíto. ℂ Al=
phítus. Ouíd. líb. 5. Meta. Cereríſq; ſacerdos Alphıt9/ albentí velatus tẽpora vítta.
ℂ Iunonís Calybe. Vírgíl. líb. 7. Aen. Fit Calybe Iunonís anus templíq; ſacer= 4
dos. ℂ Alcyone Ouídius líb. vndecimo. Ante tamen cunctos Iunonís templa co=
lebat, Proq; víro (qui nullus erat) veníebat ad aras.
ℂ Herculís Potítius. Vírgíl. líb. 8. Iamq; ſacerdotes prímuſq; Potítius íbãt. ℂ Te= 5
ron, Syllius líb. 2. Iam noua molítus ſtímulato mílíte Teron, Alcidę templí cuſtos
aræq; ſacerdos. ℂ Fuit et Pínarius cuſtos ſacrorum Herculís Authore Macrobío.
ℂ Cybeles Choreus. Vírgíl. líb. vndecímo. Forte ſacer Cybele Choreus, olímq; ſa 6
cerdos, Inſígnís lõge phrygíjs fulgebat ín armís. ℂ Meliſſa fuit ſacerdos Cybeles/
a cuíus nomíne cæterę eí9 deæ ſacerdotes Meliſſæ poſtea dícte ſunt. ℂ Fuit & Bar=
thabaces Cybeles ſeu Opis ſacerdos. Plutarchus ín Mario, Per ea tẽpora aduenıẽs
Barthabaces, magnæ matrís ſacerdos, nunciauit deam ín templo ad ſe locutam, ví=
ctoríam prædixíſſe. Gallí quoq; ſacerdotes erant Cybeles.
ℂ Cotys rex Thracię ſacra quędam inſtítuit Baccho, quę Cotytía dícuntur. ℂ Fœ= 7
mínæ Bacchí ſacerdotes dícuntur Thyades/ Mędades/ Bacchę/ Eleides/ Mímallo=
nídes/ Aedonídes/ Euhyades/ Baſſarídes/ Tríaterídes/ ℂ Thyades Val. Fl. líb. 6.
Arg. Mox rapuere deum ıãtã quodcũq; paratę Thyades, ínfuſís per ſua colla co=
mís. ℂ Mædades. Martíalís líb. vndecímo. Ad matrem fugíet Pentheus, ad Mæ=
nades Orphe9. Ouíd líb. 11. Mędades Orphęí títulum rapuere theatrí. ℂ Bacchę,
Ouíd. líb. 6. Faſt. Díſſímulata deã latías Saturnía Bacchas Inſtímulat. ℂ Eleides,
Idem ín Epíſt. Nunc feror, vt Bacchí furíjs Eleides actæ. ℂ Mímallonides, Idem
líb. 1. de arte. Ecce Mímallonídes ſparſís in terga capíllís. ℂ Aedonides, Lucanus
líb. 1. Aedonís Ogygío decurrit plena Lyæo. ℂ Euhyades. Horatí9 líb. 1. Car. Nõ
ſecus ín iugís Exſomnís ſtupet Enhyas. ℂ Baſſarides, Sídoní9. Rotat Enthea thyr=
ſum Baſſarís. Idem. Ire in Baſſarídas, vel ínfulatos Aram ad thurícremam rotare
myſtas. Statius líb. 2. Syl. Et tu Baſſarídum rotator Euhan. ℂ Tríaterides, Statius
líb. 4. Theb. Et atra ſacrum recolít Tríaterís Opheltem.
ℂ Hypeccauſtría ſacerdos erat Mínerue apud Solos ℂ Plyní9 líb. 34. ait Lyſíma= 8
chen fuíſſe Míneruæ ſacerdotem annís. 64.
ℂ Venerís ſacerdos fuít Mera. Statius líb. 8. Theb. Aegæę Venerís quos Mera ſa 9
cerdos Ediderat prohíbente dea,
ℂ Díanæ Tauricæ ſacerdos fuit Iphígenía Agamennonís & Clítemneſtræ fílía. 10
ℂ Megabyzus ſacerdos erat Dianę Epheſíæ eunuchus, a cuíus nomíne cęterí dícti
ſunt Megabyzi. Plynius líb. 25. Pínxít et Megabyzí ſacerdotís Dianę Epheſię põ=
pam. Idẽ. Epheſí vero eſt Megabyzí ſacerdotís Epheſię Dianę ſepulchrũ. ℂ Fuit

et Myxus Dianę ſacerdos, immodicus ſui nominis præco et oſtentator. Hinc Myxos appellamus huiuſmodi homines ventoſos, qui plus æquo ſibi tribuunt.

11 ¶Sethon rex fuit apud Aegyptios poſt Amyrtęum, quē Herodotus in Euterpe Vulcani ſacerdotem fuiſſe memorat.

12 ¶Martis ſacerdotes erant Salij, quos in portandis ancilibus ſaltare mos erat. Hi per vrbem cum tripudijs canebant quædam carmina admodum obſcura, quæ nec ipſi intelligebant, vt innuunt verba Fabij.

13 ¶Hierophantæ erant Athenienſium ſacerdotes, qui cicutę ſorbitione ſeipſos caſtrabant, quo caſtius in ſuo ſacerdotio durarent ac perſiſterent.

14 ¶Cor. Cethegus, et Q. Sulpicius flamines fuerūt apud Romanos, qui ſuo ſacerdotio priuati ſunt, hic q; inter ſacrificandum apicem (quem flamines ferebant) de capite cadere permiſiſſet, ille q; exta victimæ non rite admouiſſet. ¶L. Bebius flamen fuit quirinalis, vt Plautius Hypſæus. ¶Coris ſacerdos fuit funerarius. ¶Cinarades, & Baſilides nomina ſunt ſacerdotum apud Cor. Tacitum. ¶Sacerdotes legis fuerūt Salomon, Hieroboam, Nadab, Bahaſa, Hela, Zambri, Achab. Ocozias, Ioram, Heliſeus, Hieu, Ioas, Ionas, Zacharias, Sellū, Manahen, Phaceias, Ozee, Aaron, Eleazarus, Phinees, Abiud, Achito, Samuel, Hely, Abiathar, Sadoch, Achimas, Azarias, Vrias, Gonnias, Eleachin, Chelcias, Soreas, Ieſus huius filius, Ioachin, Melchiſedech. Simeon, Iad, Onias.

¶Parcę ſeu deę fatales.

Clotho Lacheſis Atropos.

PArcę ſeu deę fatales dicuntur a poetis Clotho, Lacheſis, Atropos. Ceſelius vindex apud Gellium lib. 3. ponit alia earū nomina, vt Nonam, Decimam, Mortam, citatq; verſum hunc Liuij poetæ antiquiſſimi. Quando dies aduenit, quam profata morta eſt. Finguntur autē Dęmogorgonis filię, ſecundum Ciceronem herebi et noctis. Alio nomine vocantur fata. Seneca. Multi ad fatum venere ſuum, dum fata timēt. Dicuntur inſuper metiri vitam hominum fuſis, et ſtaminibus, quę ex ſua colo nent et deducunt. Vnde et lanificæ vocātur a poetis. Idem Seneca. Parcarūq; colos irremeabiles. Virg. Talia ſęcla ſuis dixerunt currite fuſis Cōcordes ſtabili fatorum numine Parcæ. Ouid. lib. 5. Triſt. Scilicet hanc legem nētes fatalia Parcę Stamina. Martialis lib. 1. Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit, obſeruant quē ſtatuere diem. Ferūtur eſſe inexorabiles, nulliſq; precibus moueri, vt quam impoſuerunt rebus ſeriem, commutent, aut vitæ exitiū prorogent, quē naſcentibus nobis cōſtituerunt. Vnde Seneca. Nulli iuſſo ceſſare licet, Nulli ſcriptum proferre diem. Earum autē officia poetæ diſtingūt, vt velint vnam eſſe, quæ vitam hominis ordiatur, aliam quę contexat, terciam quæ filum rumpat, ac finiat. Prima eſt Clotho, quā Statius ferream vocat, Grandæuam Seneca, Improbam et ſedulam Pontanus. Secūda eſt Lacheſis, dura Ouidio, inuida Martiali, ferrea Claudiano dicta. Tercia Atropos, de qua Statius lib. 4. Theb. Hos ferrea neuerat annos Atropos. Idem lib. 5. Syl. O vtinam, quos dira mihi rapit Atropos annos. Sunt qui in numero Parcarum ponant Ilithyiam.

Iudices inferorum.

Minos Aeacus Rhadamantus.

IVdices inferorum poetę faciunt, quorum arbitrio et ſententia puniantur animę, & cogātur fateri, quę piacula in ſeram noctē diſtulerint, vt inquit Maro. Caſtigant, dolos audiunt, vmbris ſuas ſedes conſtituunt, nullum ſcelus relinquunt impunitum. De his Seneca. Et qui fronte nimis crimina tetrica Quęrunt, ac

veteres

veteres excutiunt reos. Eorum nomina ſunt. Mínos/ Aeacus/ Rhadamantus. Senec aín Hercule furẽte. Auditur íllo Gnoſíus Mínos foro, Rhadamãt⁹ íllo/ Thetídis hoc audit ſocer. Idem ín hercule Oethęo. Aeacos ínter, geminoſq; Cretas Fata diſcernes. Sed iam ſeríatím de hís loquamur. ¶ Mínos rex fuit Cretenſíum, pater Androgeí/ et Arıadnes, quí propter extremam ſeueritatem (quã viuens exercuerat) poſt mortem iudex inferorũ factus eſt a poetis, vt alíj duo iudíces. De hoc Virgíl. lib. 6. Aen. Quęſítor Mínos vrnã mouet, ille ſílentum Conſíliumq; vocat, vitaſq; et crímina díſcit. Propertíus líb. 3. Non tamen ímmerito Mínos ſedet arbíter Orci. Statíus lib. 4. Theb. Arbíter hos dura verſat Gortyní⁹ vrna, Vera nímis poſcens, adígítq; expromere vítas Vſq; retro, et tandem pœnarũ lucra fateri. Claudianus. Nígríq; trahũt ad iudícis vrnam. ¶ Aeacus Iouís/ & Europę fílíus propter incorruptam æquitatem iudex quoq; inferorum factus eſt. Propertíus líb. 4. Aut ſí quís poſita iudex ſedet Aeacus vrna. Ouidíus ín Ibín. Tuaſq; Aeacus in pœnas ingenioſus erit. Horatíus líb. 2. Car. Qz̃ pene furuæ regna Proſerpínæ, Et iudícãtem vídimus Aeacũ. Martíalís líb. 10. Sed modo ſeueri ſect⁹ Aeací loris. ¶ Rhadamantus Iouís fuit fílíus/ & Europę, frater Aeací, quem æquiſſimum fuiſſe & incorruptæ ſeueritatis ferunt. Hínc adagiũ. Rhadamantæo pollere iudício. Propterea orta eſt fabula conſtitutum fuiſſe íllum vmbrarum iudicem. De hoc Virg. líb. 6. Aen. Gnoſíus hæc Rhadamãtus habet duríſſíma regna, Caſtigatq;/ auditq; dolos/ ſubigítq; fateri, Quæ quís apud ſuperos furto lętatus ínaní Diſtulit ín ſeram cõ mílla pıacula noctem. Statíus líb. 3. Syl. Et ímmítem potuít phryga víncere ſupplex Thracíus.

¶ Heſperídes.

Aegle	Heretuſa	Heſperetuſa.	

¶ Heſperus Iapeti fílíus. tres habuit fílías, quæ a patris nomine dictę ſunt Heſperídes. Earum nomina ſunt Aegle/ Heretuſa/ Heſperetuſa. Poetæ fabulantur hortum eis fuiſſe auríferís arboribus conſítum, cui cuſtodem adhíbuerínt Draconem peruígilem, quo tamẽ vel ſopito/ vel occíſo Hercules aurea poma ſuſtulerít. Vnde Pontan⁹ Heſperídes vocat pomícolas. Seneca ín Aga. Arborq; pomís fertílis aureís Extimuít manus. Lucretíus líb. 5. Aureaq; Heſperidũ ſeruans fulgentía mala Aſper acerba tuens ímmaní corpore ſerpens.

¶ Pleyades.

Electra	Sterope	Taygeta	Merope.
Maía	Celeno	Alcyone	

PLeyades fílíæ fuerunt Atlantís ex Pleyone, a qua traxerũt nomen. De hís Ouidíus. Pleyades íncípíũt humeros reſerare paternos, Quæ ſeptẽ dící, ſex tamen eſſe ſolẽt. Seu cp ín amplexum ſex hínc venere deorũ, Nã Steropem Marti cõcubuiſſe ferunt. Neptuno Alcyonẽ/ & te formoſa Celeno/ Maiã/ et Electrã/ Taygetamq; Iouí. Septíma mortalí Merope tíbí Síſyphe nupſít/ Pœnítet/ & facti ſola pudore latet. Hoc autem ait Ouidíus. Nam vt mathematící volunt/ vna eſt earum obſcura, quæ nunq̃ apparet/ vt cæterę. Re vera Pleyades ſtellę ſunt ín genu tauri, quę círca æquínoctíum vernum oríuntur. Vnde latíní eas vergílías vocãt. Sũt autem pluuioſæ & moleſtę nautís. Lucan⁹ líb. 8. Et ímbrífera ſíccas cum Pleyade Thebas. Stati⁹ líb. 4. Quũ taurũ aut Pleyadas hauſít aquoſas. Claudíanus. Madídaq; cadẽte Pleyade, Getulas íntrabít Syrtíbus vndas. Dícuntur etiã Atlantídes. Seneca in Hercule furente. Illínc tímendum ratíbus ac põto gregem, Paſſím vagantes exerunt Atlantídes.

Hyades.

Eudora	Croni	Thyene
Ambroſia	Phito	
Pyridile	Polixo	



Yades filiæ fuerunt Atlantis ex Aethra, quæ nomen traxerunt ab Hyante fratre, quem a leena interfectum quum aſſiduis deflerẽt lachrymis, deorum commiſeratione relatę ſunt in ſtellas pluuioſas, vel q̃ Hyas græce pluuiam ſignificet latine. Locatæ ſunt autem in tauri fronte. Ouid. Ora micant tauri ſeptem radiantia flãmis, Nauita quas Hyadas Graius ab vrbe vocat. Pars Bacchũ nutriſſe putat, pars credidit eſſe Tethyos has neptes Oceaniq; ſenis. Alio nomine vocantur Suculę. Plyni⁹ lib. 2. Qualiter i Suculis ſentimus accidere, quas grẽci ob id pluuio nomine Hyadas appellãt. Earum ortus pluuiam protendit. Claudianus in Ruff. Imbribus humeſcant hedi, nymboſaq; taurum Ducat Hyas/totuſq; fretis deſcendat Orion. Statius lib. 1. Syl. Non tantis Hyas inſerena nymphis Terras obruit, aut ſoluta Plyas. Alia earũ nomina ponuntur a Cælio ex Heſiodi teſtimonio. Phæole / Coronis / Cleia / Phæa / Eudora.

℄Partes anni. 4.

Ver	Aeſtas	Autumnus	Hyems.

℄Mẽſes Veris ſunt Martius / Aprilis / Maius. Aeſtatis / Iunius / Iulius / Auguſtus. Autumni / September / October / Nouember. Hyemis December / Ianuarius Februarius. Auſonius.

Aeternos menſes / & tempora quattuor anni
Quattuor iſta tibi ſubiecta monoſticha dicent,
Martius / Aprilis / Maius / ſunt tempora Veris,
Iulius / Auguſtus / necnon & Iunius Aeſtas /
Septembri / Octobri Autumnus / totoq; nouembri,
Brumales Ianus / Februarius / atq; December. ℄Pythagoras comparabat verno tempori pueros, Aeſtati adoleſcentes, Autumno iuuenes / Hyemi ſenes. Idem ait Ouid. lib. 15. Quid nõ in ſpecies ſecedere quattuor annum Aſpicis ætatis peragẽtem imitamina noſtrę? Nam tener / et lactẽs pueriq; ſimillimus æuo Vere nouo eſt tunc herba nitens. Idem. Tranſit in æſtatem poſt ver robuſtior annus. Fitq; valens iuuenis, neq; enim robuſtior ætas Vlla nec vberior, nec quæ magis ardeat, vlla eſt. Excipit Autumnus poſito feruore iuuentæ, Maturus / mitiſq;, inter iuuenemq; ſenemq; Temperie medius / ſparſus quoq; tẽpora canis, Inde ſenilis hyems tremulo venit horrida paſſu, Aut ſpoliata ſuos, aut quos habet, alba capillos. ℄Ver botros emittit, hyemis rigorẽ mitigat, ſpoliatas arbores induit, terræ ſuum reſtituit virorem, hortis ſuos flores et violas. Hinc vtile ſyluis odoriferum / et purpureum vocatur a Virgilio, a Statio pecoroſum / Iucundum a Catullo, a Ruffo feſto Floricomũ / ab Auſonio et Seneca floriferum / & nidificũ, geniale a Mãtuano dicitur. ℄Aeſtas enatas iam fruges / & lactentes culmos calore ſuo cõcoquit et maturat. ℄Autumn⁹ maturos fructus colligit. Morbis eſt obnoxi⁹ propter corruptiones et putrefactiones, quas ex humido et calido generari dicunt Phyſici. A fructibus vocatur vuifer / pomifer / frugifer. Quattuor anni tempora egregie deſcribit Virgilius in opuſculis.

℄Menſes Anni.

Ianuarius	Aprilis	Iulius	October
Februarius	Maius	Auguſtus	Nouember
Martius	Iunius	September	December.

Romulus

ROmulus ab vrbis origine decem tantum menſes conſtituit, ꝙ decimeſtre tempus ſufficeret ad mulieris partum. Primūq; fecit Martium a nomine Martis, qui deus eſt & author Romanorum. Numa Pōpilius duos adiecit Ianuarium & februarium. Ianuarius dicitur a Iano. Februarius a februis id eſt purgatorijs quibuſdam ſacrificijs. Nam februare purgare eſt, & febrū Sabini purgamentum vocant. Eo autem menſe conſueuerant Romani per dies duodecim vrbem & agros cum ſupplicationibus luſtrare, Quod genus ſacrificij dicebatur Amburbium/ Ambaruale. Februum & Luſtrale. ¶ Martius a Marte vrbis Authore. ¶ Aprilis ab aperiendo vt opinatur Varro, ꝙ tunc clauſtra naſcendi aperiat natura. Vel ab Aphrodite Venere/ vt vult Cenſorinus, ꝙ Romani ſuam a Venere traxerint originem. ¶ Maius a maioribus et ſenibus. ¶ Iunius a iuuenibus, vel a Iunone, cui eo menſe maximi honores exhibebātur. ¶ Iulius prius dicebatur Quintilis, ꝙ eſſet quintus in ordine, vt Auguſtus Sextilis/ quum decem tantum haberētur mēſes. Tādē tamē mutato nomine dicti ſunt Iulius/ & auguſtus in honorem primorū imperatorum. ¶ September/ October/ Nouember & December nomina ſua traxerunt ab ordine/ quem prius habebant, quum decimeſtris eſſet annus. De quibuſdam Ouidius Lib. 1. Faſto.

Martis erat primus menſis/ Veneriſq; ſecundus.
Hæc generis princeps, ipſius ille pater.
Tertius a ſenibus, iuuenum de nomine quartus.
Quę ſequitur. numero turba notata fuit.
At Numa nec Ianum/ nec auitas prętexit vmbras.
Menſibus antiquis prępoſuitq; duos.

¶ Ianuarius erat in tutela Iani & Iunonis. Februarius Neptuni/ Martius Mineruę/ Aprilis Veneris/ Maius Apollinis/ Iunius Mercurij. Iulius Iouis/ Auguſtus Cereris/ September Vulcani/ October Martis/ Nouēber Dianæ/ December Veſtæ/ Luna ſingulos ſuos menſes cōficit diebus vndetriginta circiter et dimidiato. Hinc Lunigenæ menſes vocantur a Mantuano in ſomnio Romano, vbi ait. Ex horis nox atq; dies/ ex nocte dieq; Lunigenę ſurgunt menſes, ex menſibus anni. Menſium alij ſunt maiores/ minores alij. Aprilis/ Iunius/ September/ Nouember ſinguli habent dies. 30. Reliqui. 31. præter Februarium, qui ſolum habet. 28. A menſis fit adiectiuum menſtruus, vt menſtrua Luna.

¶ Mutati in varias formas ſecundum Metamorphoſim poetarum.

AChelous in anguem et taurum, Acis in flumen/ Actæon filius Autonoes in ceruum/ Aegeria in fontem/ Aegle ſoror Phaetontis in populum arborem/ Aeſacus in mergum, Aeſculapius in Draconem/ Aglauros Cecropis filia in lapidem/ Alcyone in auem/ Alcithoe in veſpertilionem/ Anaxarete in lapidem/ Antigone in Ciconiam/ Apollo in paſtorem/ Coruum/ Accipitrem/ Leonem/ Appulus paſtor in Oleaſtrum/ Arachne in araneam/ Ardea in oppidū/ Aſcalaphus in bubonem/ Atalanta in leenam/ Atlas in montem/ Atys in pinum/ Bacchus in caprū/ vuam/ Ceruum. Battus in ſaxū/ Baucis in arborē/ Biblis in fontē/ Bura vrbs in ſcopulū/ Cadmus in angnē, Ceneus in auem, Caliſto in vrſam, Celm^{9} in adamantē, Cercops in ſimiā, Clytie nympha in heliotropiū, Coronis in cornicē, Crocus et Smilax in flores, Cycn^{9} in auē, Cypariſſus in cupreſſum, Dędalion in accipitrem, Daphne in laurum, Daphnis in lapidem, Dercetis in piſcē, Diana in felē, Dryope in Loton/ Echo in vocem/ Ephyre in ſerpentem/ Euphorbus in Pythagoram/ Galanthis in muſtellam, Harmonia vxor Cadmi in draconem/ Hecuba in

canem/Heliades ſeu phaetontiades in populos. Hippomenes in leonem/Hyacinthus in florem/Io in iuuencam/Iphis puella in puerum/Iphigenia in ceruam/Iuno in anum/Iupiter in taurum/aurum/arietem/aquilam/Cycnum/ſatyrum/Amphitrionem/ignem/paſtorem/ſerpentem. Leucothoe in virgam thuream/Lycaon in lupum/Lycas in ſcopulum/Lyncus in Lyncem/Mæra in canem/Marſyas tibicen in fluuium/Mente Nympha in mentam/Mercurius in Ibin/Myrrha in arborem/Nays nympha in piſcem/Narciſſus in florem/Neptunus in iuuencum/Enipeum fluuium/arietem/Delphinum/Niobe in marmor/Niſus in auem/Nyctimene in noctuam/Ocyroe in equam/Olenus in lapidem/Periphas in auem/Perimele in inſulam/Philomela ſoror Prognes in luſciniam/Progne in hirundinem/Prœtus in ſaxum/Saturnus in equum/Scylla in ſcopulum/Stelles puer in Stellionem/Talus puer in perdicem/Tereus in Vpupam/Tyreſias in fœminam/Venus in piſcem/Vertumn⁹ in anum/Vlyſſis ſocij in porcos. Cauſas harũ trãſmutationum vide apud Ouidium in Metamorphoſi/& alios Mythologos.

¶Nymphæ diuerſæ.

AEgeria vxor Numæ, quę colebatur in Aricino lacu. Ouidius. Aegeria eſt quæ præbet aquas dea grata camœnis, Illa Numæ coniunx, conſiliumq; fuit. ¶Aegle filia Solis et Neeræ. Virgil. Timidiſq; ſuperuenit Aegle, Aegle Nayadum pulcherrima. ¶Agaue nympha a nimio ſplendore. ¶Clotho et Galathea Virgil. lib. 9. Aen. Quales Nereia Clotho & Galathea ſecant ſpumantem pectore pontum. Idem in buc. Huc ades o Galathea, quis eſt nam ludus in vndis. ¶Cymodocea vna fuit earum Nympharum, in quas mutatæ ſunt naues Aeneę. Virgil. lib. 10. Aen. Quarum quæ fandi doctiſſima Cymodocea Pone ſequẽs dextra puppim tenet. ¶Cerceis nympha a texẽdo. ¶Deiopeia. Virgil. lib. 1. Aen. Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphę, Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam Cõnubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo. ¶Dynamene etiam nomẽ eſt nymphę. ¶Dione Oceani & Thetyos filia, Veneris mater. ¶Electra Oceani filia et vxor Atlantis, quę filiam habuit eiuſdem nominis, matrẽ Dardani. ¶Erate Oceani filia. Eudora itidem. ¶Eurybia, quę ſtellas et luciferum genuit. ¶Eurymone mater Leucothoes. ¶Halia nympha marina, vt Heliocopis, et Iantha Oceani filiæ. ¶Item Ianira/Iæra/Lara quæ Iouis furta cum Iuturna patefecit Iunoni/Legęa a ſuauitate cãtus/Meneſtho/Marica Latini mater, quæ tẽplum habuit in Minturnẽſium litore. Horatius Et innãtẽ Maricę litoribus tenuiſſe Lyrim. Lucan⁹ lib. 2. Et vmbroſę Lyris per regna Maricę. ¶Mintha Plutonis pellex, quã Proſerpina mutauit in mentã. ¶Panope/Sagarytis cũ qua ſe miſcuit Atys phrygius. ¶Syrinx nympha Arcadię, quæ nympharũ precibus mutata eſt in paluſtres calamos, quum acrius eam inſequeretur Pan ruſticorum de⁹. Martialis lib. 9. Sæpe ſub hac latuit ruſtica fronde Dryas, Dumq; fugit ſolos nocturnũ Pana per agros, Terruit et tacitã fiſtula ſera domũ. ¶Teleſto/Thyella/Thyca/Torrebia, ex qua Iupiter ſuſcepit Carium Lydię modulationis inuentorem, Xantha/Xantho Virgiliana/Zeuxo/amathyea/Amphinome/Amphitoe/Amphiro/Calianaſſa/Calianira/Creſeis/Plexaura. De nymphis filiab⁹ Doridis Properti⁹ lib. 1. At vos æquoreę formoſa Doride natæ. Candida felici ſoluite vel achoro. ¶Niſee et Cymothoe noia ſunt nympharũ apud eũdẽ lib. 2. vbi ait. Et tibi ob inuidiã Nereides increpitarent, Candida Niſee/cærula Cymothoe. Virg. lib. 4. Georg. enumerat quaſdam his verbis. Drymoq;/Xanthoq;/Ligeaq;/Phillodoceq;/Niſoq;/Spioq;/Thaliaq;/Cymodoceq;/Cydippeq;/et flaua Lycorias/altera virgo/Clioq;/& Beroe ſoror

roe ſoror Oceanitides ambę, Atq; Ephyre/atq; opis/atq; aſia Deiopeia/ Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis/ Inter aquas Clymene curam narrabat inanē Vulcani. Idem lib. 6. Aen. Læua tenent Thetis/et Melyte, Panopęaq; virgo/Niſeq;/ Spioq;/ Thaliaq;/ Cymodoceq;. ¶Pholoe nomē eſt nymphę apud Statium lib. 2. Syl. ¶Pontanus lib. 2. de Stellis quaſdam alias ponit his verbis.

Mox cærula Tyro/
Flauaq; Laodice/ Panopęaq;/ Cymothoeq;/
Et Tyſbe/ & niueo conſpecta peloris amictu/
Puniceoq; ſinu Xantho/ exertiſq; papillis
Niſæe/ longaq; coma ſpectabilis Atte/
Atteq;/ Opiſq;/ Orithyiaq;/ Theſpioq;/
Et niueis galathea genis/ Arethuſa lacertis/

Idem. At blanda Hyale non lumina torquet A puero. Reperiũtur et aliarũ nomina/ vt Eurynome/ Perſa/ Pleyone/ Clymene/ Melantho/ Idothea/ Corufice/ Glaucis/ Liminoria/ Amphitoe/ Doto/ Proto/ Pheruſa/ Doxa/ Nimertis/ Dianaſſa/ Amathia/ Leontadome/ Nenopene/ Thero/ Lycaſte/ Agaperte. ¶Porro nymphę maris vocãtur Nereides/ & Oceanitides/ Fluuiorum Nayades/ Fontium Napeæ/ Nemorum Dryades/ Arborum Amadryades/ Montium Oreades/ Pratorum Hymnides. Politian⁹ in Ruſtico. Vda choros agitat Nays/ decurrit Oreas Monte ſuo/ linquunt faciles iuga celſa Napeæ/ Nec latitat ſub fronde Dryas..

Fæces et excrementa diuerſarum rerum.

Magmata	Analecta	Graſum
Amurca	Furfur	Sciri
Apluda	Flaces	Schidia
Scoria	Floces	Tartarum
Helcyſma	Metys	Muccus
Præſegmina	Spatyle	
Reſegmina	Bolitus	

VNguenti fæces dicuntur magmata Authore Plynio lib. 13. Capi. 2. ¶Amurca fęx eſt olei. Idem Plynius lib. 15. Cap. 3. Oliuæ conſtant nucleo/oleo/carne/amurca. Sanies eſt hæc eius amara. Columella, Palladia ſine fruge ſalis cõſpergere Amurca. Idē. Nam eſt inimiciſſima oleo amurca, quæ ſi remanſit in bacca, ſaporem olei corrumpit. ¶Apluda vocatur pugarmentum Milij/ panici/ & ſiſamæ. Plynius lib. 18. Naturalis Hiſto. Capite decimo. Milij & panici/ & ſiſamæ, Apludam vocant purgamenta. ¶Spurcitia in omni metallo vocatur Scoria/ inquit idem lib. 23. Cap. 4. Item lib. 24. Cap. 11. Et Scoria æris (inquit) ſimili modo lauatur, minor effectu q̃ ęs ipſum. ¶Scoriam in argento græci vocant Helcyſma, cuius vis eſt aſtringere & refrigerare corpora. ¶Acus aceris purgamentum frumenti. Colu lib. 8. Nam ſuburbanis lactens porcus acere nutricandus eſt. ¶Præſegmina et reſegmina, quæ ex vnguibus amputãtur, a præſecando & reſecando. Plynius. Omnia perſecuti ſumus, vſq; ad reſegmina vnguiũ. ¶Analecta ciborum ſunt purgamenta, quæ ſcoparij pauimentum verrentes colligunt, vel pro ipſis inſtrumentis ad colligendas cœnarum reliquias ex pauimentis. Nam vt ſcribit Plynius, purgamenta cœnæ euerri ſolent in pauimento veluti relicta. Martialis libro ſeptimo. Colligere longa turpe nec pudet dextra Analecta, & quicquid canes reliquerunt. Idem in Diſtichis. Ocia ſed ſcopis nunc Analecta dabunt. ¶Furfur farinæ purgamentum, hinc panes furfu-

rei. Varro lib. 2. de re Ruſt. Commode paſcuntur farre, & furfuribus hordeaceis. Idem. Semeſtribus vitulis obijciunt furfures triticeos, & farinam hordeaceam & teneram herbam. Columella lib. 13. Furfures hordeaceos adijciunt, & vuas ita ſuperponunt, vt altera alteram non comprimat. ¶ Flaces purgamenta ſunt oliuarũ. Plynius. In amurca et flacibus hæ ſunt carnes, & illæ fæces. ¶ Floces purgamenta vini et vuarum. Cæcilius. Aedepol ego neq; florem, neq; floces volo mihi, vinum volo. Romę vetus quidã homo & celebratus in cauſis (inquit Gelli⁹) quum apud præfectũ vrbis verba faceret, & dicere vellet, quendã inopi miſeroq; victu viuere, et furfureum panem eſitare, hic inquit, eques Romanus apludam edit, & floces bibit. ¶ Metys purgamentum eſt cæræ, quo partem aluei priorem apes illinunt. ¶ Hominis retrimenta Cælius vocat Spatylen, nos merdam, ſed aliarum etiam rerum. Horatius. Merdis caput inquiner albis Coruorum. ¶ Boliton vocant ſtercus bubulum. Hinc adagium. Boliti pœnã luere, id eſt puniri pro minimo delicto. Solon enim ſuis legibus eos puniri iuſſit, qui ſtercus bubulum furto ſuſtuliſſent. ¶ Aſini retrimenta Cęlius ait dici Onida et Onthon. Suis Hypeleuthron, Ouium Oiptoton, Caprarum Spyrada, & Spyrathiam, Murium Myſceledra. ¶ Graſum ſignificat lanarum ſordes in ouibus. ¶ Sciri dicuntur ſordes, & ſpurcitiæ caſei. Item fragmenta, quę ex operibus deijciunt marmorarij, Aſſulas Vitruuius vocat. ¶ Schidia fragmenta lignorum, quæ reijciuntur ab abietarijs. ¶ Tartarũ fęx vini. ¶ Muccus narium ſordes. Catullus. Muccus et mala pituita naſi.

¶ Harpyię.

Aello Ocypete Celeno Thyella

HArpyas Seruius ait fuiſſe Neptuni et terræ filias, volatiles, vultu virgineo, vncis manibus. De his Virgil. lib. 3. Aen. Strophades Graio ſtant nomine dictæ Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celeno Harpyęq; colũt alię, Phineia poſtq̃ Clauſa domus, menſaſq; metu liquere priores. Triſtius haud illis monſtrum, nec ſęuior vlla Peſtis & ira deũ ſtygijs ſeſe extulit antris. Virginei volucrum vultus, fœdiſſima ventris Proluuies, vncæq; manus, & pallida ſemper Ora fame. Eis autem inditum eſt nomena rapina, quæ græce Harpyia dicitur. Hinc harpax rapinator. Harpagare rapere, harpe falx, harpedophorus falcifer. Poetæ aiunt eas a dijs immiſſas fuiſſe ad polluendas dapes Phinei regis Arcadiæ, ꝙ is filios interfeciſſet, fugatas demum a Zeto et Calai Argonautis & filijs Boreæ. Heſiodus ait eas fuiſſe Iris ſorores ex Thaumante genitas. Val. Fla. libro quarto Argon. eas vocat Typhonides id eſt filias Plutonis, qui dicitur Typhon. Sic autem ait de Phineo loquens. Inſuper hunc Typhonides Harpyiæ ira tonantis Depopulãt, ipſoq; dapes prædantur ab ore. Talia prodigia, & tales pro crimine pœnas Perpetitur. Aello ex ethymologia græca dicitur, quaſi alienum tollens, Ocypete citius auferens, Celeno nigrorem ſignificat. Quartam Homerus addidit Thyellam. Morabantur autem in Stymphali Arcadiæ lacu, vnde Arcadicæ et Stymphalides vocantur. Luc. lib. 5. Vnguibus Arcadicæ volucres Stymphalla colentes. Virgilius in opuſculis. Stymphalidas pepulit volucres diſcrimine quinto. Idem. Deijcit horriſono quinto Stymphallidas arcu. Vocantur etiam Phinęæ a Phineo rege. Seneca in Thy. Phinæis auibus præda fugacior. Sidonius Harpyas poſuit pro cruentis raptoribus, qui lucro immoriuntur, vbi ait. In foro Scythæ, in cubiculo viperę, in exactionibus Harpyiæ, in collocutionibus ſtatuæ.

¶ Domitores

¶Domitores monſtrorum & Beluarum.

MEduſa Phorci fuit filia,quam Neptunus ſtuprauit in templo Palladis. Vnde irata Pallas eiuſdem capillos mutauit i colubros,fecitq; vt omnes in ſcopulos verterentur,qui eam proſpicerent. Hãc autem trũcauit Perſeus Iouis filius ex Danae. Propertius lib. 3.Sectaq; Perſęa Phorcidos ora manu. Ouidius li. 4. Meta. Gorgonis anguicomę Perſeꝰ ſuperator,& alis Aethereas auſus iactatis ire per auras. Pontanus lib. 4. de Stellis. Aegidaq; obijciens,caput anguineoſq; meduſæ Prętendit crines,ſparſit coma tetra venenum. Per fauces tumuere ferę tũ guttura. Syllius lib. 3. Fama refert (cęſæ rapuit quum Gorgonis ora Perſeus)in Lybia dirum fluxiſſe cruorem,Inde Meduſęis terram exundaſſe Chelydris.

¶Apollo Pythonem ſerpentem,a cuius nomine Pythius vocatus eſt. Ouidius lib. 1. Meta. Hũc deus arcitenẽs/& nunq̃ talibus armis Ante,niſi in damis/capreiſq; fugacibꝰ vſus,Mille grauem telis/exhauſta pene pharetra. Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno. Propertius lib. 4. Aut qualis flexos ſoluit Pythona per orbes Serpentem imbelles quem timuere lyrę. Claudianus. Phœbęo domitus Python quum decidit arcu. Statius lib. 1. Theb. Terrigenam Pythona deus ſeptem orbibus atris Amplexum Delphos,ſquamiſq; annoſa terentem Robora,Caſtalijs dum fontibꝰ ore triſulco Fuſus hiat,nigro ſitiens alimenta veneno,Perculit aſſumptis numeroſa in vulnera telis. Spicula direxit melius Pythone ſuperſtans Pęan, quum vacua turbatus pene pharetra Figeret innumeris numeroſa volumina telis.

¶Bellorophon filius Glauci regis Corinthiorum falſo accuſatus ſtuprí a Stenobęa Prœti argiuorum regis vxore,expoſitus eſt Chimeræ triformi, quam tamen domuit. Ouidius libr. 2. de Triſt. Nam quid de tetrico referam domitore Chimeræ, Quem lœtho fallax hoſpita pene dedit. Mantuanus. Alcides Lapythas,Indos deuicit Iacchus. Iſthmiaco iuueni pręda Chimera fuit. ¶Theſeus iterfecit minotaurum in Cretę labyrintho. Ouidius in Epiſt. Ariadnes. Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite Theſeu Ardua parte virum dextera/parte bouẽ. ¶Alcon ſagittarius Cretenſis ſerpentem confodit illęſo filio ſuo,quem ille iam habebat in faucibus. Vide in capite de Sagittarijs. ¶Attilius Regulus apud Bragadam fluuium ſerpẽtem 120. pedum longitudine baliſtis tormentiſq; expugnauit. Author. Plynius lib. 8. cap. 14. ¶Georgius Cappadox tribunus militum ſub Diocletiano maximum ſerpentem in Aphrica peremit liberata puella,quę eidem deuota fuerat in prędam. ¶Pallas Alcidam beluam flammas ore vomẽtem interfecit. ¶Cadmus quoq; Agenoris filius alium ſerpentem,cuius dẽtes quum ſeuiſſet,nati ſunt protinus armati homines, qui mutuis vulneribus ſe confoderunt, vt fabulantur poetę. ¶Corœbus monſtrum toti Peloponneſo formidoloſum occidit. Ouidius in Ibin. Inq; tuos ea peſtis eat, quã dextra Corœbi Vicit opem miſeris Argolicíſq; tulit. ¶Lyſimachus Alexãdri miles leonem, vt iam diximus. ¶Hercules hydram/leonem/Aprum/Ceruam Aeripedem,Draconem Heſperidum/Antheum/taurum flãmiferum/ cęteraſq; beluas, de quibus prius meminimus. ¶Pręcipua autem monſtra (quorũ frequens eſt mentio apud poetas)ſunt Minotaurus biformis,Geryon tricorpor,Sphinx/Chimera/Cacus/Maris theſſalus antica corporis parte homo/poſtica equus.

¶Liberatores quorundam hominum a periculis.

PErſeus liberauit Andromedam filiam Cephei & Caſſiopes Ceto marino monſtro expoſitam. Ad cuius ſubſidium cõuolauit inſidens Pęgaſo equo alato. Ouidius libr. 4. Meta. Auxiliumq; domus. ſeruatoremq; fatentur Caſſiope Cepheuſq; pater. Mãtuanus de fortuna Gonzagę. Monſtris obiecta ma-

rinis Andromede, quum nec pelagus/nec terra ſalutem Mitteret/auxilium veniſſe per aera fertur. Stroza pater. Perſea quid memorem/dubię qui prędia pugnę Andromedam ſubito ſaucius igne tulit. ¶L. Lucullus aduerſus Mithridatem miſſus Cottam Chalcedone obſeſſum liberauit. ¶Lucilius miles quum videret iclinatam Bruti aciem apud Philippos, obtulit ſe periculo & inimicorum manibus, vt ipſi Bruto faceret tempus ad fugam. ¶Q. Minutius conſul a Sabinis & Volſcis in Algido obſeſſus/ſubſidio. Q. Cincinnati dictatoris liberatus eſt. ¶Quũ ob perfidiã Laomedontis qui Neptuno & Apollini murorum Troię cõditoribus pactã denegauerat mercedem, peſtis vrbem ipſam popularetur & vbiq; ſerperet, ad pacãda numina Heſione monſtro marino deſtinata eſt. Ab hercule tamẽ liberata. ¶Calphurnius Craſſus captus a Maſilinis', quum Saturno duceretur immolandus / Balſacia puella patris a ſe proditi eum victorem fecit, eoq; modo exemit a periculo. ¶Diomedem Troia diruta' ventis in lybiam pulſum, quum Lycus rex immolare vellet/ Calluce puella patrem lycum prodidit, vt Diomedem (cuius forma conflagrabat) eximeret a morte. Vtriuſq; exempli author eſt Plutarchus.

¶Elementa. 4.

IGnis/Aer/Aqua/Terra. Summum eſt ignis, vnde ſtellarum collucẽtium apparẽt oculi. Proximum aer ſeu ſpiritus, qui vitalis eſt, & per cuncta rerũ mea-bilis & vnicuiq; rei conſertus. Eius vi ſuſpẽſa cum quarto elemẽto terra libratur in medio ſpacij. Ouidius li. 1. Faſt. de chao loquẽs. Lucid⁹ hic aer/& quę tria corpora reſtant/ Ignis/aqua/& tellus vnus aceruus erant. Idẽ libr. 15. Meta. Quattuor æternus genitalia corpora mundus Continet, ex illis duo ſunt onerosa, ſuoq; Ponderein inferius tellus atq; vnda feruntur. Et totidem grauitate carent, nulloq; premente Alta petunt aer/atq; aere purior ignis. Verbis multo pluribus eorum poteſtatem deſcribit & naturam vide locum.

¶Adulatores/Scurræ/& paraſyti.

1	Zopyrus	7	Cyprię mulieres		Patroclides
2	Ariſtippus	8	Dromeas		Demagoras
3	Curio	9	Decius laberius		Euagoras
4	Lelius	10	Timagoras	15	Burra
5	Hages	11	Cliſophus	16	Sarmentus
	Cleo	12	Niceſias		Apicius galba
6	Philoxenus	13	Chariſophus	17	Tectius
	Apollophanes	14	Andromachus	18	Rhynton.

1 DAriij Babylonem' obſidione prementis fauorem & gratiam aucupari volens Zopyrus Perſa, faciem et nares inhoneſto vulnere ſibi deformauit. vt Babyloniis (ad quos ſe receperat) fidem faceret & mentiretur ſe perpetuum Dario inimicum fore, a quo tam turpiter mutilatus eſſet. Quibus verbis moti Babyloniį eum in ſuam vrbem admiſerunt, quam paulopoſt prodidit ſuo regi. Hinc adagium. zopyri talentum, de his qui plurimum ſibi nocent, vt alijs afferant emolumentum.

2 ¶Ariſtippus Cyrenęus Socratis auditor meruit nomẽ regij canis & aulici, q̃ adularetur Dionyſio, et ſequeretur quaquauerſum iret ille, ſaginandi vẽtris cauſa. Vnde Horatius. Si pranderet olus patienter, regibus vti Nollet Ariſtippus.

3 ¶Venienti ab expeditione Galliarum Cęſari, et in Pompeium copias paranti, Curio obuiam approperauit multis blanditijs eundem cõfricans. Ait enim ſe inuito ſenatu Cęſaris partes fouiſſe, tantiſperdum coactę bello ſiluiſſent leges. Prędemum.

demum Pompeio ſe expulſum Roma/ velut exulẽ/ſed tamen exilium non grauate perpeti,propter Imperatorẽ. Vnde ſic apud Lucanum inducitur lib.1. Dum voce tuę potuere iuuari Cęſar ait partes, q̃uis nolente ſenatu Traximus imperium, tunc quum mihi roſtra tenere Ius erat,& dubios in te tranſferre quirites. At poſtq̃ bello leges ſiluere coactę,Pellimur e patrijs laribus,patimurq; volentes Exilium, tua nos faciat victoria ciues. Vide alia eius verba plena aſſentationis.

¶Audita Curionis oratione Lęlius primipilus ſtatim Cęſari ad quęcũq; diſcrimina ſeſe obtulit,teſtatus nullum eſſe flagicium,quod non committeret lubens, ſi imperator iuberet. Hęc eius verba ponit idem Lucanus. Iuſſa ſequi tam velle mihi,q̃ poſſe neceſſe eſt. Nec ciuis meus eſt,in quem tua claſſica Cęſar Audiero. Per ſigna decem felicia caſtris, Perq; tuos iuro quocũq; ex hoſte triumphos, Pectore ſi fratris gladium,iuguloq; parentis Condere me iubeas,plenęq; in viſcera partu Coniugis, inuita peragam tamẽ omnia dextra. Si ſpoliare deos ignemq; immitere tẽplis, Numina miſcebit caſtrenſis flamma monetæ. Signa ſuper Thuſci ſi ponere Tybridis vndas, Heſperios audax veniam metator in agros. Quę verba q̃tum adulationis prę ſe ferant, appareat cęco. 4

¶Quum Alexander Iouis filium appellari ſe voluit,& more Perſarum,proſtratis humi corporibus a Macedonibus ſalutari, talia concupiſcenti protinus acceſſerunt Hages argiuus peſſimus carminum author poſt Cherilum, & Cleo Siculus, quos maximorum exercituum principatibus ante ferebat. Hi quum intelligerent nutum domini, et quid creparet pollice, cœperunt protinus plenis eum buccis immodice prędicare,et iam tum ante mortem deum facere. Adiecerunt inſuper Herculem,Bacchum,Pollucem cum Caſtore nouo numini ceſſuros. Horum fumis permotus Alexander,conuiuium omni opulẽtia exornauit,cui non Macedones tãtum ſed et principes Greci interfuerunt. Quum autem omnes vna cum rege diſcubuiſſent,Cleo inſtitutum et prędmeditatũ ſermonem cum admiratione laudũ eius exorſus eſt, Enarratiſq; meritis quibus eum noua Apotheoſi dignum prędicabat, iam vnumquemq; cœpit hortari,vt regem inter deos colerẽt. Quod ne quis recuſaret, obtulit ſe primum,qui proſtrato humi corpore regem adoraret. Author Curtius. 5

¶Philoxenus fuit paraſytus quiſpiam,qui cœna quadam vbi atriorẽ panem vidiſſet apponi,ne multum inquit attuleris,ne tenebras nobis inducas. 6

¶Apollophanes Antigoni fuit adulator.

¶Cyprię mulieres tranſlatę in Syriam,currum inſcenſuris rogum vxoribus humeros ſubincuruabant, vt eis ſuppedanei loco gradum ſtruerent, et ſcalarem prębe rent vſum. 7

¶Dromeas fuit paraſytus,a quo quum quęſiſſet neſcio quis in vrbe,an apud Chalcidem lautius pararetur cõuiuium,reſpondit iucundius ſibi videri Chalcidenſis cœnę proœmium,oſtreorum numero & varietate. 8

¶Decius Laberius actor mimorũ inuitatus a Cęſare vt in ſcęnam prodiret,reſpondit ſe neceſſario coactũ nihil tanto viro denegare poſſe,cui & ipſi dij oĩa tribuiſſent. 9

¶Tymagoras Athenienſis Darium regem Perſarũ (ad quem legatus miſſus fuerat)adulando more Perſarum adorauit. Quod vbi reſciuerunt Athenienſes/ eundem ſupplicio capitis puniuerunt. 10

¶Cliſophus Philippi Macedonis paraſytus,claudum ſe fingebat, q̃ Philippus fractum crus haberet. Os & oculos eodem modo & ijſdem geſtibus contorquebat,quibus dominus. 11

¶Niceſias quum videret Alexandrum magnum petitum a muſcis/quanto inquit 12

hę cęteris pręſtant, quę ſanguinem tuum deguſtant imperator. Idem quum vulneratum eum conſpiceret, illud homericum ſtatim protulit. Qualis diuorum percurrit corpora ſanguis.

13 ¶Chariſophus videns Dionyſium (cuius erat paraſytus) ſeparatim cum amicis ridentem, procul quoq; ridebat. Interrogatus autem ab ipſo Dionyſio, quid rideret, ꝙ inquit ea putem digna riſu, quę dicitis.

14 ¶Andromachus Carren⁹ fuit adulator Craſſi. quē tamē Parthis prodidit. ¶Patroclides aſſentator fuit Philippi. ¶Demagoram Athenienſes decem talentis mulctauerunt, ꝙ Alexādrum deum appellaſſet. ¶Euagorā vero interfecerunt, ꝙ eundem adoraſſet. Quum quidam cliens Cęlio oratori omnia cōcederet, longa aſſentatione faſtiditus Cęlius, dic inquit contra, vt duo videamur.

15 ¶Burra fuit quidam ſcurra natione Hiſpanus, quē Sigiſmundus imperator in conuiuio argento onerauit, adeo vt ſub pondere iam fatiſceret.

16 ¶Sarmentus fuit Romanus eques ſcurrilitate notiſſimus ſub Auguſto Cęſare. ¶Fuit & Apici⁹ Galba nobilis ſcurra ſub Tyberio Cęſare. De vtroq; Iuuen. Satyra. 5. Si potes illa pati, quę nec Sarmentus iniquas Cęſaris ad mēſas, nec vilis Galba tuliſſet. De Sarmento Horatius in Ser. Nunc mihi paucis Sarmenti ſcurrę pugnam Meſſiq; Ciceri Muſa velim memores, & quo patre natus vtriq; Cōtulerit lites meſſi clarum genus Oſci.

17 ¶Tectius Caballus ſcurrilitate claruit apud Romanos. De eo & (quem nunc diximus) Galba, Martialis lib. 1. Qui Galbā ſalibus tuis, & ipſum Poſſes vincere Tectium Caballum.

18 ¶Rhynton fuit viliſſim⁹ nugator Tarētin⁹, de quo Varro & Galba meminerunt. ¶Adulationes vero adeo & repreſſit & neglexit Auguſtus, vt ſe dominum appellari ne a liberis quidē & nepotib⁹ ſuis vel ſerio vel ioco ſuſtinuerit. Atq; huiuſmodi blāditias inter ipſos etiā prohibuit. ¶Cęſar quoq; Tyberi⁹ adulationes adeo auerſatus eſt, vt neminē ſenatorū aut officij aut negocij cauſa ad lecticā ſuam admiſerit, Conſularem vero ſatisfacientem ſibi ac per genua orare conātem, ita ſubfugerit, vt caderet ſupinus. Idem ſi quid in ſermone vel oratione blandius de ſe quicquam audiſſet, interpellabat & commutabat protinus. Domini appellationem vt maledicū nomen exhorruit. Quendam dicentem ſacras eius occupationes, alium authore eo ſenatum ſe adijſſe, verbis mutatis iuſſit dicere pro authore ſuaſorē, pro ſacris occupationibus laborioſas. ¶Porro nihil magis principes inflat & infatuat, q̄ adulatio. Hoc perpetuum eſt in aulis malum, per quod veritas infringitur & vana virtutis induitur opinio. Adulatorū mores ſeruiles ſunt & humiles, vt dicebat Clearchus Solenſis. Neq; diu placere poſſunt paraſyti, Nā quum eadem mendacia repetunt, deſinunt placere. Anazilas comparabat eos vermibus, qui triticum nacti nō prius diſcedunt, q̄ vacuum reliquerint. Antiſthenes meretricibus, quę ſuis amatoribus bona omnia præter mentem & pudorem exoptant. Euripides dicere ſolebat, amicos minime blādos poſſide, Qui tecum gratię cauſa loquuntur, mali. Chritias. Qui cū amicis inquit, gratię cauſa verſatur, poſtremo aſſentationis voluptatem in odiū conuertit. Alij adulatores Polypo piſci comparant. Nam vt Polypus colorem mutat ad ſpeciem ſubiecti ſoli, Ita & aſſentator ad voluptatem audiētium verba cū geſtu variat. Diogenes dicebat, ſatius eſſe in coruos q̄ adulatores incidere, corui enim morticina & cadauera cōſectantur, hi vero viuos laniant & exſuggunt. Plutarchus monet nihil intentius cauēdum, q̄ adulatores. Eos qui ſubblandiēdo floccos piloſq; ex veſtibus legunt, Gręci crocidas vocant, vt crocidiſmum & carphologiam feſtucarum

carum collectionem. Habuit Dionyſius adulatores, qui expuenti faciem obijciebāt, in quam is conſpueret. Superfluitates oris eiuſdem collambebant. Aſſeuerabantq; ea videri ſibi mellita, quę ille euomuiſſet. Qui cauſa cibi patitur plagas, Pſomocolaphus dicitur a Gręcis.

¶Homines pingues & macilenti.

LEo Byzantius ſophiſta fuit adeo pingui & obeſo corpore, vt quum ad pacandam factionem Athenis (vbi tum legatus agebat) ſuggeſtum conſcendiſſet, riſum vnicuiq; mouerit, At ille quid ridetis inquit Athenienſes, an q̄ vobis videar pinguis? Scitote vxorem eſſe mihi longe pinguiorem. Tales tamen ac tantos (quum ſumus concordes) breuis admodum lectulus capit, diſcordes ne tota domus quidem. Quibus verbis tempeſtiue & pro re adductis, populum reſtituit paci. ¶Dionyſius heracleotes tyrannus fuit adeo ventroſus, & corpulentus, vt noctu dum quieſceret, cogeretur ſuis lateribus hirudines admouere, quę humorem ſuperfluum paulatim exhaurirent, eoq; modo aliquid adimerent de craſſitudine. ¶Ludouicus Craſſus Philippi primi filius, & Gallorum rex fuit adeo vaſta corporis mole, vt ex re ſumpſerit cognomētum. ¶Iam diximus imperatorem maximinum fuiſſe tāta membrorum mole, vt vxoris ſuę dextrocherio vteretur loco anuli. ¶Contra vero Chęrephon tragœdiographus (qui res heraclidarum proſecutus eſt) nocturnis lucubrationibus ſeſe a deo extenuauit, vt per iocum noctua dicerētur. Hinc etiam natū prouerbium, Nihil differs a Chęrephōte. ¶Q̄ tenuis & macer fuerit Philetas Cous, vide in Cap. de miraculis.

¶Horti celebres & memorabiles.

PHęacum regio (cuius rex fuit Alcinous) hortos habuit tāta pomorum varietate nobiles, vt pręmaturis primis, noua ſtatim renaſcerentur, vt iam diximus in noſtro Cornucopię. Iuuenalis. Illa iubebit Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore, Qualia perpetuus Phęacum autumnus habebat. ¶In hortis Heſperidum poetę fabulātur fuiſſe arbores auriferas, quarū cuſtos eſſet inſomnis draco. ¶Epicurus primus omnium hortos Athenis inſtituit, quum antea rurī tantum haberentur non in vrbibus. Hinc Epicurus hortorum magiſter appellatur. Laertius refert Epicuri ſcholam fuiſſe in horto. Iuuenalis. Suſpicit exigui lętum plantaribus horti. Sta. Mallet deſerto ſenior Gargetius horto. Vocatur autem Gargetius Epicurus a natali pago. Propertius lib. 3. Illic vel ſtudijs animum emendare Platonis Incipiam, aut hortis docte Epicure tuis. ¶Laudantur etiam horti Adonidis, & penſiles qui fuerunt in Aſſyria, ſiue illos fecerit rex Cyrus, ſiue Semiramis. ¶Lucanus hortos habuit cultiſſimos, in quibus ſepultus eſt. ¶Mecœnas quoq; hortos habuit Romę pulcherrimos in Eſquilijs, ad quos propter amenitatem loci plęrumq; diuertebat Octauius.

¶Pręcones.

¶Archias pręco fuit, qui tres Olympiadas vicit, & ſtatuam meruit. ¶Talthybius fuit Agamenonis pręco. Teſtis herodotus. ¶Aethalis fuit præco, cui quandoq; inter viuos, quandoq; inter mortuos eſſe conceſſum eſt.

¶Somnolenti.

MAximianus, Malchus, Martinianus, Dionyſius, Ioannes, Serapion, Conſtantinus nomina ſunt eorum, quos eccleſiaſtici ſeptem dormientes appellant. Dormierunt autē annis. 196. ¶Poetę fabulātur Endymionē beneficio lunæ (a qua adamabatur) impetraſſe, vt perpetuum dormiret ſomnum, immortalis & expers ſenij. Hinc adagium natū. Endymionis ſomnum dormire, in homi-

nes ſomnolentos & deſides. Cicero lib. 5. de finibus. Itaq; ne ſi iucundiſſimis quidē nos ſomnis vſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari. Idē libro. 1. Quęſt. Tuſ. Endymion vero (ſi fabulas audire volumus) quando in Lathmo obdormiuit, qui eſt mons Carię, nōdum opinor eſt experrectus. Poetę propterea ſomnum & ſoporem vocant Endymionęum. Auſonius. Qualis per Lathmia ſaxa Endymionęos ſolita affectare ſopores. Martialis lib. 10. Quid tibi dormitor proderit Endymion? ¶ Epimenides Gnoſius annis. 57. dormiuiſſe fertur in ſpelunca. Hinc adagium. Vltra Epimenidem dormire.

¶ Fullones.

¶ Anaſtaſius Aquileienſis, qui ſub Diocletiano paſſus eſt, artem fullonicam prius exercebat. ¶ Fuit & Cleſippus fullo, cuius meminit Plynius lib. 34. Cap. 3.

¶ Columnæ Herculis.

¶ Abyla & Calpe montes ſunt in extremis Iberię finibus, non procul Gadibus & Carteia, quos Herculis columnas vocant. Plynius libro. 3. Proxima autem faucibus vtrinq; impoſiti montes coercent clauſtra / Abyla africę / Europæ Calpe laborū Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenę columnas eius dei vocāt, creduntq; perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria & rerum naturæ mutaſſe faciem. Sylli⁹. At laudibus olim Terminus herculeis Calpe. Idem. Dum fert herculeis garamantica ſigna columnis. Auſonius. Condiderat iam Solis equos Tarteſſia Calpe. Politia. in Ambra, Et quos herculeę ſummorunt orbe columnę.

¶ Fames memorabiles.

CAmbyſes Cyri filius in æthiopas iugum detrectantes copias mouit, quibus quum deeſſent cōmeatus & annona, coacti ſunt milites, decimū quenq; ad cibum ſortiri & occidere, Durauitq; tātiſper illa calamitas, dum rex ipſe ſibi metuēs receptui cecinerit. ¶ Annibale Caſilinum oppidū (in quo erant Romani milites) obſidente veniſſe murem ducentis nūmis / eumq; qui vēdiderat / fame periiſſe / emptorem vixiſſe tradit Plynius lib. 8. Cap. 57. ¶ Peruſia oppidū eſt Ethrurię, in quo Antonius obſeſſus ab Auguſto quū extrema fame laboraret, annonę penuria coactus eſt deditionem facere. Hinc fames peruſina proprio vocatur Epitheto. Lucan⁹. His Cæſar Peruſina fames / Mutineq; labores Accedant fatis. ¶ Alexādri exercitus aduerſus Beſſum Bactrianorum ducem tanta fame laborauit, vt ſingulę amphoræ ſucci ex ſiſama / venirent quadragenis denariis / Singulę vero mellis amphoræ / denariis. 30. Amphorę vini totidem. Tritici nihil omnino / aut exiguū admodum reperiebatur. Itaq; frugum penuria milites herbis & piſcibus famem leuabant, His demum alimentis deficientibus iumenta (quibus onera portabāt) interfecerunt, & eorum carne traxerunt vitam. Author Curtius. ¶ Quodam tēpore ſerpentum multitudo apud Laconas emergens / ſequentem portendit famem / quę tanta extitit, vt Spartani ipſi annonę raritate / ſerpentes illos in cibum commutauerint. ¶ Melus oppidū eſt Theſſalię, quod Nicias Athenienſiū dux expugnauit / non tā machinis bellicis, q̄ fame. Hic fames Melia prouerbio locū fecit. ¶ Sagūthus vrbs hiſpanię olim amiciſſima Romanis / lōga Pœnorū obſidiōe eo famis redacta eſt, vt ciues extructo ī foro igni ſuas res oēs ī eū cōijcerēt, Seq; ac ſuos poſtremo liberos eodē pręcipitarēt, ne venirēt in manus inimicorū. Hic Sagunthina fames / dicit de extrema rerū penuria. Auſoni⁹. Iamiā pereſam iā Sagūthina fame Lucaniacū liberet. Hanc autē famem triſte prius portenderat prodigium. Nam quū fere enixa mulier eſſet, infans in vterum regreſſus ciuitatis excidium ſignificauit. Author Eutropius.

¶ Calagurium

¶Calagurium vrbs eſt hiſpanię/Quintiliani patria,cuius incolę a Cn.Pompeio obſeſſi, vt fidem Sertorio pręſtarent, in tantam famem durauerunt, vt vxores ſuas ac liberos in vſum extremæ dapis conuerterent,quum nullum aliud animal in vrbe ſu pereſſet. ¶Saxo ait hunnos quadam tempeſtate in tantam famem redactos, vt nec aſinis nec canibus pepercerint,quibus ad paſtum vterentur ¶Doda Syrię rege Ioram in Iudęa obſidente matres inedia coactę filiorum viſceribus famem expleuerunt. Triſtis adeo fuit illa Samaritana fames/in qua etiam aſini caput vęnijt octogenis nummis argenteis. ¶Captis hieroſolymis Romani milites (qui merebant ſub Veſpaſiano)repererũt in domo cuiuſdam mulierculę puerilia membra minutatim diſcerpta,quibus infelix mater occulte veſcebatur. ¶Quo tempore Gothi opprimebant Italiam,fœmina obſcuri nominis filija ſe interfecti carnes eſitauit.

¶Sabellicus ait tãtam ſuo tempore rei frumentarię caritatem incidiſſe in nonnullis Flaminię regionis & Piceni agri locis, vt rude vulgus & plebecula arborum radicibus,herbiſq; victitauerit. ¶Franciſco Sfortię filio Mediolanum obſidẽte/ modius tritici vęnijt vicenis aureis nummis. ¶Obſeſſo a Gallis barulo Appulię opido,tanta laboratum eſt fame, vt milites detractas ſcutis pelles aqua emollitas abſumerent, herbisq; (ſi quas reperiſſent)veſcerẽtur. ¶Athenienſes a Sylla (qui poſtea fuit dictator)obſeſſi Medimnum tritici mille drachmis emerũt.Plebeij vero(quib⁹ tanta erat argenti penuria,q̃ta annonæ)graminibus circa vrbem naſcentibus & calceis coctis auidius veſcebantur.Eadem vrbs a Demetrio Antigoni obſeſſa,modium tritici emit drachmis.300. ¶Petelini a Pœnis in Italia obſeſſi/coria ex ſcutis detracta corroſere, vt pręſtitã Romanis fidem conſeruarẽt. ¶Cęterum Gręci olim conſueuerant famem virgis ex ædibus eijcere dicentes,Foras famem intro diujtias & ſanitatem. Magna fames vocatur Bulimus. Famem Ouidius libro.8. Meta. deſcribit hoc modo.

Quęſitamq; famem lapidoſo inuenit in agro,
Vnguibus & raris vellentem dentibus herbas.
Hirtus erat criuis/caua lumina/pallor in ore,
Labra incana ſitu/ſcabri rubigine dentes.
Dura cutis/per quam ſpectari viſcera poſſent,
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus/pendere putares
Pectus/& a ſpinę tantummodo crate teneri,
Auxerat articulos macies/genuumq; tumebat
Orbis,& immodico prodibant tubere tali.

¶Menſurę quędam.

Paraſanga	Artaba	Stathmos
Chœnix	Acetabulum	Paſſus
Congius	Drachma	Greſſus
Gomor	Decempeda	Pes
Gruma	Cubitum	Cotula
Hemina	Stadium	Chus
Medimnus	Orygia	Ceramium
Modius	Plethrum	Metreta
Palmus	Diaulus	Triens
Semiſſis	Dolichos	Hemihectum
Sitometra	Schœnus	Culeus

Batus Corus Mna Libra

Arasanga apud Persas erat mensura 50, stadiorum. Plynius lib. 6. Inconstantiam mensurę authorũ diuersitas facit, quũ Persę quoq; Schœnos & parasangas alia mensura determinent. ¶Chœnix mensura est escę diurnę. Hinc Chœnici insidere dicuntur, qui super futuro victu curiosi sunt. Herodotus in Erato. Regibus ad cœnam non euntibus mittantur binę Chœnices farinę/ & vini singulę Cotylę, id est Sextarij. Est & Chœnix semodium. Grammatici aiũt Chœnicas. 48. modio contineri. Homerus in Odyssea Chœnica accepit pro cibo, vbi ait. Nam quęcũq; mea dignabor Chœnice/ prorsus Haud cessare sinam, q̃ q̃ procul aduena fertur. Citantur hi versus a Budęo.

¶Congius mensura est sex sextariorum/ & est pars amphorę, ¶Gomor interpretatur mensura vini. ¶Gruma est mensura, qua fixa vię ad lineam diriguntur, hinc degrumari viam dirigere & exgrumari a via recedere. ¶Hemina mẽsura dimidiũ sextarij continet. Gellius. Si ex sextario hemina fusa est. ¶Medimnus sex modios continet. Herodotus. Singulis quoq; calendis instantis mensis singula pecora vtriq; e publico dentur Apollini immolanda, & farinę Medimnum id est sex modia, & vini Laconicus quartarius. ¶Modius continet duo & viginti sestercia. Hinc semodi⁹ & trimodius. Colu. Eadem quattuor modijs/ nonnunq̃ tribus / etiam duobus ac semodio iugerum occupat. ¶Palmus maior est digitorum. 12. grece vocatur Spithama & latine Dodrans. Minor 4. digitorum, grece Palestes. Dicitur etiam Palmum in neutro genere. ¶Semissis mensura est dimidij assis. Semissem hominem vocamus vilem & abiectum. ¶Sitometra mensura est frumentaria. ¶Artaba mensura 72. sextariorum, de qua Herodotus. Artaba inquit, Persica est mensura, capacior q̃ atticus Medimnus tribus Chœnicibus Atticis. ¶Acetabulum mensura est cõtinens quartam heminę partem/ id est drachmas 15. ¶Drachma Attica pondus habebat denarij argentei/ efficiebatq; sex obolos pondere. Obolus decem calcos/ Author Plynius lib. 21. ¶Decempeda decem pedum mẽsura. Cicero. Quam iam peritus metator & callidus decempeda sua/ saxa diuiserat. Horatius. Nulla decempedis Metata priuatam Porticus excipiebat Arcton. Hinc decempedator, qui pertica decem pedum vtitur. Hexapeda sex pedum pertica aut mensura.

¶Stadium pedum 600. ¶Orygia senum pedum & quattuor cubitorum.

¶Plethrum mẽsura est centum pedum & sexta pars stadij. ¶Diaulus mensura est duorum cubitorũ. ¶Dolichos stadiorũ 12. Hic Diaulodromi & Dolichodromi.

¶Schœnus Aegyptiorum est mensura capiens stadia 60. teste Herodoto.

¶Stathmos id est mansio millia continet. 28. semis / & est mensurarum maxima. Stathmi etiam dicuntur diuersoria tabellariorũ cursorũ, id est certa spacia, quę vno actu solent conficere. ¶Passus quinq; pedum est, id est duorum gressuum.

¶Gressus cubiti vnius & pedis. ¶Cubitum sesquipedale est, cõstatq; digitis 24. Gręci vocant Pygon. ¶Pes est 4, palmorum / seu 16. digitorum. Sed hę sunt viarum mensurę. ¶Cotula est tercia pars Chœnicis/ Sextarius continet octo Chœnicas, ¶Chus mensura est Attica capiens heminas octo. ¶Ceramium Gręci amphoram vocant. ¶Metreta decem congios continet. Et capitur pro amphora vinaria. Martia. Plurimus hispanas mittet mihi nauta Metretas. ¶Triens seu hecteus sextarius est Medimni/ capitq; Chœnices octo. ¶Hemihectũ seu hemihecteum dicitur semisextarius Medimni. ¶Culeus mensura est cõtinens vicenas amphoras/ vel vrnas quadragenas. Plynius de vinea Palemonis grammatici loquens. Quando et postea sępenumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas

dra genas muſti dedere. ¶Batus hebraicum eſt vocabulum. Capit ſextarios. 72. Sbellícus. Cuí q̄ diu opus tenuit, ex Iudęa quotannis Coros tritici víginti míllia do no míſit Salomon / totidemq; Batorum olei.

¶Corus Medímnos attícos. 41. ¶Mna græca habet vncías. 16. Romana. 20. ¶Líbra vncías 12. vncía drachmas 8. Drachma grammata 3. Grāma obolos duos. Obolus Ceratía 3. & Calchos 8. Ceratium calchos duos. Cyamus ægyptius gram= mata 12. Sed alía ſunt menſurarum apud nos vocabula. Porro autem culpam me oportet deprecari / ꝙ híc víarum menſuras / líquorum & alíarum rerum menſuris confudero. Scríbebā enim vt occurrebant varię lectíones. Pręterea nemo eſt vt opí nor, adeo ſimus & expers naſi, quí prima ſtatím fronte díſcrimen non íntellígat. Varía menſurarum genera leges apud doctíſſimum Budęum, Plęraq; etiam ín an= tíquís lectíonibus Cęlij.

¶Serui díuerſí / líberti & famuli.

Daphnís	Demetrius	Toko
Plocius	Eros	Carellus
Manlíus Antiochus	Pachus	Terentius
Staberius	Alcman	Pub. Syrus
Auge	Demetrius	Statius Cęcílius
Chryſogonus	Melanthius	Euporus
Heron	Mys	Mycíthus
Hípparchus	Phedon	Zamolſís
Mena	Menippus	Tyro tullius
Menecrates	Pompílius	Laurea tullius
Pallens	Perſeus	Pompeius leneus
Calliſtus	Díogenes	Patrobius
Narciſſus	Epictetus	Annicetus
Druſillanus	Aeſopus	Mneſter
Pub. Catienus	Ioſephus	Chilo.
Paronetemus	Eunus	
Splachnoptes	Epaphroditus	

DAphnis fuit ſeruus, quem Cn. Piſaurenſis vendidit M. Scauro tribus mil= libus & 70. ſeſtercijs. ¶Plocius / Manlius Antiochus & Staberius Ero= tes nomina ſunt ſeruorum apud Plynium líbro. 35. Capi. 16.

¶Auge ſerua fuit Demetrij / Chryſogonus ſeruus Syllę / Heron Luculli / Hippar= chus M. Antonij / Mena & Menacrates Sex. Pompeij.

¶Pallens / Calliſtus / & Narciſſus tres fuerunt ſeruí, quí Claudíj príncipatu ſeruitu= te liberatí dítes admodum euaſerunt.

¶Druſillanus ſeruus fuit Claudíj príncipis, quí lancem habuit quínquagenariam, authore Plynio, cui fabricandę officína prius exędificanda fuerat.

¶Publius Catienus Philotimus ſeruus fuit, quí hęres omnibus bonis inſtitutus con iecit ſe in rogum patroní. Author Plynius líbro ſeptimo.

¶Paronetemus ſeruus fuit & Spado, quem Sutorius Priſcus magna pecunía ven= didit Seiano. ¶Splachnoptes verna fuit Periclí Athenienſium príncipí charus.

¶Demetrius ſeruus fuit Pompeíj Authore Plutarcho in Catone Vticenſí.

¶Pachus ſeruus Catonis cenſoríj, quí mortem ſibi conſciuit. ¶Eros ſeruus fuit An tonij, a quo quum Antonius ípſe ab Auguſto ſuperatus / rerū deſperatione gladium

petiuiſſet ad inferendam ſibi mortem, ille gladium quidem accepit quaſi Antonio percuſſurus, At cōuerſo propere ictu ſeipſum confodit, & ad pedes domini prolapſus eſt. ¶Alcman poeta inuentor carminis amatorij ſeruus fuit Ageſidis, propter ingenium manumiſſus. ¶Demetrius nomen eſt ſerui apud Martialem libro. primo ſcribentem. Deſtituit primos virides Demetrius annos.

¶Melanthius ſeruus fuit Vlyſſis, quē Vlyſſes ipſe reuerſus ab expeditione Troiana interfecit. ¶Mys ſeruus fuit Pythagoræ vel Epicuri ſecundum Gellium.

¶Phedon Socraticus (cui Plato librum de animę immortalitate nuncupauit) ſeruus fuit, quem Cebes Socraticus hortante Socrate emit. ¶Menippus item, cuius libros M. Varro in Satyris ęmulatus eſt. ¶Pompilius ſeruus fuit Theophraſti Peripatetici/ Perſeus Zenonis Stoici. ¶Diogenes Cynicus ſeruitutem ſeruiuit. Hunc quum emere vellet Xeniades Corinthius, & quid is artificij nouiſſet/ percōtatus eſſet, Noui inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Quod reſponſum miratus Xeniades emit, & manumiſit, Filioſq; ſuos ei tradens, accipe inquit, liberos meos quibus imperes. ¶Epictetus philoſophus ſeruū ſe confeſſus eſt his verbis. Seruus Epictetus fueram, qui corpre mancus/ Pauperie preſſus/ charus eram ſuperis.

¶Aeſopus Thrax ſeruus fuit conditione, manu tamen ab Idmone miſſus.

¶Ioſephus Iudęorum fuit vernaculus & templi ſacerdos ¶Ammian⁹ ait Eunum ergaſtularium fuiſſe ſeruum, qui in Sicilia duxerit captiuos. ¶Epaphroditus ſeruus fuit & libertus neronis. ¶Toko ſeruus fuit cuiuſdam Gumnonis/ teſte Saxone ¶Carellus ſeruus fuit Gundibergę Longobardorum regine, Authore Paulo Diacono. ¶Romę ſeruiuit Terentius Carthaginenſis ¶Seruiuit & Publius Syrus Atellanarum author. ¶Statium Cęcilium comœdiographum ſeruum fuiſſe nomen ipſum arguit. Nam Statius nomē erat ſeruile teſte Gellio. ¶Euporus ſeru⁹ fuit C. Gracci, qui dominum ex Auentino fugientem qua potuit ratione tutatus eſt/ ac ſuper occiſum animam ſciſſis proprio vulnere viſceribus effudit, inquit Macrobius.

¶Mycithus ſeruus fuit Anaxilai Meſſenij Rhegynorum tyranni, qui moriēs liberos ſuos eidem commendauit. ¶Herodotus ait Zamolſim ſeruum fuiſſe Pythagoræ. ¶Tyro Tullius & Laurea Tullius ſerui fuerunt & liberti Ciceronis. Pompeius leneus Pompeij magni/ Patrobius Neronis authore Plynio.

¶Annicetus authore Cornelio Tacito libertus fuit Neronis/ & Mneſter Agrippinæ. ¶Chilo ſeruus fuit Porcij Catonis. Zoſimus libertus fuit Plynij oratoris.

¶Syris ſerui imperant, Nam quum apud eos ſoli ſerui militent, ex illis creatur imperator, cuius virtutem habent exploratiſſimam. Cretenſes ſeruis ſuis (quos vocabant Epharmiotas) permittebant omnia pręter gymnaſia & armorum profeſſionem. ¶Maryandini a mileſijs ſubacti vendebantur in contemptum. Publica ſeruitus in Creta vocatur Mnœa. Helotę dicebantur Lacedęmoniorum ſerui a Laconiæ ciuitate, quam Helos vocant. Serui feruntur eſſe in Pānonia ipſa ſeruitute ſeruiliores. Thracum populis peculiare fuit ſale mācipia commutare. Hinc adagium. Sale emptum mancipium. Seruis argento comparatis primum vſi ſunt Chij. Apolides dicuntur viles ſerui, qui ſine ciuitate in opus perpetuo dantur/ & deportantur in inſulas/ ad metalla/ ſalinas & ſulphurarias. Ferritribaces a Plauto dicuntur, qui ſemper compediti ſunt ferro. Aliter dicuntur genus hominum ferratile.

¶Salutigeruli qui iuſſu domini aut dominę hunc vel illum ſalutant. Mediaſtini qui in media domo iter ſeruos abiectiſſima quęq; munia obeunt. Horatius. Tu mediaſtin⁹ tacita p̄ce rura petebas. Tales ſunt in nauibus meſonautę. Hercitę ſerui ſunt q̄ verſantur in agris. Apud Lacedęmonios ancillę vocātur Chalcides. Catanocophori fuerunt

ri fuerunt Sicyoniorum ſeruí/Proſpelatę Arcadum. Capſariȷ dícuntur qui ſeruanda ín Balneís veſtímenta mercede ſuſcípiunt. Porcíus Cato vir alíoquí ín omní vita laudatíſſimus ſeruos ſenío debílítatos ſolebat eíjcere, ſeu accepto cõmodo níhíl amplíus humanítatis debeatur homínibus. Mancípía iure belli capta olím vęnibant ſub coronís. ¶ Pauſícape dicítur orbicularís ſeruorum machínula, qua orí manus admouere prohibentur. Trita mancípia & veterana dícuntur, quę emendarí nequeũt. Seruorum turba vocatur Therapía. Quí mancípía cędunt, ſtígmatię dícuntur & ſtígones, quí cędúntur maſtígíæ. Flagella ípſa vocãtur maſtígídes/hyſtrichídes/Rhyteres. Callícyrij nuncupantur exulũ ſeruí. Trapezopœi dícunt ſeruí menſam curantes/ Eleatrí ſeruí quí prędficiuntur cíborum mínísterío, Scapulares ſeruí/ quíbus ſcapulæ cędúntur, & quí oſtreatum tergum vlceríbus geſtant. Equí caracter frontí ímpreſſus ſeruítutís erat argumentum, Authore Plutarcho. Volſínienſes quum ſeruos ſuos omnes manumíſíſſent, ab eís poſtea oppreſſí ſunt. Serui antiquit⁹ accepta líbertate/raſís capítíbus pílea índuebant. Moris erat etíam vt pedes ſeruorum vęnalíum Creta notarentur. Vnde Iuuenalís Satyra príma. Nuper in hanc vrbem pedíb⁹ quí venerat albís. Tíbullus. Vera loquor, regnum ípſa tenet, quę ſępe coegít Barbara gypſatos ferre Cataſta pedes. Ouídíus. Deſpíce gypſatí nomen ínane pedís. Seducúlum flagellum eſt íta vocatum, ꝙ vapulantes ſudare faciat. Scutica verber factũ lorís. Díminutíuum eſt ſcutícula.

¶ Vincula díuerſa.

Boię	Pedíca	Manica
Circites	Numella	Capíſtrum
Cohum	Compes	Pantheron
Epídromes	Rhetía	Panagron.
Lorum	Cataſta	

BOię dícuntur vincula tam lígnea q̃ ferrea, ꝙ ſíc íllaqueent, vt iuga ſuos boues. ¶ Circites círculi ſunt ex ære facti ¶ Cohum lorum eſt, quo temo burís iugo adalligatur. ¶ Epídromes funes ſunt, quíbus retía tenduntur círca ſummam & ímam partem. ¶ Lorum vínculum eſt ex corío, Capitur etíam pro retínaculo íumentorum, & cíngulo venerís. Gellíus. Vídebamus Androdum et Leonem loro tenuí reuínctum vrbe tota círcum tabernas íre. Lorarij díci poſſunt carnífícum famuli, quí reos loris vinciunt ímperantibus domínís.

¶ Pedíca laqueus pedum. Mantuanus ín Bucc. Vt captam pedícis círcundat aranea muſcam. ¶ Numella vínculum eſt lígneum, quo reorum pedes & colla ín foramína rotunda ímmíttuntur & ibídem conſtrínguntur, vt ſe nequeant educere. Plautus ín Aſína. Quí aduerſum ſtímulos/laminas/cruceſq;/ compedeſq;/ neruos/ catenas/ carceres/numellas/pedícas/Boías. ¶ Compes vínculum eſt pedum, quo allígantur rei, ne carceres effugiãt. Horatius. Iberícis peruſte funíbus latus Et crura dura compede. ¶ Retía ſeu reticula dícuntur caſſes venatorũ ad íllaqueandas feras. Capíuntur & ínterím pro alíjs vínculís, ¶ Cataſta compes erat ſeruílís. Perſíus. Cappadocas rígída pingues pauiſſe Cataſta. Martíalís líbro. 9. Sed quos arcanę ſeruant tabulata Cataſtę. Capitur etíam pro loco, ín quo vęnales pueri & puellæ ſeruabantur.

¶ Manicę dícũtur proprie manuum vincula. Propertius líbro. 3. Regales manicas rupít vtraq; manu. Virgilí⁹. Ipſe viro prímus manicas atq; arcta leuarí Vincla iubet Príamus. ¶ Capíſtrum capítís vínculum ín equís & íumentís. Martíalís. Paret purpureís aper capíſtrís ¶ Pantheron genus eſt retís ex eo nomẽ habens, ꝙ omnes aues concludat. ¶ Panagron appellatur rete píſcatorium.

¶Centaurorum nomina.

EVrytius/Neſſus/Aſtylus/Ophionides/Gryneus/Rhetus/Orneus/Lycidas/Medem/Pyſerior/Taumas/Mermeros/Pholus/Menelas/Abas/Eurynomus/Hyreos/Hymbros/Ceneus/Alphidas/Elops,Pacreus,Lycus, Cromis,Dictys,Pharcus,Bianor,Hedian⁹,Lycet⁹,Hypaſon,Thereus,Ripheus, Demoleon,Plageon,Hylon,Ephinous,Damus,Dorylus,Cyllarus,Pheo,Thomus,Theboas,Pyretus,Ethodus,Epidupus,Odites,Styphelas.Bromus,Antimachus/Elymus/Pyramus,Latreus,Monychus,Hyllonome fœmina,Maris.

¶Ixion Phlegyę filius vt fabulātur poetę Centauros genuit ex nube,qui propterea vocantur nubigenę,& ab Ixione patre Ixionidæ.Virgilius lib.7.Ceu duo nubigenę quum vertice montis ab alto Deſcendunt Centauri. Ouidius lib.12.Certe mihi ſępe referre Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat.Lucanus lib.6.Illic ſemiferos Ixionidas Centauros Fœta Peletronijs nubes effudit in antris, Aſpera te Phoroes frangentem Monyche ſaxa,Teq; ſub Oethęo torquentem vertice vulſas Rhete ferox,quas vix Boreas inuerteret ornos,Hoſpes & Alcidę magni Phole/teq; per amnem Improbe Lernęas vector paſſure ſagittas.Finguntur pręterea fuiſſe humana facie/& equino tergo,vnde ſemiferi,bimembres,bicorpores/& ſemimares vocā tur.Virgi. in Opuſculis.Centauruſq; biformis adeſt.Idem libro.8.Aen.Tu nubigenas inuicte bimēbres, Hylęumq;/Pholumq; manu/tu Creſſia mactas Prodigia, Statius lib.9.Semifer aeria talis Centaurus ab Oſſa Deſilit in valles. Ouidius libro 12.Nos ſemimari ſuperamur ab hoſte.Hoc autē ideo fingitur, quoniā equos domare & equo pugnare primi omnium excogitarunt Authore Plynio.Bellum geſſerunt in Lapythas,Victi ſunt ab hercule.Aliter etiam vocantur hippocentauri.

¶Syrenes.

SYrenes filię fuerunt Acheloi & Calliopes muſę,quarum primam voce/ſecundam cithara/terciam tibijs aiunt canere. Hę cantus amenitate dicuntur ſopire nautas/ſopitos demum ſubmergere,vnde & pro meretricibus accipi ſolēt, quę verborum lenocinijs blandiuntur,vt totum exſuggant hominem. Corpus habent ſuperne fœmineum ad vmbilicum vſq;,inferne deſinunt in piſces. Earum autem nomina ſunt Aglaoſi/Telcipoi/Piſno/Iligi.Sunt qui Parthenopen vrbem dictam velint ab earum vna, quę ibidem tumulata ſit,nomenq; habuerit Partheno peia.Alij leucoſiam & Ligiam nymphas faciunt.

¶Miniſtri ſomni.

POetæ ſomnum deum faciunt,vt videre eſt in fine quinti Aeneidis,herebi filium,cui & miniſtros aſſignant,quorū hęc ſunt nomina Morpheus/Icelon ſeu Phabetor,& Pāthus.Morpheus ille eſt,q dormiētibus varia phantaſmata & multiplices rerum imagines obijcit.Ouidius libro vndecimo.At pater e populo natorum mille ſuorum Excitat artificem,ſimulatoremq; figurę Morphea/non illo iuſſos ſolertior alter Exprimit inceſſus/vultumq; ſonumq; loquendi, Adijcit & veſtes/& cōſuetiſſima cuiq; Verba,ſed hic ſolus homines imitatur.De Icelone ſeu Phabetore,Idē.At alter fit fera/fit volucris/fit longo corpore ſerpens.Hunc Icelon ſuperi/mortale Phabetora vulgus nominat.De Phāto ſeu Phantaſo.Idem. Eſt etiam diuerſę tercius artis Phantaſos, ille in humum/ſaxumq;/vndamq;/trabēq;,Queq; vacant anima fallaciter omnia tranſit.Regibus hi/ducibuſq; ſuos oſtendere vultus Nocte ſolent/populos alij plebēq; pererrant.De Morpheo Bap.Pius. Sis comes & ſocio moueas veſtigia paſſu Morpheu,qui ſcœptrum nocte ſilente getis.Anxia tu miti deflectis lumina ſomno/Irriguo & fallax corda ſopore foues,Tu

potes

potes oblitam reuocare ad priſtina mẽtem Gaudia, tu curis ſollicitare iecur. Induis abſentis faciem gemebundus amantis, Mollibus & lachrymis mollia corda moues.

¶Synonyma quædam poetica.

Athenienſes imprimis dicuntur Attici, Athenęi, Actęi, Theſęi, Theſidæ Cecropij, Cecropidæ, Munychij, Mopſopij, Aeacidæ, Erictheį, Erictho nij, Aegidæ, Marathonij, Cranai, Erictheidę, Codridæ. Athenienſes et Athenei a minerua, quæ Athena græce dicitur. Attici et actæi ab Attiõe rege. Ouidius lib. 1. meta. Sęparat Aonios Actæis Phocis ab aruis. Theſæi, et theſeij et theſidæ a Theſeo filio Aegei Athenarum regis. Virgilius libro. 2. Georgi. Præmiaq; ingentes pagos et compita circum Theſidæ poſuere. Martialis eadẽ ratione fauos Theſæos vocat id eſt Atticos, vbi ait. Maſſica Theſęis tam bene vina fauis. Cecropidę a Cecrope rege. Virgilius lib. 6. Aen. Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Munychia erat Athenienſium nauale, vnde & Munychij dicti ſunt. Ouidius libro. 2. meta. Munychioſq; volãs agros, gratamq; Mineruę Deſpiciebat humum. Mopſopij a Mopſo athenarum rege. Ouidius libro. 5. metam. Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales. Aeacidę ab æaco. Idem Ouidius libro. 8. Dant placidi curſum redeuntibus auſtri Aeacidis. Erictheį & erichthonij ab Erictheo & Erichthonio regibus. Ouidius lib. 8. Erictheas Tritonidos ibat ad arces. Eadem ratione vocãtur Erichthidę. Aegidę ab ægeo Athenarum rege. Ouidius in Epiſt. Inter & Aegidas media ſtatuaris in vrbe. Marathonij a marathone Atticę campo. Vnde Statius libro. 5. Syl. Erigonen vocat Marathoniam. Syllius libro. 14. Armaq; fixa deis aut quę marathonius hoſtis Perdidit. Sidonius. Et dum Mopſopium ſtipãtur per marathonẽ. Cranai a Cranao rege Athenarũ. Codridę a Codro rege, qui ſe pro patria deuouit.

¶Attica/mopſopia/Ionia/Poſſidonia/Cecropia/Cecropis/Attis/Acte/ idem ſibi volunt. Athenienſes etiam dicuntur Pandionij a Pandione rege Erichthonij filio.

¶Aſcanius filius Aeneæ aliter vocatur Iulus & Ilus. Virgilius lib. 1. Aen. At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno.

¶Arcades/arcadij/arcadici, aliter vocantur Tegęi, tegeęi, & tegeatici a Tegeo Arcadię oppido. Virgilius libro. 5. Aen. Alter ab Arcadia Tegeę de ſanguine gentis. Idem lib. 8. Tum lateri atq; humeris Tegeęum ſubligat enſem, id eſt Arcadicũ. Sidonius. Tegeaticus arcas Nunc plantis nunc fronde volat. ¶Parrhaſij a Parrhaſia Arcadię regione. Virgilius lib. 11. Qui Parrhaſio Euandro Armiger ante fuit. Ouidius lib. 1. Faſt. Deſerit Arcadiam, Parrhaſiumq; larem. Lyceį a Lyceo monte Arcadiæ. Ouidius lib. 2. Faſt. Faunus in Arcadia templa Lyceus habet. Nonacris locus eſt in Arcadia, a cuius nomine Arcades vocãtur Nonacrini & nonacrij. Ouidius lib. 5. Faſt. Et matri & vati paret nonacrius heros, id eſt Euander Arcas. Idem li. 2. meta. Dum redit, itq; frequẽs, in virgine nonacrina Arſit. Parthenij a Parthenio mõte Arcadię. Ouidius li. 9. Veſtrum opus Elis habet, veſtrum Stymphallides vndæ Partheniumq; nemus. Piſęi a Piſa oppido Arcadię prope Alpheum fluuium. Ouidius li. 2. Triſt. Quid non tantalides agitante cupidine currus Piſęam Phrygijs vexit eburnus equis? Piſęam id eſt hippodamiam, Arcadicã. Molorchęi a molorcho Arcadię paſtore, cuius precibus Hercules leonẽ interfecit. Eleį ab Elea oppido Arcadię prope Tegeum, vbi Minerua fanum habuit. Statius lib. 4. Syl. Aut Eleę lucis vidit Tegeęa ſacerdos. Frymantij & erymantęi ab Erymanto monte, Statius libro. 5. theb. Affuit hippomedon, rectorq; Erymantius, id eſt Parthenopeus. Cylleníi a Cyllene Arcadię monte, a quo mercurius vocatur Cyllenius. Cleoneį a Cleone oppidulo. Caliſtonii a Caliſto filia Lycaonis regis Arcadię.

¶ Alemani aliter vocãtur Teutones/teutoni & teutonici a Teutone deo,quem venerabantur. Virgi.lib.7. Teutonico ritu soliti torquere Cateias. Lucanus lib.1. Vidimus & martem lybies,cursumq; furoris Teutonici. Idem lib.6. Cantaber exiguis aut longis teutonus armis. Germani q̃ vicini sint belgis. Item & Germanici. Sueto. in Augusto. Vt tamen in quibusdam Pannonicis atq; Germanicis aut interueniret, aut non longe abesset. Rhenicolę,q̃ habitent ad Rhenum fluuium.

¶ Aetoli populi Græcię Epyro & Arcananię finitimi aliter vocãtur Calydonij a calydone vrbe. Hinc Calydonides eius loci mulieres. Statius libro.2. Thebai. Centum ibi virgineis votę Calydonides aris|Oenęij ab Oeneo rege Aetolię & Deianyrę patre. Ouidius lib.8. Et Oeneios vltorem spreta per agros Misit aprum. Pleuronij ab eiusdem loci vrbe,quę dicitur Pleuron. Ouidius lib.14. Talibus iratam venerem Pleuronius agmon Instimulat verbis. De Pleurone Statius lib.2. Theb. Et reduci pateat mihi martia Pleuron. Eadem ratione vocãtur Pleuronis alumni. Idẽ Statius lib.8. Nunc mœstę fundens Pleuronis alumnos. Naupactęi a naupacto eiusdem loci oppido. Hinc Achelous dicitur Naupactęus. Ouidius libr.2. Fast. Amphiaraiades naupactęo acheloo. ¶ Aegyptij aliter vocantur Paretonij a Paretonio ægypti vrbe/ Mareotici a mareotide lacu eiusdem loci. Ouidius lib.9. Isi Paretoniũ mareoticaq; arua Pharonq; Quę colis. Sidonius. Nec sic leucadio classis mareotica portu Actiacas abscondit aquas. Classis mareotica id est ægyptia,qua vehebatur Cleopatra. Isiaci ab Isi filia Inachi,quam pro dea coluerunt. Ouidius lib.1. de Ponto. Vidi ego linigenę numen violasse fatentem Isidis Isiacos ante sedere focos. Mẽphęi & memphitici a Memphi ægypti vrbe. Ouidius lib.1. de arte. Ne fuge linigenę memphitica sacra iuuencę. Lagęi a Lago primi Ptolemęi patre,a quo Nilus vocatur Lagęus. Lucanus libro.1. Qua mare Lagęi mutatur gurgite nili. Idem libro.8. Vltima Lagęę stirpis,perituraq; proles. Idem lib.10. Pręstet Lagęa iuuẽtus Hoc regi. Niliaci/ nilotici/nilicolę & niligenę a Nilo fluuio. Lucanus lib.5. Te nisi Niliaca propius non vidit arena. Idem li.9. Rege sub impuro nilotica regna tenente. Pelusij & Pelusiaci a Pelusio nili hostio. Lucanus libro 8. Qua diuidui pars maxima nili In vada decurrit Pelusia septim9ãnis. Ptolemęęi a|Ptolemęo Lagi filio,a quo deinceps Aegyptij reges omnes idem traxerunt nomen. Vnde & Pharon Ptolemęęam poetę appellant. Pharij a Pharo ægypti insula. Cleopatrici a Cleopatra regina. Vnde & Sidonius dapes Cleopatricas appellat. ¶ Aegyptus aliter vocatur terra Memphitis/tellus nilotica/& Delta. ¶ Appuli Italiæ populi aliter vocantur Mesappij a Mesappo rege. Ouidius libro.14. Peucetiosq; sinus Mesappiaq; arua reliquit. Aetholidę ab Aetholo Diomede, qui ibidem imperauit. Syllius li.13. Aetholidas inter fuit haud ignobile nomen. Daunij a Dauno patre Turni, qui ibidem regnauit. ¶ Appulia ipa vocatur Iapygia ab Iapyge Dędali filio, Mesappia a mesappo, Daunia a Dauno. ¶ Arcadia aliter vocatur regio Męnalis a Mænalo promontorio. Ouidius libro.3. Fast. Pinigerum Fauni Mænalis ora caput. Statius li.3. Syl. Sed quem te Mænalis Auge Confectum Thyasis & multo fratre madentem Detinuit. ¶ Arabes Nysij & nysiadæ. Hinc nymphæ Nysiades a Nysa oppido. Ouidius libro.3. Fast. Nysiades nymphas puerum quærente nouerca. ¶ Anglisseu Anglici aliter vocantur Britanni. Virgilius. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Caledonij,Martialis libro.1. Nuda Caledonio sic pectora prębuit vrso. Idem libro.10. Quinte Caledonios Ouidi visure Britannos. Dicuntur & Brutigenæ,quoniam descenderunt a Bruto. Anglia ipsa aliter vocatur Britannia/ Caledonia/ Albion & Anglíterra.

¶ Afri

¶Afri ſeu Africani aliter vocantur Tuniſei a Tuneto ſeu tunitio Lybiæ ciuitate, Sidonius, Torrida Tuniſeos infert mihi Byrſa furores, ¶Aeolia inſula dicitur etiã Aeolis. Bap. Pi⁹. Vt Liparęus ager/vtq; Aeolis iſula flagrat. Aeolię iſulæ pri⁹ etiã dicebantur Epheſtiades & Vulcanię. ¶Allobroges populi aliter vocantur Pedemontani. Stroza pater. Et pedemontanum ſigna ſecuta ducem.

¶Aurelia prius vocabatur Genabum. ¶Aquiſgranum vegerra. ¶Aetna inſula/Ineſia. ¶Agrigentum Agragas. Virgilius. Arduus vnde Agragas deſpectat maxima longe Mœnia. ¶Aegina vrbs adiacens peloponneſo aliter vocatur Oenopia. Ouidius libr. 7, Metam. Oenopiam veteres appellauere, ſed ipſe Aacus Aeginam genitricis nomine dixit. ¶Ambracia vrbs Epyri pri⁹ dicebatur Eponia & Paralia. Ambracienſes & Ambraciotę idem ſibi volunt. ¶Achelous fluuius prius Thoas dicebatur. Mutauit nomen ſub Acheloo rege. ¶Arar fluuius influens in Rhodanum ætate noſtra vocatur Sagona. ¶Achaia regio aliter vocat Aegyalos ab ægyalo rege. ¶Argos hippium idem ſibi volunt Authore Plynio. ¶Antiochia Seleucia a Seleuco rege. ¶Auſter notus, idem. Plynius libro. 18. Hæc auſtrum ventum dabit, quem a Grecis notum diximus vocari. ¶Apollo/Pęan/Phœbus/idem.

¶Aurora/Mennonis mater Eos/idem. Seneca in Hercule Oethęo. Nocteſq; duas contulit Eos. ¶Achilles Aeacides/Pelides/Chironis alumnus, idem.

¶Ariadna Minois/q; ſit Minois filia. ¶Aeſculapius/epidaurius anguis, quoniam in Epidauro colebatur in forma colubri. ¶Anien fluuius/anio/anienus. ¶Aeolus hippotades id eſt nepos hippotę cuiuſdam Troiani. Ouidius libro vndecimo. Q; ſocer hippotades tibi ſit, qui carcere fortes Contineat ventos. Idem libro. 14. Aeolon hippotaden cohibentem carcere ventos. ¶Argo nauis aliter vocatur Pinus Theſſala & Pagaſęa a Pagaſa Theſſalię ciuitate.

¶Bithynia aliter vocatur Mygdonia a Mygdono rege, & Bebrycia a Bebryce. Ouidius in Epiſt. Nunc quoq; mygdonia flebilis aſtat humo.

¶Bœotij aliter bœoti. Lucanus libro. 3. Bœoti coiere duces. Phocęi & Phocaici a Phocide propinqua regione. Hyanthęi a vetuſtis Bœotię populis. Statius libro. 1. Theb. Exul hianthęos inuenit regna per agros. Ouidius libro. 5, Meta. Fonte meduſęo/& hyanthęa Aganippe. Teumeſij a teumeſo Bœotię mõte. Statius libro. 2. Theb. Non alias tacita iuuenis Teumeſius iras Mente acuit. Meleagrij a meleagro. Vnde & Pleuron meleagria vocatur a Statio. Theſpiaci a Theſpiis oppido eius loci. Stati⁹ li. 2. Syl. Cẽtũ Theſpiacis odora lucis Stent altaria. Helyconij ab helycone monte Bœotiæ muſis ſacro. Statius libro. 7. Horrent tyrrhenos helyconia plectra tumultus. Cyrrhęi a Cyrrha oppido Phocidis. Idem Statius libro. 7. Mœnia Cyrrhęa mõſtrauit a pollo iuuenca. Hippocriniſati ab Hippocrene fonte. Vocabulum eſt Sidonij Apollinaris. Aganippęi ab aganippe fonte eiuſdem loci. Aonij & aonidæ, quoniam aonia pars eſt Bœotiæ. Caſtalij a Caſtalia fonte. ¶Bithyni aliter vocãtur Bithynici Tynniaci/Mygdonij/Bebryaci, ¶Biturici bituriges, Sidoni⁹, Spectabilem virum epiſcopum ſibi flagitat populus Biturix ordinari,

¶Bizantij/Bizantini, ¶Bizantium/ligos, Plynius libro, 4, In quo oppidum bizãtium liberę conditionis/antea ligos dictum, ¶Bononia/Felſina, ¶Bœotia/Aonia/Ogygia/Hyantis, ¶Boreas/aquilo, ¶Bacchus liber/Iacchus/Euã/puer Semeles ¶Briare⁹/Aegeõ ¶Belides, Danaides ¶Bellona, Pallas Enyo ¶Belgę belgici ¶Burgũdi burgũdiões ¶Baleares Gymneſię ¶Bellouaci bellouacẽſes ¶Corithij vocant Corithęi & Corithiaci, Ouid, li, 15, Iãq; corithiaci carpebã litora põti, Cypſelidę a Cypſelo Ixionis filio. Vir, i Cyri. Cypſelidę magni/florẽtia regna Corithi,

¶Ephyręi & ephyreíj, quoníam Corínthus príus vocabatur Ephyre. Lucanus líbro 6. Inſedit caſtris/ephyręaq; mœnía ſeruat ¶Iſthmíaci & Iſthmíj ab Iſthmo terra anguſta prope Corínthum, quę ſeparat Aegęum mare ab Ionío. Statíus lib. 2. Syl. Talis ín Iſthmiacos ploratus ab æquore portus. Idem, Aeraq; ab Iſthmíacis auro potíora fauillís. Idem, Quíſquís collíbus Iſthmíę Díones. ¶Cenchręa Cenchro portu. Statíus líb. 4. Theb. It comes, Inoas Ephyre ſolata querelas/Cēchręęq; manus. ¶Carthagínēſes vocātur Tyrij a Tyríjs colonís, quos íllúc adduxít Dído poſt Sichęi mortem. Vírgilius. Vrbs antíqua fuít/Tyríj tenuere coloni Carthago.
Cadmęi, quoníam Tyríj & Phœnices deſcenderunt a Cadmo. Syllíus líbro. 1. Sacrı quum perfida pactí Gens Cadmęa ſuper regno certamína mouit.
Aſdrubalíani ab Aſdrubale duce. Verbum eſt Sidoníj. Elíſęi ab; Elíſa Dídone, Byrſíci quoníam Carthago príus dícebatur Byrſa a corío. Sidonius. Spernís Elíſęę Byrſíca tecta domus. ¶Carthago ípſa vocatur Byrſa & Chalcedon. Syllius líbr. 2. Quís ꝑcul a Tyría dominos depellere Byrſa. Virg. li. 1. Aen. Mercatiq; ſolū facti de'noíe Byrſam. Claudianꝰi Eutropiū, Bacchatꝰ ꝑoperta tremor Chalcedona mouit. ¶Cretenſes alíter dícuntur Cretęi. Vírgi. li. 3. Aen. Tercía lux claſſem Cretęís ſiſtet ín oris. Creſſíj. Idem líb. 4. Quam procul íncautam'nemora ínter Creſſia fíxit Paſtor agens telís. Creſſí. Idem líb'. 5. Creſſa genus Pholoe. Gnoſíj a Gnoſo vrbe Cretę. Vírgíl. líb. 6. Aen. Gnoſius hęc Rhadamantus habet duríſſima tegna. Gnoſíaci. Ouídius líb. 8. Gnoſíaceq; hęret comes ínuídioſa carínę.
Dyctæi a Dycte vrbe Cretæ. Virgíl. lib. 3. Aen. Dyctæa negat tíbi Iupíter arua.
Lyctij a lyctío vrbe Cretę. Vírgíl. líbro. 3. Aen. Et Salentinos obſedit mílite campos Lyctiꝰ Idomeneꝰ, Cydonęi/Cydoníj/& Cydoníaci a Cydone vrbe Cretę. Ouídius lib. 8. Armaq;/equoſq;/habituſq;/Cydonęaſq; pharetras. Statiꝰ lib. 4. Theb. Terga Cydoníaca Chorítos arundíne pulſat. Ariadnęi ab Aríadne Mínois fílía. Minoíj a Minoe rege. Ouídius in Epíſt. Phedrę. En ego nunc ne forte parum Mínoía credar. Androgeonęi ab androgeo fílío Mínois. Gortyníj & gortyníaci a Gortyna vrbe. Statíus lib. 4. Theb. Arbiter hos dura verſat Gortynius vrna. Dorici & Dorienſes, quoníam tempore belli Troíani Dorici venerunt ín Cretam/duce Althemene/ibiq; decem vrbes condíderunt. ¶Creta ínſula alíter vocatur terra Curetís a Curetíbus, quí ín ea habítarunt. Ouídius lib. 8. Vt egreſſus ratíbus Curetída terram Contígit. Terra Gortynís vocatur etíam Aería & Macaros. Plynius lí. 4. Maleotes Crates prímum Aeríam dictā/deínde poſteri Curetím appellauere. Et Macaron nōnulli a temperie cœlí appellatam exíſtímauere. ¶Cumaní alíter Cumęi/Chalcídíci/Euboici. ¶Capítolium/ſedes Tarpeia/Templum Iulíum.
¶Cares alíter Bubaſij. Ouídius lib. 9. Bubaſides vídere nurus. ¶Colchí/Colchíaci/Phaſíaci/Aętęi/Aeęi/Aętij/Cytęi. ¶Cynoſura/Helyce/Arctos/Parrhaſis vrſa. Rationē reperies apud ínterpretes vocabulorū. Si vnícuiq; dictioní ſemper ímmorarí vellem, nunq̄ explícarem me hoc labyríntho. ¶Corſica/Cyrnos. Plyniꝰ, In marí Líguſtíco eſt Corſica, quam Gręcí Cyrnon appellauere. ¶Carmentís Nícoſtrata. ¶Cantabrí Cantabrící. ¶Cappadoces Cappadocí. ¶Carteía vrbs Hiſpanię Taríffa. ¶Delos Ortygía a multítudíne Coturnicum. Vírgílius lib. 3. Aen. Línquímus Ortygię portus. ¶Danubius/Iſter/Adubanus.
¶Dyrrhacíum/Epídamnum. Plyniꝰ. Epídamnum colonía propter ínauſpícatum nomen a Romanís, Dyrrachium appellata, ¶Diana/Cynthia/Luna,
¶Dído/Eliſſa/Phœníſſa, ¶Dalmatę Dalmatící,
¶Euboicí/Capharęi/Abantíj/Tanagræi a Tanagreo Euboię ciuítate. Statius lib.

9. Prima Tanagręum turbauit arũdo Coroebum. ¶Epyrotę/Epyrotici, Leucadíj a Leucade promotorio/ Actíj et Actiaci ab Actio oppido/ Phocæi/ Phocaici/ Chaoníj/ Dodonigenæ verbo Sidoníj, Molossi/ Pyrrhidæ. Idem. ¶Epyrus, terra Chaonis. ¶Euboia, terra Euboís. Statius in Achill. Quatitur naualibus ora Euboís. Chalcís/ Abãtis. ¶Equus Troian9/ equus durateus/ Epei machina. ¶Eduẽses/ edui/ Augustudunẽses. ¶Euphrates/ Pyxirates authore Plynio. ¶Elis Epia. ¶Elienses/ Elæi/ Epęi. ¶Flora/ Chloris/ Zephyritis/ dea florum/ vxor zephyri. ¶Furiæ/ Eumenides/ Diræ/ Erymnies. ¶Græci/ Graíj/ Graiugenæ/ Argęi. Virgil. ín opusculis. Septima iam Argæis stabulís impensa laboris. Argiui/ Argolici/ Dorici/ Dorienses/ Pelasgi/ Pelopeíj et Pelopeiadę a Pelope filio Tantali. Virgil. lib. 2. Aen, Vltro Asiam magnã Pelopęa ad mœnia bello Venturam. Statius lib. 10. Ad patrias fusæ Pelopeides aras. Achillæi et Achillidæ ab Achille. Argolæ apud Euripidem. Achæi/ Achiui/ Achaici/ Inachi/ Inachij/ Inachidæ ab Inacho Argiuorum rege/ patre Isidis. Ouid. lib. 5. Fast. Littus ad Inachium puluis inanis eam. Statius lib. 1. Theb. Q ua nostrę cecidere animæ stupet Inacha pubes. Idem lib. 5. Lectiq; potentes Inachidę. Agamennonij/ Agamennonidę ab Agamennone. Virgil. lib. 6. Aen. At Danaum proceres/ Agamennoniæq; phalanges. Acrisionæi ab Acrisio rege Argiuorum Abantis filio. Ouid. lib. 5. Meta. Acrisionęas Prœtus possederat arces. Abantęi & Abantiadæ ab Abante Argiuorum rege patre Acrisij. Ouid. lib. 15. Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis. Thyestæi a Thyeste. Mycenæi a mycenis vrbe. Ouid. in Epist. Briseidis. Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum Iuro. Menelaęi a Menelao. Phoronidę et Phoronęi a Phoronio Inachi filio et Argiuorum rege. Statius lib. 2. Syl. Isi Phoronęis quõdã stabulata sub antris. Persęi a Persæo Acrisij nepote. Statius lib. 1. Theb. Persæos alter in agros Scinditur. Danaæi. Idem. Tũc sedet Inachias vrbes/ Danaęaq; regna. Dolopeíj a Dolopibus Gręcię populis. Val. Flac. Vidisse putant Dolopeiaq; busta. Iasidę ab Iasio Argiuorum rege. Tantalidę a Tãtalo/ Achillęi et Achillidę ab Achille. ¶Gręcia/ Achaia/ Dulichia/ Hellas. Idem. ¶Galli/ Gallicani/ Galligenæ/ Galatæ/ Sequanici/ Sequanidæ. ¶Garamantes Garamantici. ¶Gygantes, fratres Phlegræi/ Titanes. ¶Gorgon Medusa. ¶Gratiæ/ Charites. ¶Gorgoris/ Habis. ¶Gades/ Gadera/ Cotynusa. ¶Hispani/ Iberi/ Iberici/ Iberiací. Virgilius libro septimo. Tyrrhenoq; boues in flumine lauit Iberas. Sidonius. Terratũ indígenas Iberícarum. Syllius lib. 12. Omen Iberiacis victa Carthagine terris. Beticolæ et Betigenæ. Syllius lib. 1, Beticolasq; viros spacijs agitabat iniquis. Idem lib. 9. Betigenęq; viri celsus media ipsa coercet. Hesperij/ Tartessij & Tartessiaci a Tartesso vrbe Gadibus vicina. ¶Hispania/ tellus Tartessia/ Iberia/ Idem. ¶Hyrcani Caspij. ¶Hyades Suculæ. ¶Heraclęa/ Syris/ Trachin/ author Plynius.

¶Italia/ Hesperia maior, ab Hespero Atlantis fratre/ Oenotria ab Oenotro rege Sabinorum, Virgilius, Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicũt, Oenotrij coluere uiri/ nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gẽtem. Idem lib. 7. Hinc Italę gẽtes/ omnisq; Oenotria tellus In dubijs responsa ferunt. Latiũ, q; ibidẽ Saturnus latuerit, Arma Iouis fugiens & regnis exul ademptis. Idem Virgil. lib. 8. Latiumq; vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Saturnia a Saturno. Ouid. lib. 1. Fast. Inde diu genti mansit Saturnia nomen/ Dicta quoq; est latium terra latente deo. Terra Ausonis & Ausonia ab Auson Vlyssis filio. Ouid. lib. 2. Fast. Captaq; erat lyricis Ausonis ora sonis. Stroza filio. Ductori Ausonio sed pareat Ausonis ora. Terra Italis. Ouid. lib. 2. de ponto, Mœstisq; cadentes Excepit

lachrymas Italis ora genis. ¶Itali/Italidæ/Italici. Ouid.lib.14.Litore in Italico Meſſenia mœnia contra. Laurentes/Lauinij/Laurenti/Tyrrheni/Laurētij/Latiales/Auſones/Auſonij/Auſonidę. Lucanus lib.9. Grata vice mœnia reddent Auſonidę Phrygibus. ¶Infernus/Infernalis/Auernus/Auernalis/Tartareus/Herebæus/Plutonius/Cocytius/Acheruſius/Phlegetontęus/Stygius/Acherontę9/Lethęus/Orcius. ¶Indi/Indici/Gangetici,q̃ prope Gangem habitent.Lucanus lib.4. Et quas ſentit Arabs/ & quas Gangetica tellus. Syllius lib.3. Hinc laxos arcus olim Gangetica pubes Submittet.Dicuntur etiam Nyſęi a Nyſa vrbe Indię/Idaſpæi ab Idaſpe.Sidonius. Frāgat Idaſpęas aries impactus Erithras.¶Illyrici/Illyrij/Taulantij.Syllius lib.15.Quaq; per Illyricum Taulantius incola littus.¶Inarime/Aenaria/Pythecuſa/authore Plynio.Aenaria a ſtatione nauiū Aeneæ. Hodie vocatur Iſchya.¶Iudęi Iudaici.¶India terra Gangetis/Terra Euphratis Euphratidis.Sidonius.Ripa Euphratide vix putat tuendam. ¶Ilua inſula Aethala. ¶Iphigenia Iphianaſſa.Lucreti9. Iphianaſſęo turparunt ſanguine fœdę.¶Iaſon Aeſonides ab Aeſone patre.¶Lydi ſeu lydii populi maioris Aſiæ aliter vocantur Mæonii/Męones/et Męonidæ.Virgil.lib.8. O Mæoniæ delecta iuuentus. Idem lib.11.Ducis exemplum euentumq; ſecuti Mæonidę incurrunt. Item et Męonici. Ouid in Epiſt. Deianyræ. Mæonicas inter calathum tenuiſſe puellas. Ethruſci & Tyrrheni,quoniam Tyrrhenus Atys filius colonos ex Lydia duxit in Italię regionem/quę nūc vocatur Ethruria.Gygęi a Gyge rege vt Crœſii a Crœſo. Stati9 lib.12.Si patriū Marathona metu/ſi tecta leuaſti Crœſia. ¶Lydia vocatur Tyrrhenia/Męonia.Ouid.lib.14.Concurrit Latio Tyrrhenia tota.

¶Laconia prouincia in Pelaponneſo aliter vocatur Oebalia et Tænaris a Tænaro promontorio.Ouid.in Epiſt.Paridis. Tænaris eſt claſſi terra petita meæ.Idem in Epiſt.Helenę.Excepit portu Tænaris ora ſuo. ¶Lacones ipſi ſeu Laconici vocantur Oebalii et Oebalidę.Ouid.lib.1.Faſt.Protinus Oebalii rettulit arma Tati. Stati9 lib.5.Theb.Ambiguo viſus errore laceſſunt Oebalidę geminię.Therapnęi a Therapnis vrbe Laconiæ/patria Helenę. Ouid. lib.5.Faſt. Prima Therapnęo feci de ſanguine florem. Idē in Epiſt.Paridis. Nec dedignare maritū Rure Therapnęo nata puella Phrygem.Tęnarii et Tęnaridę a Tænaro promontorio.¶Lybia terra Lybiſſa.Idē lib.9.Terręq; in fine Lybiſſæ. ¶Lybici Lybiſſini/Marmarici a Marmarica regione Africæ. Syllius lib.3.Marmaricis ales populis reſponſa canebat.Naſamonii et Naſamoniaci a Naſamonibus populis Lybię.¶Liguria ora Liguſtica Idem. ¶Lycii Pataræi, quoniam Patara eſt vrbs Lyciæ. Statius lib.1. Theb.Seu te lyciæ Pataræa niuoſis Exercēt dumeta iugis.¶Locrenſes/Heſperii/Ozolę.¶Lucani/Tanagręi a Tanagro fluuio Lucanię,Statius.Tanagręumq; Phalantum.¶Latini/Faunigenæ.Syllius lib.8.Faunigenę ſocio bella inuaſere Sicano.¶Lucifer/Veneris ſtella/Phoſphorus/Cythereius ignis. Sylli9 lib.12. Haud ſec9 Oceano rediens Cythereius ignis.Veſper/Veſperugo/Heſperus/Sydus Veneris.¶Lacedęmones/Lacedęmonii/Tyndarei a Tyndaro rege Oebaliæ/ & Helenę patre. Vnde et Syllius Tarētum vocat Tyndariū. Spartani/Spartiaci/Spartiatæ.Sidonius.Spartiatæ rupium variatarum poſuere cruſtas.¶Lacedęmon Sparta Idē.¶Ligures/Liguſtici/Liguſtii/Genuenſes. Idem Sidonius. Qui Liguſtiis/Euganeiſq; montibus oriebantur. ¶Lipara inſula prius Longonis & Meligunis vocabatur. Author Plynius lib.3.Cap.8. ¶Leucadia peninſula prius vocabatur Neritis.Idem author. ¶Lutecia Pharrhiſii.Idem.

¶Mantuani ſeu Mantoi dicti ſunt a Manto Tyreſię filia. Aliter vocātur Bianorei

et Bianoridę

et Bianoridæ a Bianore Mantus filio, qui aliter vocatur Ocnus. Virgil. in Bucc. Namq; ſepulchrum Incipit apparere Bianoris. Stroza filius. Arua Bianoreis permutat Iberica campis. Politianus in manto. Quippe bianoream manet hæc victoria gentem. Ocnæi ab Ocno filio Mantus. Stroza filius. Orbita ab Ocnæis euexit ad aſtra lacunis. Mincíadæ et Mincigenæ a Míncio fluuio propinquo. Pontanus. Vos Mincíadæ vos o mihi manes Eſte boni. ¶Moloſſi/Epyrotici/Chaonij/Leucadij idem. ¶Myſij Theutrantęi/theutrantij. ¶Meſſenij, Pylij. ¶Megarenſes/megarici/Lelegeij. Ouid. lib. 8. Meta. Interea Minos lelegeia littora vaſtat ¶Mercurius Hermes. ¶Macedones Pallenæi a Pallene vrbe, vbi geſta eſt Gygãtomachia. Statio lib. 4. Syl. Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos. ¶Mediolani/mediolanenſes/Inſubres. Placet hic obiter aperire ethymum dictionis huius Mediolanum. Nam non temere reperias, qui hoc ediſſerat. Certum eſt imprimis vrbem hanc a Gallis cõditam. Cuius fundamentis iaciendis dum excauarẽtur foſſæ, ferunt in terræ viſceribus inuentam fuiſſe (mirum dictu) ſuem dimidiatim lanatam, a quo portento inditum ſit Mediolanę vrbi nomen. Ad quod alluſit Claudianus de nuptijs honorij et Mariæ ſcribens. Cõtinuo ſublime volãs ad mœnia Gallis Cõdita/Lanigeræ ſuis oſtentantia pellem Peruenit. Item Sidonius. Rura paludicolæ temnis populoſa Rauennę, Et quæ lanigero de ſue nomen habet. ¶Meſſana/Zancle. ¶Marſi Celenęi. Statius lib. 2. Theb. Fœda Celenęa cõmittere pręlia buxo. ¶Mare rubrum/Erithræũ. ¶Miletus/Lelegeis/Phitiuſa/Anactoria. Author plynius. ¶Mars/mauors/marſpiter/Gradiuus. ¶Minerua/Pallas/Athena. ¶Muſę/Camœnę. ¶Neapolitani/Parthenopæi. ¶Neapolis/Parthenope/Eubois. Statius lib. 1. Syl. Nitidum cõſurgat ad æthera tellus Eubois. ¶Naſamones/Naſamonij/Naſamoniaci. ¶Normani/Neuſtrici. ¶Normania, Neuſtria. ¶Neptunus/Ennoſigæus. ¶Niobe Tantalis a tantalo patre. ¶Nilus/melo. ¶Naxos/Dia. Catullus. Namq; fluentiſono proſpectans littore Diæ.

¶Orientales/Eoi/Auroræ populi/Mennonij a mennone Aurorę filio. Nabathæi a nabathea regione. Ouid. lib. 1. Meta. Eurus ad Auroram/Nabathæaq; regna receſſit. ¶Occidẽtales/occidui. Ouid. Veſper et Occiduo quæ littora Sole tepeſcunt. Tarteſſij a tarteſſo vrbe Gadibus propinqua. Ouid. lib. 14. Preſſerat Occiduus Tarteſſia littora Phœbus. Tarteſſiaci. Syllius lib. 6. Iã Tarteſſiaco quos ſoluerat æquore Titan. Heſperij/¶Parthi/Parthici/Achęmenij et Achęmenidæ ab Achęmene rege. Ouid. lib. 4. Meta. Rexit Achęmenias vrbes pater Orchamus. Arſacidę ab Arſace primo Parthorũ rege. Lucanus lib. 1, Plus illa vobis acie q̃ creditis, actum eſt Arſacidæ. ¶Phaetõtiades/Climenides a Climene matre/Helyades a patre Sole, qui helyos græce dicitur. Ouidius ad Liuiam. Sic fleuit Climene/ſic et climeneides altæ. ¶Phocæi/Phocẽſes/Phocaici/Cyrrhęi/Caſtalij. ¶Padus/Eridanus/Phaetontius amnis a Phaetõte ibidem ſubmerſo, Syllius lib. 7. Nunq̃ Phaetontius amnis Sanguinea Põtum curuaſſet decolor vnda. Padoſa/Meſſanicius/Bodincus. Vide cauſam horũ nominum apud Plynium lib. 3. Cap. 15. ¶Puteolani/Dicarchęi a iuſticia adminiſtrationis. Syllius lib. 8. Prole Dicarchęa multo cum milite Graia. ¶Petragorij/Petragorici. ¶Perſæ Gazetici, nam gaza perſarũ eſt opulentia. Sidonius. Vina mihi nõ ſunt Gazetica/Chia/Falerna. ¶Pannonia/Pannonis. ¶Peſtum poſidonia. author Plynius. ¶Parcæ/deæ fatales/fata.

¶Phœnices/Pygmalionæi/Agenoridæ. ¶Pella vrbs Macedoniæ/Bunomus/Bunomea. ¶Parnaſus Larnaſus prius dicebatur. ¶Penelope/Icaris/Icariotis. ¶Pyratę/Cilices. ¶Pictones/pictauenſes. ¶Peloponneſus/Apia/Pelaſgia/arx

Helladis. ¶ Romani/romulei/romuli/romulidę. Aeneadę ab Aenea. Iulęi ab iulo. Lucanus lib. 1. Phrygiſq; penates Gētis Iulæę. Latiales/Romulares. ¶ Scythæ/Scythici/Riphæi. Virg. lib. 2. Georg. Gēs effrena virū Riphęo tūdit Euro. Męotici a Męotide palude. Thermodōtęi & thermodōtiaci a thermodōte fluuio. Statius lib. 12. Thermodōtiaco lętū remeare triūpho. Boriſthenidę ab eiuſdē regionis fluuio. Mæotij/Tanaitici a tanai fluuio. Sidonius. Telluris Tanaiticū rebellē. Boſphorani. Idē. Plaudētes ſtupuere Boſphorani. Sacæ/Arameі. Plynius lib. 6. Vltra ſunt Scytharū populi. Perſę illos Sacas vniuerſos appellauere a proxima gēte/Antiqui Arameos. ¶ Sicilia/Sicania/Trinacria/trinacris/triquetra/triquetris vocat. Ouid. lib. 5. Meta. Vaſta Gygātæis iniecta eſt inſula mēbris Trinacris. Statius lib. 2. Ser. Quid militib⁹ ꝓmiſſa Triquetra. Lucretius lib. 1. Inſula, quā Triquetris terrarū geſſit i oris. ¶ Siculi/Sicani/Sicanij/Lilybæi a Lilybæo promōtorio. Virg. lib. 3. Aen. Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cęcis. Ennæi ab enna vrbe. Lyparęi et Lyparēſes a Lypara inſula. Sidonius. Strauit ſub Lyparēſib⁹ caminis. Tauromenitani a tauromenio mōte Sicilię. Arethuſij et Arethuſæi/ab Arethuſa fonte Siciliæ. Syll. lib. 14. Erigitur ſubitas in ſpes Arethuſia proles. Claudianus lib. 2. de raptu. Quas Arethuſæi latices, quas aduena nutrit Alphe⁹. Agatoclęi ab agatocle rege Sicilię. Syl. lib. 14. Hic Agatoclæis ſedes ornata tropheis. Aeolij/Depranitani a Deprano promontorio iuxta Siciliam. Sidonius. Agonē Drepanitanum Troianæ ſuperſtitionis imitari. Catinenſes a Catina vrbe Siciliæ, de qua Syll. lib. 14. Tum Catine/nimium ardenti vicina Typhœo. ¶ Syrij/Paleſtini/Orontæi. ¶ Syracuſani/Syracuſij/Arethuſidę. ¶ Scythia/Męotis ora. ¶ Samos Parthenia. ¶ Salaminij ſalaminiaci. ¶ Sabini/ſabelli/ſabellici/ſamnites. ¶ Sardinia Ichnuſa. Syll. lib. 12. Inde Ichnuſa prius Graiſs memorata colonis Mox Lybici Sardus generoſo ſanguine fidens Herculis/ex ſeſe mutauit nomina terræ. Sandaliotes. ¶ Strophades, Plotę. ¶ Symplegades Cyaneæ. ¶ Syria/Paleſtina/Iudæa/Phœnicia. ¶ Sardinij/Iolēſes. ¶ Sarmatæ ſauromatæ. Troiani/troes/troici/troiugenæ/Erichtonij ab Erichtonio filio Dardani. Virg. in Culice. Vrit Erichtonias oriens nō ignibus arces. Idē. Erichtonias proſtrauit funditus arces. Idæi ab Ida mōte, Ilij/iliaci/iliadę/Aeneadæ/Hectorei/Hectoridę/Dardani/Dardanij/Dardanidę/Sigęi/Teucri/Teucrigenæ/Phryges/Phrygij/Rhœtæi/Pergamei/Laomedōtæi/Laomedōtiadæ/Anchiſęi/Anchiſiadę/Priamęi/Priamidæ. ¶ Troia Teucria/Ilion/Ilios/Dardania/Pergam⁹. ¶ Troades/Iliades/Teucrides/Dardanides/mulieres Troianę ¶ Theſſalici/Theſſalidæ/Iolchiaci ab Iolcho Theſſaliæ ciuitate. Virg. in Cyri. Regis Iolchiacis aīm defigere votis. Melibœi & melibēſes a Melibœa vrbe Theſſalię. Pagaſæi a Pagaſa vrbe. Ouid. lib. 7. Iāq; fretū Minyę Pagaſęa puppe ſecabāt. Atracij/Atracidę, ab Atracio, q magicas artes ibid edocuit. Peneij a peneo fluuio. Ouid. lib. 12. Exigit Atracides/Peneiaq; arua ꝑrat. Lapytheij a Lapythis populis Theſſalię. Idē. Oui. Et tū Lapytheia tecta Intrarāt. Pelethronii a poplis eiuſdē noīs. Peliaci a Pelio mōte. Ouid. lib. 1. Faſt. Sūmaq; Peliac⁹ ſydera tāgat apex. Phęrei. Sene. Paſtor Pheręos Deli⁹ pauit greges. Ouid. ī Epiſt. Iꝑ reꝑtor opis vaccas pauiſſe Pheręas Ferē. Amphryſiaci ab Amphryſo fluuio. Sta. lib. 1. ſyl. Aut Amphryſiaco paſtor de gramīe carpſi. Pharſalij pharſalici. Luca. lib. 6. Qua iuga deuex⁹ Pharſalica porrigit Hęm⁹. Hęmonii/hęmonidę. Magneſſi/Magneſii. Horat. lib. 3. Car Magneſſam Hippolytē dū fugit abſtinēs. Politia. ī Māto. Hęmonidis refer & Brōtē/Vulcaniaq; ātra. Val. Flac. lib. 5. Stāt littore fixi Hęmonidę. Lariſſęi a Lariſſa. Cētauręi a cētauris. Statius. Sperchiuſq; minax. cētauręuſq; Lycormas. Lapythonii a Lapythis. Idē Statius, Confudere modos/puerū/Lapythonia nympha. Oſſęi ab Oſſa

monte.

monte. Statius lib. 12. Nec Oſſæi bello cecidere bimembres. Pholoetici a Pholoe. Sidonius. Nō ſic Pholoetica mōſtra Atq; Peletronios Lapythas Semeleius Euan Miſcuit. Aemathij/Philippęi/a Philippis cāpis Theſſalię. Lucan⁹. Romanas acies iterum videre Philippi. ¶Thraces/thracij/thraicij/Mātini a mantinis Thracię populis. Virgil. in Cyri. Vos o Mātina ſi qui de gēte venitis. Iſmarij ab iſmaro mōte. Pangęi a Pangeo Thracię promontorio. Ouid. lib. 3. Faſt. Iamq; erat ad Rhodopem Pangæaq; flumina ventum. Odryſij a populis eiuſdem nominis. Rhodopeij a rhodope monte. Abderitani/ab Abdera vrbe Thracię. Mart. lib. 10. Abderitanę pectora plebis habes. Biſtones/biſtonij/biſtonidę a biſtone fluuio. Oeagrii ab Oeagro fluuio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius. Aedoni ab Aedone Thracię mōte. Boſphorani/boſphorei. Sidonius. Boſphoreis Elephas inglorius ¦ora tributis. Boriſthenidæ a boriſthene fluuio Thraciæ. Bap. Pius. Mitior ad ſęuos aura Boriſthenidas. ¶Thracia/Biſtonis. Scythonis/terra Aedonis. ¶Theſſalia/Hæmonia/Pharſalia/Aemathia/Aemathis/Theſſalis ora/ Driopis/Macedonia/Pyrrhea. ¶Tybris/tyberis/tyberinus/ Albula. Ouid. lib. 2. Faſt. Albula, quē Tyberim merſus Tyberinus in vndis Reddidit. ¶Thebani/Echionii/echionidæ/ ab echione Cadmi ſocio. Ouid. lib. 5. Triſt. Victor Echionias ſi vir penetraſſet in arces. Hiātii et Hiantæi. Iſmemi/Iſmenidæ ab iſmeno fluuio. Learchæi a Learcho Athamātis filio. Ouid. lib. 6. Faſt. Mœſta Learchęas mater tumulauerat vmbras. Athamantęi ab Athamante. Cadmęi a Cadmo. Labdacij et Labdacidę a Labdaco rege patre Laii. Statius lib. 2. Theb. Labdaciūq; ducem præmiſſæ conſona nocti. Ogygii/ogygidę ab ogyge rege. Teumeſſii a teumeſo Boeotię mōte. Stati. Subit ore cauo Teumeſſia cornus. Eryphilæi ab Eryphile Amphiarai vxore. Stati⁹ lib. 4. Theb. Sic Eryphilęos aurū fatale penates Irrupit. Oedipodionii oedipodionidę ab Oedipo rege Laii filio. Stati⁹ lib. 7. Aſt ego nō ꝓprio diros īpono labori Oedipodionidas. Idē lib. 10. Oedipodionii mittēt diademata fratres. Megaręi a Megara Creōtis filia. Statius lib. 12. Magno Megareia præceps Arua capit paſſu. Agenoridę ab Agenore patre Cadmi. Statius lib. 12. Exanimes in terga reducit Pallor Agenoridas. Draconigenę, a dentibus ſerpentinis a Cadmo ſatis, quibus nati ſunt homines armati. Sidonius. Queq; Draconigenæ portas non clauſerat hoſti. Eadem ratione vocantur Ophionii. Nam Ophis græce ſerpēs dicitur latine. Seneca. Cadmęa proles/atq; Ophionius ciuis. Amphionii/ab Amphione. ¶Tyrii/Sarrani. ¶Tyros/Sarra. ¶Tarteſſus/Carteia. ¶Tempſa/temeſe. ¶Thuſci/Ethruſci/Tyrrheni. ¶Taurus mons/imaus/Edigis. Paropaniſus/Circius/Cambades/Pharphariades/Choatras/Oreges/Oroandes/Nyphates author Plynius. lib. 5. Cap. 27. ¶Veneti/Eneti. ¶Zephyrus/Fauonius.

¶Auium nomina.

1	Aquila	10	Accipiter		Auis incendiaria
2	Alcyones	11	Anthus	15	Bubo
3	Aedon		Argatylis	16	Caladrius
4	Aegocephalus		Anſer		Caprimulgus
5	Alauda	12	Alectorides	17	Carduelis
6	Apiaſtra	13	Anas		Caſſita
	Ardea	14	Apodes	18	Cenchris
7	Aſterias		Aematopodes		Cercos
8	Attagen		Aeſalus		Cicina
9	Acanthis		Aſiones	19	Ciconia

20 Circanea
Cocyx
21 Coturnix
22 Curuca
23 Cycnus
24 Cypſelus
25 Cataracta
26 Chlorio
Cynnamulgus
Cliuina
27 Cloreus
28 Cornix
29 Coruus
30 Cinclus
31 Corydus
Ciſſa
32 Columbus
33 Chenalopex
Calidris
Chalcis
Crex
Cerulea
Certhia
Collurio
Cepphus
34 Drepanis
35 Epops
Eſalos
Egithus
Erythacus
36 Falco
37 Ficedula
Frigilla
38 Fulica
39 Galerita
Galgulus
40 Gallus
41 Gallina
42 Grus
43 Glottis
44 Graculus
45 Gryphes
46 Hirundo
47 Hybris
Herodius
Harpa
48 Ibis
Immuſulus
49 Lagopus
50 Larus
51 Luſcinia
52 Linx
53 Mergus
Merula
Merops
54 Monedula
Motacilla
55 Miluus
56 Mennonię
Monticula
57 Noctua
58 Nycticorax
59 Onocrotalus
Ophiomachus
Oenanthe
60 Otus
Otides
Oenas
Ortygometra
61 Pelicanus
62 Perdix
63 Phœnicopterus
64 Picus
Pica
65 Porphyrio
Ptynge
Pygargus
66 Palumbus
67 Parra
Paſſer
68 Pauo
69 Phœnicurus
70 Phœnix
71 Pſytacus
72 Phaſianus
73 Phalerides
Phalocrocoraces
pyrrocteres
Phoicus
Pardalus
74 Querquedala
75 Regaliolus
Riparia
Ruſtica
76 Satyria
ſpinturnix
Stritomellus
Stryx
Struthius
Struthiocamelus
77 Sanqualis
Sylla
Sturnus
Subis
78 Terraneola
Tragopanades
Trochilus
Truo
Turdus
79 Turtur
80 Tinungulus
81 Vlula
82 Vpupa
Vultur
83 Veſpertilio
84 Vipiones.

I AQuila alitum regina dicitur, ꝙ altiſſime volet, Ideoq; armigerum Iouis eam poetæ vocant. Congreditur magnis animalibus/vt ceruo/cuius cornibus inſidet, puluerulentas alas de induſtria concutiens/vt viſu et oculis præpeditus decidat in curſu/mortuuſq; fiat præda. Ferunt Aquilæ pennam aliis etiã rebus cõſertam nõ putreſcere. Pullos ſuos probat ad ſolem, quem ſi ſuſtinere nequeant, vt degeneres excludit. Oppetit non ſenio nec ægritudine/ſed fame. Creſcẽs enim roſtri ſuperioris aduncitas impedit/ne

ne cibum queat capere. Quum ſenuit, grauantur eius pennę et oculi. Cui rei vt medeatur / quærit fontem, calorem in ſe colligit, & ſanatur. In fontem ter ſe mergit, eoq; modo redire fertur ad iuuentutem. Hinc pſalmographus. Renouabitur vt Aquilę iuuētus tua. Plutarchus in Mario ſcribit aquilā geminos tantū pullos parere. Propterea nōnulli mētitum aſſerunt Muſeum, qui ſcripſit Aquilam tres pullos parere / duos ſuſtrahere / et vnum alere. Aquilarū genera ſex ſunt teſte Plynio. Melenatos colere nigricans, minima magnitudine, quæ ſola Aquilarū fœtus ſuos alit, cæteræ fugant. Conuerſatur in montibus. Secūdi generis Pigargus albicāte cauda, Tercij Morphos, cui vita eſt circa lacus, nigerrima eſt aquilarum, prominentiore cauda. Teſtudines frangit e ſublimi iaciendo, Qua ſorte periit Aeſchylus poeta. Quarti Percepter⁹ vel pernocter⁹, morās per lacus, ſpecie vulturina, alis minimis / reliquas magnitudine antecellens, ſed imbellis et degener, nam ſuccumbit coruo. Eadem ieiunæ ſemper auiditatis eſt et querulæ murmurationis. Sola aquilarū exanima fert corpora, Cæteræ quum occidere, conſidunt. Quintum genus Halietus ceruice magna, lata cauda / circū mare verſatur. Sextum gneſion magnitudine media / colore ſubrutilo, rarum aſpectu. Reliquæ aues quas Aquila petit ad prædam, gregatim ſæpenumero volant / vt reſperſu pennarum hoſtem excæcent. Nidificat in petris et arboribus. A meridiano tēpore operatur et volat, Prioriḇ horis ignaua ſedet / donec impleantur cōuentu homínum fora. Eius pennę mixtas auium pennas deuorant. Ex volatilibus nunq̄ fulmine tangitur. Pugna eſt illi in draconem, qui propterea eius oua conſectatur auiditate malefica.

¶ Alcyones aues ſeptem diebus nidificant ante brumā, & totidem ſequētibus pariunt. Duplex eſt earum genus. Alterum vocale arūdinibus inſidēs, Alterū mutū ampliore corpore. Antiqui eas Alcedones vocabāt, Dies illi ſeptē, quibus pariunt, Alcyonides et Alcedonia vocantur. Ouidius lib. 11. Meta. Perq; dies placidos hiberno tempore ſeptem Incubat Alcyone pendētibus æquore nidis. Tum via tuta maris, vētos cuſtodit et arcet Aeolus egreſſu, præſtatq; nepotibus æquor. Eſt Alcyon paulo maior paſſere, colore nigro / et cęruleo, qui Cyaneus vocatur. Dum procelloſum eſt mare, ſi Alcyonum oua obijciantur, inducūt tranquillitatem. Ferunt inſuper eas hanc a Ioue gratiam conſecutas, vt in tempore ſolicitudinis ſuæ ſerenos 14. dies in hyeme accipiāt. Hinc Propertius tempeſtate vexatus eas alloquitur & inuocat lib. 1. vbi ait. Et merito (quoniam potui fugiſſe procellam) Nunc ego deſertas alloquor Alcyonas. Minores Alcyones canūt in arundinetis. Collo ſunt gracili et procero. Raro apparent, nec niſi circa ſoliſticia. & in bruma, in qua oua deponunt. De his Seneca in Agamennone. Licet Alcyones Cæyca ſuum Fluctu leuiter Plangente ſonent, quum tranquillo Male confiſæ credunt ſe iterum Pelago audaces, fœtuſq; ſuos Nido pauidæ titubante fouent. Parituræ Alcyones nidum inſtar conchæ ſpinis incredibili duritia ſubtexunt, deinde ad mare deferentes, vndis imponunt, atq; illis ſe cōſtipātes, dum vehuntur, fœtificant. Piſcibus viuunt, Pariunt oua quina. 2

¶ Aedon græce, nobis Luſcinia dicitur. Calfurnius. Vocalem ſuperet ſi turpis Aedona bubo. 3

¶ Aegocephalus auis eſt lyene carens. 4

¶ Alauda plumā habet elatam in capite inſtar Galeritæ. Vnde et Galerita a Grę- cis dicitur Corydalus. Vocabulo Gallico Alauda, Hanc Plynius et Tranquillus aiunt Legioni dediſſe nomē, quæ Alauda vocabatur. De qua Cicero ad Atticum. Antonius inquit, cum legione Alaudarū ad vrbem pergere / pecunias municipijs 5

mpetare .Alaudarum duo ſunt genera. Alterum terreũ criſtatum. Alterum gregale minore corpore & ſine criſta.

6 ¶Apiaſtra auis meruit nomen ab apibus comedendis. ¶Ardea auis dicitur velut ardua, q̃ in ſublime volet. Virgil. Notaſq; paludes Deſerit, atq; altam ſupra volat Ardea nubem. In medijs arenis triſtis imbrem iudicat & etiam qnum altior volat. Lucanus lib. 5. Qz q; auſa volare Ardea ſublimis pennę cõfiſa natãti. Eius tria ſunt genera. Pulla natura ſagax, & victus prouida, colore prauo. Reliqua duo pulchro. Ardeam gaza Erodium vocat.

7 ¶Aſterias auis eſt ex Ardearum genere, dicta a colore aſtrorũ. Docilis eſt humanę vocis/frequens in Aegypto.

8 ¶Attagen ſeu attagena auis Aſiatica inter cibos electiles quondam numerata eſt, maxime quę in Ionia naſcitur authore Gellio. Hinc Attagen Ionic⁹ vocatur. Plynius. Attagen maxime Ionius celebratur vocalis alias, captus vero obmuteſcens quondam exiſtimatus inter raras aues. Martialis. Communẽq; duobus Attagenã. Idem. Inter ſapores fertur alitum primus Ionicarum guſtus Attagenarum.

9 ¶Achantis auis eſt ſtridula, quę paſcitur ſpinis et carduis. Vnde et Carduellis dicitur. Virgil. lib. 3. Georg. Littoraq; Alcyonen reſonant, & Achantida dumi. Calfurnius. Aſtyle credibile eſt, ſi vincat Achantida cornix. Gaza Ligurinum interpretatur.

10 ¶Accipiter auis eſt rapax & prædatoria, dicta ab accipiendis auib⁹. De qua Martialis. Prędo fuit volucrum, famulus nunc aucupis idem Decipit, & captas non ſibi mœret aues. Imbelles volucres inſectatur vt columbas. Quod ſtudiũ prædę Stroza filius graphice deſcribit, his verbis. Qualis hyperboreus celerem de nube colũbam Accipiter ſuper inſtat agens, propiorq; fugaci Fit magis atq; magis, iãq; huc iamq; exigit illuc, Alarum ad ſonitum trepidãtem et ſęua pauẽtẽ. Seneca. Qualis accipitris minas Fugit, & ſparſos metu Colligit fœt⁹ auis. Aucupatur hęc volucris quadam ſocietate cum homine, maxime circa Amphipolim Thraciæ, vbi homines ex ſyluis et arundinetis excitant aues, Illi ſuperuolãtes deprimunt. Captas cum ijs diuidunt aucupes. Iones Cymindin vocant. Accipitrum genera. 16. ponit Plynius. Circon claudum altero pede proſperrimi augurij, nuptialibus negocijs et rei penuariæ, Triorchem a numero teſtium, Buteonẽ Romani vocant. Eſalona Gręci vocãt, qui ſolus omni tempore apparet. Varius eſt omnium in præda modus. Alij non niſi ex terra auem rapiunt. Alij circa arbores volitantem/Alij ſedentem in ſublimi, Aliqui volantem in aperto. Accipitres Maſſiliæ humi fœtificant nec alibi naſcuntur/Non comedunt auium corda. Nocturnus accipiter Cybindus vocatur, rarus in ſyluis, minus interdiu videns. Bellum gerit interneciuum cũ Aquila. Odit hęc volucris et refugit radicem ſylueſtris Aſparagi. Propterea aiunt tutas eſſe villaticas aues, ſi quis eam extruxerit in villa.

11 ¶Anthus aquatilis eſt magnitudine Frigillæ. ¶Argatylis auicula eſt, nidum filis lineis intexens aditu anguſto. ¶Anſeres ſtomacho ſunt calidiſſimo. Gaudent herbis riguis et frigidis, Laurũ nõ attingũt. Cor eorũ olim fuit laudatiſſimũ inter mẽſarũ cupedias. Scipio vel Metellus, aut vt alij malũt, Seſſius primus docuit anſeris iecur eſſe optimi ſaporis. Propter quod olim ſeruabatur in corte. Martialis lib. 3. Vagatur omnis turba ſordidę cortis Argutus anſer, gemmeiq; pauones.

12 ¶Alectorides aues roſtro ſunt oblongo/curſu agili, hominem amant. Capiuntur inter ſepes hortorum et vinearum.

13 ¶Anas iuxta paludes parit, & ſtatim a partu aquas petit. Aquilã formidat. Huius

auis

auis pectus tantum & ceruix gulę dabatur. Martialis. Tota quidē ponatur anas/ſed pectore tātum Et ceruice ſapit, cætera redde coquo. Volant Anates protinus in ſublime/atq; e veſtigio cœlum petunt etiam ex aqua. Purgāt ſe herba ſiderite, quum quid moleſtum comederunt. Anates pontícæ venenis viuunt.

¶Apodes carent vſu pedum, ſpecie ſunt hirundinum, nidificant in ſcopulis. Cernuntur toto mari. Circūuolitāt naues. Nulla his requies niſi in nido, aut pendēt aut iacent. ¶Aematopodes aues ſunt aquatiles peculiares Aegypto. ¶Aeſal⁹ auicula eſt, quę oua corui frangit. Ouidius. Neſcius abſumptis Priamus pater Aeſalō alis. 14

¶Aluco auis eſt nocturna maior Gallo Gallinaceo. ¶Aſiones capiūtur ſaltatione quadam ridicula, quam ſcopam vocāt. Maiores ſunt noctuis, colore plumbeo, alis albo ſparſis/duabus pennis a ciliis ad tēpora pendētibus. ¶Auis incendiaria dicta eſt/q; incendijs naſcatur/ Ea eſt inauſpicatiſſima, Propterea ea viſa vrbes quādoq; luſtratæ leguntur.

¶Bubo auis eſt feralis debilis ad volatum/in cauernis locisq; deſertis commorans Noctu volitat ſolus/ Deſerta incolit deſolataq; & inac ceſſa loca. Non habet cantum vocalem ſed gemitum. Propterea viſus in vrbibus ſuſpicionem affert et portentum futuri mali. Quum Capitoliū intraſſet Sexto Papellio Iſtro et L. Pediano conſulibus, vrbs luſtrata eſt. Plumæ ſunt ei velut aures. Bubonis pedes vſti cū pulpagine herba auxiliātur cōtra ſerpentes. Eius cor impoſitum ſiniſtrę mammę mulieris dormiētis efficit vt omnia ſecreta pronunciet. Aiunt pręterea ferentes ipſum in pugnam fortiores fieri, Itē ſanguine pulli bubonis criſpari capillum, Cinis oculorum eius collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. 15

¶Caladrius auis eſt albi coloris. ¶Caprimulgi aues ſunt maiores paulo merulis, eodem fere aſpectu/quæ nec interdiu vident, nec videntur. Nocturno tempore ſunt furaces. Dicuntur autem caprimulgi, q; ſtabula intrent, caprarumq; vberibus propter ſuccum aduolent. Qua iniuria vber emoritur, & capræ cæcitatem contrahunt. 16

¶Carduelis auicula eſt capite rubro, alis luteis/ albo nigroq; diſtīctis. Semine carduorum paſcitur, vnde illi inditum nomen. Cardueles imperata faciunt authore Plynio, nec voce tantum, ſed pedibus et ore pro manibus. ¶Caſſita auicula eſt/ quę habitat et nidulatur in ſegetib⁹. Feſtiuus eſt de ea apologus apud Gellium lib. 2, Cap. 29. 17

¶Cenchris auis eſt ex accipitrum genere, quæ aliter a tinnitu vocis appellatur tinnūgulus. ¶Cercos auis eſt de genere accipitrum/altero claudicās pede/quā aliter buteonem dici aiunt. ¶Cicina auis eſt nocturna. 18

¶Ciconię lingua carent, Nutriuntur a Theſſalis contra ſerpentes, quos perimunt. Nidos repetunt, hyemis aduenæ cum gruibus, noctu tantum volant. Parentes senio confectos nutriunt inſigni pietate. Propterea Aelianus ait eas deorum beneficio in quibuſdam inſulis conuerti in homines. Et Petronius arbiter ciconiam vocat pietaticultricem his verbis. Ciconia etiam grata peregrino hoſpita, pietaticultrix, gracilipes/choraliſtria/ Auis exulhyemis, titulus tepidi tēporis/ Næquitiæ nidum in cacabo fecit meo. Imago eius olim ſolebat inſculpi in ſcœptris regum, quo eorū pietas et induſtria indicaretur. Veniunt Ciconiæ e longinquo eodem modo, quo grues. Abiturę cōgregantur in loco certo, & ſic comitatæ, vt nulla ſui generis relinquatur, niſi forte captiua. Certaturę in ſerpentes Origano herba ſe fouent. In fidenate agro nidum non faciunt. 19

¶Circanea meruit nomē a circuitu quē facit volitās. ¶Cocyx auis nidulatur ſem- 20

per ī nidís alienís maxime palūbiū. Eſt de genere accipitrū, líceta dūcos nō habeat vngues. Procedit vere, occultatur ortu caniculę. Aliter vocatur cucul⁹. Interficitur a ſuo genere, mutat vocē. Parit ſingula oua/raro bina. Subíjcit pullos, q̄ ſciat ſe inuiſam cūctis auib⁹/ac propterea nō fore tutā generi ſuo ſtirpē opinat̄, ní fefellerit,

21 ¶Coturnix aliter dícitur Ortygometra a ſono vocis. Hic etiā Delos Ortygía a coturnícum multitudine. Coturnicíbus veneni ſemē gratiſſimus eſt cibus. Propterea dānatę ſunt mēſis/tū etiā ꝑpter comitialē morbū/ quē ſolę animaliū ſentiūt præter hominē. Ad nos anteueniūt q̄ grues. Terreſtres ſunt potiuſq̄ ſublímes. Nídulātur ín ſegetib⁹ aut gramíneis locís. Auſtro nō volāt/aura tamē vehí volūt propter modícas vires et pondus corporum. Quum redire volunt / comitatum ſolícitant, ne quam rapíat accipiter. Eas vulgus nunc appellat qualeas.

22 ¶Curruca auícula eſt, quæ alienos pullos nutrit ſuos eſſe putās. Fouet enī oua cuculí. Iuuenalís Satyra. 6. Tu tibí nunc Curruca places/fletumq; labellís Exſorbes.

23 ¶Cycn⁹ auís eſt candída maíor anſere/argutę vocis, qui ímminēte morte dulciſſíme cātat & velut funus propínquū deplorat. Ouíd. Sic vbí fata vocāt, vdís abiect⁹ in herbís/ Ad vada Mæādri concinit albus olor. Idē. Dulcía defleta modulatur carmina lígua/Cātator Cycn⁹ funerís ípſe ſuí. Idē. Veluti canētia dura Traiect⁹ pēna tempora cantat olor. Poetæ fabulātur Cycnū fuíſſe amatorē Phaetōtis/poſtq; eius ruínā/mutatū fuíſſe ī hāc volucrē. Mítis eſt. Infeſtat̄ ab aquila, cui tamē fortiſſíme reſiſtit. Habítat ī locís amenís circa fluuíos. Frequēs eſt apud Caycū, et Cayſtrum/ vt docuim⁹ ín Cornucopíæ. Pythagoras opinabatur ímortalē eſſe animā cycnis/ac propterea lætarí ímminēte funere. Sacrí ſunt Apollíni, ob prę ſagium fínis. Mutua carne veſcūtur ínter ſe. De hís Lucre. líb. 4. Vallib⁹ et cycní nece detorti ex Helyconís, Quū líquidā tollūt lugubrí voce querebā. Virg. Et lōga canoros Dāt ꝑ colla (modos.

24 ¶Cypſelus auís nídum facit ex luto ín modum Cíſtellę. Cypſeli ab aliís vocantur Apodes. Nidíficant ín ſcopulis.

25 ¶Cataractís Iuba apud Plyniū teſtís eſt eſſe dētes oculoſq; ígneo colore, cętera cādídas tradēs. Duob⁹ ſemꝑ ducíb⁹ vtūtur. Altero quí ducat agmē/altero vero quí cogat. Scrobes excauāt roſtro/índe crate cōſternūt et operiūt terra, quā prí⁹ egreſſerunt. In hís fœtificāt/Bínę ſunt fores omniū ſcrobíb⁹. Oriētē ſpectāt, quib⁹ eunt ín paſcua/occidētē/quib⁹ redeūt. Aluū exoneraturę ſubuolāt ſemꝑ et cōtrario flatu Eas habet ínſula, ín qua tumulat⁹ eſt Díomedes. Hīc Díomedęas aues nōnulli vocāt, cuí⁹ ædē pleno gutture et madētíbus pēnís quottídie perluūt et purificāt. Propterea poetæ fabulati ſūt Díomedís ſocios ī earū effigíes mutatos. Author Plyní⁹.

26 ¶Chlorio auís eſt viridís/magnitudíne turturís, quę hyberno tēpore nō delíteſcit, ſed ęſtiuo ꝑ ſolſtitiū apparet, male volat. Docílis eſt & īgenioſa/tota lutea. ¶Cynnamulg⁹ auis arabica nidificat ī ſurculís Cynnami. Ei⁹ nídos accolæ níſí ſagittis et plūbatis iaculís díſíjcere nequeūt, quod faciunt mercis gratia. ¶Clíuinā quidā clamatoriā dícūt, Labeo prohibitoriā, Apud nigídiū ſubís, quę aquílarū oua frangat.

27 ¶Cloreus auís eſt coruo ínimíca, cuius oua noctu exquírit, vt ílle huius.

28 ¶Cōmēdatur fídes et caſtítas cornicū in matrímonio. Nā extíncta cōſorte/ alteri víduitas manet ípolluta. Propterea antiquit⁹ ín cōiugíjs vocabatur ad auſpiciū cōcordíę et pudícitiæ. Noctuę aduerſantur cornices ĩuicēq; oua ſíbí ſuffurātur. Inauſpícatę ſunt garrulítatís, vnde Virg. Sępe ſíníſtra caua prędíxit ab ílice cornix. Volātes pullos alíq̄ díu paſcūt. Inauſpicatiſſímę ſunt fœt⁹ tēpore, q̄ accídit poſt ſolſtítiū. Nucū durítiā ſí roſtro perfríngere nequeāt, ín altū volātes, ín ſaxa & tegulas ía cíūt ítērū ac ſæpi⁹, donec quaſſatā perfrígere valeāt. Ardeolas amāt. Cornícis cerebrum

rebrū coctū & ī cibo ſumptū remedio eſt ad cerebri et capitis dolores. Si cōtra aquā clāgores dederit, perfundēs ſeſe, pluuiā pręſagit. Virg. Tū cornix plena pluuiā vocat īproba voce, Et ſola ī ſicca ſecū ſpaciat arena. Lucan⁹ lib. 5. Quodq; caput ſpargens vndis velut occupet imbrem/ Inſtabili greſſu metitur littora cornix.

¶ Corui media æſtate ſitiūt, in cui⁹ initio profluuio vētris ſunt obnoxij/ propterea tunc abſtinēt ab humore. Eorū oua proſunt atrādis capillis. Tauros inuadunt/ et ex omni corpore oculos appetunt maxime, Humanam imitantur vocem. Vnde & in hiſtoriis Romanorū legim⁹ fuiſſe coruū, qui Romanū populū nominatim ſaluta- ret/ maxime Germanicū & Druſum Cęſares. Martialis propterea coruū ſalutatorē vocat. In regionib⁹ fœcundis gregatim volāt, In ſterilibus bini. In cibi & eſcæ penuria/ parētes ſenio cōfecti pullos cōcerpūt. Hinc adagiū. Mali corui malum ouū. Cameleōtē occidūt, qui ne victorib⁹ noceat, Lauro infeſtū virus extingūt. Cloreū oderunt, cuius oua ſuffurantur. Eſalō quoq; auicula eorū oua frangit. Generāt ante ſolſtitium. Aegreſcunt ſexagenis diebus/ Pariunt quinos/ Ore coeunt. Inauſpicatū pręſagium afferunt quū glutiunt vocē/ velut ſtrangulati. Corui aquatici naturaliter caluent. Corui ſingultu quodā latrantes & ſe concutientes/ ſi cōtinuauerint/ ventos præſagiunt. Si vero carptim vocem reſorbebunt/ ventoſum imbrem. 29

¶ Cinclus auicula eſt palmipes iuxta mare viuens. Aſtuta eſt hæc volucris et difficilis captu. Capta nihilomin⁹ ſubito miteſcit. Culū cōtinuo mouet, debilis eſt poſteriore corporis parte/ Propterea quū non ſit aptus congerendo ſibi nido, incubat alieno. Hinc prouerbio Cinclos dicimus pauperes. 30

¶ Corydus viliſſima eſt auicula, quæ quū nō ſit canora, ſtrepit tamen vtcūq; inter aues mutas. Hinc adagium natum. Inter indoctos etiam Corydus ſonat. ¶ Ciſſa auicula eſt imitatrix humanæ vocis. 31

¶ Colūbus propter genuinū timorē nidificat in ſumnis locis. Fœtui pl̨rūq; indulget. Vnde ſacer Veneri eſſe creditur. Pariētibus fœminis mares ſubueniunt, & oua incubāt, quū illæ nequeūt. Bina pariūt oua/ primū mas/ deinde fœminā. Fidē ſeruant in matrimonio. Mutua ſemper illis āte coitū eſt exoſculatio. Nihil illis fœcūdius/ quadragenis diebus cōcipiunt interuallum tantum ad æquinoctium faciētes. Varro ponit duo genera colūborum/ agreſte quod in turribus et culminibus villarū habitat, domeſticū domi paſcitur. Colūbę cōmunē ſeruant domū. Nec niſi celibes et viduę relinquūt. Imperioſos mares etiā iniquos ferunt. Nā tūc ſuſpicio eſt adulterij, q̄uis natura nō ſit. Tunc pleno gutture obmurmurāt, & pl̨rūq; roſtro feriūt. Facta demum cōciliatione ſeſe oſculātur/ Aequalis vtriq; ſobolis amor. Hinc fœmina tardius ad pullos intrante oritur interdū caſtigatio. Quū bibūt, colla nō reſupināt. Large bibūt iumētorū modo. Purgant ſe herba, q̄ vocat Helxine. Viuūt columbæ annis octonis. Legumina amāt, quæ vocantur Craca. Amicę ſunt Pauonibus/ Aquilis & accipitribus odioſæ. 32

¶ Chenalopex dicitur ex vulpis et anſeris forma/ audax ī felē et aquilā, a quib⁹ infeſtatur. Fœt⁹ tāta charitate cōplectit, vt aucupi obuiū ſeſe offerat, quo fugę tēpus prębeat ſuis pullis. Frequēs oli fuit apud Britānos/ & ī mēſarū delicijs. ¶ Calidris auicula eſt colore cinereo varie diſtincta. ¶ Chalcis mōtes incolit colore niger/ magnitudine accipitris/ forma tenui et oblōga. Apparet raro. ¶ Crex auis eſt pugnax et adcōparādum victū ingenioſa. ¶ Certhia ingenio eſt audaci/ voce clara/ nidificat in arboribus. ¶ Cęrulea auicula eſt ſaxatilis/ colore ſui nominis et tenui roſtro. ¶ Collurio veſcitur hiſdem cibis quibus merula, Capitur hyemali tēpore. ¶ Cephus auis eſt multis operta plumis, exiguo corpore, quę vociferatur pariens. Hinc 33

adagium, Cepphus parturit. In eos qui magna pollicentur.

34 ¶ Drepanis auis est sine pedibus rarissime apparens.

35 ¶ Epops auicula est sordida et cristata/quę aliter a sono vocatur Vpupa. ¶ Esalos auis est de genere accipitrum, quę apparet omni tẽpore. Aliter vocatur Buteo. Infesta est coruo, cuius oua etiam frangit. ¶ Egitus auicula est inimicitias cum asino exercens. ¶ Erithacus auis est solitaria, quę nunq̃ fere in eodem saltu nisi vna reperitur. Hanc Gaza Syluiam et Rubeculam interpretatur. De hac ortum est adagiũ. Vnicum arbustum haud alit duos Erithacos, in eos qui eodem munere concorditer fungi nequeunt.

36 ¶ Falco auis est rapax et prædatoria curuatis et aduncis vnguib⁹ de genere accipitrum. Varij autem generis sunt Falcones. Est quem britannicum vocãt, aquilę magnitudine/capreolos inuadens. Alium vocant Gyrofalcum a gyro et circuitu, quo in minores vtitur, vt eas agat in prædam. Tercium montanum Quartum peregrinum, cuius generis Falcones nidificant in altis montibus. Quintum gibbosum, ꝙ breuitate colli & alis eminentibus insignis gibbo videatur.

37 ¶ Ficedula nomen sumpsit a ficubus quibus vescitur. Martialis. Quum me ficus alat, quum pascar dulcibus vuis Cur potius nomen nõ dedit vua mihi. Formam et colorem mutant ficedulę. Hoc solum nomen habent autũno, Postea Melancorphi vocantur. ¶ Frigilla dicta est a frigore, quo cantat et viget, æstate moratur in locis calidis/hyeme frigidis.

38 ¶ Fulica auis est aquatilis degẽs prope stagna et lacus. Nomẽ sumpsit a furuo colore. Paulo maior est columba. Pullos aquilæ ante tẽpus excluſos nutrit. Matutino clangore tempestatem præsagit, & quũ ludit in litore. Virg. lib. 1. Georg. Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis. Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi/Clamoremq; ferunt ad litora/quunq; marinę In sicco ludunt fulicę.

39 ¶ Galerita plumam habet in similitudinem galeri. vnde & nomẽ sumpsit. Ea assa et in cibo sumpta coli vicium efficacissime sanatur. Authore Plynio. ¶ Galgulus auis est, quã si inspexerit affectus morbo comitiali, sanari dicitur. Contra vero auis emori. Alitur ligno, frequens est in Peloponneso.

40 ¶ Gallus nuncius est lucis Latonæ charus, ꝙ ei parienti astiterit. Mortua fœmina oua incubat, gloriã sentit/nosci sydera/ it cubitum cum sole/ imperitat suo generi, et regnum in quacũq; domo fuerit exercet. Certãt inter se Galli studio gloriæ/Canũt in victoria/et se principes testãtur/ Victi occultantur, Lucẽq; et hominũ aspectũ refugiunt. Gradiuntur alta ceruice/& elatis cristis. Cœlũ cerebro aspiciũt, in sublime falcatas erigunt caudas. Terrori sunt leonib⁹. Vnde Lucretius. Quem nequeũt contra rapidi cõstare leones/Inq; tueri/ita cõtinuo meminere fugai Nimirum, quia sunt Gallorum in corpore quædã Semina, quæ quum sint oculis immissa leonum, Pupillas iterfodiũt acrẽq; dolorẽ Prębẽt, vt nequeãt cõtra durare feroces. Itẽ Politian⁹ in Rust. Stat ceruix ardua, qualẽ Pręfert Marmaricis metuẽda leonib⁹ ales, Ales quæ vigili lucẽ vocat ore morantẽ. Pugnacissimi Galli olim nascebãtur apud Tanagrã et Rhodũ. Secũdus honor fuit Melicis et Chalcidicis teste Varrone. Nobiles quõdã habiti sunt ĩ auguriorũ obseruatiõe. Victoriã Bœotijs aduersus Lacedęmonios pſagiuerũt, quũ tota nocte cecinissent. Castrati desinũt canere. Pergami oibus annis Gallorũ ceu gladiatorũ spectaculũ publice edebat. Plyni⁹ scribit Alectorias gẽmas repertas fuisse ĩ vẽtriculis Gallinaceorũ cristallina specie & magnitudine fabę. Gallinacei nõ attingũtur vulpibus, qui iecur ei⁹ animalis ederit. Acini Liguſtri sanant Gallinaceorum pituitas. Sacri sunt soli, cui veniẽti assurgũt, & quo

cum

quum eũt dormitum, vt diximus. Cõtra ſerpẽtes et miluos pro Gallinis dimicãt. Vnicus Gallus ſufficit multis Gallinis. Huius naturã ſcite admodum et ingenioſe deſcribit Politianus in Ruſt. dicens. Adde gregem Cortis/criſtatarumq; volucrũ Induperatores, laterum qui ſydera pulſu Explaudũt, vigiliq; citãt Titana canore/ Et regnũ ſibi Marte parãt, quippe obuia roſtris Roſtra ferũt, crebiſq; acuunt aſſultibus iras, Igneſcũt animis/ & calcem calce repulſant Infeſto, aduerſumq; affligũt pectore pectus. Victor ouans cantu palmam teſtatur/ & hoſti Inſultãs victo/ pauidum pede calcat iniquo. Ille ſilet/ latebraſq; petit/ dominũq; ſuperbũ Ferre gemit/ comes it merito plebs cętera regi, Formoſo regi/ cui vertice purpurat alto Faſtigatus apex/ dulciq; errore coruſcę Splendeſcunt ceruice iubæ, perq; aurea colla/ Perq; humeros it pulcher honos, palea ampla decẽter Albicat ex rutilo/ atq; toroſa in pectora pendet Barbarũ in morem, ſtat adunca cuſpide roſtrum, Exiguum ſpacij roſtrum/ flagrantq; tremendum Rauí oculi/ niueaſq; caput late explicat aures. Crura pilis hirſuta rigent, iuncturaq; nodo Vix diſtante ſedet/ durus veſtigia mucro Armat, in immenſum pinnæq; hirtiq; lacerti Protenti excurrunt, duplíciq; horrentia vallo Falcatæ ad cœlum tolluntur acumina caudę. Ipſe ſalax totã fœcundo ſemine gentem Implet, & oblõgo nunc terrã ſcalpurit vngui, Rimaturq; cibos, nunc edita nubila viſu Explorat cauto, nõ illum ſquamea tuto Aggreditur ſerpens/ nõ raptor ab æthere miluus. De Gallis et Gallinis vide Varronẽ lib. 3. de re Ruſtica Cap. 9.

¶ Gallinarum varia ſunt genera. Cortales quæ Corte alũtur. Ruſticæ ſimiles ſunt fere villaticis, quæ decipiuntur ab aucupe. Numydicę variis ſparſæ plumis/ Aliter vocantur Meleagrides a Meleagri tumulo, quas poetæ fabulantur ex filiabus Oenei (qui Meleagri fuit filius) mutatas fuiſſe in has volucres. Albertꝰ magnus ſcribit Gallinã fuiſſe apud Macedones, quæ duodeuinginti oua fecerit/ & ex quolibet eorum duos ſuſceperit pullos. Aiunt Gallinas nõ poſſe interfici ab aſpide, quo die ciminũ animalis fœtidiſſimi comederint. Villaribus Gallinis religionẽ ineſſe ſcribit Plynius. Nam inhorreſcunt edito ouo/ ſeſeq; excutiũt/ & circumactæ purificãt/ aut feſtuca aliqua ſeſe et oua luſtrant. Gallinas ſaginare Deliaci cœpere. Vndecim annis ante tercium Punicũ bellum lege C. Fannij conſulis interdictum eſt, ne quid volucrum in cœnis proponeretur præter gallinam vnam quę non eſſet altilis. Gallinis inimiciſſima eſt pituita maxime inter meſſis et vindemiæ tempus. Pipire eſt gallinarum, vt boum mugire. Politianus. Pipiat inuolucer pullus. 41

¶ Grues æſtate aduenæ æthera tranãt triãguli figura. Lapides pedibus librant cõtra vim vẽtorum. Gerunt bellum cũ pygmæis. Ducem quẽ ſequãtur eligunt, Habẽt & i extremo agmine diſpoſitos, qui viciſſim acclamẽt/ ne qua deeſſe videatur, item qui gregem voce cõtineant. Ex his nõnullæ excubias agunt nocturnas, lapillũ pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens indiligentiam ſono coarguat, Cęteræ dormiunt capite ſubter alã cõdito/ alternis pedibus inſiſtentes. De his Lucanus lib. 5. ſcribit. Strymona ſic gelidũ bruma pellẽte relinquunt Poturæ te Nile grues/ primoq; volatu Effingũt varias viſu mõſtrãte figuras. Mox vbi percuſſit dẽſas notus altior alas/ Cõfuſos temere immixtæ glomerantur in orbes, Et turbata perit diſperſis litera pennis. Cęterum grues ſilentio volantes per ſublime ſerenitatẽ præſagiũt. Feſtinãtes vero tẽpeſtatem. Ferũt eos nullis omnino laboribꝰ delaſſari, qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Purgant ſe grues iunco paluſtri. Dicuntur aliter Naupliadæ volucres & Palamedis aues/ quoniã Palamedes Nauplij filius ex earũ ordine tres literas reperiſſe fertur, Politianus. Clangunt Naupliadæ volucres/ & peruia pinnis Nubila conſcribunt. 42

43 ¶Glottis quam Gaza lingulacam vertit, linguã exerit. Quum peregrinatur, ducitur pœnitentia in volatu propter laborem. Reuerti demum incomitatam piget, et ſequi. Nec vnq̃ plus vno die cœpto volatui inſiſtit / et in proximo hoſpitio conſidit. Verum inuenitur alia antecedente anno relicta. Simili modo in ſingulos dies, inquit Plynius.

44 ¶Graculi coluntur in Lemno propter locuſtas, quarum exitio, occurrunt aduerſo volatu. Loquaces ſunt et obſtreperi. Graculæ annuum faſtidiũ lauri folio purgãt. Graculi ſero a pabulis recedentes hyemẽ præſagiunt. Graculus ab Ariſtotele vocatur Coracias a coruina nigredine, roſtro tamen rutilo. Docilis eſt & facile manſueſcens. ¶Gauia volucris eſt litoralis colore cinereo, nidificans in petris.

45 ¶Griphem habet India quadrupedem volucrẽ / recuruis vnguibus, dorſo nigrũ / priori parte purpureum / alis albicãtibus, ore aquilino, igneis oculis / difficilẽ captu / niſi rapiatur pullus et inuolucer. Nidificat in altis mõtibus. Cõgreditur cuiuis fere animali. Equis infeſtus eſt maxime. Vnde Virgil. Iungentur iam Gryphes equis. Aurum fodit apud Bactrianos in deſertis locis / & prope accedentes abigit. Nidos ex eo ſibi texit. Ad quod arripiendum numeroſę hominum turmæ ſimul eunt magno ſuo periculo. Superat elephãtos et dracones, & omnia animalia, pręter Tygridem, quam propter leuitatem nequit arripere.

46 ¶Hirundines auiculæ ſunt loquaces et garrulę, quæ aduerſæ coeunt præter naturam cæterarum auium. Deficiente Luna imbre ſeſe perfundunt & humi obuoluũtur, donec materiam repererint, qua nidum ſibi ſternant. Quinq; numero pariunt, quos magna nutriunt æquitate. Nam portionem ſingulis alternant et diſtribuunt / habita ætatis ratione. Incipiunt enim a primo ſenſim ex ordine continuãtes ad minimum natu. Si viderint pullos ſuos nõ ſatis molliter iacere, lanam ab ouium dorſo exerunt, & iacentibus ſubſternunt. Quinetiam excæcatis herba quadam viſum reſtituunt. Ariſtoteles ait eſſe albas in Samo inſula, quibus excæcatis lumen iterum reſtituitur. Cecina volaterranus comprehenſas hirundines, nuncias belli mittebat amicis, in nidũ priſtinum redire ſolitas. Hibernis menſibus diſcedunt hirundines. Solę ex his quæ aduncos non habẽt vngues, carnibus veſcũtnr. Thebas nõ ſubeũt, q̃ vrbs illa ſæpenumero capta ſit. Conſtructos luto nidos ſtramento roborãt. Inopia luti puluerẽ aqua pennis madefactum ſpargunt. Nidum ipſum mollibus floccis et culmis cõſternunt. Pullorum excremẽta magna mundicia egerunt. Sunt nõnullæ, quę ripas excauant & in terra fœtificant. Non ſunt obnoxiæ rapinis cæterarum auium. Ex volucribus indociles ſunt hirundines, vt ex terreſtribus mures. Bis anno pariunt. Oriuntur ante delphini ortum. Nã deprehenſę intereunt. Tempeſtatem pręſagiunt, ſi iuxta aquam volitantes ipſam penna ſæpe percutiant. Chelidoniam herbam inuenerũt, qua oculis pullorum in nido viſum reſtituũt erutis etiã oculis. Hirundinẽ ſub tecto ne recipias, adagium eſt, quo monemur, vt a conuentu et contubernio verboſorum hominum caueamus.

47 ¶Hybris auis ex accipitrum genere raro interdiu apparet. Nã tunc modice videt. Cõtra vero venatur noctu. Pugnat cum aquila acriter adeo, vt ambę mutuo aſſultu implexę quandoq; deferãtur in terram. ¶Harpa auis eſt bellum gerens cũ Triorche. ¶Herodius auis eſt litoralis frequens in Diomedæa inſula. Veſcitur conchis, quas per calorem diſcuneatas inuenit. Blanditur græcis aduenis, vt nõnulli volunt.

48 ¶Ibis auis ęgyptia duplex eſt, Altera nigra, altera vero Ciconię prope ſimilis, quę ſerpentibus veſcitur. Cicero lib. 1. de natura deorum. Velut Ibes maximã vim ſerpentum cõficiũt, quum ſint aues excelſæ / cruribus rigidis / corneo proceroq; roſtro

auertunt

auertunt peſtem ab ægypto, quũ volucres angues ex vaſtitate Lybię vento Africo
inuectas interficiunt atq; conſumunt, Ex quo fit, vt illę viuę nec morſu noceant/nec
odore mortuę. Eam ob rem inuocantur ab ipſis ægyptijs Ibes. Hęc auis aduncitate
roſtri per eam partem ſe perluit, qua ciborum onera reddi ſolent. ¶Immuſulum
aliqui arbitrantur eſſe vulturis pullum. Maſſurius apud Plynium opinatur eſſe pul
lum aquilę, priuſq̃ albicet cauda.

¶Lagopus auis pedes habet leporino villo. Vnde inditum illi nomẽ. Nam Lagos 49
græcæ dicitur lepus latine. Candida eſt reliquo corpore/& columbarum magnitu=
dine. Martialis lib. 7. Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.

¶Larus auis eſt nigra habitans prope aquas, in quibus degit, vt etiam in terra. Vo= 50
racis et rapacis eſt naturæ/ latoq; oris rictu. Hinc Larus hians, prouerbio dicitur
homo auiditatis nimię.

¶Luſciniam Græci Philomelam vocant. Hæc dum oua quodam velut ſinu cor= 51
poris et gremio fouet, ſpacioſæ noctis laborem aſſiduis fallit canticis. Verno tem=
pore frondeſcentibus arborum ramis dies. 15. cõtinuos perſiſtit in cantu. Volater=
ranus homeri de ea verſus citat, quos hũc in modum latinos fecit. Pãdaris vt quõ=
dam florente ætate puella Vere nouo ramis denſa ſuper arbore mœſtum Ingemi=
nans carmẽ variis loca cantibus implet. Vnica hęc auis paruo corpuſculo paruuliſq;
faucibus varios emittit concentus/& diuerſa cantica. quæ tot exquiſitis tibiarũ tor=
mẽtis ars hominum excogitauit. Hæc auis ceciniſſe fertur in ore infantis Steſicho=
ri. Concertant inter ſe. Victa morte finit ſæpe vitam ſpiritu prius deficiente q̃ can=
tu. Iuniores verſus accipiunt, quos imitentur. Audiunt diſcipulę intẽtione magna/
vicibuſq; recitant. Intellígitur in docente repræhenſio et correctio. Durat hæc ar=
gutia. 15. diebus. Aeſtu aucto alią habent vocem nõ modulatam aut variam. Mu=
tatur et color, hyeme nõ cernũtur. Pariunt vere primo cõplurimum ſena oua. Hæc
et alia multa habet Plyni⁹, qui ingeniũ exercuit in luxurioſa tãtillæ auiculæ deſcri=
ptione. Idem ait Cæſares iuuenes Luſcinias habuiſſe græco et latino ſermone do=
ciles. Præterea meditantes in diem & aſſidue noua loquentes, lõgiore etiã cõtextu.

¶Linx auicula eſt, colore vario/lingua ſerpentina, quam menſura quatuor digito= 52
rum porrigit, vnguibus grandibus, & ſtridula voce. Hanc aliqui Torquillã vocãt.

¶Merg⁹ nidificat in arbore veris initio apud mare. Tẽpeſtatẽ prędicẽs reuolat ex 53
æquore, & ad lit⁹ cõtẽdit cũ clamore. Virg. Iã ſibi tũ curuis male tẽperat vnda carí=
nis, Quũ medio celeres reuolãt ex ęquore mergi, Clamorẽq; ferũt ad littora ¶Me
rula ſola volat, & ſolitaria paſcit. Ex nigra ruffeſcit. Canit æſtate/hyeme balbutit/
circa ſolſtitiũ muta. Bis ãno parit. Turdũ amat. ¶Merops auis eſt, q̃ alio noie vo=
cat apiaſtra a comedẽdis apibus. Meropes cõtra naturã cęterarũ auiũ retro volãtes
ferũtur. Rubẽtib⁹ ſunt crurib⁹/& ore prędlõgo. Genitores ſuos recõditos paſcũt/pal
lido it⁹ colore pẽnarũ, ſuperne cyaneo, priori ſubrutilo. Nidificãt i ſpecu ſex pedũ
¶Monedula auis eſt auri et argẽti furaciſſima, vnde ſecũdũ (defoſſa altitudine. 54
aliquos ethymũ trahit a moneta, quã ſurripit. Ariſtoteles ponit tria ei⁹ genera, Gra
culũ/Lupũ, q̃ parua eſt & paraſyta. Terciã palmipedẽ i Lydia, et Phrygia frequẽtẽ.
Cõdit monedula ſemia i theſauros cauernarũ. ¶Motacilla auis, ſẽp mouet caudã.
¶Milu⁹ auiũ rapaciſſim⁹ ſectatur etiam cadauera. Mas in hoc genere (vt ælianus 55
putat) nõ iueniť. Fœmina auſtro aut euro ſeſe pandẽs cõcipit et pullos parit. Inſi=
diať pullis gallinaceis et anſerinis. Molliter volat. Latet hibernis mẽſib⁹/nõ tñ ante
diſceſſũ hirũdinũ. Plyni⁹ ait miluos ſolſtitijs affici podagra. Flagrãt odio coruorũ
et vulpiũ. Eorũ iocinora efficaciſſima ſũt ad inũctiones omniũ viciorũ. De miluo.

Mart. lib. 9. Hinc prope ſumma rapax miluus in aſtra volat.

56 ¶ Mennonię aues quę ad ſepulchrum Mennonis apud Ilium quotannis aduoluāt/ ſpeciem habent accipitrum/ carne tamen abſtinent. ¶ Monticula auis longa cauda nomen cepit a montibus, in quibus habitat.

57 ¶ Noctua auis eſt inauſpicata. Architrenius. Diuitibus ſupremus honos, prænūcia fati Noctua præcedit. Hæc Pyrrhi cōtra Argos copias mouētis inſidit haſtæ, et ſiniſtram ei portendit fortunā. Non cernitur in Creta. Noctu videt, canit et volat ſola. Ouid. lib. 11. Si quando luce vagantem Noctis auem cernunt. Martianus Capella. An mage noctiuidæ tibi traditur alitis vſus. Odioſa eſt cæteris auibus, in quas aſtuta vtitur dimicatione. Nam maiore circundata multitudine, reſupina pedibus repugnat, collectaq; in arctum roſtro & vnguibus tota tegitur. Ei auxíliatur accipiter / fœdere quodam naturæ inquit Plynius. Nigidius apud Plynium teſtis eſt noctuas ſexagenis diebus hyemis cubare/ & nouē voces habere, Noctua in imbre garrula tempeſtatem præſagit. Contraria eſt apibus, veſpis/ crabronib⁹/ et ſanguiſugis. Eius cerebrum vel iecur cum oleo infuſum prodeſt auriculis. Frequentes fuerunt Athenis noctuæ, hinc factum adagium. Noctuas Athenas mittere, in eos qui potentioribus & nullarum rerum indigis aliquid mittunt.

58 ¶ Nocticorax ſeu nycticorax nocturnus appellatur coruus. Hæc auis nigra eſt, & ſola clamat, habitatas domos refugit, deſertas amat.

59 ¶ Onocrotalus anis eſt ſimilis fere cycno, quę collum in aqua mergens ſpirāsq; ſimilem reddit ſonum aſinino ruditui. Quicquid comedit, in fauces congerit, diuq; continet. Martialis lib. 11. Turpe Rauennatis guttur Onocrotali. Onocrotalos habet Gallia ſeptētrionalis oceano proxima. ¶ Ophiomachus auis eſt dimicās in ſerpentes, vnde accepit nomen. ¶ Oenanthe auis ſtatos latebræ dies habet. Exoriente Syrio occultata/ ab eiuſdem occaſu prodit.

60 ¶ Otus bubone minor eſt/ noctuis maior/ auribus plumeis eminentibus. Aſionem latine vocant. Imitatrix alioqui auis et paraſyta & quodam genere ſaltatrix. Arrípit quandoq; lapidū ponduſcula, aut guttur arena replet. vt aduerſo vētorum flatu volet ſtabilita. ¶ Otides ſimiles ſunt perdicibus, quæ prę pinguedine corporum, alis attollere ſeſe nequeūt. Quapropter quum videant ſe canū latratibus obnoxias, deliteſcūt inter frutices. ¶ Oenas auis eſt magnitudine colūbi, quæ capitur autūno. ¶ Ortygometra eſt, quam dicimus coturnicem, cuius vocem quum ſentiunt aucupes, parari diſceſſum intelligunt.

61 ¶ Pelícanus vbi pullos ſuos necatos videt a ſerpentibus, latus ſibi fodit roſtro, & educto ſanguine vitam reſtituit mortuis. Hieronymus. Pelicani (inquit) quū ſuos a ſerpente filios occiſos inueniunt, lugent, ſeq; et ſua latera percutiunt/ & ſanguine excuſſo corpora mortuorum ſic reuiuiſcūt. Volaterranus ait Pelícanum eſſe, quem Plynius Plateam vocat. Eſt autem Platea auis aquatilis conchas deuorās, quas vbi calore ventris concoxit, euomit, vr poſtea diſcuneatas comedat facilius.

62 ¶ Perdíces aues ſunt ſalaciſſimæ. Oua deperdunt mares ne cura incubatus Venerem impediat, Ad aucupes accedūt velut deditionem facturæ, vt pullis tēpus prę-ſtent ad fugā. Quos vbi ſecuros videt, prorípiūt ſeſe, eoſq; ſequūtur et voce acclamāt. Fœmina paritura ſtipulis et multa terra ſe circūuallat aduerſus inſidias. Septimo die pullos excludit. Parit oua. 15. Sacra eſt Iouí et Latonę. Paphlagonię perdíces ferūtur eſſe duplici corde. Author Theophraſt⁹ apud Gellíū lib. 16. Perdíces ouis ſtragulū molle puluere cōtumulāt, nec i quo loco peperere, incubāt. Et ne cui cō uerſatio ſit ſuſpecta, nídos trāſferūt et pullos. Capto duce toti⁹ gregis, ſingulí facile capiuntur.

capiũtur,atq; etiã circa cõceptũ fœminę,contra aucupem fœmina exeũte,vt rixãdo abigat eũ. Si contra mares ſteterint fœminę/aura ab iſs flante pręgnãtes fiũt. Hiãtes autem exerta lingua per id tempus æſtuant & ſuperuolantium afflatu concipiunt/interdum voce tantum maſculi audita. Quod eſt argumentum maximi caloris venerei. De his maiora multo Plynius. Purgant ſeſe lauro. Nullę reperiuntur in Bœotia.

¶Phœnicopterus auis eſt habens rubras pẽnas, cuius linguam pręcipui ſaporis eſſe docuit Apitius. Martialis libro. 3. Nomenq; dedit/quę rubentibus pennis. Idem libro. 13. Dat mihi penna rubens nomen,ſed lingua guloſis Noſtra ſapit. Tranquillus ſcribit linguas phœnicopterorum fuiſſe in patina Vitelliana. 63

¶Picus auicula eſt aduncis vnguibus arbores excauans,in quibus pullos educat. Sacer eſt Marti. Vnde & Martius appellat. Numeratur inter auſpicatas aues. Pica diſſimilis Pico. Eodem die commutat voces. Nidificat i arboribꝰ. Parit oua. 9. Expreſſior eſt ei loquacitas,q̃ Pſytaco. Adamat verba quę loquitur. Nec diſcit tãtum/ſed diligit. Emoritur victa difficultate verbi. Et niſi ſubide eadem audiat,memoria fallitur. Plynius ait eas facilius diſcere,quę glande veſcuntur,& quinos habent digitos in pedibus. Nullę tamen duobus primis vitę annis. Omnibus lata eſt lingua,quę ſermonem imitantur humanum. Martialis libro. 7. Pica ſalutatrix ſi tibi Lauſe placet. 64

¶Porphyrio auis eſt roſtro & cruribus prelongis & rubẽtibus,quę auium ſola more ſu bibit. Omnem cibum aqua tingit,quem pede ad roſtrum veluti manu affert. Laudatiſſimus eſt in Comagena. ¶Ptynge auis rapax/noctu volitat,& venatur more aquilę,cum qua plęrumq; dimicat. ¶Pygargus auis eſt de genere aquilarum albicante cauda. 65

¶Palumbi viuunt ad annos 30. Hyeme muti/vere vocales. Sunt autem ſylueſtres columbę. Nidificant in arboribus & ſepibus. Duo ſunt eorum genera. Vnum quod vinaginem dicunt ab vſu Labruſcę. Alterum quod torquatum a torque, quo videntur inſigniti. Martialis lib. 13. Inguina torquati tardant hebetantq; colũbi/Non edat hanc volucrem,qui cupit eſſe ſalax. Politianus in Ruſt. Dum ſua torquati recinunt dictata palumbes. Vtrunq; enim dicimus & Palumbes & palumbus. Quum ad ſenectam venerunt, ſpoliantur vnguibus. Pariunt poſt ſolſtitia bis in anno oua terna, nec tamen plus duobus educant. Palumbes incubat fœmina poſt meridiem in matutinum. Cętero mas. Purgant ſe Lauro/Hyeme abeunt. 66

¶Parra auis eſt inauſpicata,quę oriente Syrio non apparet,donec occidat. De hac Horatius libro. 3. Car. Impios Parrę recinentis omen ducat. ¶Paſſeres ſalaciſſimi ſunt & argutiſſimi, Vita breuiſſima. Mares diutius anno non viuere argumentũ eſt, quia nullus veris initio apparet. Nigricies quę eſt in roſtro,æſtate incipit, Fœminis longior paulo vita. Martialis. Et arguto paſſere vernat ager. 67

¶Pauo concipit tercio vitę anno,quo fere varietate colorum induitur. Viuit annos vigiti quinq;. Glorioſus eſt & inuidus. Erecto pennarum flabello ſeipſum miratur. Fimum ſuum reſorbet hominum vtilitati inuidens. Eius caro dura & concoctu difficilis, Samius pauus (vtrumq; enim dicimus) numeratur inter cibos electiles. Expandit colores aduerſo maxime ſole,quia ſic fulgentius radiat. Omnes oculos pennarũ,cõtrahit in aceruum. Cauda annuis vicibus amiſſa pudibundus quęrit latebrã, donec renaſcatur. Pauonem cibi gratia primus occidit Rome Hortẽſius orator. Ferunt Alexandrum magnum pauone primum in India viſo admiratum fuiſſe & edicto cauiſſe,ne quis tam ſpecioſum animal interficeret. Columbas amant mutuo pauones. Sacri ſunt Iunoni. De pauone, Pontanus. Pandẽtemq; alas caudamq; ad terga rotantem Pauonem ſpectare. Vocat Iunonius ales Conſortem thalami, & ſpecu 68

loſa volumina verſat. Cauda micat/medijs fulgent ſua ſydera pennis. Venit amans, cupidis miſcēt ſimul oſcula roſtris. Iūgit amor geminos/geminataq; gaudia gliſcūt.

69 ℂPhœnicurus auis eſt rubra cauda. Vocatur Erythacus hyeme. ℂPyralis auis eſt inimica turturi.

70 ℂPhœnicem vnū in toto orbe habet Arabia/aquilę magnitudine/auri fulgore circa collum/cętera purpureū/cauda cęrulea/roſeis pennis diſtincta, facie criſtis ornata & plumeo apice caput honeſtante. Quorundam eſt opinio neminem extitiſſe, qui viderit veſcentem. Sacer eſt Soli. Viuit annos 660. Seneſcens caſia thuriſq; ſurculis conſtruit nidum/quē odoribus replet, & ſuper emoritur. Ex oſſibus deinde et medullis naſcitur vermiculus, inde fit pullus, qui priori funeri iuſta reddēs totum nidum defert in vrbem quandam Panchaię ſoli ſacram, ibiq; in ara deponit. Plyni⁹ ait allatum fuiſſe Phœnicem in vrbem Romam Claudij principis cenſura anno vrbis 800. Martialis libro 6. alludit ad nidum huius volucris dicens. Quod ſemper Caſia 13. Cynnamoq; Et nido niger alitis ſuperbę Fragras. De hac Ouid. li. 15. Vna eſt, quę reparet, ſeq; ipſa reſeminet ales. Aſſyrij Phœnica vocant, nec fruge nec herbis, Sed thuris lachrymis & ſucco viuit amomi. Hęc vbi quinq; ſuę compleuit ſęcula vitæ Ilicis in ramis tremulęq; cacumine palmę Vnguibus & duro nidum ſibi conſtruit ore. Quo ſimul & Caſias & Nardi lenis ariſtas, Quaſſaq; cū fulua ſubſtrauit Cynnama myrrha, Se ſuper imponit, finitq; in odoribus ęuum. Inde ferunt (totidē qui viuere debeat annos) Corpore de patrio paruum Phœnica renaſci. Quum dedit huic ętas vires/oneriq; ferēdo eſt, Pōderib⁹ nidi ramos leuat arboris altę, Fertq; pius/cunaſq; ſuas/patriumq; ſepulchrum. Perq; leues auras hyperionis æde potitus Ante fores ſacras hyperionis æde reponit. Sidonius. Indo Cynnamō ex rogo petitum, Quo Phœnix iuueneſcit occidendo. Sabellicus. Sic vbi in Eoo reparauit ſęcula buſto. Sēſit & inuiſa ſe exutum mēbra ſenecta, Lętus ad Aethiopas remeat/terraſq; beatas/Aſpiciens lęto Phœnix clangore ſalutat. Phœnicem Virgilius reparabilem vocat. vbi de animalium ætatibus loquitur dicens. Alipedem ceruum coruus ter vincit/at illum Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales. Viuacem Ouidius, nobilem Plynius/Phariam Statius/Longęuum Claudianus/Gangeticum Auſoni⁹ Aſſyrium Stroza.

71 ℂPſytacos humanę vocis imitatores habet India. Virides ſūt toto corpore/torque tantū miniato in ceruice. Quę accipiunt verba pronunciant. Salutant imperatores. In vino laſciui ſunt, duriciam eandem habēt in capite, quam & in roſtro. Quum loqui diſcunt, ferreo verberantur radio, aliter non ſentiunt ictus. Quum deuolāt, roſtro ſe excipiunt, cui innituntur. Amici ſunt turturibus. Plynius ait ſyluam eſſe Gagandē, in qua primum viſi ſunt Pſytaci. De Pſytaco Claudianus in Eutropiū. Qui ventrē inuitāt precio, tradūtq; palato Sydereas Iunonis aues, & ſi qua loquēdi Gnara, coloratis viridis defertur ab Indis. Statius li. 7. Syl. Pſytace dux volucrum/domini facunda voluptas/Humanę ſollers imitator Pſytace linguę,

72 ℂPhaſianę aues a Phaſi Colchorum fluuio ſumpſerunt nomen. Geminas ex pluma aures/ſubmittunt ſurrigūtq;. Pediculis infeſtātur & interimuntur quandoq;/niſi ſeſe puluerent. De his Iuuenalis Satyra. 11. Et Scythicę volucres & Phœnicopterus ingens. Martialis libr. 13. Argoa primum ſum deportata carina. Stroza pater. Phaſiacis robur profuit alitibus. Stroza filius. Seu perquirere Phaſias volucres.

73 ℂPhalerides aues ſunt aquatiles in Seleucia Parthorum. Phalacrocoraces peculiares ſunt Balearibus inſulis.

ℂPyrrocteres luteo ſunt roſtro/peculiares alpibus.

ℂPhoicus

¶ Phoicus auis eſt harpę contraria. ¶ Pardalus auicula gregatim volans colore cinereo.

¶ Querquedula auis eſt ſemper in aquis natans. Aliter Sanqualia dicitur. 74

¶ Regaliolus, auis eſt de volatu cū aquila diſſidens. Vocatur hoc nomine tanq̄ rex auium. Vocatur aliter Trochilus. Regaliolum aues diuerſi generis diſcerpſerunt, pridie q̄ Cęſar interficeretur manibus coniuratorum. 75

¶ Riparia auis nomen ſumpſit a ripis, in quibus habitat. ¶ Ruſtica auis eſt ſimilis perdici, roſtro tamen longiore. Martialis. Ruſtica ſum perdix, quid refert, ſi ſapor idem, Charior eſt perdix, ſi ſapit illa magis. 76

¶ Satyria auis eſt, quę aliter coruꝰ appellatur. ¶ Spinturnix auis eſt inauſpicata, quę alio nomine vocatur incendiaria. ¶ Stritomellus auis aliter dicitur marinus paſſer.

¶ Stryx auis eſt nocturna & inauſpicata, quę nomen ſumpſit a ſtridore. Lucanus libro. 6. Quod trepidus bubo, quod ſtryx nocturna queruntur. Horatius. Plumamq; nocturnę ſtrygis. Hęc infantes noctu inuadit. Plynius ait nō eſſe fabuloſum ſtryges vbera infantium labris immulgere. ¶ Struthiꝰ auis eſt grandi corpore & graui. Fœmina vocatur Struthio. Hieronymus. Penna autem Struthionis ſimilis eſt pēnę herodij & accipitris. Sunt qui eundem eſſe velint cum Struthiocamelo. Sunt autē Struthiocameli auium grādiſſimi. In Africa & Aethiopia altitudinem equitis equo inſidentis vincunt & celeritatem. Pennas habent/cetero non ſunt volucres/ nec a terra tolluntur. Vngulas habent ceruinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcas, & cōprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus. Quū colla in fruticibus occultarunt, latere ſeſe exiſtimant. Eorum oua propter amplitudinem vſum vaſorum prębent. Naturaliter caluent. Soli auium palpebras habent.

¶ Sanqualem auem Maſſurius apud Plyniū oſſifragam dicit eſſe. ¶ Sylla auis eſt, in cuius ventre reperitur Chlorites gemma herbacei coloris ¶ Sturnis proprium eſt cateruatim volare & quodam pilę orbe circumagi/ omnibus in medium agmen tendentibus. Plynius ſcribit Cęſares iuuenes ſturnum habuiſſe gręco & latino ſermone docilē. Hęc auis maculoſa eſt magnitudine merulę. Vulgus Sturnellum vocat, Gręce vocatur Pſarus. ¶ Subis auis eſt, quę aquilarum oua frangit. 77

¶ Terraneola auis eſt alaudę prope ſimilis, preterq̄ q̄ apicem non habet in vertice.

¶ Tragopanades auis maior aquila cornua habet curuata in tēporibus/ caput phœniceum/ cęteras partes ferrugineí coloris. Aliter vocatur Tragopa a barietinis cornibus. Hanc habet Aethiopia. ¶ Trochilus auis Crocodilo amica & obſequioſa. Nā ſanguiſugas linguę eius hęrentes deuorat. Aliter vocatur regaliolus. ¶ Truo auis, quę aliter vocatur Onocrotalꝰ. Cęcilius. Proh dij immortales vnde proceſſit truo. 78

¶ Turdi in cacuminibus arborum nidificant luto. A coitu decem diebus oua matureſcunt in vtero. Loquaciſſimi ſunt, ſed peculiaris ſurditas eiſdem aſcribitur. Hinc adagium. Surdior turdo. Fertur hęc auis pręcipui eſſe ſaporis. Horatius. Nil melius turdo, nil vulua pulchrius ampla. Inaſſatus turdꝰ cum Myrti baccis prodeſt Dyſentericis & vrinę. Turdis color æſtate circum collum varius, hyeme concolor. Frequētes ſunt in Germania tempore hiberno. Agrippina vxor Claudij Cęſaris turdū habuit imitantem ſermones hominū ætate Plynij, Turdorum fimus optimus eſt ſtercorandis agris. 79

¶ Turtures vere occultantur pennaſq; amittunt. Quum bibunt, colla non reſupināt Octonis viuunt annis. Bis anno pariunt, oua plurimū terna. Pyralim volucrem oderunt/ Pſytacis amicę. Purgant ſe herba quę vocatur Helxine. Earum fimum albugines extenuat. Turtur erepta compare ſemper gemit & caſtitatem ſeruat. Virgilius. 80

Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo. Politianus in Ruſt. Inſidit mutilo turtur, ſeſeq; ſaginans Rauca gemit, dulceſq; miſer ſuſpirat amores. Mantuanus in Maria. Munus erat veteri gentis de more pudicę Turturis.

81 ¶ Tinungul⁹ auis terret accipitres adeo vt eius vocē reformident. Propterea amatur a columbis.

82 ¶ Vlula auis eſt luctiſona & funebris, quę ab vlulatu meruit nomen. Fel eius prodeſt ad albugines / ſuffuſiones & caligines. adeps ad claritatem.

¶ Vpupa auis criſtata, ſemper commoratur in fimo. Colorem mutat, criſtam habet plicatilem. Cor eius laudatur in lateris doloribus.

83 ¶ Vultur ſeu vulturius auis rapax tarde volat propter corporis molem. Cadauera ſectatur & carne viuit. Aiunt hanc auem concipere ſine maſculorum ſemine & ſine coniunctione generare / natoſq; ex ijs in multam ætatem procedere ad annum vſq; cēteſimum. Clarent odoratu vultures. Nigri prędualent. Nidificant in altis rupib⁹, nidos nemo attigit. Fœtus fere cernunt̄ bini. Vmbritius apud Plynū ait parere oua 13. Biduo prędentiunt futura cadauera. Fugātur vnguento. Comedūt ſemē Siſeris. Auxilio ſunt contra ſerpētes. Hermodorus Pontícus apud Cęlium teſtis eſt vultures eſſe omnium animalium innocentiſſimos, quia nihil prorſus attingant eorū / quę ſerant homines / plantent / alant. Animantium prędterea nullam interimant / volucribus quoq; vel mortuis abſtineant / quodam cognationis intellectu. Prędſtātiſſimi habebantur in augurijs, vt indicant vrbis Romę primordia. Euro grauidę fiunt. Membra tabida affectant. Catullus. Lingua exerta auido ſit data vulturio. Quum cœperunt oua edere, aliquid afferunt ex Indico tractu / quod eſt tanq̄ nux intus habens / quod moueatur, ſonumq; ſubinde reddat. Quod vbi ſibi appoſuerunt, multos fœtus producunt, ſed vnus tantum remanet, qui Immuſulus vocatur. Ferunt per 500. millia paſſuum a vulturibus prędſentiri cadaueris putorem.

84 ¶ Veſpertilio ſola volucrum animal parit, habetq; pro pennis membranam. Pullos nutrit lacte. vbera admouēs, infantes amplectitur / ſecumq; deportat. Vnicā habet coxendicem / Culices amat in cibatu, Sola volucrum dentes habet. Habet etiam mammas.

¶ Vipiones appellantur minores grues.

¶ Aues inauſpicatę ſunt / Cornix / Coruus / Bubo / Noctua / Parra / Auis incendiaria. Quibus adduntur ex aliorum animalium genere diuerſo / prędgnans canis / Lupa rana / fœta Vulpes / Muſtella & Lepus. Horati⁹ libro 3. Car. Impios Parrę recinentis omen Ducat & prędgnans canis / aut ab agro Raūa decurrens lupa lauinino / Fœtaq; vulpes, Rumpat & ſerpens iter inſtitutū. ¶ Aues nocturnę ſunt Bubo / Picus / Trogo / Cornix / Noctua. ¶ Auium aliquę ambulant, vt cornices, Saliunt aliquę vt paſſeres & merulę. Currunt vt perdices / ruſticulę. Ante ſe pedes iaciunt vt grues & Ciconię. Alię expandunt alas / pandenteſq; raro interuallo quatiunt. Alię tota latera pandunt. Quędam compreſſis pennis volant. Alię iaculantur ſe in ſublime / in rectum / in pronum. Alię vident̄ ab alto cadere / Aliæ ſalire. Auium fœcūdiores ſunt fugaces q̄ fortes. Aquilæ clarius cernunt q̄ homo. Vultures ſagacius odorantur. Liquidius audiunt Talpæ obrutæ terra.

¶ Auium & aliorum animalium inimicitie.

BEllum inter ſe gerunt Cornices & Noctuæ / Miluus & Coruus / Aquila & Trochilus / Coruus & Cloreus, Noctuæ et minores aues. Turtur Pyralis / Brenthus Phagrus / Muſtella cornix / Ichneumones Veſpę / aquaticæ anates Gauiæ / Harpe et Triorches accipiter. Soríces et ardeolæ. Egithus auis cum aſino.

no. Vulpes & milui/ Angues & muſtellæ & ſues. Eſalon auicula & Coruus. Thoes leones/ Araneus ſerpens/ leones Galli/ Hyena Pardalis/ Scorpius Scalabotes/ Vulpes Cycnus, Tauri cornices, Canes Damæ & lepores, Lupus Ouis & capra, Equi et Gryphes. Delphinus balena, Ceſtrers lupus, murena Congrus. Elephãtes oderunt murem/ adeo vt ſi pabulum in pręſepio poſitum contingi abeo viderint, faſtidiant. Bellant & cum draconibus perpetua diſcordia. Cameli odium gerunt naturale aduerſus equos. Hoſtis eſt Elephanto Rhinoceros. Muſtellarum virus exitio eſt Baſiliſco. Aſpis bellum habet cum Ichneumone/ Ceruis pugna eſt cum ſerpente. Lacertę inimicæ ſunt Cocleis. Leontophonum odit leo. Balenis infeſtæ ſunt Orcę. Conchis apertis inſidiantur Polypi. Polypum lacerant Congri. Lupus marinus caudam prędit Mugili. prędium eſt aquilę cum ceruis & dracone. Cybindo cũ aquila/ Scorpioni cum ſtellionibus/ Salamãdrę cum teſtudine/ Ranis cum apibus/ Formicę cum ſorice/ Apibus cum Crabronibus/ Apes infeſtantur ab hirundinibus.

¶ Contra vero amici ſunt Pauones & Columbę/ Turtures & Pſytaci/ Merulę & turdi/ Cornix & ardeolę. Oues capris conueniunt/ Palumbes perdicibus/ larus graculo/ Harpa miluo/ muſculi balenis/ Columbę Tinungulis.

¶ Auium & aliorum animalium voces.

VAriį ſunt auium cantus. Gallis expergifícus/ Bubonibus gemulus/ Vulis querulus/ Noctuis ſtridulus, Cicadis obſtreperus Hirundinibus perargut⁹/ Luſcinijs dulcis, Turdus trutilat/ Sturnus piſitat, Cacabat perdix/ gratitat anſer, Turtur & Columba gemunt, Palumbę plauſitant, Anates tetriniunt, Grus gruit, Cycnus drenſat, Accipiter pipat, Miluus lipit, Galli cucurriunt, Gallina gracillat, Pupillat pauo, Truſat hirundo, Aquila clangit. Vultur pulpat, Crocitat coruus. Graculus frigulat, glotorat Ciconia, Paſſer pipit, Cuculus cuculat, Cicada fritinit, Apes bombilant. Bubo bubat. Stryx & veſpertilio ſtrident, Noctua cucubat, Vlulę vlulãt, Regulus & merops zinzilulant, Thomas Radinus de vocibus auium ſic meminit. Philomela ſiquidem mille vocum diſcrimina contexebat. Pſytacus & pica loquutu vario mentiebantur homines. Cuculabat cuculus, zinzilulabat Regulus, modulans odis merulus concinebat, Parus tinninabat, Acredula mitilabat, Turdus aderat trutilans, Sturnus piſitans, Perdix cacabans, Palumbes plauſitans, Anſer gratitans, hirundo trinſans, Ciconia glotorans, Coruus crocitans, Graculus frigulans, Pauo pupillans, Vultur pulpans, Accipiter pipans, Gaudebat et Cycnus drenſare, Grus gruere, Turtur et columba gemere, Paſſer pipire, Miluus hiando lipire, Aquila clangere, Anas tetrinire, Gallus cucurrire, Gallina gracillare. ¶ Quod ad cętera ſpectat animalia, Tygres rancant, Leones rugiunt, Lynces fremunt, Vrſi vncant, Lupi vlulant, Frendent apri, Elephantes barriunt, Cerui et Onagri glocitant, Tauri mugiunt, Equi hinniunt, Verres quirritant, Aſelli rudunt et oncant, Arietes blaterant, Oues balant, ſues gruniunt, Hircus mutit, Latrat canis. Vulpes gannit, vagiunt Lepores, Mures mintrant, Muſtellę dintriunt, Grilli grillant, Serpens ſibilat, Rana coaxat.

¶ Aues deorum.

1 Halcyones Thetidis
2 Colũbę et Cycn⁹ veneris
3 Pauo Iunonis
4 Coruus et Cycnus Apollinis
5 Noctua Mineruę
6 Picus Martis
7 Aquila Iouis
8 Phœnix Solis
9 Cataractę Diomedis Grues Palamedis.

1 ALcyones Thetidis, Virgilius libro 1. Georg. Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt Dilectę Thetidi Halcyones.

¶ Columbę et Cycnus Veneris. De Columbis Propertius libro 3. Et Veneris dominę volucres mea turba columbę. Idem libro 4. Sed cape torquatę Venus o regina columbę. Virgilius libro 6. de Aenea. Tũ maximus heros Maternas agnoſcit aues. Syllius libro 3. Hanc ſedem primo Cithereia condidit ales. Venus apud Statium libro 1. Syl. Hic noſtrę defleuit fata columbę. Sabellicus. Vela rapi gnydias longe mẽtita columbas. De Cycno Statius libro 3. Syl. Et molles agitat Venus aurea cycnos. Horatius libro 3. Car. Et paphum iunctis viſit oloribus.

3 ¶ Pauo Iunonis, Ouidius li. 1. meta. de argo centoculo, Argeiaces/quodq; in tot lumina lumen habebas, Extinctum eſt, centumq; oculos nox occupat vna. Excipit hos volucriſq; ſuę Saturnia pennis Collocat, et gemmis caudam ſtellantibus implet. Idẽ libro 15. Iunonis volucrem quę cauda ſydera portat. Statius libro 2. Syl. Quem non gemmata volucris Iunonia cauda Vinceret. Claudianus libro 2. de Raptu, Non tales volucris pandit Iunonia pennas.

4 ¶ Coruus et Cycnus Apollinis Ouid. li. 2. Met. Sed ales Sẽſit adulteriũ Phœbeius. Apollo apud Ouidiũ libro 2. Faſt. I mea dixit auis, ne quid pia ſacra moretur. Stroza pater. Albus erat quondam volucris Phœbeia coruus. Auſonius. Tres quorum ætates ſuperat phœbeius Oſcen. ¶ Noctua Mineruę Ouidius libro 2. Faſt. Et ſine lite loquax cum palladis alite cornix.

5 ¶ Picus Martis, Ouidius libro 3. Faſt. Martia picus auis gemino pro ſtipite pugnãt Et lupa.

6 ¶ Aquila Iouis, Syllius libro 4. Donec Phœbęo veniens Iouis ales ab ortu. Ouidius libro 15. Armigerunq; Iouis Cithereiadeſq; columbas. Virgilius libro 1. Aen. Aetherea quos lapſa plaga Iouis ales aperto Turbabat cœlo.

7 ¶ Phœnix Solis. Manilius apud Plynium teſtis eſt Phœnicẽ in Arabia ſacrum ſoli eſſe. Claudianus de laudibus Stiliconis. Conueniunt Aquilę/cunctęq; ex orbe volucres, Vt Solis mirentur auem.

8 ¶ Cataractas Plynius vocat aues Diomedęas. ¶ Aues Palamedis ſunt grues, quoniam Palamedes ex earum ordine literas quaſdam fertur inueniſſe. Vocãtur etiam Nauplíadę a Nauplio Palamedis patre. Politianus. Clangunt Nauplíadę volucres & peruia pennis Nubila conſcribunt.

¶ Animalia diuerſa.

1	Equus	14	Hippolaphus	27	Panthera
2	Aſinus	15	Vulpes	28	Tygris
3	Canis	16	Leo	29	Tarandus
4	Capra	17	Lynx		Hyena
5	Lupus	18	Camelus	30	Pœphagus
6	Ceruus	19	Camelopardalis		Monops
7	Vrſus	20	Mantichora	31	Hyſtrix
8	Mulus	21	Hircus	32	Phattaga
9	Bos	22	Lepus		Ortus
10	Sus	23	Cuniculus		Oricentaurus
11	Ouis	24	Daſypus		Aſpalacus
12	Simia	25	Alces		Phyrna
13	Elephas	26	Pardus		Charandrius

Catoblectus

33	Catoblectus		Tragelaphus		Mus
	Chaus	34	Chameleon		Glis
	Cepphus	35	Thoes		Mustella
	Rhinoceros		Mures pontici		Feles
	Leucrocuta	36	Erinaceus		Mus araneus
	Eale	37	Leontophonus	38	Salamandra
	Monoceros		Meles		Oryx
	Castor		Scyurus		Talpa.

IAm scripsim⁹ in Epithetis naturam equorum/asinorum/canum/leonum. I
Ne quid tamē desit huic operi/aut pars vlla videatur manca, repetem⁹, sed breuius multo. Equi, vt ab his principium sumam⁹, bimi in vtroq; sexu concipiunt, sed pullos generant debiliores / q̄ qui trimi. Equa fert vterum menses vndecim & duodecimo parit. Columellæ placet vt & maribus & fœminis concedatur admissura circa equinoctium vernum, partim vt reuoluto anno eodem tempore pariat, partim etiam q̄ hoc armentum libidinis furijs maceratur, si prohibeatur coitu. Fœminę tāto coeundi ardore plerūq; mouentur, vt masculorum penuria, Venerem sibi figurent, versęq; ad meridiē hausto concipiant vento. Quod aiunt fieri in vlteriore Hispania, Vnde Virgi. libro 3, Georg. Scilicet ante omnes furor est insignis equarum, Illas ducit amor trās garagara/transq; sonantem Ascanium, superant montes & flumina tranāt, Cōtinuoq; auidis vbi subdita flāma medullis, Vere magis/quia vere calor redit omnibus, illę Ore omnes versę in Zephyrum stant rupibus altis Exceptantq; leues auras / ac sępe sine vllis Coniugijs vtero grauidę (mirabile dictu) Saxa per et scopulos & depressas cō ualles Diffugiunt. Plynius ait hanc rabiem mitigari coma tōsa, Apuleius testiculorum amputatiōe. Pariunt equę singulos, quādoq; gemellos. Pariturę se erigunt/stantesq; enituntur quum tamen ceterę quaprupedes iacentes pariant. Aristoteles equis vitam annorum 25. ascribit. Plynius tamen ait mares ad annos 33. generare, Fœminas gignere ad ānos 40. Aristoteles sentit mares min⁹ viuere q̄ fœminas, quoniam debilitantur coitu. Contra vero Plynius breuiorem facit equarum vitam. Qui domi aluntur minus viuunt/q̄ qui in grege. Fœminę finem crescēdi faciunt post annos quinq;, mares anno addito. Mares citius perficiuntur in vtero q̄ fœminę. Partu edito non statim generosa impletur equa sed intermisso tempore. Dum peperit, carunculam quandam ex fronte pulli (quam hippomanes vocant) deuorat, eoq; deuorato pullum melius amat. Nam si alia equa prępiperet / partum ad vbera non admitteret mater. Equę plerunq; macrescunt desyderio pullorū absentium. Propterea dimittendi sunt in eadē pascua/quibus mater. Tanta est in hoc genere charitas, vt amissa parente relinquę fœtę educent orbum. Fœminę grauidę hiberno tempore/tecto continendę sunt non angusto, ne alię conceptum elidāt. Pullus postq̄ genitus est terrā ante triduū ore nō attingit. Equus dētes habet 40. Dū bim⁹ est & sex mēsiū/medij dētes & superiores & iferiores cadunt, Dū quartū annū attigit, deiectis dētib⁹ caninis alij nascunt. Intra sextū annū molares cadunt. Oēs septimo complentur. Senectute plus solito cādescunt / quum cęteris animalib⁹ nigrescāt. Plures sunt dētes maribus q̄ fœminis. Vitę sunt breuioris quibus pauciores/viuacioris quibus plures. Equi suas matres & filias superueniunt. Sunt tamen exempla, que cognatam libidinem eis odiosam esse doceāt. Equi ducuntur glorię cupiditate, Nā victores exultant & victi dolēt, Camelū reformidāt, adeo vt nec ei⁹ aspectū sustinere nec odorē ferre valeant. Aquam amant turbulentam in potu, vt videre est. Nā priusq̄ bibant/

limpidã pedibus inturbãt. Quatriduanã ſitim poſſunt tolerare, ſed poſtea auidiſſime bibunt Fruge & herba veſcunt, & potu pigueſcũt. Exanimato eorũ corpore naſcuntur veſpę & crabrones. Fœminę caput affixũ palo in hortis fugat erucas. Aethiopia pennatos equos generat & cornibus armatos. Fluuiatiles vocantur Hippotami. Quod ad eorũ bonitatẽ ſpectat & generoſam indolem, Varro probat equũ breui capite, nigris oculis, mẽbris non cõfuſis, naríb⁹ non anguſtis, auríb⁹ applicatis, nõ angu ſta iuba, crebra, fuſca, ſubcriſpa, ſubtenuibus ſetis, implicata in dexteriorẽ partẽ cer uicis, lato pectore & pleno, humeris latis, vẽtre modico, lũbis deorſum verſum preſ ſis, ſcapulis latis, ſpina duplici, cauda ampla, crurib⁹ rectis equalibus, itrouerſis, genibus rotundis, vngulis duris, toto corpore venoſo. Columel. Quũ vero nat⁹ eſt pul lus inquit, cõfeſtim licet indolẽ exiſtimare, ſi hilaris, ſi intrepid⁹, ſi neq; cõſpectu no uęq; rei auditu terretur, ſi ante gregẽ procurrit, ſi laſciuia & alacritate iterdũ & curſu certaminis equales exuperat, ſi foſſam ſine cõtactiõe trãſilit, pontẽ flumenq; trãſcẽdit. Corpis vero forma cõſtabit exiguo capite, nigris oculis, narib⁹ aptis, breuib⁹ auriculis, ceruice molli, lataq; nec lõga, dẽſa iuba & in dextrã partẽ profuſa, lato pecto re, grãdibus armis & rectis, lateribus inflexis, vẽtre ſubſtricto, teſtibus paribus et exiguis, cauda longa et ſecta criſpaq;, mollib⁹ et altis cruribus rectiſq;, tereti genu paruoq;, neq; introrſus ſpectãte, rotundis clunibus, fœminibus toroſis, duris vngulis, concauis et rotũdis, quib⁹ coronę mediocres ſuperpoſitę ſint. Sic vniuerſum corpus cõpoſitum, vt ſit grande, ſublime, erectũ, ab aſpectu quoq; agile, et ex longo (q̃tum figura permittit) rotundũ. Variį poetarũ verſus naturã et indolem generoſi equi exprimentes citantur a me in Epithetis. Qui videre volet, habeat ſibi.

2 ¶ Aſinorũ duo ſunt genera. Feri quos onagros vocant, mãſueti vt noſtrates. Viuũt aſini exiguo pabulo vt foliis, ſpinis, carduis, tramine. Tolerantiſſimi ſunt plagarũ et penurię. Propterea tardius deficiũt, q̃ vllũ aliu armentũ. Negligentiã cuſtodis fortiſſime ſuſtinẽt. Laborẽ et famẽ patiũtur. Raro afficiũtur morbis, apti ſunt ferendis ſarcinis et onerib⁹, Propterea Columella merito ait eos ruri neceſſarios eſſe, Impatientes ſunt frigoris, Hinc Pontus et Scythia regiones frigidiſſimę aſinis carent. Tercio mẽſe coire incipiunt, vbi part⁹ eſt ocyſſimus, ſed a trimatu legitimus. Aſinę ſingulos pariũt, nõnunq̃ etiã gemellos. Parituręlucẽ fugiunt et tenebras quęrunt, ne ab homine cõſpiciãtur. Viuũt annos 30. et ampli⁹. Fœmina viuacior eſt mare. Per ignes ad fœtus tendũt, quũ tamẽ interpoſitũ riuũ cõtingere horreãt. Propterea ſicco tramite eunt ad potũ, nec põtes trãſeũt, quorum trabes diſcuneatę aquã deorſum oſtẽtant. Ferulas amãt, quę cęteris iumentis pſentaneo ſunt veneno. Pediculis carẽt, Ex mortuorũ tamẽ cadaueríb⁹ gignũtur ſcarabei. Fœminę ſi nõ pepererint, priuſq̃ dentes amittãt, quod ſolet accidere mẽſe trigeſimo, ſterilitas certa. Laborãt morbo, quem malidã vocant. Quod vicíũ in capite oritur. Aſini indici armãtur cornibus. Aſini iecur inaſſatũ comitialibus prodeſt, ſi ieiuni comederit. Cinis quoq; vngularum aſininarũ binis cochleariſbus potus comitiales ipſos adiuuat, et eiſdẽ ſtrumas diſcutit. Aſinini lactis potus addito melle, prodeſt dyſentericis. Prouocat et nitorem cutis, Propterea ferunt poppeã Neronis vxorem eo lacte faciem ſibi perunxiſſe.

3 ¶ Canes fideliſſimi ſunt homini, vt multis exẽplis docet Ply. Propterea Athenienſes canẽ publice alendũ mãdauerũt, q̃ in Aeſculapij tẽplo cuſtos adhibitus cõpilantem ſacra indicaſſet. Tonẽphoę canẽ habẽt pro rege motu eius iperia augurãtes. Tẽplum fuit apud Aetnã, quod ſoli cuſtodiebãt canes, caſte adeũtib⁹ innocui, pollutis vero infeſtiſſimi. Beſtiã et furẽ prędicant ſuo latratu. Dominos amãt, comitãtur, cuſtodiunt, excubãt pro foribus, Noĩa ſua et vocẽ domeſticã agnoſcunt, Itinera q̃is

longa

lōga meminere/magno memorię argumēto. Lacedęmonij hoc aial tēplis oīb⁹ arce-
bant, ꝙ ipurum ſit & palā coeat. Romani placandis caniculę ardorib⁹ ipſum imola-
bant. Generoſi ſunt īprimis Laconici/Arcadici/Locrēſes/Iberici/Cretici/moloſſi-
ci/Orcani/Indici/Elymęi, Melitęi paruuli ſunt & dominis ſuis īter delicias. Inhumā
tur apud moloſſos, Annui ſunt eis partus/& ad pariendū ānua ætas. Gerunt ī vtero
ſexagenis dieb⁹. Gignunt cęcos, q̄ quo largiore aluntur lacte, eo tardius viſum reci-
piunt. Nō tamē vltra viceſimū primū diē/nec ante ſeptimū. Optimus eſt in fœtu/q̄
nouiſſim⁹ cernere īcipit. Mares quarto anno gignere īcipiunt/fœminę tercio vſq; in
nonū. Poſtq̄ pepererunt, coeūt nō ante ſextū mēſem. Sunt q̄ 72. dieb⁹ vterū ferāt,
quarū catelli 12. dieb⁹ cęcutiunt. Tenētur libidine dieb⁹ ad ſummū 14. Lac earum
craſſum eſt et craſſius q̄ cæterorū aialiū, p̄terq̄ ſcrofę et leporis. Fœminæ cōſidētes
metunt/mares crure potius elato. Parit canis quīq; aut ſex, īterdū duodeci. Nec ma
rī nec fœminæ p̄mittenda eſt venus ante annū, quia ſi teneris cōcederetur, vires car-
peret. Quos volum⁹ eſſe generoſos, eos oportet nō educari alienæ nutricis vberib⁹,
quia lac maternū magis prodeſt ad īcremēta corporis. In canib⁹ ętatis indiciū dētes
arguūt. Nā iuuenib⁹ albi ſunt et acuti/ſenib⁹ nigri et obtuſi. Viuūt ānis 14. Mutāt
dētes quos caninos dicim⁹. Canū alij ſunt venatici ad feras, Alij villatici ad armēto-
rum et villarū cuſtodiā. Boni canes debēt eſſe formoſi/magnitudine āpla, oculis ni
grantib⁹ et rauis/narib⁹ cōgruentib⁹/labris ſubnigris, acutis dētibus et labro tectis,
capitib⁹ & auriculis magnis & flaccis/craſſis ceruicib⁹ & collo, Internodijs articulo-
rum lōgis/crurib⁹ rectis, pedib⁹ magnis, digitis diſcretis, vnguib⁹ duris & curuis/ta
lo fermētato & molli/corpore a ſūmis fœminib⁹ ſuppreſſo/ſpina neq; eminula/ne-
q; curua/cauda craſſa/latratu graui/hiatu magno/colore albo. Fœminę debent eſſe
māmoſę/ęqualib⁹ papillis. Villatici debēt eſſe neq; mitiſſimi/neq; nimis crudeles/ꝙ
hi domeſticos etiā iuadāt, Illis facile adulēt fures. Degeneres ſunt, q̄ caudā ſub al-
uum reflectunt. Infeſtātur tribus morbis/angina/podagra & rabie. Rabioſi q̄cquid
mordēt, in rabiē vertunt. Rabies in eis cognoſcitur, quū potū & eſcā auerſantur, lar
gam ſpumantēq; pituitā naribus & ore proijciunt/torue & ſolito triſtius intuētur, in
oēs paſſim ſine latratu irruunt. Aeque feras homineſq; tā ignotos q̄ familiares mor
dent/aquę metu afficiuntur, vt ea viſa pili plerūq; inhorreſcant/& nōnunq̄ ex ea for
midine emoriātur. Quo etiā metu afficiuntur ab ijs demorſi. Eorum autē rabies pe-
ſtifera eſt imprimis homini, Syrio ardente. Radix ſylueſtris roſę (quam Cynorho
dam appellant) remedio eſt aduerſus eorum morſum. Laborant & ſcabie canes,
fiuntq; pulicoſi, & his ſcatent vermibus, quos Plynius Ricinos appellat.

¶ Caprę dicuntur a carpēdo teſte Varrone, ꝙ virgulta carpāt, & agreſtib⁹ paſcan- 4
tur fruticibus. Maleficę ſunt frōdibus et arboribus, oliuę maxime, quā ſi lambendo
cōtigerint depauerintq;, ſterileſcere faciunt et enecāt. Amant dumeta potiuſq̄ ſitū
cāpeſtrē, aſperiſq; locis et ſilueſtrib⁹ optime paſcūtur. Nā nec auerſantur rubos, nec
offendūt vepribus. Citiſum maxime amāt, Ocymū vero aſpernātur, ꝙ iſaniā faciat.
Alſioſę ſunt et obnoxię frigori. Propterea meli⁹ ad hibernos exortus ſtabulātur. Iu-
bet Columella vt diligens paſtor earū ſtabula quotidie cōuerrat, neq; p̄mittat ſter-
cus, aut humorē conſiſtere, lutū ve fieri. ꝙ cuncta hęc capris ſint inimica. Varro ait
ſtabulū capri le lapide aut teſta ſubſterni oportere, quominus ſit vliginoſum et lutu-
lentum, Subſtituenda itē virgulta. ne oblinātur. Capris glans nō eſt p̄mittenda, niſi
affatim dari poſſit. Nam citra ſatietatē data facit vt abortū pariāt. Laudātur mam-
moſę, et abundātiſſimę lactis. Debēt eſſe firmę/magnę, corpore leni et crebris pilis
tecto. Meliore ſunt ſemine, q̄ bis pariunt. Deſiſtēte autūno exigunt a grege in cāpo

hircos in caprilia, Cōcipiunt nouēbri menſe. Martio pariūt turgētib⁹ virgultis, Red dunt fœtū quarto poſt cōceptū menſe. Pariūt frequenter duos/interdum quaternos ſed raro. Implentur terno aut quaterno coitu. Viuunt annos octo. Coeunt quādiu vi uunt. Crebro loca permutāt/ſummaq; depaſtorū fruticū ſolū cōtingunt. Sterileſcūt nimia pīguedine. Oculis nō lippiunt. Cornib⁹ iter ſe quādoq; pugnāt, q̄bus ſunt cor nua. Nā nō oībus. Auribus ſpirant nō naribus Noctu cernunt nōminus q̄ interdiu. Propterea caprinū iecur veſpertinā aciē his reſtituit, quos Nyctilopas vocāt. Semp febriculoſę ſunt. Sole ī occaſum decliui auerſę iacent, & ſeſe nō cōtuentur. Vill⁹ quē habent penſilē in mento, vocatur arūcus, quo ſi quis vnā earū traxerit/aiunt reliquas ſtupefieri. Guſtato pulegio ad balatū cōcitantur. Differūt a capreis, q̄ hę ſilueſtres ſint, Illę domeſticę, In Africa naſcuntur agreſtes equi altitudine. Sunt & in regione Caſpia eadē magnitudine, ſine cornib⁹/colore albo, villis longis, & tōſilib⁹, qui lanis mileſijs certant. Apud mendeſios populos caprę coluntur, & caprarij ipſi maximo afficiunt̄ honore. Sunt & ī p̄te Africę tōſiles, ex quorū villis nautę rudētes cōficiūt. Habitatores Sardinię pellib⁹ caprarū vtūtur pro veſtimētis, Peſtilētia quādoq; ve xantur. Qua quū agnoſcuntur correptę, Ijs oībus ſanguis detrahēdus eſt. Ebulliēte earū ſanguine mollitur adamas. Fel vaſe in terra cōcluſum ranas cōgregat. Iecur co meſtū prodeſt cōtra viſus obſcuritatē, Vngularū cinere p̄unctę ex aceto ſanātur alo pecię. Earū cornibus vel pilis accēſis fugātur ſerpētes, Cinis potus vel illit⁹ prodeſt cōtra ictus. Fimus ī aceto decoctus & illitus cōtra ictus ſerpentū. Caſeus cū origano ad morſus aliarū beſtiarū. Lac cōtra cantharidas remedio eſt, Sanguis decoct⁹ cum medulla/ſumit̄ cōtra toxica. Lacte etiā caprino tollunt̄ lendes. Vrina calefacta & in ſtillata prodeſt aurib⁹. Fel cum vino ſumitur cōtra cicatrices/albugines, & caligines. Caſeus ſiccus ex aceto & melle purgat vlcera. Caprearū ſanguis cum palma marina pilos detrahit. Lacte caprino peruncte gingiuę faciles dentiōes faciunt. Fel ſacrifica tę caprę oculis illitum, vel ſub puluino poſitum ſomnos allicit.

5 ¶ Lupos̄ rapax eſt natura, & ignobilis. Nā vbi caulas intrauerunt, nō ſolum interfi ciunt, quod ſatis eſt ad vētrē, at totū gregē paſſi iugulāt. Dicunt̄ vocē ad p̄ſens tēp⁹ adimere ei, quē priores cōſpexerit. Virgi. Lupi mœri videre priores. Sęuiores ſunt, q̄ in frigida naſcunt̄ plaga, q̄ qui in Africa aut Aegypto. Habēt ī cauda amatorium virus exiguo in villo, q̄ tamen nō idē pollet niſi viuēti fuerit dirept⁹. Coeunt toto an no nō āplius q̄ dies 12. In ſūma fame veſcunt̄ terra. Graſſant̄ noctu. Aialia cornuta iuadunt a tergo. Flumina tranāt ſeriati, oēs p̄cedentiū caudis mordicus appręhēſis. Sacri ſunt Apollini & latonę, q̄ ei p̄pienti aſtiterit. In mareotide Aegypti parte piſca toris⁹ aſſiſtunt more domeſticos̄ canum, & partē p̄dę ab eiſdē accipiunt/alioqui rhetia & omne apparatū cōcerperēt. Pereunt guſtata herba, q̄ ex argumento vocat̄ lycoctonia. Lupis oculi noctu ſplēdent & lucē iaculātur. Ferunt lupi roſtrum iuete ratum veneficijs reſiſtere. Obid villas̄ portis oli p̄figebatur. Veſtigia lupi calcata equis afferunt torporē. Excrementa ſuffuſionib⁹ proſunt, adeps cōtra lippitudines. Lupos̄ iecur ſimile eſt equinę vngulę. In Olympo macedonię mōte & ī Creta inſu la nō ſunt lupi, Nullos etiā fouet Britānia. ¶ In eodē genere ſunt lupi ceruarij, q̄b⁹ i fame mādentib⁹ ſi reſpexerint, obliuionem cibi ſurrepere aiunt, digreſſoſq; quęrere aliud. Cōgrediūtur cū leonib⁹ Hominē a cęteris aialib⁹ oppreſſum vlciſcunt̄. Lup⁹ a grecis dicit̄ lycos. Lycantropia vocatur melācholica affectio, qua q̄ afficiunt̄, vocā tur lycātropi, quoniā lupos imitari videātur. Exiliunt q̄ppe noctu & inter ſepulchra diuerſant̄ ad diē vſq;. Ferūt lupos ī magna armēta certaturos vētrē explere terra, vt illa ſarcina fact⁹ oneroſior, nō tam facile excutiatur, ſed reſiſtat fortius.

¶ Cerui

¶Cerui vrgẽtibus canibus vltro cõfugiunt ad hominẽ/ viaſq; humanis tritas veſti- 6
gijs minus cauẽt, q̃ ſecretas et feris opportunas. Cõcipiũt poſt arcturi ſydus, Vterũ
ferunt octonis mẽſib⁹. Pariũt interdũ geminos. A cõceptu ſeparãt ſe. Relicti mares
libidine pruriũt. Fodiunt ſcrobes, tunc eoꝝ roſtra nigreſcunt/ donec ibribus abluãt.
Fœminę ante partũ purgãt ſe herba, q̃ dicit Siſelis, ad facíliorẽ partũ. Paſtę redeunt
ad fœtus/ quos exercẽt curſu, et fugã meditari docent. Ducunt etiã ad p̃rupta et ſal=
tũ demõſtrant. Mares deſyderio libidinis ſoluti auide petunt pabula, Pingues facti
redeunt i latebras. Fugiunt audito canũ latratu, mulcẽtur cantu et fiſtulis. Erectis au
rib⁹ acute audiũt, ijſdẽ depꝑſis/ ſurdeſcũt. Timidiſſimi ſũt et admodũ ſtupidi/ adeo
vt equo aut buccula propius accedente iuxta venantẽ nõ cernãt, Aut ſi cernũt, arcum
et ſagittas mirent̃. Maria tranant gregati nantes ordine porrecto & capita ponẽtes
pręcedentiũ cluniб⁹, alternatiq; ad terga redeuntes. Natãt in odore terrarũ/ quas nõ
vident. Cornua habẽt mares, q̃ amittunt oĩbus annis ſtatuto veris tẽpore. Cornibus
amiſſis deliteſcunt vt inermes. His accẽſis odore fugãtur ſerpẽtes et comitiales mor
bi depręhẽduntur Aetatis indicia arguunt̃ in illis ſingulis annis ramos adijciẽtibus
vſq; ad ſexennes. Sunt q̃ dicãt fœminis quoq; naſci cornua. Euripides. Ceruã (inq̃t)
cornigerã manibus Achęorũ tradã, quã pro tua mactabunt filia. Et poetę Ceruã ab
Hercule expugnatã aiunt cornigerã fuiſſe. In ceruis etiã ſenecta dẽtibus declaratur.
Tunc enĩ aut paucos habẽt aut nullos, nec in cornibus imis ramos, q̃ prominent ante
frontẽ iunioribus. Caſtratis neq; decidunt cornua/ neq; naſcunt̃. Quandiu carẽt cor
nib⁹, noctu ꝓcedunt ad pabula, nã interdiu nõ audent ibellię ſuę et ifirmitatis cõſcij.
Vbi creuerunt, ea ad arborẽ experiuntur. Si firma viderint, in apertũ prodeunt ſecu=
riores ſolito. Pugnãt cũ ſerpẽtib⁹. Cauernas iueſtigãt, nariumq; ſpiritu extrahunt re
nitẽtes. Propterea aduſto cornu ceruino odor ſerpẽtes ipſos abigit. Febrẽ nõ ſentiũt
quin potius huic morbo medentur. Cẽtenos excedunt annos. Cornua i locis inacceſ
ſis proijciũt, ne ibelles inueniãtur. Felle carẽt, vermes habẽt in capite. Eorũ caro ma
ne cõmanducata vitã hominis augere dicitur. Nulli ſunt in Africa cerui. Vulnerati
iaculis ſanãt ſe dictamo herba, quam primi mõſtrauere. Extractos cauernis ſerpen=
tes mãdũt. In Helleſpõto nõ cõmeãt in alienos fines & circa Arginuſſam, elatũ nõ
excedunt mõtem/ in quo fiſſis ſunt auriб⁹. Viciſſim ad alias trãſeunt fœminas & ad
priores redeunt. Pariturę ceruę paſcuntur Siſeli. Quũ ſentiunt ſe grauidas, lapillum
deuorant, q̃ i excrementis repertus, aut in vulua partus cuſtodit adalligatus. Vuluas
pilo ceruino ſuffiri prodeſt. Ceruina pellis vocat̃ Nebris, quoniã nebrus ẽ de genere
ceruorũ. Ceruorũ ſãguis tenuis ẽ & aquoſus. Martia. Seruos fugitiuos nũcupauit cer
uos ab huiuſ⁹ aialis celeritate. A cuiuſ⁹ timiditate viri ceruini dĩr hoĩes nimis meticuloſi
¶Vrſi coeunt hyemis initio ãbobus cubantibus complexiſq;. Deide ſeparatim ab= 7
eunt i latebras, in q̃b⁹ pariunt triceſimo die, & plurimũ quinos, ſine oculis & ſine pi=
lo. Vngues tantũ prominẽt. Hos partu⁹ lãbendo paulati figurãt. Raro viſa eſt pariẽs
vrſa. Mares 40. dieb⁹ latẽt. Fœminę 4. mẽſib⁹. Latebrã ſi nõ habeãt, fruticũ & ra
moꝝ cõgerie ædificãt molli fronde conſtratã/ vẽtiſq; & ibrib⁹ ipenetrabilẽ. Primis
14. dieb⁹ adeo graui ſõno p̃munt̃, vt ne vulneriб⁹ q̃dẽ excitari queãt Tũcq; veter
no pigueſcũt. Ab ijs dieb⁹ priorũ pedũ ſuctu viuũt. Fœta dies 14. imobilis manet.
Sine cibo dies 40. Fœt⁹ rigẽtes pectori admotos fouẽt, eodẽ icubitu, quo volucres
oua. Vere ꝓcedũt, ſed pigues mares ad laxãda iteſtina cõcreta Arõ herbã deuorãt.
Eorũ oculi hebetãtur crebro. Inualidiſſio capite ſũt vrſi. Ideo ſi vrgẽte vi aliqua pręcipitare ſe velit, ipſum manib⁹ operiũt, & iflictis i arena colaphis quãdoq; axaminãt̃
Suſpẽſi taurorũ cornib⁹ eoſdẽ põdere fatigãt. Sũt ſolertes i maleficia. Nõ gignunt̃

In Africa. Vrſa reſupinata ſerpit ad fœtus et latebrã in qua paritura eſt, ne veſtigia venatorib⁹ ſpeluncã prodãt. Saturitati occurrit vomitione, quã ſibi excitat cõmanducatis formicis. Si venatores inſtẽt, catulos partĩ dorſo, partĩ ore rapiẽs/fugit i proximã arborẽ. Fœmina ſeuior eſt & fortior mare. Vrſus erect⁹ duob⁹ aliquãdo pedibus ingredit. Carnes depaſcitur etiã putres. Vrſi ſunt in Myſia adeo venenati, vt ſolo afflatu canes perimãt. Apud Roxolanos iueniunt̃ plęriq; mãſuefacti. Vrſi in longiore itinere ſine calciatu fatiſcunt. Viuunt fruge/fronde/vindemia/pomis/apibus, cancris & formicis. Aiunt eorũ mànus id eſt anteriores pedes eſſe inter eſitandũ prędulces & iſigni ſuauitate, q̃ frequẽter partẽ hãc agitẽt, quũ appręhẽſioe, tũ inceſſu.

8 ¶ Mulus gignitur ex aſino & equa. Eximi⁹ eſt ferẽdis onerib⁹. Mula gignit̃ ex equo et aſina, aĩal tarditatis indomitę. Cõceptũ ex equo ſi ſequat̃ aſini coitus, abortu perimit, ſed nõ equus cõceptũ ex aſino. Fœminę a partu ſeptio die ĩpleri poſſunt. Fatigati mares melius ĩplent. Equo & aſina genitos mares antiqui vocabant hinulos ſeu hinuleos. Horati. Vitas hinuleo me ſimilis Chloe. Mulę nõ pariunt niſi prodigioſe, quoniã ex duob⁹ diuerſis generib⁹ genitę ſunt. Theophraſt⁹ apud Plynium teſtis ẽ mulas ĩ Cappadocia parere. Mulę calcitratũ inhibet crebrior vini pot⁹. Generantur etiã mulę ex equa & onagris mãſuefactis veloces curſu/eximia duricia pedũ/rugoſo corpore/indomito aĩo ſed tamen generoſo. Naſcuntur apud Indos muli ex aſino & equa agreſtib⁹. Atheniẽſes mulũ emeritũ (cui⁹ labore in extruẽdo tẽplo vſi fuerãt) publice aluerũt, data lege ne q̃s hordeũ appẽtẽti auerteret. Aiunt puluerẽ i quo mula ſe volutauerit, corpori iſperſum mitigare ardores amoris. Varro li. 2. de re Ruſt. ait mulas nõ vbiq; ſteriles eſſe, q̃uis ſint in Italia. Nã mago & Dyoniſius apud eundem teſtes ſunt, mulam & equam quum conceperunt, duodecimo menſe parere.

6 ¶ Bos in re pecuaria primã habet authoritatẽ. Eſt enim ſoci⁹ hominũ in ruſtico opere & Cereris miniſter. Propterea olim cautum fuit lege, ne quis occideret. Ex ei⁹ cadauere naſcuntur apes mellis matres. Quattuor ſunt ætatis gradus in genere bubulo. Prima eſt vitulorũ/Secunda iuuẽcorũ/Tercia boũ nouellorũ/Quarta vetulorũ. Vacca ſterilis vocat̃ taura, pręgnãs horda. In hoc armẽto p̃cipui ſunt, q̃ ſunt mẽbris piloſis/nigrantibus cornibus/latis frõtibus/oculis magnis & nigris/auric⁹ cõpreſſis/ſpina leniter remiſſa/apertis naric⁹/labris ſubnigris/ceruicib⁹ craſſis & lõgis a collo, corpore amplo et bene coſtato/latis humeris, bonis clunib⁹, ad iferiorẽ caudę p̃tẽ frequẽtib⁹ pilis, ſubcriſpis, cruric⁹ potius minoric⁹, rectis genulis eminulis, diſtãtib⁹ inter ſe/pedib⁹ nõ latis neq; igrediẽtib⁹, qui diſplodãtur, nec quorũ vngulę diuaricẽt. Cõmode paſcũtur boues ĩ nemoric⁹, vbi virgulta et frõs multa. Macra vacca facili⁹ cõcipit, Propterea ante admiſſurã nõ debet ĩpleri cibo aut potione mẽſem vnũ. Cõtra vero tauri ante admiſſionẽ herba/palea et fœno ĩplendi ſunt, et a fœminis ſecernẽdi. Quũ taurus vaccã iniit, ex eius deſcẽſu cognoſcit̃ an mas cõceptus ſit an fœmina. Siquidẽ ſi mas eſt, abit ĩ dexteriorem p̃tẽ/Si fœmina, ĩ ſiniſteriorẽ. Nõ oportet inire fœmias ante bimatũ, vt trimę p̃iãt. Et melior erit fœt⁹, ſi quadrimę. Idoneum tẽpus ad cõcipiendũ eſt a delphini exortu vſq; ad dies quadragĩta. Vaccę mẽſib⁹ decem ſunt pręgnãtes, quas paſci oportet in locis viridib⁹ et aquoſis. Aeſtiuo tẽpore in feſtãt̃ tabanis et q̃buſdã beſtiolis, His frõdẽ ſubſterni oportet, quo molli⁹ quieſcãt. Aeſtate ducẽdę bis ad potũ/hyeme ſemel. Locus frigid⁹ facit eas macreſcere. Vaccę probãt̃/q̃ ſũt maximis vteris, frõtib⁹ latiſſimis/oculis nigris et patẽtiſſimis/cornib⁹ venuſtis et nigrãtib⁹/piloſis auric⁹/cõpreſſis malis, caudis ãpliſſimis, vnguli modicis et cruribus, Cãpania boues albos et exiles gignit, Vmbria vaſtos et albos, Ethruria & latium compactos & ad opera fortes. Appœninus & Gallia vegetos & labori aptiſſimos.

aptíſſimos. Aelianus ait taurũ cornupetã allígato dextro teſtículo cohíberí. Morbi boum ſunt podagra & ſtruma. Cõcipíunt vno ínitu, quod ſí aberrauerínt, vigeſímo poſt díe fœmína repetít marẽ. Tauri nõ ſæpius q̃ bis díe ineũt. Boues ſolí aĩalíum retro ãbulantes paſcũtur. Fœminę víuunt ad annos 15. Mares ad 20. Robur eís ĩ quí matu, pĩgueſcunt lauatione calídę aquę. Domítura boum fíerí debet ín trímatu, ante prę̃matura eſt, poſtea ſera. Fuít hoc aĩal tantę curę apud Ro. vt ín exílíũ pulſus ſít, q̃ bouẽ occíderat ad comedendũ omaſum. Boues lapíllũ habẽt ĩ capíte, quẽ expuunt/ ſí necẽ tímeãt. Ludos boum cauſa celebratos Bubecíos vocabant. Seruí⁹ ouíũ & boũ effígíe æs ſignauít. Fons eſt ín narbonẽſí prouíncía Orge noíe, ín quo herbę naſcũtur adeo bobus expetítę, vt merſis capítib⁹ eas ínquírãt. Boues ſe olfactãtes/ ſeq; lãbentes cõtra pílũ, tẽpeſtatẽ prę̃ſagíũt. Eorũ fímũ vtíle eſt aluearíjs. Scabíe ſí ífícíãtur, ea ſanat Corcoro herba. Bupreſtís herba ẽ venenũ bob⁹. Nã ea guſtata díſſílíũt. Indía boues habet vnícornes & trícornes. Habet & atrocíſſímos tauros ſylueſtres, maiores agreſtíb⁹/ colore fuluos/ oculís cęruleís/ prę̃ſtãtes curſu, cornib⁹ mobílíb⁹, quorũ tergora ſílícís æquãt duricíã/ & oẽ reſpuunt vuln⁹. Bouẽ prím⁹ occídít Promethe⁹.

¶ Sues bís anno pariunt/ vterũ ferunt menſib⁹ trib⁹. Vícenos quãdoq; enítũtur por culos, ſed tã multos educare nequeunt, Inírę ícípíunt octauo mẽſe. Admíſſura eſt a Fauonio ad æquínoctíũ vernũ. Implentur vno coítu, mares poſt trímatũ nõ generãt Fœminę ſenío cõfectę cubãtes coeũt. Fœt⁹ comedũt nõnunq̃. Víuũt ad annos 15. nõnulli ad vícenos. Aíũt ſuem exoculatũ cíto emorí. Obnoxíj ſunt anginę & ſtrumę Cruor ín radíce ſetę dorſo euulſę & caput oblíquũ in íneſſu/ índícia ſunt ífírmítatís. Prę̃pingues penuríã lactís ſentíũt. Gaudẽt volutarí in luto. Facílíus ín dextrũ íacent q̃ lęuũ. Veteres exiſtímabãt animã eís pro ſale datã, q̃ ad eſcã tantũ natí ſínt. Caſtrãtur quãdoq; fœminę. Pĩgueſcunt adeo, vt Plyní⁹ ſcríbat ſoricẽ ín corpore cuíuſdam prę̃pinguís nídífícaſſe. Bís anno pariunt. Porcus olím ſacer erat Cererí. Et ín feríendo pacís fœdere quondã mactarí ſolebat. Sues mares ſunt ſalacíſſímí & ab annícula ætate cõmode progenerãt/ ac etiã ſemeſtres implere poſſunt fœminã. Columella ait fœminã eſſe ídoneã ad edendos partus vſq; ad annos ſeptẽ, quę q̃to fœcundíor eſt, eo ſeneſcit cítíus, Caſtratí ſues celerius pingueſcunt. Melíus paſcuntur ín agrís paluſtríbus, q̃ ſítíentib⁹. Gaudẽt & ſyluís glandíferís ac pomíferís, Amãt & radículas aquatílís ſyluę. Naríbus ín coítu plurima eſt aſperítas. Tunc ínter ſe dímicant índurantes attrítu arborũ coſtas. Fœminę ín partu aſperíores. In Arabía ſuíllũ genus nõ víuit, Sues in coítu ſpumã ore fundunt. Verres ſubantís audíta voce níſí admíttatur/ cíbũ non capít in macíẽ. Fœminę tantũ plęrunq; efferãtur vt hominẽ lacerent/ candída maxime veſte índutũ. Quę rabies mítígatur aſperſo aceto. Fœminę prægnãtes coeunt. Suibus quãdoq; ſerpẽtes ſunt ín pabulo. Galen⁹ ſuíllam carnẽ cęterís laudabílíorẽ facit. Phorine dícítur ſuílla pellís. Porro verres dícítur porcus nõ caſtratus, Aper porcus ſylueſter dentat⁹ eſt, & excellít ferítate. In morbís medetur ſíbí hedera. Solídũ aprũ prím⁹ Romanorum ĩ epulís appoſuít P. Seruílí⁹ Rullus. Aprís maríbus nõ níſí ãnículís generatío. Indícís aprís cubítales ſunt dẽtium flexus gemíní ex roſtro, Totidẽ a frõte ſeu vítulí cornua exeunt. In Creta & Africa nullí reperíuntur aprí. Mutí ſunt ín Macedonía, Aprí cerebrũ cum ſanguine laudatur cõtra ſerpentes iecur ítẽ íueteratum & potum cum ruta et víno. Itẽ adeps cum melle et reſína. Apro tã grauís eſt ſua vrína, vt níſí egeſta ſít, fugę nõ ſuffícíat, et velut deuíct⁹ opprímat.

¶ Oues quadrupedũ ſunt mítíſſímę. In admíſſura ſí fœmínas cupíũt/ auſtrũ obſeruãt/ ſí mares, aq; lonẽ. Oues arabícę caudã tríũ cubítorũ p humũ voluũt. In Chío ſũt mínutíſſímę ĩopía pabulí, quarũ tamẽ lacte caſe⁹ fít laudatíſſím⁹. Agni ſtatí a partu

matrẽ agnoſcũt circaq; illã petulca geſtiũt laſciuia: Probę oues debent eſſe corpore amplo/molli et denſo villo/vẽtre piloſo/crurib⁹ humilib⁹. Oẽs infirmo ſunt capite. Viuunt annos 10. Arietes agnas faſtidiũt/ſenectã ouiũ cõſectanť. Generãt i vtroq; ſexu a bimatu ad nouenos annos. Coeunt a tercio idus Maias ad 13. Cal. Auguſti. Gerunt partus diebus 150. Arietis ferocia cohibeť cornu iuxta aurẽ terebrato. Dextro teſte prẹligato fœminas generat/leuo mares. Tonitrua ſolitariis ouib⁹ abort⁹ in ferunt. Propterea cõgregari debẽt, vt cœtu iuuenť. Oues tectę molliores ſunt, Colonicę ĩ paſcuo elegãtiores. Plyni⁹ laudatiſſimas oues & lanas facit Appulas & italicas Terciũ locũ dat mileſijs. Circa Tarẽtũ & Canuſiũ ſummã quoq; nobilitatẽ habẽt, & in Aſia laodiceę. Oues frequenti⁹ q̃ vllũ aliud animal infeſtãtur ſcabie, quã facit macies/vt maciẽ exiguitas cibi. Huic morbo niſi occurratur, vnica totũ pecus coĩquinabit. Nã oues cõtagione vexãtur. Agni ſi laborẽt morbo, non debent admitti ad matres. Tondendarum ouium tẽpus eſt in Iulio. Ferunt arietis dextro teſte prẹligato oues tantum gigni. Olim mulctatio non niſi ouiũ/boumq; impendio dicebatur, Lac ouillum dulcius eſt bubulo & magis alit. Veruex dicitur cui inuerſi ſunt vel adempti teſticuli, Aries qui generat. Ferunt arietinis cornibus defoſſis aſparagum gigni. Laberius poeta vocabat arietes reciprocicornes & lanicutes, q̃ reciproca habeãt cornua/& cutẽ lana opertã. Veruex ſectarius dicitur/qui gregẽ agnorũ prẹcedẽs ducit.

12 ¶ Simijs figura eſt hoĩ proxima/Imitãtur q̃cquid ab hoĩe fieri vidẽt. Propterea venatores hac ratione eas plerũq; fallunt. Nã in radicib⁹ arborũ (in quas illę repſerũt) aqua ſe perungunt/demũ vaſculũ viſco plenũ aquę loco reponunt. Quo quũ oculos & ora perũxerũt ſimię/facile capiunť. Fallunť & alio modo, quũ ſcilicet relictis dedita opera a venatoribus calceis ſeſe ipediunt. Triſtes ſunt luna cana. Noua lętãtur. Fœtus amãt maxime, Catulos (quos in domib⁹ peperere) oĩbus demõſtrant/gaudẽtq; tractari/& quãdoq; amplectẽdo necãt, Ex ſimiarũ genere ſunt Cercopytheci maximi magnitudine/cauda quinũ cubitor̃/barba propẽſa/humana coma/alba facie/reliquo corpore nigrãtes. Cõfugiunt ad arbores. Verſanť i mõtib⁹ idię. Capiuntur eo (quo diximus) modo. Alexãdri exercitũ quãdoq; terruerũt. Itẽ ſphinges villoſę/mãmis ꝓminentibus, q̃ manſuefiunt facile & feritatis obliuiſcunť. Callitriches toto fere aſpectu differũt a cęteris. Barbã habẽt in facie/latã caudã. Viuunt i Aethiopico tantum ſolo. Satyri facie ſunt admodũ grata. Cynocephali formã habẽt ſimiarum/humani geſtus ęmuli & puerorum amatores, quibus etiam mulgenda prębent vbera. Cynoproſopi capite dentibus & pelle ſimiles ſunt canib⁹, relíqua hominibus/veloces curſu/vnguibus manuum prẹacutis. Petiti ad aquas confugiunt. Propterea captu ſunt difficiles. Cępus faciẽ habet ſatyro ſimilẽ/cętera inter canẽ & vrſum. Mãtichora & crocuta ſunt etiã de genere ſimiarũ/imitãturq; hominũ geſt⁹ et ſermones.

13 ¶ Aĩaliũ maximũ eſt Elephas & humanis ſenſib⁹ proximũ. Patriũ enĩ ſermonẽ intelligit. Reminiſcitť officiorũ/q̃ didicit. Ducitť glorię voluptate. Solẽ/Lunã & ſydera veneratť. Regẽ adorãt elephantes/genua ſubmittunt, coronas porrigunt, Indicis minores ſunt Arabici. Viſi ſunt q̃ per funes inceſſerint. Ply. ſcribit vnũ tardioris ingenij in accipiẽdis (q̃ tradebãtur) ſępius caſtigatum verberib⁹, eadẽ illa meditantẽ noctu repertũ fuiſſe. Apud eundẽ Mutianus teſtis eſt fuiſſe quendã, qui duct⁹ grecarũ literarũ didicerit, atq; hęc ſcripſerit. Ipſe hęc ego ſcripſi, & ſpolia Celtica dicaui Dentiũ candore iuuẽta in his intelligitť. Hoĩe in deſertis obuio & oberrãte clemẽtes ſunt atq; etiã demõſtrãt viã. Animaduerſo hoĩs veſtigio intremiſcũt inſidiarũ metu. Subſiſtũt ab olfactu. Circũſpectãt/iras proflãt, Gregati igrediunť. Agmẽ ducit maxim⁹ natu/cogit ętate proxim⁹. Amnẽ tranſituri minimos ꝓmittũt/ne maiorib⁹

alueum

alueum atterẽtibus/creſcat gurgitis altitudo. Sutrum et Aiax noia ſunt duorum elephantum apud Plynium. Gaudent phaleris argenteis. Victi vocẽ victoris fugiunt. Pudore nunq̃ coeunt niſi i abdito. Mas quinquẽnis/Fœmina decẽnis, Fœmina initur biennio, quinis cuiuſq; anni die b9. Adulteria non nouere. Nulla propter fœminas inter ſe mouent prelia. Memoria clarent, nã aiunt fuiſſe quendã/qui i ſenecta nouerit rectorem ſuę iuuentutis. Tanta ſunt clementia in aialia minus valida, vt in grege pecudũ occurrẽtia manu dimoueant/ne q̃d obterant iprudentes/nec niſi laceſſiti noceãt, Infirmos feſſos/aut vulneratos in mediũ agmẽ recipiũt & p̃ vices ſubeũt. In Africa foueis capiũtur oberrãtes. Troglodytę q̃ venatu elephãtũ viuũt, arbores eorum itineri propiquas iſcendunt, ide nouiſſimũ agminis ſpeculati extremas i clunes deſiliũt, neruoſq; feriũt ſecuri. Fœminę pauidiores ſunt maſculis Domãtur fame & verberib9, Domiti militãt & turres armatorum i hoſtes ferũt, & in oriẽte magna ex parte bella cõficiunt. Proſternunt acies & proterunt armatos. Terrẽtur minimo ſuis ſtridore/territiq; retro cedunt nõ minore partiũ ſuarũ p̃nicie. Decẽ annis (vt nõnullis placet) vterũ ferunt. Hic adagiũ. Citi9 pariẽt elephãti. Scđm Ariſtotelẽ biennio tantũ ferunt, nec ampli9 q̃ ſingulos gignũt. Multi viuunt ãnis ducẽtis. Iuuẽta eorum ſexageſimo anno icipit. Gaudẽt ãnib9, circa quos vagãtur, Frigoris ſunt ipatiẽtes/inflationẽ & profluuiũ alui ſentiũt. Terrã ediſſe ijs tabificũ eſt/niſi ſępi9 mãdant. Deuorãt etiã lapides. Truncos habẽt in cibatu gratiſſimo, Palmas proſternũt, & iacentiũ aſſumunt fructũ/mãdũt ore/ſpirãt/bibũt & odorãtur, Murẽ odere/adeo vt ſi pabulum in p̃ſepio poſitũ ab eo attigi viderint, faſtidiãt. In potu q̃ſq; hirundines hauriunt, a q̃b9 maxie cruciãtur. Vẽtres habẽt molles/duriſſimũ i dorſo tergus, muſcarum tędio afficiũtur, Dentes in tantã magnitudinẽ excreſcunt nõnullis, vt poſtiũ vicẽ in domicilijs p̃beãt, iiſq; fiãt ſepes & pali i ſtabulis pecorũ. Elephãtes habẽt Africa/Mauritania/Aethyopes & Troglodytę. Maxios india. Certant cum draconib9.

¶Hippolaphus animal eſt forma cerui et equi cõpoſitum cerui magnitudine/villo et barba hircinis. 14

¶Dorcas aliter vocatur caprea. Martialis. Tã diſpar aquilę columba nõ eſt, Nec dorcas rigido fugax leoni. Non lippit hoc aial. Noctu cernit vt interdiu. In lycia dorcades non tranſeunt mõtes Syris vicinos.

¶Muſimones animalia caprarum inſtar villos ferunt. Reperiuntur in Germania.

¶Damę timidiſſimi ſunt e genere caprearum. Gregatim icedunt, et quãdoq; deſiliunt i fuga. De his martialis. Dẽte timetur aper/defẽdunt cornua ceruum, Imbelles damę quid niſi pręda ſum9?

¶Vulpes vafrum eſt animal Echinis ifeſtum/quos quum aliter propter aculeos ne quit ſuperare, reſupinat et inuerſos/in ventrẽ (qui mollis eſt) lãcinat, eoq; modo interficit. Vexatus veſparum multitudine ipenetrat ſe in cõcauum locum extẽta foriſecus cauda, cui quum ſe iplicuerunt veſpę, egreditur, et ad murum ſiue arborẽ cõfugiens eas ibidẽ perfricando excutit et atterit, mortuaſq; depaſcitur. Inſidiatur et piſciculis ripam oberrãs, caudaq; in aquã demerſa, cui9 villis quum ſe obuoluerunt, extrahuntur quaſi defoſſi. Vulpes inimici ſunt miluis. Gallinaceos nõ attingunt, q̃ vulpinum iecur comederit. In Thracia amnes gelatos/lacuſq; non niſi ad paſtus ituri/reditur iq; tranſeunt Nulli reperiunt in Creta. Odorem reddunt graueolentem. Martialis. Hic olidam clamoſus ages in rhetia vulpem. Vrgentibus a tergo canibus caudas ſuas lotio perfundunt/hiſq; inſectantium propius canum ora diuerberant. Qua moleſtia affecti canes inſequi deſiſtunt. 15

¶Leo ſuperbum eſt animal, cuius pręcipua generoſitas arguitur, quum colla et armos veſtiunt iubæ. Quod contingit conceptis ex leone. Nam geniti ex pardis carent hoc inſigni/vt fœminę. Leo vbi pardi coitum ſentit in adultera leęna, 16

ſuppliciũ ſumit et tota ví cõſurgit in pœnã. Propterea leęna culpã et odorẽ flumíne abluít, aut conſcía ſceleris, & maſculí metu fugiẽtem adulterum comítatur. Fœmína prímo partu parít quinq; catulos & per annos ſíngulos vno mínus ab vno ſterí-leſcít. Parit adeo paruos, vt vix poſt ſecundum menſem íngredí valeant, quod accídit verno tempore. Naſcuntur apertís oculís. Vrínam mares crure ſublato reddunt vt canes/coeuntq; auerſí. Rarí ſunt ín potu, alternís díebus veſcũtur. Tríduo quandoq; ínediam ferunt. Quum quid deuorauerunt vẽtrí moleſtum aut pernícioſum, iactís in fauces vnguíbus euellunt, ne nímía corporís ſarcína fugã ímpediat, ſí fugiendum ſít. Leo nõ paſcítur cum leęna/ſed ſeparatím errat. Camelorum carnes appetunt. Vrbes fame coacti ínterdum adeunt & ín homines ſęuíunt pręcípue ſenío confecti. Tunc enim per corporís ímbecíllítatẽ/& dentiũ defectíonẽ venarí nequeunt, Propterea Afrícaní ſibí tímẽtes/captos leones pro portís vrbíum crucifígunt/vt cęteros pœnę ſímilis abſterreant metu. Paſtí & ſaturí faciles ſunt & exarmatí. Leęna pro catulís dímícans/oculos ín terram defigít, ne venabula expaueſcat. Leo caninos tantum dentes mutat ſexto ætatís menſe. Obliquo poſt partum íngrediuntur ítinere, ne cubile deprẹhendatur. Solída habent oſſa & mínime vacua, Dolís carẽt & ſuſpítíone, nec límís íntuentur oculís, nec eo modo cõſpící volunt. Leo ſí in venatu vídeatur, erubeſcens dare terga, ſeſe paulatím recípit/ſí multítudíne opprímatur. Remotus ab aſpectu venantíum, fugam propere molítur, turpitudinẽ abſconſione purgarí exíſtímãs. Saltu caret ín fuga, quo vtítur, dum quid ínſectatur. Vulnerat⁹ percuſſorẽ obſeruat acutíſſíme, & in q̃ talíbet appetít multítudíne. Fugít ínterdum demíſſa in crura cauda, vt canum degeneres. Infirm⁹ eſt parte íliũ cõtra íctus/relíquo corpore multas patítur plagas/vímq; ſummam gerít in pectore. Oculos habet glaucos/ſplendeſcentes & concauos/non valde rotundos/nec admodũ proiectos. Quíc quid momorderít aut vnguíbus laceraverít/ater índe ſanguis & quędam ſanies profluít. Díu víuunt. Nam plęríq; reperiuntur dentibus defecti prę ſenío. Hoſtem aggreſſuri caudę verbere excítant ſibí furorem. Modice dormíunt/Quieſcentum oculí ſublucent. Dormientibus cauda non mouetur, qua vígilantum quoq; arguítur animus. Immota enim índex eſt clementię & tranquíllítatís/Erecta vero & quaſí ſpíneſcẽs, íracundíam arguít. Tría ſunt quíbus terrentur maxime, Rotarũ orbes circunacti curruſq; ínanes. Gallínaceorũ críſtę & cantus. Omníũ maxime ígnes reformídant. Vídentur ex natura ſolís ſubſtantiam deducere. Nam ímpetu et calore cætera prẹſtant animalía, vti ſol ſydera. Prẹterea oculis ſemper ígneís et patentíbus cernuntur, vt ſol patentí ígneoq; oculo terram conſpícít. Hanno Carthagínẽſís prímus omnium leonem manſuefecít, propterea relegatus/q̃ hoc ípſum affectatę tyrannídis ſpecíem præferret, aut q̃ videretur exoraturus, quícquid petíuiſſet, quí ígnaras ſocietatís humanę beluas demulceret. Qui ín caueis leonũ curam gerũt, vocantur leontocomí. Nígrí ſunt leones ín Syría. Eorum adeps cum roſaceo cutem ín facie conſeruat a vícíjs, & quotidianís febrícus medetur. Eo adípe peruncti faciliorem apud reges & populos gratiam dícuntur mereri.

17 ℂ Lynx eſſe dícitur de genere luporũ ceruaríorũ. Eſt autẽ varío collo & maculoſo tergore. Vírgí. lí. 1. Aen. Succinctã pharetra & maculoſę tegmíne lyncís. Mãtuan⁹ lí. 1. Agelarıorũ. Fídentes pedíbus lepores & tergore lynces Verſícolore. Eíus vrína vertítur ín lyncurium gemmam durície calculí. Ouídíus. E quíbus vt memorant/quícquíd veſíca remíſit, Vertitur ín lapides/et congelat aere tecta. Gẽma ílla ín quã glacíatur humor lyncum, ſímílis eſt calculís et ígneo colore fulgens. Lynces acutíſſímo ſunt víſu. Mammas habent ín pectore. Sacrę ſunt Baccho.

ℂ Camelus

¶Camelus bina in dorſo habet tubera/ vnũ in pectore/cui incubat,quũ genua recli 18
nantur. Papillas quattuor/caudã aſino ſimilẽ/gẽitale retro/genua ſingula ĩ ſingulis
cruribꝰ/pedes biſulcos/ vt bos dẽtatus. Sitĩ quatriduo tolerat, Equos odit,bibiturꝰ
aquã pedibꝰ obturbat. Peruenit ad ãnos 50. q̃dã ad cẽtenos. Caſtratis feritas tollí=
tur & augẽt robur. Coituri latebras quęrũt/crura poſteriora gerũt cõuerſa, Paſcũt
apud oriẽtales inter armenta, vbi iumẽtorũ loco ſeruiunt/ Fortiores fiunt coitu ne=
gato. Cameli cerebrum arefactum potumq; ex aceto/ comitialibꝰ morbis prodeſt.
Fel cum melle potũ anginæ, Cauda arefacta ſoluit aluũ, Fimi cinere cũ oleo criſpã=
tur capilli. Fœminæ vterum ferunt duodecim menſibus a trimatu / Pariunt vere/
Iterumq; poſt annum implentur a partu. Dulciſſimum eſt lac camelinum.
¶Camelopardalis (quam Aethiopes Nabim vocant) collo eſt equino / pedibus 19
bouinis/camelino capite/maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Romę viſa eſt
Circenſibus ludis dictatoris Cæſaris. ¶Onagri ſunt aſini ſylueſtres curſu pernices
in mauritania/ſed cito deſiſtẽtes,et anheli a venatoribus capiuntur. Reperiuntur in
India agreſtes equi magnitudine/capite pene rubenti/oculis cæruleis, vno in frõte
cornu/ magnitudine cubitali/abradice albo/ĩ cuſpide purpureo/parte media nigro
diſcriminata. Talos habent et felle carent. Onagri præcipui ſunt in Phrygia et Ly=
caonia. Pullis eorum ſeu pręſtantibus ſapore Africa gloriatur,quos Laliſiones ap=
pellãt. Onagrorum oſſa confracta et decocta proſunt cõtra venenũ leporis marini.
¶Mantichoram habet India magnitudine leonis / pelle villoſa et purpurea/ vultu 20
et auribus prope humanis / triplici vtrimq; dentium ſerie / qui acuti ſunt et caninis
paulo maiores. Oculis item villoſis et fere noctuinis/ vnguibus leoninis,cauda bifi=
da/aculeis vtrimq; cuſpidata/ quos pro telis iaculatur. Veſcitur humano cadauere.
Excellit curſu, Propterea indi catulos eius venantur/ priuſq̃ aculeati ſint.
¶Hirci obliquis ſunt oculis & ad nares reſpicientibus. Sex menſes hibernos ſupra 21
ſiniſtrum latus dicuntur iacere/quum dormiunt. Ab æquinoctio hiberno totidem
menſes ſupra dextrum. Hircorum rabies mitigatur/ſi mulceatur barba. Olidi ſunt
maxime, Vnde et hircoſos vocamꝰ homines graueolentes. Politianꝰ. Nõ olidi cõ=
iunx hirci. Idem. Quoſq; alios olidum cãtor produxit ob hircũ. Hirci pro fœminis
pugnam ineunt. Vt tamen placet nonnullis, facile permittunt fœmellas ſui generis
iniri, etiam ſi viderint.
¶Lepores dormiunt oculis apertis. Quieſcunt interdiu/noctu vagantur. Locũ na= 22
talem amant. Campeſtres paruí ſunt et valde pernices. Montani magnitudine ex=
cedunt. Omnes curſu accliui ſunt velociores/ propter priores pedes poſterioribus
breuiores. Excitãt ſe ad fugã auribus in tergũ declinatis. Flexuoſo curſu canes plę=
rumq; decipiunt. Fœmina enixa ſuos fœtus multis locis diſpertit et abſcõdit. Ac=
cipitres reformidat. In vulpẽ ſi inciderit/ euadere curſu cõtendit. Vulpes vero do=
lum opponit celeritati. Nã in medio curſu fingit ſe deſiſtere, et quieſcit. Paulopoſt
leporem nihil ſibi timentem inſectatur acrius et cubile inuadit. Pręterea ferunt le=
porem vltro citroq; commeare / vt confuſis veſtigijs cubile depræhendi nequeat.
Archelaus apud Plynium teſtis eſt leporí tot eſſe annos ætatis/ quot ſunt corporis
cauernæ ad excrementa. Benigna eſt natura et innocua, & omnium prædæ naſcẽs.
Solus præter daſypodem ſuperfœtat. Illati in Ithacam lepores moriuntur. Pariũt
omni menſe. Circa Briletum/et Tharnem/ & in Cheroneſo ad Propõtidẽ bina ha=
bent iocinora. Veteri ſuperſtitione creditum eſt eos olim ſeptem diebus formoſos
fore/qui leporẽ eſitaſſent. Vnde Martialis. Quũ leporẽ mittis/ſemper mihi Gel=
lia mandas/ Septem formoſus marce diebus eris, Si verum dicis / ſi verum Gellia

mãdas/Ediſti nunq̃ Gellia tu leporẽ. Lepus ab auriũ magnitudine vocatur Lagos.

23 ¶Ex leporum genere ſunt etiam cuniculi/ſed aliquanto breuiores. Quorum tanta olim frequentia extitit apud Baleares inſulas/vt famem populatis meſſibus attulerint. Terram excauant/in quam ſi vrgeant canes/ſe impenetrant/nec illinc extrudi aut extrahi poſſunt niſi coniectis intro viuerris animalibus eorum generi infeſtis. Nulli ſunt in Ebuſo.

24 ¶Daſypodem Plyni⁹ diſtinguit a lepore aliquot in locis, vt lib. 8. Cap. 59. vbi ait. Lepus omnium prędę naſcens/ſolus pręter Daſypodem ſuperfœtat. Idem lib. 10. Daſypodes omni menſe pariunt et ſuperfœtant ſicut lepores/a partu ſtatim implentur. Qua in re Plynium carpit Budæus dicens idem eſſe Daſypodem et leporem, quod et verbis Ariſtotelis/& multis alijs confirmat argumẽtis. Plynio patrocinatur Cælius. facitq; daſypodem diuerſum a lepore/& vt victor opinionem Budæi ſuppreſſo tamen nomine refellit vt temerariam/nec conuicijs poteſt parcere miſertus tãti authoris/cui colaphum infringi videt. Sequare vtrumlibet. At ſecurius mihi videtur Budæi vexillum.

25 ¶Alces ſimiles ſunt capris figura et pellibus, ſed aliquanto maiores. Crura habent ſine nodis et articulis. Propterea in ſomno arboribus adhęrent ſtantes. Quas vt capiant venatores/arbores ipſas pene totas amputant, ita vt facili ipulſu valeant proſterni. Itaq; decidentib⁹ illis cadunt & alces/ſupinæq; nequeũt exurgere. Grandia habent ſuperiora labra, Retrogradiuntur in paſcendo/ne in priora tendẽtes inuoluantur. ¶Vri minores ſunt elephantibus/colore et figura tauri/mira velocitate/in feras & homines ęque ſęuiunt. Reperiũtur in Germania. ¶Biſontes prolixas habẽt iubas/figuram cerui/medium in fronte inter aures cornu. Reperiuntur in Germania. Martialis lib. 1. Illi ceſſit atrox Bubal⁹ atq; Biſon. Seneca ī hippolyto. Tibi dãt variæ pectora tygres/tibi villoſi Terga biſontes, latiſq; feri cornibus vri. ¶Bubali boues ſunt agreſtes, quos nõnulli biſontes eſſe putant. Martialis diſſimiles facit, vt prędedens carmen indicat. ¶Bonaſi iuba ſunt equina/cętera ſimiles tauro/cornib⁹ ita reflexis, vt pugnæ ſint inutilia.

26 ¶Pardus bene olet/quo odore cæteræ agreſtes ferę inuitatæ propi⁹ accedunt/quas ille iuolat. In Caria et lybia reperiũtur admodũ prędõgi/animo ibelles/ſaltu agiles/pelle adeo dura/vt ferro nõ cedat. In prioríb⁹ pedibus quinos habet digitos/poſterioribus quaternos, Fœmina frequentior eſt inuentu. Ex pardorum genere eſt Bitis/qui ſi a muliere aſpiciatur/eam in morbum adducit,

27 ¶Pantheris verſicolores ſunt maculæ, qui color cũctas quadrupedes ſolicitat, ſed oris toruitas deterret. Propterea capite ipſo occulato pantherę reliquas feras dulcedine illectas corripiunt. Feruntur habere in armo ſimilem lunæ maculam creſcentẽ in orbes & pari modo curuantem cornua. Pantherarum mares ſunt pardi. Scaurus in ædilitate ſua. 150. miſit. Pompeius magnus. 410. Auguſtus. 420. Tactis aconito carnibus et guſtatis necantur. Vnguium mucrones in corporis vaginas recondunt, ne refringantur et hebetentur. Solę animalium odoratę ſunt. Earum oculi in vmbris refulgent/hebetantur in ſole, & lõgius q̃ cæteri nitẽt. His tantum terrorẽ afferunt hyenę, vt ne conẽtur quidẽ reſiſtere, Quinetiã aliquid de corio earum habentem nõ apppetunt. Et ſi pelles vtriuſq; contrariæ ſuſpendantur, aiunt decidere pilos pantherę. Pantherarum carnibus viuunt Agriophagi populi. Pantheræ non attingunt perunctos iure gallinarum, pręcipue ſi et allium fuerit incoctum.

28 ¶Tygris in India et Hircania reperitur/mirandę velocitatis animal. Maribus non eſt cura ſobolis. Fœminis vero pręcipua. Propterea ſi venator equo inſidẽs catulos

eius

eius abstulerit, Illa vbi vacuum cubile respicit, prædonem mira celeritate prose-
quitur. Raptor vero audito eius fremitu vnum ex catulis in viam proiicit. Quem
quum illa refert ad nidum, priusq; possit regredi, nauem cõscẽdit prædo. Mox re-
uersa tygris vbi nullum vindictæ locum supereſſe videt / sæuit in littore. Lucanus
lib. 5. Ocyor et cœli flammis, & tygride fœta Transcurrit. Apud Prasios Indiæ
populos reperiuntur tygres duplici leonum magnitudine. Tres dentium ordines
habere dicuntur, Item aculeos in cauda, quos vt sagittas iaciunt. Tygrim in cauea
mansuefactam primus omniũ Romæ ostẽdit Augustus. Claudius vero quattuor,
¶ Tarandum animal habet Scythia dorso et magnitudine tauri, pelle versicolore, 29
qua Scythæ scuta conficiunt ferro impenetrabilia. Tarandis cornua sunt ramosa /
vngula bifida / villus magnitudine vrsorum. Colorem omnium arborum, fruticũ
et locorum (in quibus latent) reddunt. ¶ Hyena sexum alternatim mutat et natu-
ram, nunc mas nunc fœmina. Vim habet soporiferam, qua actos in prædam canes
enecat. Quinetiam simulato hominis vomitu eosdem illectos interficit. Collum
eius et iuba cõtinuitate spinæ porrigitur, flectiq; nisi circumactu totius corporis ne-
quit. Sermonẽ humanũ inter pastorum stabula mẽtitur, nomenq; alicuius ediscit,
quem euocatum foras lacerat. Sepulchra eruit inquisitione corporum. Oculis mil-
le sunt varietates, oculorumq; mutationes. Vmbrę eius cõtactu canes obmutescũt.
Et in vestigio hæret, quodcumq; animal ter lustrauerit. Ex hyenę coitu leena parit
Crocutam voces hominum et pecorum imitãtem, cui acies perpetua in vtraq; oris
parte, nullis gingiuis / dente continuo / qui ne contrario occursu hebetetur / capsa-
rum modo includitur. Crocutas Plynius ait omnia dẽtib⁹ frangere / protinusq; de-
uorata ventre cõficere. Hyenæ plurimæ gignuntur in Africa. Mares singulis fœ-
minarum gregibus imperitant, grauidas custodiunt, timẽt enim libidinis æmulos,
morsu natos mares castrant. Grauidæ latebras petũt & furtim volunt parere, gau-
dẽtq; copia libidinis. De hyena Mãtuan⁹. Est in eis pietas Crocodili / astutia hyenę.
¶ Poephagus est in india, equi magnitudinem duplo excedens, cauda nigranti & 30
speciosa, mulieríb⁹ indicis ad capitis ornatum expetita. Animal alioqui timidissi-
mum. Nam obuios quosq; refugit præcisa sponte cauda / ob quam appeti se suspi-
catur. ¶ Monops reperitur in Męonia magnitudine tauri. Fugiens igneum nescio-
quid et acutum excreat, in quod si inciderint venatores, tabem incurrunt / qua facile
pereunt.

¶ Hystrices aculeatas habent pinnas, quas iaculi modo intorquent. Hinc adagiũ. 31
Spinosior hystrice, in homines agrestes et inamenos. Calphurinus. Venit et hirsu-
ta spinosior hystrice barba. Sunt ex Erinaceorum genere maioribus tamen aculeis /
quibus ora vrgẽtium canũ figunt. Hibernis mensibus se condunt. Partus conceptos
hystricum cinis potus continet.

¶ Phattaga animal Indicum simile est terrestri Crocodilo, magnitudine melitei 32
catuli / pelle squamosa et aspera, qua etiã ferrum hebetatur. ¶ Ortus reperitur circa
Erithræum mare / colore vario, magnitudine canis, ore vsq; ad genas albicante,
inde lineis aureis ad ceruicem pertinentibus, dorso plano / maculis incurrantibus,
aureis pedibus, prioribus albis, posterioribus nigris, mãmis duabus Mnam mẽsu-
ram implentibus. ¶ Oricentaurus anticam corporis partem similem habet huma-
næ / posticam asininæ / albo colore / cursu velocissimo. Captus amore libertatis ma-
uult inedia perire / q̃ cibum manu raptoris oblatum comesse. ¶ Aspalacum ha-
bet Bœotia / vnde si transferatur, statim perit. ¶ Phyrna animal est / a quo si quis
inspiciatur, dies aliquot maciem cõtrahet et pallorem. ¶ Cõtra vero Charãdrium

ſi quis ictericus viciſſim proſpexerit, ſanitatem recipiet. ¶Neades animalia ſunt in Samo inſula grandi magnitudine, quorum voce abrumpitur tellus.

33 ¶Catoblectus ſimilis eſt tauro, terribilis aſpectu, ſupercilijs altis et extãtib⁹, oculis ſanguineis, et minoribus paulo, q̃ ſint bouini, ſemper in terram aſpicientibus, iuba equina, quam ad certamen erigit. Frendens ore aperto haurit aera. ¶Chaus habet effigiem lupi, & pardorum maculas. ¶Cepphus pedes poſteriores pedibus humanis et cruribus, priores manibus ſimiles. ¶Rhinoceros vnum habet in nare cornu. Certaturus in Elephantum, cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ. In dimicatione aluum eius maxime petit, vt partem molliorem. Par ei longitudo, crura multo breuiora, color buxeus. ¶Leucrocuta fera eſt perniciſſima, aſini magnitudine, cruribus ceruinis, collo cauda & pectore leoninis, capite melium, biſulca vngula, ore ad nares vſq; reſciſſo, oſſe perpetuo vice dentium, Imitatur humanas voces. Ea eſt aut ei ſimilis, quam Crocutam diximus. ¶Eale fera eſt magnitudine equi fluuialis, cauda elephãti, colore nigro vel fuluo, maxillis apri, cornibus cubito maioribꝰ, iiſdemq; mobilibꝰ, quę alterna in pugna ſiſtit, variatq; ĩfeſta aut obliqua. ¶Monoceros caput habet cerui, pedes elephanti, caudam apri, mugitum grauem, vno cornu nigro media fronte duorum cubitorum eminente. Hæc fera nunq̃ capitur viua. ¶Fibri pontici teſtes ſibi amputant, propter quos intelligunt ſe a venatoribus vrgeri. Hoc animalis genus aliter appellatur caſtor, horrẽdi adeo morſus, vt arbores iuxta flumina perinde ac ferro cædat. Hominis parte cõprehenſa non priꝰ morſu reſoluit, q̃ fracta concrepuerint oſſa. ¶Tragelaphus naſcitur iuxta Phaſim fluuiũm Colchorum, ſpecie cerui, barba tantum et armorum villo diſtans.

34 ¶Chameleontem habet Africa, ſed frequentiorem India. Crura eius recta ſunt. Latera ventri iunguntur, vt piſcibus & ſpina ſimili modo. Roſtrum habet ſuillo nõ multum diſſimile. Caudam prælõgam, quæ in tenuitatem deſinit, viperinis orbibꝰ ſe implicans. Vngues adũcos, Motꝰ ei tardus, vt teſtudini. Corpus aſperũ vt Crocodilo. Oculi in receſſu cauo, tenui diſcrimine pręgrandes & cõcolores corpori, qui nunq̃ operiuntur, nec pupillę motu, ſed totiꝰ oculi verſatione circunaſpiciunt. Celſus eſt et hianti ſemper ore. Solus animalium nullo alio q̃ aeris alimento nutritur. Colorem mutat oculis, cauda, et toto corpore, reddítq; ſemper quẽcumq; proxime attigit præter rubrum et candidũ. Hinc adagiũ. Chameleõte mutabilior. In verſipelles & varios homines. Cæterum defuncto pallor eſt, ſanguis in corde & circa oculos tantum. Viſcera eius ſunt ſine ſplene, latet hibernis menſibus.

35 ¶Thoes animal eſt de genere luporum venatu viuens, innocuum homini, habitũ non colorem mutans, hyeme hirtum, æſtate nudum. ¶Pontici mures guſtu ſunt ſagaciſſimo. Cõduntur hyeme, vt alpini, quibus magnitudo media eſt. Pabulum in ſpecus cõuehunt, Faſcem herbæ mas & fœmina ſupini cauda mordicus apprehenſa detrahunt ad ſpecum, Ideoq; illo tempore detrito ſunt dorſo. Reſidẽt in clunes, binis pedibus gradiuntur, prioribus vt manibus vtuntur.

36 ¶Erinacei cibos hyemi præparant, arbores cõſcendunt, e quibus excutiunt poma, quæ demum volutati ſuis infigunt ſpinis, portãtq; ad cauas arbores. Mutationem Aquilonis in Auſtrum condentes ſe in cubile præſagiunt. Vbi ſenſere venantem, conuoluuntur in formam pilę, ne quid comprehẽdi poſſit pręter aculeos. In deſperatione vero, vrinam ex ſe reddunt tabificam, tergori ſuo ſpiniſq; noxiam, propter quod ſe appeti ſentiunt. Vrina exinanita pręcipua eſt dos tergoris. Si vero tergus ipſum ea fuerit aſperſum, ſpinę fiunt putres et deciduæ. Propterea nunq̃ niſi in extrema ſpe maleficio illo ſe perfundit. Calidæ aquæ aſparſu reſoluitur pila, in quã ſe

conuoluerunt.

conuoluerunt. Appræhẽſi altero e poſterioribus pede ſuſpendio et fame necantur. Si interficerẽtur aliter/tergori noceretur. Eorum cute expoliuntur veſtes, Nulli reperiuntur in Creta.

¶Leõtophonus animal eſt odioſum leoni, a quo quum rapitur et exanimatur, vri- 37
nam ſpargit ipſi leoni exitialem. Reperitur iiſdem in locis, quibus leones. ¶Meles ſufflata cutem diſtentę, ictus hominum et morſus canum arcent. ¶Scyuri tempeſtatem præuident, obturatiſq; (qua ſpiratur⁹ eſt ventus) cauernis, ex alia parte fores aperiunt. Caudam habent villoſam pro tegumento. ¶Muribus magna eſt dulcedo furandi. Varia ſunt eorum genera in Cyrenaica regione. Alij lata fronte/ alij acuta/ alij pungẽtib⁹ pilis ex Erinaceorum genere. Ex Gyaro inſula incolas aliquãdo fugauerũt/ ferrumq; poſtea roſerũt. Cõdũtur hyeme. Murium cinis cum melle inſtillatus/ aut cum roſaceo decoct⁹ aurium dolores ſedat ¶Glires genitores ſenio confectos alunt inſigni pietate. Senium finitur hiberna quiete. Conditi enim hi cubant/ rurſus ętate iuueneſcunt, hyemen integram dormiunt. Martialis lib. 5. Sõniculoſos ille porrigit glires. Apud eundem hoc animal ſic inducitur loquens. Tota mihi dormitur hyems/ & pinguior illo Tempore ſum/ quo me nil niſi ſomnus alit. ¶Muſtellarũ tria ſunt genera. Gales/ ictis, meles, Teſticuli muſtellę mulieri alligati partus continent. Hoc animal infeſtum eſt ſerpenti/ cui congreditur commãducata ruta, quam ſcit eſſe ipſi ſerpenti infenſam et exitialem. Colitur a Thebanis. Timidiſſima eſt muſtella. Gaudet latebris. Melim (de quo iam ſum⁹ locuti) foinam vel foinum dicimus. Calentius Et laqueo vulpes/ & decipe caſſe foinas.

¶Feles antiquitus non erant manſuefactæ/ Viuebãt in agris/ inde vrbes et domos repleuere. In genere feliũ mas ſalaciſſimus eſt, Fœmina amãtiſſima fœtuum. Tetro odore offenduntur, ideo excrementa ſua terra operiunt, ne ab homine premãtur/ aut ne prodantur odore. Noctu vident non minus q̃ interdiu. Inſidiantur muribus. Vocantur a nobis Cati et Catæ. Mantuanus in Buc. Sicq; repugnabant votis contraria vota, Non ſecus ac muri Catus/ ille inuadere pernam Nititur/ hic rimas oculis obſeruat acutis. Idem in Nicolao Tolentino feles vocat tectiuagos, vbi ait. Putes vlulare lupos/ grunire ſagaces Vulpeclas/ grunire ſues/ certare canendo. Tectiuagos feles. Viuunt ſex annos. ¶Mus araneus eſt muris magnitudine/ muſtelina ſpecie/ ore oblõgo/ cauda gracili/ ordine dentium quadruplici, frequens in Britannia. Græci Mygalem vocant.

¶Salamandra ſpeciem habet lacerti. Nunq̃ prouenit niſi magnis imbribus a ſere- 38
nitate deficiẽs. Ignẽ tactu extinguit veneni ſui frigiditate. Nihil gignit. Nullus eſt in hoc animali ſexus teſte Plynio. Si arbori irrepſerit/ omnia poma inficit veneno, & eos qui ederint/ necat/ frigida vi nihil aconito diſtans. Saliua eius in quacunq; corporis parte reſperſa omnem toto corpore decutit pilum. Hoc eius venenum extinguitur ab iis/ qui veſcuntur illa. Ranarum marinarũ ex aceto et vino decoctarum ſuccus bibitur cõtra Salamandras. ¶Orygem perpetuo ſitientem habet Africa. Quod tamen animal liquorem habet in veſica magni contra ſitim remedij. ¶Talpę oculis capti frumentum in area populantur. Græci blactas vocant. Similes prope ſunt muribus. Terram excauant, i qua effodiunt ſibi cubilia dicente Virgilio. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. De Salamandra Martialis. Hoc Salamãdra notet/ vel ſæua nouacula nudet.

¶Animalia diuerſa manſuefacta, quorumq; miniſterio vſi ſunt homines.

REmum imprimis et Romulum ferũt a Lupa nutritos fuiſſe, quos Amuliꝰ auus perdẽdos expoſuerat. Properti⁹ lib. 2. Tu criminis author Nutritus duro Romule lacte lupę. Idem lib. 4. Nil patrium niſi nomẽ habet Romanus alumnus, Sanguinis altricem non putat eſſe lupam. Ouid. lib. 2. Faſt. Venit ad expoſitos (mirum) lupa fœta gemellos, Quis credat pueris nõ nocuiſſe feram? Non nocuiſſe parum eſt, prodeſt quoq;. Quos lupa nutrit, Perdere cognatæ ſuſtinuere manus, Cõſtitit, & cauda teneris blãditur alũnis. Et lingit lingua corpora bina ſua. Marte ſatos ſcires, timor abfuit, vbera ſugũt/Nec ſibi promiſſi lactis alũtur ope. Idem lib. 3. Lacte quis infantes neſcit creuiſſe ferino. Et picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibos? ¶ Ferunt et Iouem educatum fuiſſe a capra/a cuius nomine dictus eſt Aegiocus. Idẽ Ouid. lib. 3. Faſt. Stat quoq; capra ſimul. Nymphæ pauiſſe feruntur Cretides/infanti lac dedit illa Ioui. Politianus in nutricia. Siquidem Cretęa fertur in Ida Capra Iouem puerum fidis aluiſſe papillis. ¶ Polyphemus Cyclops nutritus eſt a lupa. Syllius lib. 14. Aetnæo Polyphemus erat nutritus in antro, Atq; inde antiquę nomen feritatis amabat. Vbera præbuerat paruo lupa. ¶ Cyrus (qui poſtea rex fuit Perſarum) Aſtyagis aui mandato expoſitus, nutritus eſt a cane, Sidonius. Nõ Cyrum Aſtyagis loquor nepotẽ/Nutritum vbere quem ferũt canino. ¶ Telephus Herculis filiꝰ ex Auge nympha repertus eſt inter frutices, quũ adhuc eſſet infans, cerua paſtum ſuppeditãte. Ouid. in Ibin. Nec leuius doleas, q̃ qui bibit vbera ceruę. ¶ Philonomia Victimi et Arcadię filia paſtoris cuiuſdam cõcubitu prægnans facta, quum gemellos Partuſium et Lycaſtum peperiſſet/metu patris ambos abiecit in Erymãthum, vbi in concauam quercum delati lupam repererunt, quæ abiectis propriis catulis eoſdem lactauit. Author Plutarchus. ¶ Plato quum tener adhuc infans dormiret in cunis, apes non paruam mellis copiam dormientis labellis inſtillare viſæ ſunt. Qua in re cõſulti prodigiorũ interpretes futurum prædixerunt, vt aliquãdo ex eius lingua melle dulcior flueret oratio. Teſtis Plutarchꝰ. ¶ Mydę Phrygio (quũ puer eſſet) dormienti/formicæ in os tritici grana cõgeſſerunt. Quod ex aruſpicum reſponſo portendebat eum mortalium fore ditiſſimum. Author Cicero lib. 1. de diuinatione. ¶ Peliam Neptuni et Tyrus filium nutriuit equa. ¶ Alexandro Priami filio (cui poſtea Paridi fuit nomen) alimentum ſuggeſſit vrſa. ¶ Aegiſthum Thyeſtis & Pelopiæ filium educauit capra/a qua et nomen ſumpſit. ¶ Derceto Semiramis mater ſpecioſi adoleſcentis coitu pręgnans facta, dum opprobrium timeret, natam mox puellam ĩ deſerta expoſuit ſylua, voluctoſa quidem & referta multis auibus, quæ Semiramidem ipſam nutriuerunt dato ex re nomine. Syrorum enim lingua Semiramis auitium ſignat. ¶ Camillam reginam Volſcorũ armentalis equæ mammis & lacte ferino nutriuit pater Metabus Authore Virgilio. ¶ Penelope ab Icaro & Peribœa parentibus in mare proiecta, a penelopibus auibus nutrimentum ſuſcepit, atq; etiam nomen, quum prius Arnea diceretur. ¶ Habidem Hiſpaniæ regem, ferę/canes/ſues/& cerua incredibili pauerunt humanitate. ¶ In ore Steſichori infantis cecinit Luſcinia. Author Plynius lib. 10. Cap. 29. ¶ Pythagoras vrſam omnibus formidoloſam et conſpicuam feritate, apud ſe demulctã et exarmatam aluit, Quã dimiſſurus verbis neſcio quibus et quodam velut iureiurando adegit, vt nulli cunctarum animalium faceret iniuriam, Abiẽs illa ſe cõiecit in latebras ſyluarum/ſummaq; fide præſtitit in quod adiurata receſſerat. Idem boui ſegetes abrodenti quũ verba quędam magica in aurẽ ſufflaſſet/eumq; monuiſſet, vt inferendo agricolis damno parceret, aiũt obediẽtiſſimum bouem laacerandis frugibus deſtitiſſe. Credat qui volet. Hoc tamen prodit

dit Cęlius ex veterum monumentis. ¶Agrippina cōiunx Claudij Cęſaris turdum habuit imitantem ſermones hominum ætate Plynij. ¶Habebant et Cæſares iuuenes Sturnum & luſcinias græco latinoq; ſermone dociles. ¶Fuit et coruus Romæ/ qui ſermoni aſſuefactus, omnibus matutinis in roſtra et forum deuolans Tyberiū/ Germanicum & druſum Cæſares nominatim, mox tranſeuntem populum Ro. ſalutabat. ¶Cecina Volaterranus equeſtris ordinis compræhenſas hirundines victorię nuncias amicis mittebat cum literis, quas earum pedibus ferendas alligabat. ¶Columbæ epiſtolas pedib⁹ annexas, obſidione mutinenſi in caſtra cōſulum pertulere Decio Bruto mittente. ¶Tygrim Romæ oſtendit in cauea manſuefactam diuus Auguſtus. ¶Tyrrheo pecoris magiſtro ceruus fuit manſuefactus/ & quem Syluia puella pectebat ornabatq; violis. Virg. lib. 7. Aen. Soror omni Syluia cura Mollibus intexens ornabat cornua ſetis, Pectebatq; ferum/ puroq; in fonte lauabat. Ille manum patiens, menſæq; aſſuetus herili Errabat ſyluis/ rurſuſq; ad limina nota Ipſe domum ſera q̄ uis ſe nocte ferebat. ¶Ouid. lib. 10. idem ait de ceruo Cypariſſi his verbis. Gratus erat Cypariſſe tibi, tu pabula ceruum Ad noua, tu liquidi ducebas fontis ad vndas, Tu modo texebas varios per cornua flores. Nunc eques in tergo reſidens huc lætus & illuc Mollia purpureis frenabas ora capiſtris. ¶Apes innocuę ſederunt in ore Ambroſij infantis. ¶Aues Baſilio epiſcopo in heremo pabulum miniſtrarunt. ¶Corbiniani epiſcopi Romam euntis quum vrſus aſinum deuoraſſet/ deuorati loco/ ſarcinam vectauit imperante preſule. ¶Seuerus abbas paſſerem habuit manibus ſuis intrepide aduolantem/ & porrectum capientem cibum. ¶Laxatus e ſpelunca leo famelicus in darium martyrem non ſolum nō ei nocuit, at etiam ab alijs feris eum tutatus eſt ſub imperatore Numeriano.
¶Dydimus abbas et anachoreta colubros et ſerpentes innocuos pedibus cōculcabat. ¶Eraſmo Campano epiſcopo (qui Diocletiano imperante floruit) inter vaſtas nemorum ſolitudines coruus paſtum attulit. ¶Eadmundi Anglorum regis et martyris abſciſſum caput/ lupus alioqui ſæuiſſim⁹ intactum ſeruauit et illæſum. ¶Eutycius vrſum habuit ſibi obſequioſum et obedientem. ¶Mandato Euſtorgij mediolanenſis epiſcopi lupus iugo ſe ſubmiſit & currum traxit, quo tria magorum corpora aduehebantur in Italiam. Prius enim comederat duo iumenta/ quibus currus ipſe voluebatur. ¶Adrianus imperator gemínos leones inuſitata feritate horribiles et diuturna frendentes inedia ad cōcerpēdum raptim Eleutherium epiſcopum laxari imperauit. Qui tamen non ſolum non nocuerunt ſancto/ at pedibus eius aduoluti innocua reclinauerunt capita. ¶Egidio Athenienſi in deſerta ſolitudine degenti/ cerua miniſterium præbuit et alimentum. ¶Paulo primo anachoretæ ſolitariam in latebris ferarum vitam agenti, coruus quotidie dimidiatum panem afferebat. Quum autem eo veniſſet Antonius, vt Paulum ipſum videret, coruus integrum attulit panem/ & propter nouum hoſpitem cibum duplicauit.
¶Paulus leonenſis draconem manſuefecit. ¶Philippus apoſtolus draconi imperauit, vt innocuus abiret in latebras. Quod et fecit draco nemini prorſus iniurius.
¶Heraclides philoſophus draconem habuit manſuefactum, euntiq; et quieſcenti ſolitum adeſſe et aſſiſtere velut comitem. ¶Syluestres aues relicto nemore/ intrepidæ aduolabant ad Maxentium abbatem Pictauenſem/ eius manu tritici grana et fruſtula panis roſtro decerpentes. ¶Sindrigal Lituaniæ princeps poſt Vitoldum vrſam habuit/ quæ omnibus matutinis relicto nemore domum eius accedens fores pedibus percutiebat/ apertoq; hoſtio porrectum capiebat cibum. ¶Thoas achaicus draconem domi diu fouit. Conſyderans demum q̄ periculoſum eſſet ſer-

pentem alere / ipſum in ſolitudines procul tulit atq; ibidem reliquit. Quo facto rediens quum incidiſſet in latrones & inſtantis periculi metu acclamaſſet, audita hominis voce/aduolauit draco/& aduerſum vim latronum ſuppetias attulit. ¶Ferũt Aiaci locrenſi manſuetum ſerpentem fuiſſe/ quocum bibebat/et verſabatur.

¶Sertorius ceruam habuit,quam in expeditionibus ſuis habebat ſemper comitem fingens dianæ eſſe numen/a quo res gerendas auſpicaretur. ¶Porus (quem Alexander debellauit)habuit elephantum,qui rectore iubente procumbebat in genua et ſe ſubmittebat. Author Curtius. ¶Helyas propheta cibum accepit a Coruo in torrente, cui nomen Carith. ¶Helenus abbas fatigatus ſarcina (quam ferebat) Onagrum iuſſit accedere & dorſum oneri ſubmittere. Paruit fera et q̃ longe ſancto placuit,onus ipſum peruexit. Idem a reperto Crocodilo flumen prꝛeruectus eſt, quum neq; pons adeſſet/nec appareret portitor. ¶Liberalis epiſcopus (qui ſub Adriano paſſus eſt)poſt varia tormẽta/famelico leoni deuotus fera ad eius pedes innocua procumbente/illæſus permanſit. ¶Diuerſæ quoq; et horrendæ feritatis beluæ laxatæ ſunt ad deuorandum mãmetem martyrem, quæ tamen ſæuitię prioris immemores ad eius pedes exarmatæ ſe prouoluerunt. ¶Habuit Macarius confeſſor in deſertis nemorum locis vicinam cellę ſuę leenam, cuius catulis cęcis quum reſtituiſſet viſum/fera obſequij memor/ eidẽ pelles ouium et pꝛcudum (quas venabatur)afferebat. ¶Zozimo abbati paruit agreſtis leo. ¶Hanno Carthaginenſis primus omnium leonem manſuefecit. ¶Marthes rex Aegypti cornicem habuit adeo cicurem et manſuefactam, vt quoquo iuſſiſſet ille/epiſtolas deferret,non ignorans quo tranſuolandum eſſet/aut vbi conſidendum. ¶Cælius prodit Cynocephalos in Aegypto literarum ductus perdidiciſſe & ſaltationũ geſticuloſos motus/tibiarumq; modulos. ¶Plynius ſcribit Pantheram patri cuiuſdam Philenis aſſectatoris ſapientiæ blanditam fuiſſe / vt delapſos in foueam catulos extraheret ille. ¶Niciæ venatori in foueam lapſo canes multis latratibus dolorem teſtati/ ſubſidium ferre voluerunt / eumq; appræhenſa mordicus veſte illinc extrahere. ¶Mentor Syracuſanus leonem in Syria repertum quũ expaueſceret / timenti protinus ſeſe oppoſuit fera/eiuſq; veſtigia cœpit lambere ſimilis adulãti/ donec ille ex pede leonis (in quo tumorem et vulnus animaduerterat) ſurculum ingentem extraxerit/ipſumq; leonem liberauerit cruciatu. ¶Helpis Samius viſo in Africa leone pauidus arborem conſcendit. Tum leo ad arborem procumbens hiatu miſerationem quærebat. Habebat enim ingẽtem ſpinã pedi infixam/ quã quũ reuelliſſet helpis/gratiam rettulit fera venatus aggerendo. ¶Chriſtina virgo viperis et aſpidibus (quarum ſimulachra excitabat neſcio quis magus) deuota,euaſit incolumis et illęſa. ¶Vrſus laxatus fouea ad inferendam mortem Cerbonio epiſcopo,relicta feritate eũdem cœpit amplecti et circum lambere. ¶Eodem modo laxatus in donatillam virginem vrſus poſita feritate,ad eius pedes manſuetus decubuit.

¶Expoſitus famelicis leonibus in prædam Daniel euaſit incolumis. ¶Pontianus martyr (qui paſſus eſt ſub imperatore Antonino) geminos leones in ſuam mortẽ laxatos exarmauit. ¶Vrſi laxati ad interficiendum Pontium epiſcopum/decubuerunt ad eius pedes innocui. ¶Reperiuntur & alij ſancti feris et beluis expoſiti, qui tamen mortem illam effugerunt, vt Andronicus Epheſius, Albanus, Blandina virgo/Baſilides/Benignus preſbyter/Thecla/ Dorotheus/ Quiriacus/Priſca/Põtianus/Probus/Taracus/Elocellus/ Germanicꝰ/Venãtius/Marinus/Martina virgo/Mymas/magnꝰ martyr/Mammes/Theodoſia. ¶Androdus a domino Africam prouinciam adminiſtrante quotidianis verberibus ad fugam coactus / ſeceſſit in deſerta

in deſerta Lybiæ, Vbi cum obuio leoni ad genua ſua prouoluto ingentem ſtirpem e cruento pede reuelliſſet, conceptamq; ſaniem vulnere intimo expreſſiſſet, ferunt beſtiam in hoſtimētum beneficij Androdo aliquot poſt annis comitem adhęſiſſe, et opimiores (quas venaretur) carnes pręparaſſe. Pertęſus demum vitę illius feri-næ Androdus quum reliquiſſet antrum, fato inauſpicato compræhenſus eſt a domini ſatellitibus / feriſq; adiudicatus. Vbi idem leo (qui in venatu captus fuerat) agnitum medicum ab iniuria reliquarum beſtiarum tutatus eſt. Petentibus propterea cunctis (qui aderant) pœna ſolutus eſt Androdus / eiq; populi ſuffragio donatus Leo. Quem quum tenui loro reuinctum compitatim per vrbem traheret / ſequentes cum plauſu dixiſſe feruntur. Hic eſt leo hoſpes hominis. Hic eſt homo medicus leonis. De hoc Pontanus lib. I. Amorum ſic inquit. At quondam Lybicis leo dum mugiret in antris / Saucius Androdi munere ſenſit opem. Inde comes ſocio permanſit fidus in antro / Et precium victus / raptaq; præda fuit. Quumq; cruētaſſet Romanum cęde theatrum, Abſtinuit medicas ille ferire manus.

¶ Vermes diuerſi.

Campe	Onyſcus	Tabanus
Cantharides	Mylochos	Chryſalis
Centipeda	Pytocampę	Cicidelæ
Conuoluolus	Pyrauſta	Coſſus
Eruca	Sanguiſuga	Gurgulio
Galba	Crabro	Papilio
Cnips	Solifuga	Petauri
Teredo .·.	Tarmes .·.	Rauca
Ceraſtes	Tinea	Phalangium
Ips	Tipula	Ricinus
Cips	Voluox	Rhagio
Trips	Brucus	Aſiortion
Sis	Xylophagus	Myrmecion
Midas	Blatta	Tryphę
Lampyris	Rutulus	Cymex
Bombyx	Araneus	Gryllus
Lytta	Bupreſtis	Hepacontinus.
Melolantha .·.	Cantharolethrus	
Millepeda	Aſilus	

CAmpe genus eſt vermis / arboribus et herbis hortenſibus infeſtiſſimum. Columella libro. II. Nec ſolum teneras audent erodere frondes Implicitus conchę Limax / hirſutaq; Campe. ¶ Cantharides vermiculi ſunt virides aureis ſparſi maculis / quorum ſuccus inſtar eſt veneni. Ouid. in Ibin. Cantharidum ſuccos dante parente bibas, Hinc adagium natum. Myſia cantharis / de homunculo abiectiſſimo. ¶ Centipeda vermis eſt piloſus multis pedibus arcuatim repens. Eſt & Chryſalis genus vermis. ¶ Conuoluolus vermis eruca minor rodit pubeſcentes vuas. ¶ Eruca vermis tenaciter hæret, repit in olerū folia et abrodit / præſertim braſſicas. Oliuam arborem turpi facie depaſtam relinquit. Naſcitur tępore humido et lento. ¶ Galba vermiculus eſt exilis / qui naſcitur in æſculis. ¶ Cnips vermiculus eroſo

ligno ſemper locum mutare nititur. Hinc adagium. Cnips in loco ſtare nõ potens, in homines inconſtantes. ¶Eſt et inter materiarum peſtes Teredo vermis dictus q̃ dentibus terat et erodat. ¶Ceraſtes vermis vbi tãtum eroſit/q̃tum ad corporis volutationem ſatis eſt, generat alium. ¶Ips cornua & vites rodit, vt Cips frumẽta/ Trips ligna, Sis veſtes/Is vitra/Midas fabam. ¶Lampyris noctu lucet. Latine vocatur noctiluca ſeu nitedula. ¶Bombyx aranearũ inſtar fila ducit tenuiſſima, quibus precioſę admodum veſtes fiunt, quę vocãtur Bombycinæ. Aliter vocatut Bõbilius et Necydalus. ¶Lytta vermicul⁹ naſcitur in lingua canum, qui ſi catulis eximatur, nec rabidi fiunt/nec faſtidium ſentiunt. ¶Melolantha genus eſt ſcarabei/ colore viridi naſcens. ¶Millepeda nomen ſumpſit a pedum multitudine. ¶Mylochos eſt de genere blattarum, naſcitur circa molas. ¶Onyſtus multipes eſt fuſci coloris/ſub lapidibus viuens aut figlinis vaſis. Tactus arcuat ſeſe & in formam pilę cotrahit. Aliter dicitur Tylus. Is eſt qui aliter multipeda vocatur. ¶Pytocampę venenato ſunt morſu. Naſcũtur i pinu arbore. ¶Pyrauſta vermis eſt de ſpecie araneorũ fauis pernicioſus. Volitat ad lucernas tantiſperdũ cõbuſtis alis pereat. Hinc adagium. Pyrauſtæ gaudere gaudiũ, de momentanea et breui lętitia. ¶Sanguiſuga vermis eſt aquatilis/ cruoris appetens. Aliter vocatur Hirudo. Horatius in arte. Non miſſura cutem niſi p'ena cruoris hirudo. ¶Crabrones ex putridis equorum carnibus enaſcuntur. ¶Solifuga genus eſt formicę venenatę, lucẽ refugiens. Vnde inditum nomen. Huic cõtrariũ eſt cor veſpertilionis. ¶Tarmes vermiculus carnẽ exedit. Vitruuius lib. 2. de architectura. Sed ea q̃ habet in ſe plus caloris, procreat et alit tarmitem, ab eoq; viciatur. ¶Tinea libros et veſtes abrodit. Horatius lib. 1. Epiſt. Aut tineas paſces taciturnus inertes. Claudianus. Miſerabile turpes Exedere caput tineæ. ¶Tipula ſex habet pedes. Tãtę leuitatis eſſe dicitur, vt ſuper aquã currens non deſidat. Plautus. Neq; Tipulæ pondus leuius eſt, q̃ fides lenonia. ¶Voluox vermiculus eſt prærodens pubeſcentes vuas. Aliter appellatur cõuoluolus. ¶Brucus vermiculus eſt volitans/ſed ſine alis, qui herbas erodit. ¶Xylophagus albus eſt & obęſus, nigro capite. Naſcitur in carie lignorum, quæ corrodit. Hunc in Ponto et Phrygia comediſſe, luxuria eſt. ¶Tenebras amant blattæ, vitam lucemq; fugiunt, in balneis maxime humido vapore prognatæ. Virgil. lib. 4. Georg. Lucifugis congeſta cubilia blattis. Horat. Cui ſtragula veſtis Blattarum ac tinearum epulæ putreſcat in arca. ¶Rutuli aridam terram fodiunt, fauoſq; in modum ſpongiæ fiſtuloſę medicato melle conficiunt. ¶Araneus vermis eſt lanugino-ſus et ſerpẽtis in modum repens, quo diſſecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, qui adalligati mulieribus ceruina pelle ante ſolis ortum, præſtant ne concipiant. Flores arborum populatur & ita quandoq; abrodit, vt ſterileſcant. ¶Bupreſtis ſimilis eſt ſcarabeo. Fallit inter herbas bouem, vnde meruit nomen/deuocatũq; tacto felle ita inflammat, vt rumpat. ¶Cantharolethrus brachia habet, & in cauda ſpiculum. ¶Aſilus aculeum habet in ore. Latiuſculis quibuſdam beſtiolis (quæ in fluuiis ſupernatant) enaſcitur, frequens propterea iuxta aquas. Oeſtrum aliter ſeu Oeſtrus appellatur. De hoc Virg. lib. 3. Georg. Eſt lucos Silari circa/ilicibuſq; virentem Plurimus alburnum volitans/cui nomen Aſilo. Romanum eſt/Oeſtrum Graij vertere vocantes. Aſper/acerba ſonans/quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther Concuſſus. Aſilum quidam Tabanum vocant, alij diuerſum faciunt. Tabanus autem naſcitur ex ligno in quo plurimus eſt humor. ¶Chryſalis vermiculus duro cortice mouetur ad tactum aranei. ¶Cicideliæ veſpere lucent per arua. Græci Lampyrides vocant. ¶Coſſi gignuntur ex ligno.

His veteres in cibo vſi ſunt. ¶Gurgulio vermis eſt frumenti vel fabę. Virgi. lib. 1. Georg. Populantq; ingentem farris aceruum Gurgulio, atq; inopi metuens formica ſenectæ. ¶Papiliones vermes ſunt/ ex quorum ſtercore enaſcuntur tineæ. Lucernarum luminibus aduolant. His contrarium eſt iecur caprinum. Cæras depaſcuntur, & relinquũt excrementa, quibus teredines gignuntur. Eorum aduentus veris initium indicat. ¶Petauri generantur ſordibus aridi ſoli. ¶Raucæ vermes naſcuntur in radice quercus. ¶Phalangium ſimile eſt formicæ/ ſed maius tamen, ruffo capite/ reliqua parte corporis nigra/ albis intercurſantibus reſperſum guttis. Acerbius pungit, q̃ veſpa. Viuit circa furnos et molas. Ab eo percuſſis ſi alterum eius generis oſtendatur, remedium affert. ¶Ricini vermiculi ſunt, quibus infeſtantur canes. ¶Rhagio ſimilis eſt nigro acino/ ore minimo/ ſub aluum breuiſſimis pedibus, tanq̃ imperfectis. Quos momordit, eodem afficit dolore, quo ſcorpius. ¶Aſiortion vermis eſt, cuius morſu genua labefactantur. ¶Myrmecion caput habet ſimile formicę/ Aluum nigram guttis albis diſtinctam. Eodem torquet dolore, quo veſpę. ¶Triphæ ſimiles ſunt culicibus. Sunt & alia plæraq; nomina, vt Chryſalis/ Cymex/ Collotus/ Gryllus/ Hepacontinus.

¶Sculptores/ Cælatores/ Statuarij et marmorarij.

ALchimedon nomen eſt cælatoris et vaſcularij apud Virgilium dicentem. Pocula ponam Fagina/ cælatum diuini opus Alchimedontis. Item. Et nobis idem Alchimedon duo pocula fecit.

¶Alcon nomen eſt argentarij, qui Aeneæ pateram cælauit.

¶Plynius ſcribit proximos a mentore fuiſſe Bœtum & Agrigantа. De Alcone et Bœto Virgil. In Culice. Nec pocula gratum Alconis referunt Bœtiq; toreuma. ¶Eurycion nomen eſt fabri argentarij apud Virgilium lib. 10. Quę bonus Eurycion multo cælauerat auro. ¶Polycletus ſtatuarius fuit Ageladis diſcipulus, qui q̃tum reliquos ſuperauit in forma hominum ad veritatem effigiandam/ tantum abfuit ab authoritate reddenda formæ numinum, quod Phidiæ & Alcameni datum eſt. Signa fecit ex ære nobilitata ſcriptorum pręconio, vt Aſtragalizontes id eſt talis ludentes. De eo & alijs Martialis lib. 8. Quis labor in Phiala, docti Myos? an ne Myronis? Mentoris an manus eſt, an Polyclete tua? Iuuenalis Satyra. 8. Phidiacum viuebat ebur, necnon Polycleti. Statius lib. 2. Syl. Aut Polycletæo iuſſum eſt quod viuere cælo. Stroza pater. Sed Polycleteas artes/ & Mentora vincis. ¶De Euphranore Fabius lib. 12. ſic ait. Euphranorem admirandum facit, q̃ et cæteris optimis ſtudijs inter præcipuos/ & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit. Iuuenalis Satyra. 3. Hic aliquid præclarum Euphranoris, et Polycleti. ¶Mentor primus claruit argento cęlando, qua in re magnam prometuit laudem. Teſtimonium laudis ei perhibuit Capitolinus Iuppiter/ & Epheſia Diana, quibus cõſecrata fuerũt artis eius vaſa. Iuuenalis Satyra. 8. Multus vbiq; labor, raraę ſine Mentore menſæ. Martialis. Accipe Mentorea pocula facta manu. Propertius. Leſbia Mentoreo vina bibas opere. ¶Phidias ſculptor Athenienſis claruit minoribus ſimulachris ſculpendis. Idem fecit ſtatuam Mineruæ ex auro et ebore amplitudine. 26. cubitorum, In cuius ſcuto cælauit prælium Amazonum & Gygãtomachiam, In ſoleis pugnã Lapytharum & Centaurorum.

Plynius eum vocat artificem nunq̃ ſatis laudatum. Fabius/Phidias (īquit) dijs q̃ hominibus efficiendis melior. In ebore vero longe citra æmulum, Vel ſi nihil niſi Mineruam Athenis/aut Olympiū in Elide Iouem feciſſet. Martialis lib.3. Artis phidiacæ toreuma clarum, Piſces aſpicis/adde aquam/natabunt. Idem lib.6. Quis te Phidiaco formatam iulia cælo, Vel quis Palladiæ nō putet artis opus? Statius lib. 2. Syl. Phidiacę raſere man⁹. Idē li. 4. Quod Polycletęis iuſſum eſt ſpirare camínis. ¶Myro ſtatuarius fuit numeroſior in arte q̃ Polycletus. Vtebatur aere delíaco. Ageladis fuit diſcipulus. Hunc maxime nobilitauit bucula celebratis verſibus. Fecit et canē et diſcobolon/et Perſea/et Priſtes/et Satyrum admirantem tibias/& Mineruam/& Delphicos pentathlos Pancraſtiatas, Item Herculem/cicadæ monumentum/et Locuſtæ/et Apollínem. Ipſe tamen corporum tenus curioſus, animi ſenſus nō expreſſit. Iuuenalis Satyra, 8. Et cum Parrhaſij tabulis, ſigniſq; Myronis. Statius. Quod ab arte Myronis. Aut Polycletęo iuſſum eſt quod viuere cælo. ¶Lyſippus Sicyoni⁹ adeo claruit ſculptura, vt ab eo ſolo fingi voluerit Alexāder, quemadmodū pingi a ſolo Apelle. Horati⁹. Edicto cauit, ne quis ſe præter Apellem Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra. Stroza pater. Cedit Lyſippus, Phidiacuſq; labor. Hunc Plyni⁹ ait feciſſe ad 610. opera. ¶Arceſilas ſculptor fecit ſimulachrum Dianæ, in quod Simonides luſit epigramma. ¶Callimachus ſculpturam in tenuiorem exquiſitiorēq; diſciplinam reduxit. Nam ipſe prius lapidem perforauit, minutatimq; tractauit ¶Diopœnus et Scybis Cretenſis, Sicyonem ſe cōtulere, vbi fuit quondam præcipua omnium metallorū officina, ibiq; ſculpendo marmorí primi claruerunt. ¶Epitherſes diſcipulus fuit Lyſippi. ¶Praxiteles marmore nobilitatus eſt, duplíciq; Venere, Coa et Gnydía/ſed Gnydía pręcipue/cui ob elegantem formam noctu cōgreſſus eſt puer relictis maculis tantę libidinis indicibus. Quintianus, Cedat Praxiteles, cui⁹ muliebris imago procacem Impulit ad coitum iuuenem. Sunt tamen qui hoc dicant de alio ſimulachro. Scripſit quinq; volumina nobilium operum in toto orbe. Speculum argēteum primus fecit. ¶Theodorus et Teladeus fratres Samij Rœcí filij/ſculptores celeberrimí fuerunt, quorū Telade⁹ Pythij Apollínis ſignū in Samo incepit, Theodorus Epheſi alio ſaxo abſoluit, quibus ſimul cōpoſitis, ita cohęſit et cōuenit, vt ab vnico artífice & eodem lapide factū videretur. Fuit etiam Theodor⁹ nobilis architectus, qui ſuaſit vt carbones ſubíjcerentur fundamentís templí Dianæ Epheſiæ. Idem primus ferrum fundere docuit/et ex eo ſtatuam fecit ferream. ¶Timotheus ſculptor vnus fuit eorum, qui Mauſolęum Arthemiſię cælauerunt. ¶Calamis cęlator fuit, cuius manu cælata duo pocula Germanicus Cęſar donauit Caſſio Syllano. Fecit et Apollínem poſitū in hortis Seruilianis, ¶Scopas cælauit mauſolęum cū Bryaxi, Timotheo/et Leocare, Ab oriente cęlauit Scopas/a Septētrione Bryax/a meridie Timotheus/ab occaſu Leocares. ¶Pythis in faſtígio Mauſolęi quadrigam fecit marmoream altitudine pedū 140. quæ totum opus incluſit. ¶Fecit Meneſtratus Herculem & Epheſi in templo Dianæ hecaten tanta marmoris radiatione, vt in eius contemplationem ędituí admonerent parcere oculis. ¶Socrates ſculptor fecit Charites in Propyleis Athenienſiū. ¶Pappipus Praxitelis diſcipulus/fecit zetū/et Amphionē/Dircē et Taurum. ¶Eutychides liberum patrem. ¶Timarchides fecit Apollínem canentem cythara. ¶Philiſcus Venerem in Octauię porticu. Itē Latonam/Dianam/muſas nouem et nudum Apollínem. ¶Polycles et Dionyſius filius Timarchidis Iouem in ędę proxima. ¶Heliodor⁹ pana & Olympū luctantes. ¶Polycharm⁹ Venerē lauantem ſeſe/& dædalum aſtantem. ¶Lyſias quadrigam/currum/Apollínē/&

Dianam

diānā ex vno lapide. ¶ Amphiſtratus ſimulachrū Calliſthenis hiſtoriarū ſcriptoris. ¶ Ageſander/Polydorus & Athenodorus Rhodij ex vno lapide fecerūt Laocoontem & liberos, draconūq; mirabiles nexus. ¶ Cratherus cū Pythodoro/Polydectes cum hermolao/ Pythodorus cū Artemone palatinas Cæſarū domos repleuere probatiſſimis ſignis. ¶ Diogenes Athenienſis et Carſatides decorarunt Pantheum Agrippæ. ¶ Arceſila⁹ fecit leenā marmoreā/quā Varro dixit ſe habuiſſe. Item aligeros ludentes cū ea cupidines, quorū alij relīgatā tenerēt/ alij e cornu cogerent bibere/alij calcearēt ſoccos, omnes ex vno lapide. ¶ Coponius fecit. 13. nationes, q̄ ſunt circa Pōtū. ¶ Canacus ſtatuarī⁹ ſimulachra fecit marmorea. ¶ Sauros et Bathraces lacones fecerunt tēpla Octauię porticibus incluſa. ¶ Myrmecides quadrigā fecit cū agitatore, quā cooperuit alis muſca. ¶ Callicrates/formicas quarū pedes et alia membra vidēri nō poterant. ¶ Mys cælator fuit argentarius. Martialis. Quis labor in Phiala? docti myos/an ne myronis? ¶ Pyrgoteles ſculptor fuit gemmarius, a quo ſolo in gēma ſculpi ſe voluit Alexander. ¶ Alcimenē athenienſem docuit Phidias/ ſculptorē nobilē / cuius permulta opera Athenienſes in ſacris ædib⁹ poſuere/præclarāq; Veneris imaginē extra muros/quæ appellatur Aphrodite Exapolis/huic ſupremā manū impoſuit Phidias. ¶ Agoracritum parium docuit Phidias, quē adeo amauit, vt ei⁹ nomini pleraq; ex ſuis operib⁹ donauerit. Certauit Agoracrit⁹ in Alcmanē de Venere faciēda. Vicitq; Alcmanes, nō opere, ſed ciuitatis ſuffragijs cōtra peregrinū ſuo fauentis. Quare indignatus Agoracritus ſignum ſuū vendidit/ea lege ne Athenis eſſet, appellauitq; Nemeſim. Quod ſimulachrum poſitū eſt in Rhamnūte pago Atticę/quod M. Varro omnib⁹ ſignis prætulit. ¶ Antipater Satyrū in phiala grauatū ſomno collocaſſe verius q̄ cęlaſſe dict⁹ eſt. Inter eos qui in argento cęlando claruerunt, ſequētes numerātur a Plynio. Mētor/Acrages/Boetus/Mys/Antipater/Stratonicus/Cyzicenus/Tauricus/Ariſtō/ Onychus/Hecateus/Praxiteles/ Poſidonius Epheſius/Lædus Stratites qui prælia et armatos cęlauit, Zopyrus qui Areopagitas & iudicium Oreſtis cælauit in duob⁹ ſcyphis. 12. pōdo eſtimatis. Pyrrheas cuius duę vncię viginti venierunt. Vlyſſes et Diomedes erant in Phialæ emblēmate Palladiū ſurripientes. Fecit et iocos in paruulis potorijs. ¶ Habuit et Teucer Cruſtarius famā. ¶ Zenodorus Mercurij ſtatuam fecit in ciuitate Galliæ Aruernis. Itē mandato Neronis coloſſum. 110. pedū lōgitudine dicatū Soli. ¶ Phidię æmuli fuere Alcamenes/Critias/Neſtocles/Hegleas. Deinde Agelades/Callō/Polyclet⁹/Phragmō/Gorgias, Lacor, Mycō/Pythagoras, Scopas Perelius. ¶ Polycletus diſcipulos habuit Argiū/ Aſopodorum/ Alexim/Ariſtidē/ Phrinonē/Dinonē/ Athenodorū/dameā, Clitorum, Myronē Lyciū. ¶ Olympiade. 95. floruere Naucydes/Dynomedes/Canachus/Patrocle⁹. ¶ Olympiade. 102. Polycles, Cephiſiodor⁹, Leocares, Epatodorus. ¶ Olympiade, 104. Praxiteles, Euphranor. Olympiade. 107. Echion/Termach⁹. ¶ Olympiade. 114. Lyſippus/Lyſiſtratus/Sthennis, Euphronides, Soſtratus/Ion, Syllanio nullo doctore nobilis fact⁹, qui diſcipulos habuit Theuſim & Iadē. Olympiade. 120. Eutychides/Eutycrates/Lahippus, Cephiſiodorus, Timarchus Pyromachus. Olympiade. 155. Antheus, Calliſtratus. ¶ Pythagoras Rheginus Pancratiaſtem delphis poſuit. Hunc vicit Leontius, qui fecit Stadiodromon Aſtylon, qui Olympiæ oſtenditur. Et lybin puerum nudum tabellas tenentem et ferentem mala. Syracuſis autem claudicantem, cuius vlceris dolorem ſpectatores videbantur ſentire, Item Apollinem Cytharœdum. Primus neruos et venas & capillum diligentius expreſſit. Pythagoras Samius Pythagoræ Rheginí diſcipulus fecit

ſigna fortunę ſeminuda. Lahippus/ Beda/ Eutycrates diſcipuli fuerũt Lyſippi. Eutycratis diſcipulus fuit Thyſicrates Sicyonius. ¶ Telephanes Phocæus habitauit in Theſſalia, vbi opera eius latuerunt. Fecit Lariſſam/ Spirarchum Pentathlon et Apollinem. Ariſtides Polycleti diſcipul⁹ fecit quadrigas/ & Bigas/ Iphicrates lenam meretricem/ quę Ariſtogitonem et harmodium tyrannicidas nullis vnq̃ tormentis adacta voluit prodere. Aliorũ & ſculptorum & ſtatuariorum nomina ſunt Creſilas/ Pericles Olympius/ Cephiſidorus/ Chereas/ Cteſilaus/ Demetrius/ Dædalus/ Dynomenes/ Eutychides/ Hegias/ Butyreus Lycius Myronis diſcipulus/ Menechmus/ Nancerus/ niceratus/ Polycles/ Pyrrhus/ Phœnix Lyſippi diſcipul⁹/ Stypax Cyprius/ Syllanion/ Theodorus author Labyrinthi Samij/ Xenocrates Tiſicratis diſcipulus, Ariſton/ Callaſes/ Deſias/ Cantharus Sicyonius/ Dionyſiodorus Critię diſcipulus/ Deliades/ Euphorion/ Eunicus/ & Hecateus. Argenti cęlatores Leſbocles/ Prodorus/ Pythodicus/ Polygnotus/ Scinus/ Apollodorus/ Androbolus, Aſclepiodorus, Antimachus/ Athenodor⁹. Alia ſunt infinita huiuſmodi nomina apud Plynium lib. 34. Properti⁹ lib. 3. quoſdam præcipui nominis artifices enumerat his verbis.

Gloria Lyſippo eſt animoſe fingere ſigna.
Exactis Calamis ſe mihi iactat equis.
In Veneris tabula ſummam ſibi ponit Apelles.
Pyreicus parua vindicat arte locum.
Argumenta magis ſunt Mentoris addita formæ,
At myos exiguum flectit Achantus iter.
Phidiacus ſigno ſe Iuppiter ornat eburno,
Praxitelem Parius vindicat arte lapis.

¶ Inter omnium opera præcipuam laudem meruerunt tabula Ariſtidis Thebani pictoris, quam centum talẽtis licitatus eſt rex Attalus. Medea et Aiax Timomachi, quas tabulas Cæſar dictator emit talentis octoginta, Candaules rex Heraclidarum Bularchi picturã in qua erat magnetum prælium, pari rependit auro. Rhodijs pepercit rex demetrius/ ne Protogenis tabulam cremaret. Veſanus amor pueri Gnydiam Venerem maxime nobilitauit. Immortale nomen peperit Phidiæ Iuppiter Olympius, vt Mentori Capitolinus et Diana Epheſia. Dyadumenus molliter iuuenis Polycleti centum talentis nobilitatus, Cycliæ tabulam argonautas talentis. 144. mercatus eſt hortenſius orator, Nicias Athenienſis pictam Homeri necromantiam vendere voluit Attalo regi talentis. 60. Zeuſis pinxit Archigallũ/ quam picturam. 60. ſeſtercijs æſtimatam Tiberius princeps cubiculo ſuo incluſit.

¶ Pictores diuerſi.

FVit Phidias initio pictor, pinxitq; Clypeum athenis. ¶ Paneus eius frater pinxit ægidã Mineruæ, Bularchus magnetũ pręliũ. ¶ Hygiemon prim⁹ in pictura marẽ fœminãq; diſcreuit. ¶ Eumar⁹ Atheniẽſis figuras omnes imitari auſus. ¶ Cimon Cleonęus ei⁹ inuẽta excoluit/ obliquaſq; imagines inuenit/ articulis mẽbra diſtinxit/ venas ꝓtulit/ in veſte rugas & ſinus iuenit. ¶ Pythis certauit ĩ Timagorã Chalcidẽſem de pręſtãtia picturę. ¶ Polignotus Thaſius prim⁹ mulieres lucida veſte pixit/ inſtituit os adaperire/ dẽtes oſtẽdere/ vultũ ab antiquo rigore variare. Pinxit Delphis ædẽ/ et athenis porticum/ cuius partem etiam mercede pinxit Mycon. ¶ Mycon alter minor filiam habuit Timareten pictricem. ¶ Olympiade. 90. fuerunt aglaophon/ Cephiſodorus, Phrylus, Euenor pater Parrhaſij pictoris. ¶ Apollodorus athenienſis primus ſepties exprimere inſtituit/ primuſq;

muſq; gloriam penicillo contulit. Fecit ſacerdotem adorantem/et aiacem fulminatum. ¶Zeuſis arte picturę tantas opes ſibi comparauit, vt in earum oſtentatione, olympiæ nomen ſuum aureis intextum literis oſtentaret. Poſtea opera ſua donare inſtituit, vt alcmenam agrigentinis / Pana Archelao, ꝙ nullum precium putaret eſſe illis dignum. Fecit et Penelopen et athletam, adeoq; ſibi in illo placuit, vt verſum ſubſcriberet celebrem ex eo, inuiſurum aliquem facilius q̃ imitaturum. Fecit et magnificum Iouem in throno aſtantibus diis & Herculem infantem dracones ſtrangulantem, alcmena matre coram pauente & Amphytrione. Tanta fuit diligentia, vt agrigentinis facturus tabulam (quam in templo Iunonis Laciniæ dicarent) virgines eorum nudas inſpexerit et quinq; elegerit, vt quod in quaq; laudatiſſimum eſſet, pictura redderet. ¶Aequales eius et ęmuli fuerunt Timanthes/ Androcydes/ Eupompus. Parrhaſius deſcendit in certamen cum Zeuſide. Et quũ zeuſis detuliſſet vuas adeo ingenioſe pictas, vt ad eas aues deuolarent, Parrhaſius lintheum attulit veritate adeo repræſentata, vt zeuſis alitum iudicio tumens flagitaret remoto lintheo oſtendi ſibi picturam / & intellecto errore palmam concederet, quoniam ipſe aues fefelliſſet, Parrhaſius vero ſe artificem. Idem zeuſis poſtea pinxit puerum vuas ferentem, ad quas quum deuolaſſent aues, iratus eſt operi ſuo, ꝙ vuas pinxiſſet melius, q̃ puerum. Nã ſi puerum conſummaſſet, aues timere debuerant. Pinxit quoq; Helenam & marſiam religatum. Parrhaſius primus Symmetriam picturę dedit, primus argutias vultus/ elegantiam capilli, venuſtatem oris expreſſit, et artificum confeſſione in lineis extremis palmam adeptus eſt. Vide alia eius opera q̃plurima apud Plynium. Superatus eſt tamen a Timanthe in Aiace. ¶Pinxit Timanthes iphigeniam aris immolandam parentibus prope lachrimantibus velato patris eius vultu / quẽ digne non poterat oſtendere, Item Cyclopem dormientem. Alij in hac arte celebres fuerunt Euxinidas pręceptor Ariſtidis, Eupompus Pamphili, apellis Pamphilus, qui neminem minoris talento docuit annis decem. Quam mercedem ei dederunt Apelles & Melantius. Clari etiam extitere Echion/ Therimachus, quos omnes ſuperauit Apelles, voluminib⁹ editis/ quæ etiã doctrinam continent. Cedebat tamen amphioni de diſpoſitione/ aſcelepiodoro de menſuris. Idem nauigauit Rhodum ad videnda opera Protogenis pictoris excellentiſſimi. Apelli autem fuit perpetua conſuetudo nullum diem quibuſcumq; negocijs occupatum pręterire, quin lineam aliquam duceret, ducẽdo exerceret artem. Ad eius officinã frequenter ventitabat Alexander, qui etiam edicto vetuit, ne ab alio pingeretur. Venerem Cois inceptam moriens reliquit imperfactam, nec repertus eſt, qui tam egregio operi vellet ſuccedere. Pinxit Alexandrum magnum fulminigerum in templo Dianæ Epheſiæ talentis viginti, Numeroſa inſuper opera/ quę ponuntur a Plynio. ¶Ariſtides Thebanus æqualis fuit Apelli. Primus animum pinxit et ſenſus omnes expreſſit, Vnam eius tabulam Attalus rex. 100. talẽtis emiſſe fertur. ¶Aſclepidorum in Symmetria mirabatur Apelles, Ei Mnaſon tyrannus pro duodecim deis dedit in ſingulos mnas tricenas. ¶Idem dedit Theomneſto in ſingulos heroas mnas cẽtenas. ¶Nicomachus Ariſtodemi filius, pinxit raptũ Proſerpinę. Itẽ Vlyſſem pileatũ/ Apollinẽ/ Dianã/ deum matrẽ leoni inſidentẽ/ & nobiles vaccas arreptantibus ſatyris / et Scyllã. Fuitq; in ea arte omniũ velociſſimus. Diſcipulos habuit Ariſtidẽ fratrem/ Ariſtoclẽ filium/ & Philoxenũ Eretriũ, qui vltimus pinxit pręlium Alexãdri cum Dario. Itẽ laſciuiam in qua tres Sileni comeſſantur. ¶Nicophanes fuit elegãs & cõcinnus ¶Apellis diſcipul⁹ fuit Perſeus. ¶Ariſtidi diſcipuli fuerũt Niceros/ & Ariſtipus, qui pinxit Satyrum cũ

Scypho coronatum. ¶Ariſtippi antorides & Euphranor. ¶Pyreicus humilia ſecutus, humilitatis tamen ſummam adeptus eſt gloriam. Pinxit tonſtrinas/ ſutrinas/aſellos/& obſonia. ¶Serapion pinxit ſcęnas/et hominem pingere non potuit. ¶Dionyſius nihil pręter homines pinxit, vnde & anthropographus dictus eſt. ¶Calicles parua quædam pinxit. ¶Antiphilus heſionen/Alexandrum et Philippum cum Minerua/liberum patrem/Cadmum/Europen/Gryllum. ¶Arellius floruit Romæ paulo ante Auguſtum. ¶Amulius Mineruam, quę ſpectantem ſpectabat, quacumq; aſpiceretur. ¶Poſt eum in precio fuere Cornelius pinus/et Actius priſcus. ¶Pauſias Sicyonius Brietis filius diſcipulus fuit Pamphili, qui primus lacunaria pingere inſtituit. Paruas pingebat tabellas, maxime pueros. Pinxit Gliceram coronarum inuentricem (quam amabat) ſedentem cum corona. ¶Euphranor iſthmi⁹ fecit coloſſos et marmora ac ſcyphos ſculpſit. Scripſit volumina de Symmetria & coloribus. ¶Euphranoris coętaneus fuit Cyclias, cuius tabulam argonautas Hortenſius orator mercatus eſt talentis. 144. vt iam diximus. ¶Antidotus diſcipulus fuit Euphranoris, fecit clypeo dimicantem & luctatorē & tibicinem. ¶Antidoti diſcipulus fuit Nicias athenienſis, qui mulieres diligentiſſime pinxit. Ei⁹ opera multum probabat Apelles. ¶Maronites Glaucionis Corinthij diſcipulus/pinxit Achillem habitu virgineo occultatum vlyſſe deprehendente & alia quędam. ¶Heraclides Macedo initio pinxit naues. ¶Metrodorus pictor fuit et philoſophus magnæ celebritatis, quem athenienſes miſerunt L. Paulo æmylio poſt Perſeum deuictum, petēti probatiſſimum philoſophum ad erudiendos liberos/& pictorem ad triumphum excolendum. ¶Timomachus Bizantinus pinxit Cæſari dictatori aiacem & medeam tabulas. 80. talentis venundatas. Fecit inſuper Oreſtem/Iphigeniam/& quędam alia. ¶Ariſtolaus Pauſię filius et diſcipulus pinxit ędem apollinis, delphis. ¶Antiphilus puerum/ignem conflantem et lanificiū, in quo properabant omnium mulierum penſa. Satyrum cū pelle Pantherina/& alia multa. ¶Alcimachus pinxit dioxippū, qui pancratio vicerat in Olympia. ¶Cteſilochi opus fuit Iupiter Bacchum parturiens et ingemiſcens muliebriter inter obſtetrices et dearum clamorem. ¶Teſtidemus fecit Oechaliæ expugnationem et Laodomiam. ¶Cleſides reginæ Stratonices iniuriam, a qua nullo honore fuerat exceptus. Pinxit et voluptatem cum piſcatore, quē regina dicebatur amare. ¶Cratinus Comœdus Athenis Pompeium pinxit. ¶Euchides bigam regis cum victoria. ¶Eodorus ſigna fecit ex ære. ¶Iphis neptunum et victoriam. ¶Habron amicitiam et concordiam & deorum ſimulachra. ¶Leon Sappho. ¶Nicearchus venereum inter gratias et cupidinem. Herculem triſtem inſanię pœnitētia. ¶Nealces venerem/Naumachiā Aegyptiorum et Perſarum. Item aſellum in littore bibentem & Crocodilum ei inſidiantem. Aliorū nomina ſunt Oenias/Philiſcus/Phalerion/Simonides/Simus/Theodorus/Leontius Theron/Tauriſcus/Erigonus/Paſias/Ariſtonides/Anaxāder/Ariſtobolus/Syr⁹/Arceſylas Tiſicratis filius/Coribas Nicomachi diſcipulus/Carmanides Euphranoris/Dionyſiodorus Colophonius/Diogenes/Eutymedes/Heraclides Macedo, Mydon philomachi ſtatuarij diſcipulus, Mnaſitheus Sicyonius/Mnaſidemus/Neſſus/Polemon Alexandrinus/Theodorus Samius/Tadius/Xenon Neoclis diſcipulus. ¶Mulieres pictrices fuerunt Timarete Mycaonis filia, Irene Cratini pictoris filia et diſcipula/Ariſtarete Nearchi filia et diſcipula. Lala Cizicena. Martia M. varronis. Hæc omnia decerpta ſunt ex Plynio, ne quis forte opinetur me ex aliena opera laupromereri velle.

¶Pigmenta.

¶Pigmenta.

INter pigmenta numerãtur Minium/armenium/ Cymbaris/Chryſocolla/indicum/purpuriſſum/Synopis/Rubrica/ Parethonium/ Melinũ/Eretria/ Auripigmentum/Ochra/Ceruſſa/Sandaraca/Sandix/Syricum/ Atramentum/ Appianum. ¶Colorum nomina ſunt Andricelon,Oſtreon/ Praſinon/Crocoides/ Cyaneus/Cynabari/Xanthus/Phęus/Phlogoleucus/Leucophęus.Genera colorum apud Gellium lib.2.Cap.25.ſunt Ruffus/Ruber/Flauus Fuluus/Rubidus/ Phœniceus/Rutilus/Luteus/Spadix Cęſius.

¶Fabri & alij artifices.

Epeus	Callicrates	Elico
Didymaon	Myrmecides	Artemon
Perillus	Eligius	Staſicrates
Lycaon	Harmonides	Vatinius
Vulcanus	Aceſęus	Myron
Dędalus	Helicon	Architas
Mamurius	Glaucus	Telephanes
Phereclus	Sothericus	Diphilus.

EPeus author fuit illius machinę,quo deliteſcentes gręci Troiam noctu cœperunt dolo.Virgili⁹ li.2.Aen.Et menelaus/& ipſe dolí fabricator Epeus. Sabellicus.Sigęi fabricator equi generoſus Epeus.

¶Didymaon author fuit cuiuſdã clypei, quem Aeneas dediſſe fertur Niſo curſori peractis ludis,qui fiebãt in Sicilia ad Anchiſę tumulum. Virgili⁹.Et clypeum eſferri iuſſit didymaonis artes,Hoc iuuenem egregium pręſtanti munere donat.

¶Perillus reperit Aeneum taurum/ad torquẽdos ſontes,vt eo ſuppoſitis flammis incluſi,mugitum bouis imitarentur.Quod genus tormenti ipſe primus expertus eſt mandante Phalaride.Propertius libro 2.Nonne fuit ſatius duro ſeruire tyranno,Et gemere in tauro ſępe Perille tuo? ¶Lycaon Gnoſi⁹ faber fuit & artifex enſis, quem Aſcanius dedit Euryalo.Virgilius li.9.Humero ſimul exuit enſem Auratum,mira quem fecerat arte Lycaon Gnoſius/atq; habilem vagina aptarat eburna.

¶Vulcanum poetę faciunt fabrum deorum & Iouialium fulminũ artificem. Idem ſolis currũ feciſſe fertur.Ouidius li.2.Meta.Genitor cunctat⁹ ad altos Deducit iuuenẽ Vulcania munera currus.Aureus axis erat,temo aureus/aurea ſummę Curuatura rotę/radiorum argenteus ordo.Per iuga Chryſoliti/poſitęq; ex ordine gemmę, Clara repercuſſo reddebant lumina Phœbo. ¶Dędalus primus in formis animaliũ (quas veteres plaſtę cęcas fingebant & imobiles) oculos induxit/& abditis quibuſdam neruis effecit,vt huc & illuc mouerentur adeo ſcite,vt ſpectãtibus viuere & ingredi viderentur.Idem ligneam venerem fabricaſſe dicitur,quę argento viuo infuſo moueretur.Fecit inſuper Cretę labyrinthum,quo incluſus alis ſibi & nato confictis per viam mortalibus negatam periculum effugit.Hinc opera dędala vocãtur ingenioſa.De eius labyrintho Ouidius libro 8.Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis Ponit opus,turbatq; notas/& limina flexu Ducit in errorem variarum ambage viarum. ¶Mamurius faber ærarius fabricauit Saliorum Ancylia,qui propterea nomen eius ſolebant canere ſuis carminibus.Vertunnus apud Proper.libro 4.ſimulachrum ſuum a Mamurio ex ære formatum dicit.Ideoq; precatur, vt ei⁹ cineri terra ſit leuiſſima.Hęc autem Vertũni verba.Stipes acerbus eram properanti falce dolatus Ante Numam grata pauper in vrbe de⁹.At tibi Mamuri formę cęlator ahenæ,

Tellus artifices ne terat oſca manus. Quí me tã docilís potuiſti fundere in vſus, Vnũ opus eſt/operi nõ datur vnus honos. De mamurio Ouidíus líbro 3. faſt. Mamurius morum fabrę ne exactior artis Difficile eſt vllí dícere, clauſit opus.

¶ Phereclus abietarí⁹ faber Paridís ad Helenę raptũ nauígaturí naues feciſſe dícit. Hínc nauís phereclęa dící ſolet. Ouidíus in Epiſto. Paridís, Hac duce Sigęo dubías a líttore feci, Lõga phereclęa per freta puppe vías. ¶ Callícrates fuit minutorũ opuſculorum fabrícator, quí muſcam fecit alís quadrigam cum agitatore tegentem. Fabrícauit & nauem⁹, quã auícula pennís íntegebat. ¶ Myrmecídes fecít formícas tã tenues, vt vix membra vídeří poſſent. ¶ Elígíus Nouíonenſís epíſcopus artem auríficum exercuít, in qua quícquíd lucrí faciebat/erogabat pauperíbus.

¶ Ferunt Harmonídem Troíanum fabrum fuiſſe vnum ex eorum numero, quí paridís Spartam ítuří naues fabrícauerunt. ¶ Aceſęus natíone Patarenſís & Helícon Caryſtíus duo fuerunt celebratę artís artífices, qui Peplum Palladís Poliadís (quę ín arce Athenienſíum colebatur) contexerũt. Hínc adagium natum. Aceſęi & Helíconís opera, de hís quę ſíngulari fiunt artífício. ¶ Glaucus Samíus primus ęris ferrumínationem ínuenit. ¶ Sothericus faber fuit lignarius/cuíus opera priſcã íllam & rudem ſímplícítatem prę ſe ferebãt. Hínc natum prouerbium. Sotherící lecti, de re vili & minime ambitioſa. ¶ Elíco faber fuit, quí authore Plynío obartem fabrílem Romę cõmoratus eſt. ¶ Artemon faber fuit loripes authore Plutarcho in períclę. ¶ Staſícrates fuit artífex Alexãdro Macedoní gratíſſímus, q dícebat Thracię montem athon ín hominís ſtatuam formarí exculpíq; poſſe. ¶ Vatínius Beneuentanus fuit artífex Calícum vítreorum. Hínc Vatínía vocantur vaſa vítrea. Martíalís líbro 10. Vatíníorum proxíneta fractorum. Idẽ in díſtíchís. Vílía ſutorís Calíces monumẽta Vatíní Accipe. Is fuit díſtortí corporís/Sutrínę alumnus/edídítq; munus gladíatorium Beneuentí, authore Cornelío Tacíto ¶ Myron artífex nobílís buculã fecit æneam/gręcís prímum/deínde Auſonianís verſíbus celebratam. Statíus. Híc tíbí quę docto multum vígílata myroní Aera. Properti⁹. Atq; aram círcum ſteterant armẽta myronís, Quattuor artíficís víuída ſígna boues. Polítianus in Ruſt. Nec docto trita Myroní Pocula multíplící florent radíantía gemma. ¶ Archítas faber ſímulachrum columbę fecit ex ligno/líbramentís ita ſuſpenſum & aura ſpíritus ínclusa atq; occulta concítum, vt ípſum volaret. Author Gellíus líbro 10. Capí. 12.

¶ Telephanes faber fuit lignarius, victum ſibí quęrítans ín factítandís curríbus, quẽ tamen poſtea felíx fortuna ad lydorum regnum euexít. ¶ Díphílus architectus fuit tardíſſímus ín perducendís ad fínem ſuſceptís operíbus. Vnde factus adagio *locus*. Díphilo tardíor. ¶ Terícles calíces torno faciebat ex Terebíntho, authore Plynío.

¶ Architecti nobíles.

Democrates	Zenodotus	Vale. Oſtienſís
Spíntharus	Hermodorus	Mneſícles
Cteſíphon	Soſtratus	Nícon
Meleagenes	Chírocrates	Apollodorus
Theodorus	Satyrus	Eupalínus
Phílo	Emylíus	Rhœcus
Hermogenes	Rholus	Mandrocles.
Sugílas	Theodorus	

DEmocrates Alexandríam metatus eſt. ¶ Spíntharus Corínthíus delphícum templum conſtruxít. ¶ Cteſíphon templum Dianę Epheſię/vbí ſímulachrum ípſíus deę vitígineũ fuerat, Plyní⁹. Operí ínquít, prefuit Cteſíphon

ſiphon architectus. ¶Meleagenes fanū minerue Prienenſis. ¶Theodorus Phocenſis fecit Tholum delphicum. ¶Philo athenienſis armamentarium Pyrei. ¶Hermogenes ędem doricam iunonis magneſię. ¶Sugilas mauſoleum artemiſię. ¶Zenodotus nobile pauimentum pergami. ¶Hermodorus nomē eſt Architecti qui obeliſcum fecit. ¶Emylius/Rholus & Theodorus architecti fecerunt labyrinthum lemnium. ¶Valerius Oſtienſis Architectus fuit, qui theatrum Romę texit. ¶Mneſicles architectus arcem athenis ędificauit. author Plutarchus in Pericle. ¶Nicon pater fuit Galeni geometrię & architecturę peritiſſimus. ¶Apollodorus Traiani forum/metodęum & gymnaſium Romę fabrefecit. Hunc interfecit Adrianus. ¶Eupalinus Megarenſis filius Nauſtrophi/Rhœcus Phileifilius & Mandrocles Samius nomina ſunt architectorum apud Herodotum.

¶Conditores diuerſorum locorum & ędificiorum.

ANtenor condidit Patauium vrbem. Virgilius libro 1. Aen. Hic tamē ille vrbem Pataui ſedeſq; locauit Teucrorum. Sabellicus. Condidit antenor ſpacioſis mœnibus vrbem. ¶Romulus Romam, Virgilius libro 1. Aen. Inde lupę fuluo nutricis tegmine lętus Romulus excipiet gentem/& mauortia condet Mœnia/Romanoſq; ſuo de nomine dicet Aſcanius albam. Tibullus. Albaq; ab Aſcanio condita longa duce. Virgili⁹. Aſcanius longam muris quum cingeret Albam. Idem. Aſcanius clari condet cognominis albam. ¶Philoctetes Petiliam vrbem Brutiorum. Virgilius libro 3. æn. Parua Philoctetę ſubnixa Petilia muro. ¶Dido Carthaginem. Virgili⁹ libro 4. Aen. Fœmina quę noſtris errans in finib⁹ vrbē Exiguam precio poſuit. Dido apud eundem ſic loquitur. Vrbem prędarā ſtatui/mea mœnia vidi. Ouidi⁹ in Epiſt. Vrbem conſtitui/lateq; patentia fixi Mœnia finitimis inuidioſa locis. ¶Dardanus Troiam. Virgilius libro 6. Aen. Et troię dardanus author. Idem libro 8. Dardanus iliacę primus pater vrbis & author. ¶Danae acriſij filia ardeam vrbem Italię. Virgilius libro 7. Quam dicitur vrbem Acriſioneis Danae fundaſſe colonis. Plyni⁹ libro 3. Ardea a danae perſei matre cōdita. ¶Catillus arcas Tybur oppidum Romę vicinum. Virgilius libro 7. Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt/Fratris Tyburti dictam cognomine gentē. Syllius libro 8. Hinc tybur Catille tuum/ſacriſq; dicatum Fortunę prędeſte iugis. ¶Ceculus prędeſte. Virgilius libro 7. Nec Prędeſtinę fundator defuit vrbis. ¶Arcades Pallantęum oppidum ſitum in monte palatino. Virgilius libro 8. Arcades his oris genus a Pallante profectum / Delegere locum/& poſuere in montibus vrbem Pallantis proaui de nomine Pallantęum. ¶Neptunus muros Troię. Virgi. libro 9. Aen. An non viderunt mœnia troię Neptuni fabricata manu conſidere in ignes. ¶Diomedes arpos oppidum Appulię. Virgilius libro 10. Atq; iterum in teucros ætolis ſurgit ab arpis Tytides. Aliter vocatur argiripa. Idem libro 11. Ille vrbē Argiripam patrię cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris. ¶Cadmus thebas Bœotias. Ouidi⁹ libro 3. Meta. Hos operis comites habuit Sidonius Hoſpes, Quum poſuit iuſſam Phœbęis ſortibus vrbem. ¶Amphion muros Thebarum. Horatius in arte. Dictus & Amphion Thebanę cōditor vrbis. Statius libro 1. Theb. Quo carmine muris Iuſſerit Amphion tyrios accedere montes. ¶Capys capuam. Sylli⁹ libro 11. Tum capys vt primus dederit ſua nomina muris. Virgilius. Et Capys hinc nomen Campanę dicitur vrbis. ¶Munacius Plancus vir conſularis & prętorius & Ciceronis diſcipulus Lugdunum vrbem ¶Telegonus filius Vlyſſis Tuſculum oppidum Italię. Properti⁹ libro 2. Quid petis Aeęi mœnia Telegoni. ¶Galli Mediolanum. Claudianus. Continuo ſublime volans ad mœnia

gallis Cõdita/ lanigerę ſuis oſtentantia pellem. ¶Semiramis Babylonem. Properţius libro 3. Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem. Ouidi⁹ in Meta. Vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem. ¶Cæſar auguſtus Nicopolim ciuitatem in memoriam victorię ſuę de Antonio & Cleopatra, Author Suetonius. ¶Buſyris Thebas ægyptias. ¶Ogdous Memphim vrbem ægypti.
¶Archias Syracuſas. ¶Cleopes rex ægypti Pyramidem magnificentiſſimam.
¶Maſſilienſes Niceam, ¶Alexander Alexandriam vrbem ægypti/ Authoribus Plynio & Curtio. ¶Amazones Epheſum. ¶Mithridates Eupatoriam.
¶Alexander Heracleam. ¶Antiochus Laodiceam. ¶Darius Suſas vrbem Perſidis. ¶Phoroneus Argos. ¶Ninus Niniuen. ¶Sichen Sidonem. ¶Ocnus Mantuam. ¶Agenor Tyrum. ¶Amyclas fili⁹ Lacedæmonis regis Amyclas vrbem laconię. ¶Neleus pater Neſtoris Pylon. Ouidi⁹ in Epiſt. Nos pylon antiqui Neleia Neſtoris arua Miſimus. ¶Romul⁹ Aſyllum. Ouidius libro 3. Faſtorum. Romũlus vt ſaxo lucum circundedit alto, Quilibet huc dixit confuge, tutus eris.
¶Peranus Phœnicum dux Maſſiliam. ¶Pylij metapontũ/ Iapygas Iapix Dædali filius. Coram Dardanus/ Agyllam Pelaſgi. Diomedes Beneuentum.

¶Septem orbis miracula.

SEptem fuerũt ædificia toto orbe cantatiſſima, quę propter operis magnitudinem & ſumptum incredibilẽ extitere loco miraculi, vt nihil diuinius ars humana poſſet confingere aut excogitare. Fuerunt autem hęc. Pyramides Nili, Turris Pharia, Muri Babylonis, Templum Dianę Epheſię, Simulachrum Mauſoli, Coloſſus ſolis apud Rhodios/ & Simulachrum Iouis olympici / quibus nonnulli addunt domum Cyri Mœdorum regis. ¶Pyramides imprimis erant ſtructurę & moles lapideę inferne quadratę/ ſurſum verſum acutæ/ quas ægypti reges ſupponẽdas tumulis erigebant aut ad inanem diuitiarũ oſtẽtationem / aut vt populi torporẽ excitarent. Earum vna ſaxo naturali fuit eleborata & Rubrica/ cuius ambit⁹ per frõtem centum duos pedes collĩgebat/ longitudo erat 143. pedum, altitudo 62. Alia fuit facta ex Arabicis lapidicinis / quam ſexcenta hominum millia viginti annis cõſtruxiſſe memorantur. Tres alię fuerunt annis 78. & menſibus quattuor factę. Plynius ſcribit 1800. talenta fuiſſe erogata in Raphanos/ allium & cepas, quibus artifices veſcebantur in extruenda earum vna. Quo argumẽto coniectare eſt q̃ta q̃q; prodigioſa fuerit aliarum rerum impenſa. Omnium amplíſſima continebat octo ſoliu gera/ quattuor angulorum paribus interuallis per 883. pedes. Singulorum laterum altitudo pedes 25. Secundę ſingula interualla per 4. angulos pares 737. pedes cõprehendebant. Tercia erat minor prędictis ſed multo ſpectatior æthiopicis conſurgens lapidibus/ trecẽtis ſexaginta tribus pedibus inter angulos. Omnium minimam fecit Rhodope meretricula æſopi fabulatoris conſerua diuitijs illis/ quas meretricio queſtu ſibi comparauerat. Herodotus in Euterpe ſcribit Cleopem ęgypti regem/ feciſſe Pyramidem ex arabicis lapidibus/ cuius longitudo erat quinq; ſtadiorum/ latitudo decem paſſuum/ altitudo octo paſſuum, in qua decem annos fuiſſe cõſumptos memorat. Fecit & aliam viginti annis abſolutam, in qua tãtum profudit pecunię/ vt nimio ſumptu attritus, filiam (quam habebat formoſiſſimã) coactus ſit proſtituere. Ea eſt in qua 1800. talenta in cepis & raphanis erogata prędiximus. Herodotus alias complures memorat, quas volẽs omitto/ quoniã prędictę ſatis arguũt q̃ ociоſa fuerit illorum regum & opera & prodigentia. De Pyramidibus Lucanus libro 8.
Quum Ptolemæorum manes/ ſeriemq; pudendam Pyramides claudant indignaq; Mauſolæa. Martialis. Barbara Pyramidum ſileat miracula mẽphis. ¶Memoratur etiam

etiam turris illa/ quam Ptolemęus fecit in Pharo insula non ad alium vsum q̄ nocturnos ignes nautarum cursui ostendendos. Hanc autem constituit talentis 800. Sostrato Architecto, qui structurę tantę suum inscripsit nomen. ¶ His miraculis annumerātur Babylonis muri/ quos Semiramis condidit/ aut saltē ruinosos reparauit coctilibus laterculis & bitumine ferruminatis ducenum pedum altitudine/ latitudine vero quinquagenum/ adeo vt quadrigas inter se occurrentes reciperēt/ turresq; haberent 300. plures multo habituri, nisi aliqua ex parte paludes pro mœnibus fuissent. Huic autem operi portentoso adhibita sunt trecēta hominum millia. De Babylone Propertius libro 3. Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem/ Vt solidum cocto tolleret aggere opus. Et duo i aduersum misit per mœnia currus/ Ne possent tacto stringere ab axe latus. Duxit & Euphratem medium, qua cōdidit arces/ Iussit et imperio surgere Bactra caput. Lucan⁹ libro 6. Fragili circūdata testa Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi. Quintianus. Nulla dies adimet Babylonia mœnia longis Inclyta porticibus / varijsq; elata columnis. Herodotus scribit muros Babylonis habuisse crassitudinem 50. cubitorum regiorum, celsitudinem ducentorum. Per ambitum centum portę stabant æreę omnes cum cardinibus. ¶ Templum Diānę Ephesię factum est a tota Asia ducentis & viginti annis. Hoc autem in solo palustri fecere/ ne terrę motum sentiret, aut hiatus timeret. Et ne in lubrico & instabili tantę molis fundamenta locarentur / ante calcatis ea substrauere carbonibus/ deinde velleribus lanę. Templi longitudo erat 425. pedum/ latitudo 220. Columnę in eo centum viginti septem a singulis regibus factę / ex quibus 36. erant cęlatę. Operi prefuit Ctesiphon. ¶ Artemisia regina Carię Mausolo marito mortuo sepulchrum erexit inter orbis miracula annumeratum, cui⁹ altitudo attollebatur 25. cubitis. Cingebatur columnis 36. Patebat ab austro & septentriōe 63. pedes. Toto circuitu continebat pedes 411. Ipsum ab oriente cęlauit Scopas/ a Septentrione Bryax/ a meridie Timotheus/ ab occasu Leocares. Regina opere nōdum absoluto concessit fatis. Artifices tamē non recesserunt nisi eo consummato. Ab hoc sepulchro omnia regū et imperatorum monumenta, quę preciosa sunt, vocantur Mausolęa. De hoc Propertius libro 3. Nec mausolęi diues fortuna sepulchri Mortis ab extrema cōditione vacat. Martialis libro 1. Aere nec vacuo pēdentia Mausolęa Laudibus imodicis Cares ad astra ferant. ¶ Colossus solis apud Rhodios fuit 70. cubitorum altitudinis/ qui post quinquagesimum sextum annū terrę motu prostratus, iacens quoq; fuit miraculo. Pauci pollicem eius amplectebantur. Maiores erant digyti, q̄ plereq; statuę. Vasti specus hiabāt defractis membris. Spectabantur intus magnę molis saxa. Factus est hic Colossus annis duodecim, trecētis talentis. Artifex fuit Chares Lyndius lysippi discipulus. Soldanus ægypti quum insulam Rhodū inuasit/ ex ære huius statue 900. camelos oneasse fertur. Ab hoc colosso Rhodij vocantur Colossenses & Rhodos Colossicola. ¶ Inter orbis miracula recensetur simulachrum Iouis Olympici, quod Phidias fecit ex ebore, Propertius libro 3. Nam neq; Pyramidū sumptus ad sydera ducti/ Nec Iouis Elęi cœlum imitata domus. ¶ Sunt qui addant domum Cyri mœdorum regis, quam fabricauit mennon illigatis auro lapidibus. De his miraculis & alijs quibusdam ędificijs Politianus in Manto sic inquit. Nec vetus immēsum fuerit quę sparsa per orbem Gloria septena celebrat spectacula fama. Nā neq; belligeris Babylon pulsata quadrigis Mœnia/ nec liquido pomaria pēdula cœlo Cōferat/ aut dextris constructa altaria delos Cornibus, aut vesti molem Rhodos aurea Phœbi, Non Cares mausole tui cęlamina templi, Phidiacum non Elis ebur/ nō ipsa superbas Pyramidas iactet lasciui lingua Canopi. Namq; hęc aut valido neptuni

quaſſa tridente/aut telo Sumane tuo traxere ruinam. Sumanum ſunt qui Plutonem vocent, quaſi manium ſummum.

¶Alia opera & ędificia ſumptuoſa & magnifica.

VIrgilius ſcribit Didonem feciſſe templum Iunoni donis opulentum/ærea cui gradibus ſurgebāt limina/nexæq; Aere trabes/foribus cardo ſtridebat ahenis. ¶Eodem authore Iarbas rex Getulorum Templa Iouí centum latis immania regnis Centum aras poſuit/vigilemq; ſacrauerat ignem Excubias diuum æternas. ¶Idem libro 7. ſcribit domū latini regis centū columnis fuiſſe ſublimem/& cedrinis auorum ſimulachris ornatam. ¶Regiam ſolis deſcribit Ouidius libro 2. Meta. his verbis. Regia ſolis erat, ſublimibus alta columnis, Clara micante auro flammaſq; imitante Pyropo, Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat. Argenti bifores radiabant lumine valuę. Materiam ſuperabat opus, nam mulciber illi Aequora cęlarat medias cingētia terras. Terrarumq; orbem/cœlūq; quod immineet orbi. ¶M. Aemylius Scaurus Syllę priuignus in ædilitate ſua theatrum fecit altitudine 360. columnarum/cuius pars ſcęnę erat e marmore/media e vitro/columnæ imę 48. pedum. Erant inter columnas ſigna ærea 300. numero/Cauea capiebat hominū 70. millia. Author Plynius lib. 36. ¶Obeliſci vocantur ſtructurę minores Pyramidibus deorſum verſum ſpecie quadrata/in anguſtum verticem deſinentes et paulatim gracileſcētes. Aegypti reges quattuor fecerūt obeliſcos 480. cubitorū longitudine. ¶Ramiſes rex ægypti (cuius ętate captum eſt Ilium) obeliſcum fecit quadraginta cubitorum, & alium longitudine vndecenis pedibus/per latera cubitis quattuor, quem feciſſe dicuntur viginti hominum millia. Cuius operis admiratione factum eſt, vt quum Syenem oppidum expugnaret Cambyſes rex, ventumq; eſſet incendio ad crepidines obeliſci, extingui ignem iuberet, molis reuerentia. ¶Obeliſcum poſuit Phius 48. cubitorum. ¶Ptolęmeus vnum alexandrię 80. cubitorū. ¶Alij duo fuerūt Alexandriæ, quos excidit Meſphees rex 42. cubitorū. ¶Alius fuit exciſus a rege Semneſerteo 125. pedum. ¶Nuncoreus filius Seſoſtris vnum fecit 100. cubitorum. ¶Dędalus Labyrinthum fecit in Creta tanta viarum perplexitate, vt introeuntibus non pateret reditus. Virgilius libro 6. Hic labor ille domus/& inextricabilis error. Catullus. Ne Labyrinthęis e flexib⁹ egrediētem Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error. ¶Fuit & ægyptius Labyrinthus, lapideis e Paro columnis in introitu/reliquis Syenitis. Fuit & tercius in lemno/quartus in Italia, omnes lapide polito, fornicib⁹ tecti. Lemni⁹ habebat 150. columnas, quarum in officina turbines ita librati pedenderunt/vt puero circumagente tornarentur. Eius architecti fuerunt Emylius/Rholus & Theodorus. Italicū ſibi fecit Porſena rex Ethrurię loco ſepulchri, quo ſi quis impropераſſet ſine glomere lini/exitū inuenire nequiuiſſet. Supra erāt Pyramides quinq;, quattuor in angulis, & in medio, vna in imo latę pedū 75. altę pedū 150. ita faſtigiatę, vt in ſummo orbis ęne⁹ & pęgaſus vnus omnib⁹ ſit impoſitus, ex quo pendebant iuncta catenis tintinabula. ¶Aegyptiæ thebę centum portis nobiles coniecturā mirę amplitudinis reliquerūt vniuerſę poſteritati. Iuuenalis. Ecce vetus Thebe centum iacet obruta portis. Valerius Flaccus. Et centum geminæ Lagi naualia Thebę. ¶Iulius Cęſar circum fecit longitudine trium ſtadiorum/latitudine vnius/ſed cū ædificijs iugerum quaternum/ad ſedem 260. milliū. Idē ſolū tantū foro extruendo ſeſtertijs mille ducentis emiſſe dicitur. ¶P. Clodius quē milo occidit, domū habuit ſeſtertijs 147. millibus emptā, ¶M. Lepido viro

conſulari

conſulari & Q. Catuli collegę fuit olim domus omnium in vrbe pulcherrima / quę tamen intra annos 35. centeſimum locum non obtinuit. ¶ Amphitheatrum Pompeij capiebat 40. millia hominum, Theatrum hoc Nero in vnum diem totum auro operuit, vt Tyridati regi Armenię illud oſtenderet. ¶ Agrippa fecit in ędilitate ſua 700. lacus / Fōtes 150. Caſtella 130. Signa 300. ærea aut marmorea impoſuit, columnas 400. ex marmore. Fecit & aquarum ductus memorabiles, alios item incepit Caius Ceſar / quos peregit Claudius in omnes montes vrbis leuatos / in quos influebant Curtius & Cęruleus fontes. Erogata in id opus 555. millia ſeſtercia. ¶ Cicero non minoris quinquaginta millibus aureis habitauit. Quam pecuniam furto & rapina comparatam ſcripſit Saluſtius in ſua contra eum inuectiua. ¶ Aurea Neronis domus tanto ſumptu tantoq; rerum omnium apparatu conſtructa eſt, vt ad eam peragendam Otho quingēties ſeſtercium, id eſt duodecies centena & quinquaginta millia aureorum noſtrorum attribuerit, quum tamen nihil deeſſet operi / atq; hoc tam prodigioſum ædificium a Theatro M. Scauri victum contendit Plynius. Habebat illa neronis domus, ſtagnum inſtar maris / vineta / ſyluas cum omni pecudū genere & ferarum. Item aues argenteas / quę in modū cœli mouebātur, In ſolariis lapidem quēdam ſphengitē, quo perpetuus dies illucebat. De hac domo intellexit Martialis libro 1. dicens. Hic vbi ſydereus propius videt aſtra Coloſſus / Et creſcunt media Pegmata celſa via, Inuidioſa feri radiabāt atria regis, Vnaq; iam tota ſtabat in vrbe domus. Hic vbi conſpicui venerabilis āphitheatri Erigitur moles, ſtagna Neronis erant. ¶ In M. Scauri villę incendio bis millies ſeſtercium abſumptum legitur. ¶ Pergama ſeu muri vrbis Troię feruntur habuiſſe in ambitu 40. millia paſſuum. Nec aliā ob cauſam aſcribuntur deis authoribus, q̄ propter magnificentiam De his Lucanus libro 6. Nunc vetus Iliacos attollat fabula muros / Aſcribatq; deis. ¶ Nitocris aſſyriorum regina (quę multis annis poſt Semiramidem floruit) Euphratē fluuium, qui mediam Babylonem rectus prętер fluebat, fecit tortuoſum / ſupraq; pontē erexit trium ſtadiorum, difficillimum factu propter paludes, quę vrbem ambiunt. Fecit & ingentes cauernas ad excipiendum fluminis impetū, egeſſitq; quicquid erat limi ad iacienda fundamenta. Authores Herodotus & Curtius. ¶ Traianus lapideum pontem fecit in Danubio, in quo viginti ex quadrato lapide erāt pilę, quarum altitudo 150. pedum prętер fundamenta extabat, Latitudo ſexaginta pedes continebat. Diſtabant inter ſe 170. pedibus. fornicibus vero cōiungebantur, quum tamen fluuius ipſe ſit admodum pręceps & impetuoſus / & nonnunq̄ imbrium mole concitatus ripas longi⁹ ſubmoueat, & vbi anguſtior eſt / ibidē ſit ferox & vorticoſus. Hāc tamē poſtea molē ſeu liuore maligno ſeu alia cauſa dirupit Adrianus. Author Dion Caſſius. ¶ Murus Byzantij vrbis fuit olim mileſio quadrato lapide adeo indiſcreta laterum ſtructura, vt vna prope muri compages ſpectantibus videri poſſet. ¶ Alexander Macedo tabernaculum fecit, in quo centum lecti ſternebantur, aureę colūnę ſuſtinebant verticem aureū variis textum ornamentis, In eo conſiſtebant mille Perſę / mille ſagittarij Macedones / & quingenti cum ſcutis argenteis. In medio autem erat ſella aurea, ſuper quam ſedebat Alexander ſtipatus ſuis Sariſſophoris. ¶ Inter mirabilia hominū opera ſunt, Athos factus a Xerxe nauigabilis, Iſthmos cœptus a multis perfodi / nec abſolutus / alpes aceto diuiſę / Lucrinus lacus vndecī annis a trigīta hominū millibus exſiccat⁹. Luculliana villa, vbi exciſo monte Eurippus admittebatur. ¶ Cęſar vno die pontem in arari conſtituit, alium ſupra Rhenum mira celeritate, quem decem diebus abſoluit. ¶ Coloſſus fuit Tarenti 40. cubitorum factus a lyſippo. ¶ Fuit in Capitolio Coloſſus Apollinis tranſlatus a Lucullo ex Apollo-

nia ponti vrbe 30. cubitorum / factus talentis 150. ¶Fuit & Coloſſus apollinis Tuſcanicus 50. pedum a pollice / dubium ære mirabilior an pulchritudine. ¶Aeta te Plynij zenodorus fecit coloſſum mercurij in ciuitate Gallię Aruernis / ſeſtercijs 400. ¶Idem quum veniſſet romam / ſimulachrum fecit mandato Neronis 110. pedum longitudine, quod poſtea ſoli dicatū eſt. ¶Ambitus Memphis vrbis ægyptiorum ab Ogdoo rege ædificatę fuit 150. ſtadiorum. ¶Martialis libro 1. Domitiani Imperatoris amphitheatrū omnibus miraculis / ſuperbiſq; ædificijs anteponit dicens. Omnis Cęſareo cedat labor amphitheatro, Vnum pro cūctis fama loquatur opus. Sabellicus ædificia quędā & magnifica loca ſequētibꝰ verbis enumerat. Nūc vetus Ogygios attollat Gręcia muros / Aſcribatq; deis Neptunia mœnia, laudent Mirēturq; ſuos Parthi Babylona labores. Nec ſileat pharios iam barbara memphis honores, Aeternumq; ſui memoret pia buſta tyrāni Caria diues opum / magnū vulgata per orbem Tercentum populi celebrent delubra Dianę. ¶Supereſt magnificum illud templum, quod anno regni ſui quarto ędificare cœpit Salomon Dauidis filius. Triginta imprimis hominum millia cędendis arboribus vt cedris & cupreſſis ſunt in libanum deſtinata. Lapicidarum vero extiterunt octoginta millia, Latitudo templi fuit vicenum cubitorū / Sexagenum longitudo / altitudo fornice diſtincta centenum & vicenum. Inferioris ſtructurę materia erat ex candenti ſaxo. Amplitudo veſtibuli denum cubitorum. Cellę erant vicenę peruio inter ſe vſu / & alię his ſuppoſitę. Trabes erant cedrinę, cedrina cōcameratio auro illita, vt parietes omnes. Sanctior locus a reliquo templi corpore diſtiguebatur muro, in quo erant ianuę ſculptę / vela ductilia / varijs mędandris & floribus intexta. Duo Cherubini (ita enim dici ſolent) ex puro auro. Pauimētum petalis aureis inſtructum. Ianuę vicenum cubitum altitudine auro coruſcantes. Ante veſtibulum erant duę columnę æneę 18. cubitorū altitudine / ambituq; duodenum. Erat & vas æneum tantę magnitudinis, vt abreno minatum ſit mare, quod vituli duodecim diuerſas mundi plagas terni ſingulas proſpectantes circunſtabant. Fuit vas illud trium millium batorum capax. Erant & alię figurę, quas longum eſſet recenſere. Altare fuit æreum denum pedum altitudine / longitudine duplo maiore. Item menſa vna aurea / Phialę & paterę aureę decem millia. Argenteę quadruplo maiore numero / Candelabra 10. millia ex auro & argento fabrefacta, Circa templum aula capaciſſima, in qua profanus populus conſiſteret. Hoc autem opus ſeptem annorum ſpacio ad finem perductum eſt. ¶Fecit & Salomon ſibi regiam, candenti pauimento / triplici intus materia Cedro / argento & auro. Quod opus abſoluit tredecim annorum ſpacio.

¶Arbores diuerſę.

1 Abies
2 Aeſculus
Amygdalus
Amyris
3 Apina
Aquifolia
Acaron
4 Acer
5 Adrachne
Alburnacum
6 Alnus
7 Balſamum
Bedellium
8 Betula
Buxus
9 Carpinus
Chamerepes
Cynnamum
10 Citrus
11 Cornus
Corylus
12 Caſtanea
Cedrus
13 Ceraſus
14 Coſtus
Cynachante
Cyperus
15 Cotinus
16 Cupreſſus
Caprificus
Elate
17 Ficus
18 Fraxinus
19 Fagus
Ferula
20 Hedera

Hebenus

21 Hebenus
Hypociſtos
22 Ilex
23 Iuniperus
24 Iuglans
25 Larix
26 Laurus
27 Lentiſcus
28 Liguſtrum
Lotos
29 Malachra
Melia
30 Morus
31 Myrrha
32 Myrtus
Malobathros
33 Oliua
34 Ornus
Rhamnus
35 Platanus
Pomus
36 Prunus
Pyrus
37 Pala
38 Paliurus
Palma
39 Perſicus
Pinus
40 Picea
41 Populus
42 Rhododaphne
Ricinus
Ridica
Robur
43 Salſicortex
Salix
44 Spinus
Sycomorus
45 Sambucus
Smilax
46 Sorbus
Suber
47 Taxus
48 Tęda
49 Terebinthus
50 Tilia
51 Vnedo
52 Vlmus

ABies arborum pulcherrima eſt et rectiſſima, quæ in tranſuerſum poſita renititur ponderi, nec prius rumpitur q̃ carie deficiat, Pars eius inferior eſt enodis, & vocatur Sapinus. Superior nodoſa et durior. Situs eius in montibus. Expetitur nauigijs & trabibus & plurimis vitæ operibus. De hac Ouidius Libro. 10. Enodiſq; abies curuataq; glandibus ilex. Mantuanus Libro tercio Agela. Palma venit, montana abies deſcendit in æquor. Reſina huic arbori vicium. Gignit pilulam, quæ in medicina vim habet vrendi. Folia non amittit, quæ habet pectinum modo. Terna edit germina, inter ſquamas corticem ſpargit. Semen reddit poſt vergiliarum occaſum. Ramos habet in cœlum tendentes non in latera pronos. Cacuminibus ramorum deciſis moritur, totis vero detrũcatis durat. Et ſi infra ramos pręcindatur, quod ſupereſt viuit. Si vero cacumen tantum auferatur, emoritur tota. Laudatiſſima eſt in Alpibus, Apœnino/Vogeſo mõte, Corſica, Bithynia, Põto/macedonia. Deterior Arcadica, quoniam ibi facile putreſcit. Abietis vmbra ſatis pernicioſa eſt. Ab abiete fabri lignarij vocantur Abietarij. Et opus abiegnum abiete factum. Hinc equus Troianus a Propertio & Politiano vocatur Abiegnus. Statius Libro ſexto Thebaidis abietem vocat audacem, q̃ naues marinis ſe exponant periculis. Sic autem ait. Hinc audax abies/et odora in vulnere pinus. 1

¶ Aeſculus arbor eſt glandifera, cuius fructu veſcebantur homines ætatis aureæ ſub Saturno. Sacra eſt Ioui. Hui⁹ ramis fiebat corona ciuica. Semen reddit autumno. Tantum radice deſcendit in terram, q̃tum corpore eminet in aere. 2

¶ Amygdalus arbor eſt fructifera, cuius fructus duro & carnoſo integitur cortice. Prima omnium arborum floret menſe Ianuario. Ante maturitatem facile fructum amittit. Serenda eſt ab occaſu arcturi ad brumã. In hanc arborem poetę fabulantur mutatam fuiſſe Phyllidem. ¶ Amyris arbor eſt infructifera, quam ſterilitatem penſat odore flagrantiſſimo.

¶ Apina arbor eſt media inter pinum et piceam, piceæ tamen ſimilior, vnde etiam Pinus picea vocatur. ¶ Aquifolia arbor eſt ex Ilicis genere, quam Græci Similacẽ vocant. Baccas habet ſine ſucco. Folia ei non decidunt, quæ habet aculeata. Germinat verno tẽpore, Sata in domo aut villa veneficia arcet. Flore ei⁹ aquã glaciari tra- 3

dit Pythagoras apud Plynium. Hãc arborem Theophraſtus Cratæogonon vocat.

4 ¶ Acaron arbor eſt breuis & fruticoſa.

¶ Acer fere eſt amplitudinis tilię, arbor operum elegãtia et ſubtilitate nobilis. Multa eius genera. Album candoris pręcipui. Alterum criſpo macularum diſcurſu in Iſtria et retia pręcipuum. Vilius Craſſiuenium vocatur, Vide alia diſcrimina apud Plynium. Aceris radix cõfuſa iecinoris doloribus vtiliſſime imponitur. Germinat paulo ante æquinoctium vernum. Semen reddit meſſibus. Acernę trabes dicuntur

5 quæ ſunt ex eius ligno. ¶ Adrachne arbor eſt ſylueſtris ſimilis vnedoni, folio tantum minore et nunq̃ decidente, cortice non ſcabro ſed qui circumgelatus videri poſſit, tam triſtis eſt aſpectu. Fertur ſemper frondere.

¶ Alburnacum arbor eſt colore nigricante.

6 ¶ Alnus arbor nullum fert fructum, aut ſemen. Prouenit in locis aquoſis. Vnde Syllius Libro. 3, Flumínea ſonipes relígatus dícitur alno. Pínguis eſt ei vmbra, folia craſſiſſima. Vtilis eſt nauigiis. Lucanus Libro tercio. Syluaq; dodones et fluctibus aptior alnus. Statius Lib. 6. Theb. Alnus amica fretis, nec inhoſpita vitibus Vlmus.

7 ¶ Apiaſtrum arbor eſt venenata in ſardinia.

¶ Balſamum arbuſcula eſt aromatica, vni Iudęę conceſſa viti ſimílior q̃ nitro. Eaſe ritur malleolis. Frequens eſt in montibus. Suſtinet ſe abſq; vllis adminículis. Excreſcit in bina cubita. Trima fructifera eſt. Eius ſuccus vocatur opobalſamum, omnib⁹ odoribus anteferendum. Lignum xylobalſamum. Incidítur vitro, lapide vel oſſeis cultellis. Capitur et balſamũ pro arboris ſucco. ¶ Bedellium arbor eſt nigra magnitudine oleę, folio et robore ſimilis caprifici. Naſcitur apud Bactrianos. Habet natu-

8 ram gummi. Auctor Plynius Lib. 12. Capi. 9. ¶ Betula arbor eſt eximij candoris, qua fiunt circuli vaſis vinarijs idonei. Gaudet frigidis locis. Bítumen ex ea quondã excoquebant Gallię. Vtilis eſt conficiendis ciſtis et ſportellis flexibili crate.

¶ Buxus arbor eſt tonſilis et ſemper virens, viſcum producens et ſemen, quod Cartegon dicitur. Ea fiunt multiforatiles tibiæ. Vnde et pro muſico inſtrumento nonnunq̃ accipitur. Seneca. Tibi multifora tibia Buxo Solẽne canit. Stroza pater. Nec tibicineæ creſcũt modulamina buxi. Fiunt et laudatiſſimi pectines et vnguẽtariæ pixides. Plurima reperitur in Pyreneis et citoro montibus. Commendabilis eſt duricia & pallore. Plynius tria ponit eius genera. Gallicum amplitudine procera. Oleaſtrum grauis odoris in omni vſu dãnatum. Tercium ſylueſtre ſemper tonſile. Montes amat. Folia eius ſunt concaua. quæ non decidunt. Spiſſiſſima eſt arborũ. Non

9 fluitat in aquis, nec cariem ſentit, nec vetuſtatem. ¶ Carpinus arbor eſt nota. quæ alio nomine acer dicitur. Montes amat. Ea quondam fiebant faces nuptiales. ¶ Camerepes arbor eſt folio lato & molli, peculiaris Cretę & Siciliæ. ¶ Cynnamum ſeu Cynnamomum arbuſcula eſt aromatica pręſtans odore, dulcis & cinerei coloris, cuius ſuccus ad multa remedia vtilis eſt. Naſcitur in Aethiopia, India & Sabęis.

10 ¶ Citrus arbor eſt peculiaris Mauritaniæ in atlante monte. Romanis olim gratiſſima et maxime expetita ad menſarum & lectorum vſum. De his intellexit Politianus in ruſtico dicens. Nec mauruſiacos lentę teſtudinis orbes Delphica ſuſtentat. Et Lucanus Lib. x. Dentibus hinc niueis ſectos atlantide ſylua Impoſuere orbes, quales ad Cæſaris ora Non capto venere Iuba. Martialis. Tu lybicos Indis ſuſpendis dentibus orbes. Statius. An mauros vndiq; poſtes. Idẽ. Indiſq; innixa columnis Robora Maurorum. Huiuſmodi Citreę menſæ fulciebãtur eboreis pedibus, vt his verbis liquet. Citrus Mauruſia folium habet arbuſti aut lauri. Arborem hãc Græci medicam vocant.

Cornus

¶Cornus arbor ramos habet duricie et rigiditate ſimiles cornibus. Propterea vſus ei⁹ bellicis haſtis et iaculis dicatus eſt. Vnde et plærunq; accipi ſolet pro telo. Syllius Libo. 10. Vix prima momordit Tegmina Callaici cornus tremebunda metalli. Virgi. lib. 10. Volat Itala cornus. Exitialis eſt apibus hæc arbor. Nam flore eius deguſtato/aluo concita moriuntur. Succus eſt ei ſanguineus. Montes amat, et primo Fauonio germinat. Nullam habet medullam. ¶Corylus arbor gaudet planis locis. Ea olim fiebant faces nuptiales, vt Carpino. Graciles ſunt eius trunci, lata folia, delicati fructus & ſecundis menſis expetiti. Colurna dicuntur opera, quæ fiunt eius ligno. 11

¶Caſtanea fructum ſignificat et arborem. Fructus itegũtur ſpinoſo cortice. Virg. Stant & Iuniperi, & caſtaneę hirſutę. ¶Cedrus arbor procera ẽ, nec temen onerosa. Folia habet cupreſſinis fere ſimilia, lignum iucundi odoris, et tineis imperuium & infeſtum. Propterea opus dignum Cedro dicimus quod laudabile eſt, & ab iniuria blatarum & tinearum maxime cõſeruandum. Horatius. Speramus carmina fingi Poſſe linenda Cedro, et leui ſeruanda Cupreſſo? Vel quod eius oleum illitum res omnes conſeruet a tineis & carie. Duo ſunt minoris Cedri genera. Lyria & Phœnicia. Differunt folio. Nã q̃ durum, acutum et ſpinoſum habet, vocatur Oxycedros ramoſa ac nodis infeſta. Altera odore præſtat. Duo item genera Cedri maioris. Florifera fructum nõ fert. Fructifera non floret. Et in ea antecedẽtem fructum ſtatim nouus occupat. Semen eius ſimile. Materię ęternitas, ideoq; ſimulachra deorum ex ea factitauere. Reſinam fundit ad faciendas pices. Montes amat. Folia non amittit, quę habet capillata. Laudatiſſima eſt in Creta, Africa et Syria. Rimam fiſſurãq; non capit ſponte. 12

¶Ceraſus nomen ſumpſit a Ceraſunte Ponti ciuitate. Fructus vocatur Ceraſum, & interim pro arbore capitur. Ceraſi Romę non fuerunt ante victoriam Mithridaticam Luculli. Is anno. 680. vrbis conditę aduexit e ponto. In ægypto nulla cura potuere gigni. Ceraſorum teſte Plynio aproniana maxime rubẽt, nigerrima ſunt actia, Cęciliana rotunda. Iulianis gratus ſapor, adeo teneris, vt geſtatum non tolerent, Pricipatus duracinis, in Belgica luſitanis & in ripis Rheni. Ceraſis ſuccus eſt ſanguine⁹, Conſtãt cute & ſucco. Gaudent aquoſis montibus, Inſeruntur poſt brumam demp to cortice. Pręcoces fiunt et matureſcunt calce radicibus admota. Ceraſus capitur etiam pro fructu. Propertius. Hic dulces Ceraſos, hic autumnalia poma. 13

¶Coſtus arbuſcula eſt aromatica, cuius radix flagrat odore pręſtãtiſſimo. Stroza filius. Accumulãſq; roſas & odorę germina coſti. Antiqui ſupplicabãt thure & coſto. ¶Cynachante arbuſcula acinos inſtar vuæ producit. Latini caninam ſentem et vuam ſpineam nominant. ¶Cyperum habet ægyptus, ſemine Coriandri, candido & odorato, quod in oleo coquitur. Hæc arbor eſt ocyſſima. Protinus enim floret & ſemen profert. 14

¶Cotinum Plynius ait arbuſculam eſſe in Apœnino, colore inſignem. 15

¶Cupreſſus ſeu Cypariſſus arbor feralis ſucciſa non regerminat. Propterea in exequijs adhibita eſt, vt funebre ſignum. Virgi. Et ferales ante cupreſſos Conſtituunt. Statius libro quinto Sylua. Hilareſq; hederas plorata Cupreſſus Excludit ramis. Plantabatur in funeſtis nobilium domibus, eiuſq; ramis rogorum intexebantur latera. Lucanus Libro tercio. Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus. Hæc arbor moroſa eſt natu, fructu ſuperuacua, baccis torua, folio amara, odore violenta, & nevmbra quidem gratioſa, Diti ſacra. Naſcitur in Creta. In Enaria tantum ſucciſa regerminat. Picem fundit acerrimam ſapore. Aquas odit. Folia habet carnoſa, quæ non amittit. Trifera ẽ. Nã baccę ei⁹ colligũtur mẽſe Ianuario, Maio, et Septẽbri. Carie 16

nō ſentit aut vetuſtatem. Semper nitorem ſeruat. Eius ſemen gratiſſimum eſt formicis. Tritum ſeruat a vermiculis vt folia. ¶ Caprifcus appellatur fic⁹ ſylueſtris erū pens in ſaxis ruptis. Fructus eius nunq̄ matureſcit. ¶ Plynius ait Elatem arborē eſſe ad vnguenta vtilem. Laudatur hammoniaca maxime, mox ægyptia, deinde Syriaca dumtaxat in ſitientibus locis odorata, pingui lachryma.

17 ¶ Ficus arbor breuitate radicum cito ſeneſcit. Laudatur Iudęa rubēs oliuę magnitudine/craſſitudine cubitali, ramoſa materia valida/ viridi cortice/folio tilię ſed molli. Hircana dulcior noſtri ſet fortior, vt q̄ modios. 270. ferat. Chalcidica/ lydia/ Mamillana a ſimilitudine mammarum. Calliſtrutia ſapore pręſtans. Item Africa/ Rhodia & Tyburtina. Ficubus omnibus mollis eſt tactus. Maturis frumēta intus/ maturescentibus ſuccus lactis, percoctis mellis. Seneſcunt in arbore. Pręſtantiſſimę ſunt in Ebuſo inſula. Dulci ſunt ſucco et lacte in capite, in corpore nō. Itē nullus iis odor. Folia ſunt latiſſima. Fructum ante maturitatem facile perdunt. Non florent, pomū habent ſupra folia, quę ſerius naſcuntur. Fertiliores ſunt iferiore parte q̄ cacuminibus. Vtiles ſunt faciendis ſcutis. Naſcuntur in his vermes, qui vocantur Ceraſtes, His maxime pernicioſa eſt vermiculatio, quam ſentiunt. Laborant & radicibus madidis. Serotinę fiunt, ſi primę groſſi (quum magnitudinē fabę exceſſere) detrahan

18 tur. ¶ Fraxinus dicitur a fragoſis locis in quibus naſcitur, Procera eſt & teres & pennata folio, Achillis haſta multum nobilitata. Materies eius ad multa eſt vtilis. Quę naſcitur in Ida Troadis monte, adeo ſimilis eſt citro, vt ementes fallat ſublato cortice. Eius duo ſunt genera. Lōga enodis, altera breuis, durior fuſciorq; laureis foliis. Ampliſſimam habet Macedonia, quam Bumeliam vocāt. Diuidūtur in ſitu. Campeſtris criſpa eſt. Montana ſpiſſa. Folia fraxini iumentis mortifera ſunt, cæteris ruminantium inocua. Succo expreſſo ad potum contra ſerpentes, et impoſita vlceri⁹ opifera eſt. Tantaq; eſt vis, vt nec matutinas nec occidentes vmbras ſerpens arboris eius attingat, adeo vt ipſam procul fugiat. Si ea frōde gyro claudatur ignis & ſerpēs, in ignes potius fugiet, q̄ in fraxinum. Floret fraxinus priuſq̄ prodierit ſerpētes, nec ante cōditas folia dimittit. Gaudet aquoſis mōtibus. Meſſi⁹ reddit ſemen. Obedientiſſima eſt quocunq; in opere, facīedis haſtis melior Corylo, Cornu leuior, Sor

19 bo lentior. Ouid. Lib. x. Et Coryli fragiles, & fraxinus vtilis haſtis. ¶ Fagus arbor eſt glandifera, cuius glans triangula cute includitur. Folium eius autem tenue et leuiſſimum eſt celerrime flaueſcens, gignens ſuperne paruulam baccam viridem cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratiſſima eſt, qui propterea vna proueniunt. Grata eſt etiam gliribus & turdis. Fertilitas eius alternat, vt oīm fere arborum. Glans fagina omnium dulciſſima eſt, vt qua obſeſſi homines duraueriut in oppido Chio. Hui⁹ arboris cortex in magno vſu eſt agreſtū. Ligni honos pręcipuus fuit in vaſis. Manius Curi⁹ iurauit ſe ex pręda nihil attigiſſe, pręter guttum faginū, quo ſacrificaret. Virg. Pocula ponā Fagina cęlatum diuini opus Alchimedontis. Vtilis eſt etiam capſis et ſcriniis fagus propter lentorem plicabilem. ¶ Ferulam Plyni⁹ aſcribit arborū generi. Fa naſcit̄ in calidis locis. Nulli fruticū leuitas maior, propter quod facilius baculorum vſum ſenectuti prębet. Eius radix candida. Ea inciſa lac emanat. In ferula optime ſeruatur ignis. Procedit in Aegypto.

20 ¶ Hedera ſēper viret, ſtare non poteſt ſine adminiculo. Muros amplectitur quadam laſciuia, adeo vt erodat. Viuaciſſima eſt omnium arborum. Eius racemus vocatur corymbus. Virgi. Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos. Hæc arbor inimica eſt ſatis omnibus. Flos eius ſimilis eſt roſę ſylueſtri, niſi q̄ caret odore. Triplicem facit Plynius, Candidam, nigram, & terciam, quę vocatur helix. Huius arboris

olim

olim coronabantur poetæ. Ei folia non decidunt. Sacra eſt Baccho. Seipſam propagat. Duplex in folijs color, viridis & flauus. Propterea Sidonius eam bicolorem vocat, vbi ait. Quotiens per frondea lora Flectis penniferos hederis bicoloribus 21
armos.

¶ Hebenus arbor eſt Indiæ, teſte Virgilio, quam herodotus æthiopiæ maluit tribuere. Non fluitat in aquis. Neq; ſentit cariem, neq; vetuſtatem. Meridiano æthiopię cardine ſyluę hiberno maxime virent. Scobem eius oculis vnice mederi dicunt, lignoq; ad cotem trito, cum paſſo caliginẽ diſcutit. Ex aqua vero et radice albugines oculorum. Cęſa hæc arbor dureſcit in lapidem. Dicimns hoc hebenum & hęc hebenus teſte Seruio. Virgi. lib. 2. Georgi. Diuiſę arboribus patriæ, ſola India nigrum Fert hebenum. Lucanus. Hebenus mareotica vaſtos Non operit poſtes. 22

¶ Hypocriſtes arbor eſt hederacei generis.

¶ Ilex eſt glandifera. In carpentariis fabricis circa Elim & Lacedęmonem vbi non naſcitur, pro ea vtũtur ſubere. Duplex in hoc arborum genere ſexus reperiri fertur. Glans Ilicis breuis eſt & gracilis. Maſculas Ilices negant ferre. Huic arbori folia ſunt aculeata, quæ non decidunt. Nullo flore exhilaratur. Nouus in ea fructus cum autumno pendet. Ciuica corona primo fuit ilignea, poſtea magis placuit ex æſculo. 23
Deformatur interim nodis. Luca. lib. 3. Procumbunt orni, nodoſa impellitur ilex.

¶ Iuniperus arbor frequens eſt in locis arenoſis. Viret coma perpetua. Cariem non ſentit aut vetuſtatem. Non floret. Eadem eſt iunipero virtus quæ & Cedro. Medulla eius vbiq; ſolidior eſt q̃ Cedrus. Lignum apprime durum. Vnde Mantuanus in Quercu Iulia. Addã & Iuniperos/carie ĩpenetrabile robur. Vaſta eſt hæc arbor in Hiſpania, maximiſq; baccis. Mõtes amat, ſpinas habet pro folijs. Flexuoſa ẽ & in- 24
tricata. Combuſta odorem reddit, & pollutum purgat aerem.

¶ Iuglans odio diſſidet cum quercu. Iuglandes nuces gemino proteguntur operimento. Optimæ ſunt Perſicæ. Earum cortice tinguntur lanæ, et ruffatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Pingueſcunt vetuſtate. Aquas odit Iuglans. Inferiore parte fertilior eſt. Non facile ſentit cariem. Eius vmbra grauis eſt et noxia ca 25
piti humano, omnibuſq; ſatis.

¶ Larix arbor vſtis radicibus non repullulat, Mõtes amat. Incorrupta ei vis humori contumax. Nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi conſumitur, q̃ lapides. Ei folia ſunt pungentia, quæ non decidunt. Florem neſcit. Terna edit germina. Corticem ſpargit inter ſquamas. Larix & abies arborum ſunt altiſſimæ, quibus 26
ſucciſis humor diu fluit. Larix neſcit cariem, valide pondus ſuſtinet.

¶ Laurum arborem Græci Daphnen vocant, ab eiuſdem nominis puella, quam Apollo adamauit. Spectatiſſima eſt in parnaſo. Coniecta in ignem maximos crepitus edit. Vnde & in maleficijs amatorijs incendi conſueuit, tanq̃ amantium querimonias repręſentans. Virgi. in Bucco. Daphnis me malus vrit, ego hanc in daphnide laurum. Credita eſt inſuper aduerſus venena remedium habere. Hinc laureũ baculum geſtare dicebantur, qui periculum feliciter effugiſſent. Arborum ſola non percutitur fulmine. Olim dum incendebatur, ſi crepuiſſet abunde, felicitatem portendi opinabantur. Tibullus. Laurus vbi bona ſigna dedit, gaudete coloni. Contra vero ſi tacita deflagraſſet, inauſpicatiſſimum arbitrabantur omen. Proptius. Et tacet extincto laurus aduſta foco. Magorum ſuperſtitio promittit Lauri folia (ſi nocu puluillo ſubijciantur) veritatem ſomniorũ conciliare. Efficacis eſt auxilij in numinum afflatu & futurarum rerum præſagijs. Vnde Claudianus de raptu Proſerpinæ Lib. ſecundo. Ilex plena fauis, venturi præſcia laurus. Ea olim coronabantur

ſacerdotes et diuinaculi. Lauri fructus Daphnidas vocant, Dícabatur olim triumphis, Ouid. lib. 2. Eleg. Ite triumphales circum mea tempora Lauri, Plynius ſcribit nullum genus Lauri fuiſſe quondam in Corſica. Perpetuo viret, Sacra eſt Apollíni. Portata inter armatos hoſtes erat indicium pacis & quietis, vt Oliua. Statius libro. 12. Pacifera Lauro crinem vittíſq; decorus. Tiberius príneeps/tonãte cœlo ea ſe coronabat contra fulminum motus. Adhíbebatur olím purificationíbus vrbís, Pínguis eſt eius ſuccus/Amat loca montoſa. Folía non amittit. Primo fauonio germinat. Inimicum eſt ei frigus/Ignem cum hedera excutit/Folía rubigíni ſunt obnoxía/ſi arbor fuerit inter ſegtees ea peſte laborantes. Lauri folio annuũ faſtidium purgant palumbes/graculę, merulę & perdices.

27 ¶Lentíſcus arbor trifera eſt. Maſtichẽ reſinam ſudat inſtar gummi. Bacciféra eſt. Plynius citat verba hæc Ciceronis de lentíſco, Iam vero ſemper viridis ſemperq; grauata Lentíſcus triplící ſolíta eſt grandeſcere fœtu/Ter fruges fundens/tría tẽpora monſtrat arandi. Eius ligno fiebant olím dentifricia et dentíſcalpia. Martialis. Lẽtiſcum melius/ſed ſi tibi frondea cuſpis Defuerit, dentes penna leuare poteſt. Lentíſcum mandere prouerbío dícebatur, quí nimío comẽdi corporis ſtudio ſupfluebat. Nam dentium cura olím vt delicatis probro dabatur.

28 ¶Líguſtrum arbor eſt, cuius ligno aptíſſime fiunt teſſerę. Succus eius neruís/artículis/algorĩbus/folía veteri vlceri cum ſalis mica et oris exulceratiõi proſunt. ¶Loton habet Africa. Pręcipuam Syrtes et Naſamones. Magnitudo eſt huic arbori/quæ pyro. Ligno color niger. Expetitur ad tibíarũ cãtus. vnde et pro tíbia plęrũq; ſolet accipi. Politianus in Manto. Dant et multíforam modulãda ad carmína Loton. Eius radice fiebant olím cultelli et capuli. Baccas profert. Cariem non ſentit. Florẽ amittit/cuius ſuauitate homines rerum omnium obliuíſci dicũtur. Lotophagi populíno men inde ſumpſerunt, ꝙ frequens apud illos reperíatur. Aquas amat, Martíalis líbro. 4. Nec plus lotos aquas, líttora myrtus amat. Ouíd. líb. 9. In ſpem Baccarum florebat aquatica Lotos. Veteres eam Apollíni ſacram fecerunt/ꝙ ante ſolis ortum folía implícet/proſurgente autem explicet paulatím. Eſt & eiuſdem nominis herba.

29 ¶Malachra arbor eſt magnitudíne oleæ/folío roboris/fructu caprifici. Eius fructum Bedellium dicunt, quod eſt genus gummi. ¶Melia arbor fructũ parit ſuauiſſimum. ¶Meſpili arboris fructus vocatur Meſpilum. Palladius. Meſpílaq; exarmat pugnacibus horrida membrís. Eius folía príuſq; decidant, rubeſcunt. Multas habet radices altas et inextirpabiles. Non fuit hæc arbor in ítalia Catonis æuo. Infeſtatur vermiculis ruffis et piloſis.

30 ¶Morus arborum vltima floret/exacto iam frígore. Vnde prudentiſſima vocatur a poetís. Politianus in Ruſt. Mox vbí iam ſapiens cœpit frondeſcere morus, Ante quidem ſapiens nunc ambitioſa/nec vllum Quę pariat pomum/ſed ſerica penſa miniſtrat. Fructꝰ eius vocãtur mora, quæ quũ prius alba eſſẽt, cruore Tyſbes & Pyrami rubra facta ſunt. Pontanus. Atq; ſanguineam morus poſt verſa figuram. Fructibus ſuccus in carne vinoſus/trini colores/candídus primo/mox rubens/maturis niger. Tingunt manus ſucco/maturi ruunt/acerbi minime. Serenda eſt hæc arbor ab Idíbus februarij in æquinoctium. Mõtes amat. Tardiſſime ſeneſcit/fructibus minime laborans.

31 ¶Myrrham arbuſculam aromatícã habet Arabia, altitudíne quinum cubitorum/cortice duro et intorto/guttis eiuſdem nominis ſponte ſtillantibus. Eius virtus eſt vt corpora vindícet a putredíne.

32 ¶Myrtus baccas parit optimi ſaporis, Amat líttora. Martia. Nec plus lotos aquas, líttora

littora myrtus amat. Virg. li. 4. Georg. Pallenteſq; hederas & amantes littora myr tos. Sacra eſt veneri. Odoratiſſima eſt in Aegypto. Eius oleo ineſt quidã vini ſapor. Nobilitata eſt ouali corona. Creſcit quãdoq; in locis planis. Anguſta ſunt eius folia, quę non decidunt, Vita eſt breuiſſima ¶ Malobathros arbor eſt Syrię/folio conuo= luto/arido colore, ex quo exprimitur oleũ ad vnguenta. Sapor eius ſimilis eſt nardo. Hoc vnguentum vrinam cit/Oculorum epiphoris vino expreſſum medetur.

¶ Oleę ſeu Oliuę arbori folia non decidunt. Sacra eſt mineruę. Nefas erat olim eam 33
in profanis vſibus polluere, vt nec propiciandis quidẽ numinibus ex ea altaria accen derentur. Ea coronabãtur equitum turmę, idibus Iulijs, & minoribus triũphis ouan= tes. Fructꝰ cõſtat nucleo/oleo/carne/amurca/Arbor ipſa tarde creſcit. Morſu caprę fertur ſterileſcere. Immunis eſt a carie et vetuſtate. Conuenit inter authores arborẽ hanc durare annis ducẽtis. Inimiciſſima eſt ei pluuia circa Vergilias. Gaudet cinere et calcarijs fornacibus, Fuit olim arborũ maxima in Betica, authore Plynio. Vermi= culationẽ patitur/et fungum. Rami eius portati olim pręſtabant indicium pacis. Vir gi. li. 8. Paciferęq; manu ramum prętendit oliuę. Statius li. 12. Vittatę laurus/et ſup= plicis arbor oliuę, quoniã per eam pax petebatur ſupplicando. Oleaſter vocatur ſyl ueſtris olea, Agrippum vocant Greci. Hinc adagium. Sterilior Agrippo.

¶ Ornus arbor montes amat. Naſcitur in ſaxoſis mõtibus. Procera eſt & tamen in= frugifera. Rugoſus & aſper eſt eius cortex ¶ Rhamnus arbuſcula eſt ſpinoſa gaudẽs ſaxoſis locis et petricoſis. Architreniꝰ. Nec ſimulat ſparſa criſtatã cuſpide Rhãnũ.

¶ Platanus arbor late ſpargit ramos. Sterilis eſt. Nec ad alium vſum olim adama= 35
batur / q̃ vmbrarum, quibus adeo placuit, vt mero infuſo enutriretur. Hinc ge= nialis vocatur a poetis. Stroza filius. Nec veneris myrto, aut platanis genialibus vl= lam Indulget veniam. Sub ea celebrabãtur cõuiuia. Nã plyniꝰ ſcribit licinium mu= tianum ter conſulem ſub vna fuiſſe epulatũ cum duodecimo comite/& Caium prin= cipem ſub alia cum duodecim conuiuis. Poetę fabulantur Iouem cum Europa ſub Platano concubuiſſe. Non eſt alia maior eius commendatio, q̃ ſolem ęſtate arcere/ hyeme admittere. Idem Plynius ſcribit antãdri Platanum circundolatis iam lateri= bus reuiruiſſe & vitę fuiſſe redditã. Hæc arbor cito germinat. Lata habet folia. Iu= cunda eſt eius vmbra. Erat in vſu apud Romanos/in villa aut hortis vrbanis ad vm= bras inambulationum, quę ad ocium literarum primum inuentę ſunt. Iuuenalis Sa= tyra 1. Erõtonis Platani conuulſaq; marmora clamant. Martialis viduam vocat Pla tanũ velut ſterilem libro 3. vbi ait. Non ocioſis ordinata myrtetis, Viduaq; Platano tonſiliq; Buxeto. ¶ Pomus & pomum vocabula ſunt generalia. Nã poma dicimus omnium arborum fructus ſiue molles ſeu duros/eſu idoneos. Nuces vero ea tãtum vocamus poma, quę duro integuntur operimento.

¶ Prunus arbor pruna pariens, quorum diuerſa genera ponit Plynius/ſed omnium 36
laudatiſſima ſunt Damaſcena. Columella. Armenijſq; & cęreolis, pruniſq; damaſci Stipantur calathi. Pruna ſylueſtria vbiq; naſcuntur. Aquoſo ſunt ſucco. Arbor ra= ro creſcit in montibus. ¶ Pyrus arbor dicta eſt q̃ ex lato in acutum feratur inſtar Py ramidis. Cruſtumina pyra cunctis gratiſſima ſunt / proxima falerna a potu propter copioſum ſuccum. Turbinata ſunt figura, quibus eadem propriętas vini quę & po= mis. Vinoſo ſunt ſucco. Folia arboris circinata. Ipi arbori vita eſt admodum breuis. Fructus facile perdit. Naſcitur quandoq; in montoſis locis. Pyri ſylueſtres tarde germinant.

¶ Pala arbor eſt maior pomo & ſuauitate pręcellẽtior/cuius fructu (qui Ariena di= 37
citur) ſapientiores indorum viuunt. Folium alas auium imitatur longitudine trium

cubitorum/latitudine duum. Arbor ipſa fructum e cortice mittit admirabilem ſuc ci dulcedine, vt vno quaternos ſatiet.

38 ¶Paliurus arbor eſt fructuoſa, cui Cyrenaica regio ſuam poſtponit loton. Eius nucleus nõ ſimul manditur, iucundus per ſe, & vino ſuauior. Germinat concepto vere.

¶Palmis abundat iudęa. Reperiũtur etiam in Europa ſed ſteriles. In maritimis hiſpanię fructum ferunt/ſed immitem/dulcem in Africa/ſed ſtatim euaneſcentem. Orientales ex his vina conficiunt, & nonnullę gentes panem. Terra feruida & ſabuloſa habet frugiferam palmam. Gaudet & riguis. Coma eius eſt in cacumine & pomum/non inter folia/ſed inter ſuos ramos. Folia cultrato ſunt mucrone, lateribus in ſe bifidatis. Huic arbori eſt vterq; ſexus, vt omnibus alijs. Mas in palmite floret/fœmina citra florem germinat tantum, ſpinę modo. Pomum palmę eſt oblongum/non vt oliuę orbiculatum. Arbor portat in trimatu. Genera eius 49. nonnulli poſuerũt. Fructui dulcis eſt ſuccus/nullum lignum. Arbori folia non decidunt. Longum eſſet in cõpendium quoq; redigere/quod de ea multis admodum verbis ſcripſit Plynius. Propterea ſatis erit nobis vnum adijcere quod ex Ariſtotelis & Plutarchi teſtimonio ſcribit Gellius libro 3. Cap. 6. Si ſuper palmę arboris lignũ (inquit) magna pondera ponas, ac tã grauiter vrgeas, oneresq;, vt magnitudo oneris ſuſtineri nequeat. non deorſum palma cedit, nec intra flectitur, ſed aduerſus põdus reſurgit & ſurſum nititur/recuruaturq;. Propterea in certaminibus palmã ſignũ eſſe placuit victorię, quoniam ingenium eiuſmodi ligni eſt, vt vrgentibus prementibuſq; non cedat.

39 ¶Perſicus nomen ſumpſit a Perſide/vnde primum aduecta eſt. Hęc arbor in Rhodo floret nec fructum parit.

¶Pinus arbor non floret. Folia habet capillata/quę nõ decidunt. Firmiſſima eſt aduerſus cariẽ & tineas. Vmbra eius necat germina. Sterileſcit ſi quis cacumẽ auferat/nec tamen emoritur. Eius erucę vocantur Pytocampę. Exciſa nullã remittit ſobolẽ, ſed prorſus emoritur. Propterea Crœſus (vt eſt apud Herodotum in Erato) minabatur ſe extirpaturũ Lampſacenos Pini in morem. Pinaſter vocatur ſylueſtris pinus muri altitudine & a medio ramoſa, ſicut pinus in vertice. Copioſam parit reſinam. Folia non amittit. Ea ſunt prętenuia & mucrone aculeata.

40 ¶Picea arbor eſt feralis et funebri indicio ad fores poni poſita. Vnde Virgilius de tumulo miſeni loquens ait. Procumbunt Piceę/ſonat icta ſecuribus Ilex. Tõſilis eſt & reſinoſa, montes amat. Non floret. Eius vmbra ſatis pernicioſa eſt. Cortex eius vſui eſt agreſtibus ad vaſa et corbes. Folia ſunt inſtar pectinum.

41 ¶Populi tria ſunt genera teſte Plynio/Alba/nigra/et quę vocatur Lybica/folio minima ac nigerrima. Alba folio bicolor ſuperne candicans inferiore parte viridi. Nigrę folia ſunt circinnatę rotunditatis in iuuenta, vetuſtiora fiunt anguloſa. Populorũ folijs gratiſſima eſt lanugo. Fluuios amãt. Verg. Populꝰ in fluuijs/abies in mõtibus altis. Ouidi li. 5. Meta. Cana ſalicta dabant, nutritaq; populus vnda. Sorores Phaetontis in hãc arborẽ mutatę finguntur a poetis. Pontanꝰ. Phaetontias arbor Fundit rore nouo/quę legat ipſe puer. Sacra eſt herculi. Pediculus ei tremulus/vmbra nulla Folia inter ſe trepidantia. Cito germinat/nullum ſemen aut fructum parit. Placet vitibus/vtilis eſt ſcutis faciendis.

42 ¶Rhododaphnes arboris folia veneno ſũt quadrupedibꝰ, homini vero cõtra ſerpẽtes/preſidio ruta addita et e vino potæ. Pecus etiã et caprę, ſi aquã biberint, in qua ea folia maduerint, mori dicuntur. Arborem hanc ſunt qui Nerium vocent ſempiternum fronde roſæ ſimilitudine et caulibus fruticoſum.

¶Ricinus arbor eſt altitudine oleæ/caule ferulaceo/folio vitium/ſemine vuarum gracilium

gracílium & pallídarum. Frequens eſt in Aegypto. ¶Rídica arbor eſt pedamentis apta. ¶Robur arbor eſt glandífera, quę præter fructum plurima alia gignit vt quædam veluti mora, quibus fructus ineſt nucleis oliuę ſimilis. Item pílulas nucibus non abſímiles íntus habẽtes flocculos molles lucernarum luminibus aptos. Nã ſine oleo flagrant. Gignũt et culíces & quędã alía. Mõtes amat, Folía habet ſínuoſa. Terna edit germína/ & inter ſquamas corticẽ ſpargit. Carnoſas habet radíces/ quas in profundum agit. Teredínes patitur. Duriſſíma eſt arborum. Nõ facíle vetuſtatem ſentit aut cariem.

¶Salſícortex arbor eſt glandís amaræ / quam nullum animal cõtingit præter ſues. 43

¶Salix arbor eſt víminoſa & multis ptícis ſẽ ſurrigẽs. Infructuoſa ẽ et ífrugífera/ amaro cortíce. Virg. Florentem Cytíſum et ſalices carpetís amaras. Plicatílis eſt et lenta/ colore glauco/ ventis agitabílis. Amat líttora & humída loca, Ouíd. Amnícolęq; ſímul ſalíces/ et aquatica lotos. Palladi9 Rutílius. Flumíneam ſalícem fœcũdant ardua membra. Columella aptiſſímo epitheto eam vocat Perticalem dícens. Perticalis fere ſalix eũdẽ agrũ quẽ vímínalis deſyderat / melíor tamẽ ríguo prouenit, atq; ea taleís conſerítur. Quũ germínauit/ ad vnã perticam ſummittítur. Pampínatur ínſtar vineę/ vt in longitudínem potius q̃ ramorum latitudínem euocetur. Sic culta quarto cædítur anno & vínculís pręparatur. Abſcíſſa cito repullulat. Mutationem locí facile patitur ín iuuenta. Semẽ ocyſſíme perdit et ante maturitatem, ob id dícta ab homero frugíperda. Cito germínat/ Lõga ſunt eius folía & non multum lata. Quum flaueſcunt/ ruunt ſua ſponte. Eius ſemen mulieri ſterilitatis medícamentum eſt. Lentíſſima eſt et propterea faciendís ſcutís aptiſſíma authore Plynío. Breuís eí víta. Fructus ante maturítatẽ abít in araneam. Sed ſi prius colligatur/ ſanguinem reíſcíẽtibus prodeſt. Varía ſunt ex ea medícamẽta. Cínís cortícis e Ramís primís clauum et callum aqua mixta ſanat. Vícía cutís in facíe emendat magís admixto ſucco ſuo qui triplex eſt. Folía cocta cum cæra trita ímponuntur podragrícis. Cortíce et folíjs ín víno decoctís ſanantur nerui. Flos tritus cum folíjs furfures purgat ín facíe. Folía contrita et pota / íntemperantíam libidínis coercent & ín totum auferunt vſum ſæpius ſumpta. Alío nomine vocatur Síler. Virg. Sponte ſua veníunt, campoſq; & flumína late Curua tenent, vt molle Síler/ lentęq; geníſtæ.

¶Spínus arbor eſt prunífera. Virg. Et ſpínos íam pruna ferentes.

¶Sycomor9 dícitur fícus fatua/ alío nomíne Maríſca. Habet multítudínem lactís. 44 Fructus non egredítur ex ſummítatibus ramorũ, ſed ex ramis ipſís. Grana eius ſunt mínora granís fícuum. Nec matureſcunt níſi radantur ínſtrumẽto ferreo. Frequẽs eſt apud Rhodum locís frumentaríjs.

¶Sambuco plurima eſt medulla. Ocyſſíme floret. Eius ínteríora mire fírma eſſe 45 traduntur, Ita vt venabula ex ea pręferantur omnibus. Conſtat ex cute et oſſibus. Cædítur tempeſtíue quum decorticatur. Cortíce eſt inextrícabíli & carie ſubnaſcente eí/ materiaq; nígreſcente. Numeratur a Plynío ínter eas, quę faciẽdís ſcutís aptæ ſunt. ¶Smílax arbor Hederæ ſímílís/ ſpínoſa et denſís caulículata genib9. Frutícoſa tamís/ Folío hederaceo/ paruo non anguloſo/ flore candído et lílium olẽte. Fert racemos ínſtar labruſcę/ colore rubro. Lugubris eſt ob eíuſdẽ nomínis vírginem, quę amore íuuenis Croci ín hũc frutícem mutata eſt. Ea fiunt codícílli. Admíota auríbus leuem ſonum reddit.

¶Sorbo folía vníuerſa decídunt/ ínfeſtatur vermículís ruffis & píloſís, & íta emo- 46 ritur. Gaudet aquoſís montibus. ¶Suber mínima eſt arbor/ cuius lígnum/ non ſolũ nõ mergítut aquís/ ſed alíjs quoq; rebus alligatum/ facit ne mergãtur. Hínc adagiũ.

Subere leuior. Vſus eius anchoralibus nauium/piſcātium tragulis/& cadorum obturamētis,& in hiberno fœminarū calceatu. Apud nos vtuntur etiā viri. Ei folia nō decidunt. Non facile ſentit vetuſtatem aut cariem. Iuuatur detracto cortice/quod tamen omnibus fere arboribus exitiale eſt. Lignum foraminoſum eſt & leue. Politianus. Multiforumq; replent operoſa examina ſuber.

47 ℂTaxus ſimilis eſt abieti. Baccas profert venenatas prȩcipue in Hiſpania. Hinc plærique toxicum dictum arbitrantur vt taxicum, mutata littera. Claudianus. Qualis peſtiferas animare ad crimínia taxos. Feralis eſt. Ouid. lib. 4. Eſt via decliuis funeſta nubila taxo. Stroza filius. Mœſtaq; ferales prætendunt nubila taxos. Eius fumo necantur mures. Eſt in Arcadia adeo venenata hæc arbor, vt ſiquis ſub ea dormiat aut capiat cibum, protinus emoriatur. Plynius ait eſſe innoxiā, ſi in ipſam clauus æreus infigatur. Ea paſtæ apes mel conficiunt amariſſimum. Frequens eſt in Corſica. Virg. Sic tua Cyrnȩas fugiant examina taxos.

48 ℂTæda arbor liquorem ſeu picē ſtillat, & abundat liquido ſucco. Ea optimæ fiunt faces, quæ propterea tædæ vocantur, vt Ceres tædifera, ꝙ in perquirenda Proſerpina tædas inflammauerit. Ouid. libro. 3. Faſt. Quos cum tædifera nunc habet ille dea. Grata erat flammis & lumini ſacrorum. Hanc mares dūtaxat ferebant. Montes amat,

49 ℂTerebinthus arbor ſoliditatem habet in ſpeciem buxi. Reſinam emitit odoratā, quȩ inde vocatur Terebinthina. Maſcula eſt ſine fructu. Fœminarum duo ſunt genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine/alteri pallet, Frequens eſt & magna in Syria. Fruticoſa in macedonia. Lenta eius materies et fidelis ad vetuſtatem. Lignum nigri ſplendoris. Flos racemoſus oliuæ modo. Denſa folia quȩ nō decidunt. Fert folliculos emittentes quædam animalcula ceu culices/& lentorem reſinoſum/

50 qui cortice erumpit. Meſſibus reddit ſemen. ℂIn Tilia mas et fœmina differunt. Materies maris dura eſt/nodoſa ruſſior et odoratior. Cortex craſſior/& detractus inflexibilis. Nec ſemen fert aut florem vt fœmina/quȩ craſſior arbore materia candida prȩcellens q; eſt. Succus foliorum et corticis dulcis eſt. Fructū ei⁹ nullum animalium attingit. Inter corticem et lignum tenues habet tunicas multiplici mēbrana, e quibus vincula fiūt, quȩ vocātur tiliæ, quorum tenuiſſimum vocatur Phylira. Horatius. Diſplicent nexȩ Phylira coronȩ. Materies teredinem non ſentit. Procerítas ei permodica verū vtilis. Montes amat. Erat quondam apta ſcutis. Germinat paulo ante ęquinoctium. Molliſſima eſt & calidiſſima, quia citiſſime aſcias retūdit.

51 De hac Virg. Nec Tiliȩ leues/aut torno raſile Buxum. ℂVnedo arbor fructum emittit eiuſdem nominis/ſimile fragis ſed inhonorum, qui vnus tantum mādi poteſt. Vnde inditum arbori nomen. Ei folia non decidunt. Fructus ipſe anno matureſcit. Iuba apud Plynium teſtis eſt eſſe in Arabia vnedones 50. cubitorum altitu-

52 dine. ℂVlmus amica eſt vitibus. Pontanus. Tecum inter ſalices, ſub amicta vitib⁹ vlmo. Sidonius. Viticomam retinens baculi vice flectit ad vlmum. Græci duo eius faciunt genera, montoſam quȩ ſit amplior/Cāpeſtrem/quæ fruticoſa Gummi profert. Semen ei⁹ vocatur Samara. Folia eius ſunt ramuloſa. Cito germinat. Rigorem fortiſſime ſeruat, ob id cardinib⁹ aſſamentiſq; portarum vtiliſſima. De variis arboribus meminit Virgil. lib. 2. Georg. Fluminibus ſalices/variiſq; paludibus orni Naſcūrur, ſteriles ſaxoſis mōtib⁹ Orni/ Littora myrtetis lętiſſima/deniq; apTos Bacchus amat colles/ Aquilonem et frigora taxi. Item Ouid lib. 10.

Vmbra loco venit/non Chaonis abfuit arbor,
Non nemus heliadum/non frondibus Aeſculus altis/

Et

Nec Tiliæ molles/nec fagus/& innuba laurus/
Et Coryli fragiles/& fraxinus vtilis haſtis/
Enodiſq; abies/curuataq; glandibus Ilex,
Et Platanus genialis/acerq; coloribus impar.
Amnicolęq; ſimul ſalices/& aquatica Lotos/
Perpetuoq; virens buxus/ tenueſq; Myricę/
Et bicolor myrtus,et baccis cærula ficus/
Vos quoq; flexibiles hederæ veniſtis/& vna
Pampineę vites/& amictę vitibus vlmi.
Orniq; et piceę/pomoq; onerata rubenti
Arbutus/& lentæ victoris præmia palmę/
Et ſuccincta comas/hirſutaq; vertice Pinus. Item Statius lib.6. Theb.
Cadit ardua ficus,
Chaoniumq; nemus/brumaq; illęſa cupreſſus/
Procumbunt Piceę/flammis alimenta ſupremis/
Orniq;/ilíceęq; trabes/metuendaq; ſucco
Taxus/& infandos belli potura cruores
Fraxinus/atq; ſitu non expugnabile robur.
Hinc audax abies/& odora in vulnere Pinus
Scinditur/acclinant intonſa cacumina terræ
Alnus amica fretis/nec inhoſpita vitibus vlmus. Itē Claudianus lib.2. de Raptu.
Apta fretis abies/bellis accommoda Cornus/
Quercus amica Iouí/tumulos tectura Cupreſſus/
Ilex plena fauis, venturi prędcia Laurus/
Fluctuat hinc denſo criſpata cacumine Buxus/
Hic hederę ſerpunt/hic Pāpinus induit Vlmos. ¶ Porro arborum ſucci varij ſunt/
Vinoſus Pomo/Pyro/myrto. Piguis oliuæ/lauro/nuci/ iuglādi/amygdalis. Dulcis
vuis/ficis/Palmis, Aquoſus prunis, Differūt et colore ſucci. Sanguineus moris/ce-
raſis/cornis/vuis nigris. Albis candidus, lactens in capite Ficis/in corpore nō item.
Spumeus malis/ null⁹ perſicis. Ferales arbores ſunt/ Picea/ Taxus/ Cupreſſus. Ve-
teres eas arbores vocabāt infelices, quæ ſunt in tutela inferum deorum/ vt quę bac-
cam nigram/nigroſq; fructus ferūt. Cato infelices vocat arbores infrugiferas. Ply-
nius damnatas religione/ quæ neq; ferunt vnq̄/nec fructum ferunt. Felices vero
putantur Quercus/ Aeſculus/Ilex/ Sapinus/Fagus/ Corylus/ Sorbus/ Ficus alba/
Pyrus/malus/vitis/prunus/Cornus/Lotos. ¶ Arbores montanę ſunt/Cedrus/La-
rix/ Tæda/Abies/robur/ Caſtanea/ Tilia/Ilex/Iuniperus/ Terebinthus/Populus/
Ornus/Cornus/Carpinus. Montes et valles amant /abies/robur/ Caſtanea/ Tilia/
Ilex/Cornus. Aquoſis montibus gaudent Acer, Fraxinus Sorbus/ Fagus, Carpi-
nus. ¶ Folia non decidunt Oleæ/Lauro/Palmæ/myrto/Cupreſſo, Pinis/Hederę/
Rhododaphne, Abieti, Larici/ Pinaſtro/ Iunipero/ Cedro/ Terebintho/Rubo/
ilici/aquifolio/Suberi, Taxo. ¶ Aquas odere cupreſſi/ iuglandes/Caſtaneæ/La-
burnum, ¶ Cariem et vetuſtatem non ſentiunt Cupreſſus, Cedrus, Hebenus, Lo-
tos, Buxus, Taxus, Iuniperus/Oleaſter & Olea. De varijs arboribus Architrenius
ſic meminit,
Hic Pinus graciles ſuccingitur alta capillos/
Palmaq; centenis tardante puerpera fructu/
Et precioſa rogos fumo condire Cupreſſus.

Et meliore libro Cynamulgi Cynnamus hoſpes,
Et lachryma felix noſtrę ſacra Balſamus aræ,
Et ficus geminis depingens floribus annum,
Et bina nucleum quæ claudit amygdalus arca,
Et ſitiens Bacchi primæuum Perſicus imbrem,
Et tunicata croco, germanaq; Cotonus auri,
Et rugoſa genam producto dactylus æuo. ¶ Arboretum, Quercetum, Vepretũ, Dumetum, Oliuetum, Pinetum, Senticetum, Carectum, Aeſculetum, Buxetum, Populetum, Salictum, Vepretum, Lauretum, Myrtetum, Meſpiletum, Ornetum, Rhamnetum vocantur loca, in quibus creſcunt eiuſmodi nominis arbores.

¶ Arbores deorum et dearum.

1	Herculis populus	4	Apollinis laurus	7	Cybèbeles Pinus
2	Bacchi hedera & vitis	5	Iouis querc⁹ & ęſcul⁹	8	Plutonis cupreſſus
3	Veneris Myrtus	6	Mineruæ Oliua	9	Panos Pinus.

1 POpulus Herculis. Virg. In Buc. Popul⁹ Alcidę gratiſſima, vitis Iaccho, Formoſæ myrtus Veneri, ſua Laurea Phœbo. Idem lib. 8. Aen. Herculea bicolor quũ Populus vmbra Velauitq; comas, foliiſq; innexa pedẽdit. Ouid. in Epiſt. Deianyrę. Aptior Herculeæ popul⁹ alba comę. Plyni⁹ lib. 12. Arborum genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruantur, vt Iouí Aeſculus, Apollíni laurus, Mineruę olea, Veneri myrtus, Herculi populus.

2 ¶ Bacchi arbor vitis et etiam hedera. De vite, author opuſculi de nuce. Sæpe tuas igitur liber mirat⁹ es vuas, Mirata eſt oleas ſepæ Minerua ſuas. De hedera, Ouid. lib. 3. Faſt. Cur hedera hæc cincta eſt? hedera eſt gratiſſima Baccho. Idem lib. 1. Triſt. Deme meis hederas Bacchica ſerta comis. Ferula etiã aſſignatur libero patri teſte Plynio.

3 ¶ Veneris arbor eſt myrtus. Virg. lib. 5. de ænea. Sic fatus velat materna tempora myrto. Statius lib. 4. Theba. Hi paphias myrtos a ſtirpe recuruant. Venus apud eundẽ lib. 1. Syl. Maluit et noſtra laurum ſubtexere myrto. Stroza pater. Hic formoſus amor maternas (aſpice) myrtos Colligit. Augurell⁹. Cui myrt⁹ vna Cypridis, Phœbiq; Laurus texitur. Sidoni⁹. Atq; Dionęam dat Martia laurea myrtum. Plynius. Huic arbori pręeſt venus.

4 ¶ Apollinis laurus et Lotos. Virg. in Battarum. Laur⁹ item Phœbi decus. Apollo apud Ouid. lib. 1. meta, Daphnen alloquens. At quoniã coniux mea nõ potes eſſe, Arbor eris certe dixit mea, ſemper habebunt Te coma, te citharæ, te noſtræ laure pharetrę. Idem lib. 3. Faſt. Ianua tunc regis poſita viret arbore phœbi. Idem lib. 3. Triſt. Cur tamẽ appoſita velatur ianua lauro, An quia leucadio ſemper amata deo eſt? Veteres quoq; Loton Apollini ſacram fecerunt, q̃ ante ſolis emerſum ſua folia implicet, Proſurgente autem ſenſim ac paulatim explicet. ¶ Aeſculus & quer-
5 cus Iouis. De Aeſculo Virg. lib. 2. Georg. Nemorumq; Iouí quę maxima frõdet Aeſculus. De quercu Ouid. lib. 1. Meta. Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes. Item lib. 7. Sacra Iouí quercus de ſemine Dodonæo.

6 ¶ Mineruę oliua. Virg. lib. 2. Georgi. Palladia gaudent ſylua viuacis oliuę. Ouid. lib. 6. Meta. Illic incumbens cum Palladis arbore palmę, Stoza pater. Pallaſq; ſuas hic ſeuit oliuas. Syll. lib. 1. Nullaq; palladia ſeſe magis arbore tollit. Politianus in Manto. Palladis ampla arbos bicoloribus horrida baccis.

¶ Cybeles

¶Cybeles arbor Pinus. Cybele apud Virg. lib. 9. Pinea ſylua mihi multos dilecta 7
per annos. Ouid lib. 10. Hirſutaq; vertice Pinus Grata deum matri.
¶Plutonis Cupreſſus. Plynius lib. 16. de ea loquens. Diti ſacra/ & ideo funebri ſi= 8
gno ad domos poſita.
¶Pinus panos. Propertius lib. 1. Fagus et Arcadio Pinus amata deo. De quibuſdã 9
arboribus deorum Pamphilus ſaxus.

Laurus erat iuueni quondam gratiſſima Phœbo,
Quondam Phœbe tibi Bacchica vitis erat.
Munere Palladio pinguis ſurgebat Oliua,
Herculis herculeis populus alba comis.
Iam veneri myrtus/ Cybele chariſſima pinus/
Iam Corcyrẽo poma fuere duci.

¶Syluæ.

HErcinia ſylua eſt Germaniæ, cuius quondam latitudo habuit iter no= 1
uem dierum. Plynius ait in ſeptentrionali plaga eſſe hercinią ſyluam roborum vaſtitate intacta, in qua colles occurſantium inter ſe radicũ repercuſſu attollantur. ¶Carmon Lucus eſt in Meſſenia. ¶Nemea ſylua eſt Grẽciæ inter Cleonas & Phliuntẽ oppida, in qua Grẽci Nemea ſacra inſtituerunt in honorem Herculis ob leonem ibidem interfectum. Ibidẽ etiam fiebant agones in memoriam Archemori filij Lycurgi regis/ qui negligentia nutricis hypſiphiles fuerat occiſus a ſerpente. De hac Mart. lib. 1. Proſtratum Nemees et vaſta in valle leonem/ Nobile et Herculeum fama canebat opus.
¶Ida ſylua eſt Cretæ et phrygię/ in qua Paris ſententiã tulit de pulchritudine dea= 2
rum. De Cretæa. Martialis lib. 4. Conſcia dictæum qua tulit Ida Iouem.
¶Arſium Plutarchus ait eſſe lucum, prope quem Aruns Tarquinij filius et brut9 3
vna concurrerint bello. ¶Liuius lib. 9. ab vrbe condita de Ciminia Ethruriæ ſylua hunc in modũ ſcribit. Sylua erat Ciminia magis tum inuia atq; horrenda/ q̃ nuper fuere Germanici ſaltus/ nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita, Eam intrare haud fere quiſq̃ audebat.
¶Caledonia ſylua eſt Britannię, a cuius nomine Britanni ipſi vocantur Caledonij. 4
Lucanus lib. 6. Vnda Caledonios fallit turbata Britannos. ¶Arduena ſylua Galliæ incipiẽs a Rheno per fines Treuerorum/ Eburonum & Menapiorum. 10. millibus paſſuum longitudine per mediam belgicam in Oceanum tendit.
¶Albunea vetus fuit Ethruſcorum ſylua, ad quam populus Romanus cõfugiebat 5
oraculorum gratia. ¶Prope Ariciam oppidum Italiæ fuit nemus Aricium Dianę ſacrum. Lucanus lib. 6. Parua Myceneæ q̃tum ſacrata Dianæ Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma. ¶Bacenis ſylua eſt Germaniæ ampliſſima Cheruſcos a Sueuis dirimens.
¶Clarium nemus Colophonię olim ſacrum fuit Apollini, ¶Coric ũ erat propin= 6
quum Thebis. ¶Daunia Appuliæ ſylua nomen accepit a Dauno patre Turni.
¶Pœtarum carminib9 laudatiſſima ſyluarum eſt Dodona Chaonię, quum propter vſum glãdis ibi repertum/ tum ob ſimulachrum Iouis Dodonæi & columbas/ quę quercubus inſidentes reddebãt oracula. ¶Pholoe mons eſt & ſylua Theſſalię. ¶Grineum nemus eſt in Ionia Apollini ſacrum, in quo Mopſus & Calchas de diuinandi peritia venerũt in certamen. ¶Idalium nemus eſt Cypri Veneri ſacrum/ quę Idalia propterea dicitur. ¶Hircania ſylua mirę vaſtitatis/ & multiplici beluarum genere referta/ nomẽ dedit regioni eiuſdem nominis. ¶Micana ſylua Galliæ.

¶Marathonia ſylua fuit in Attica, ī qua Theſeus taurum toti regioni formidoloſum occidit. ¶Partheniū nemus eſt Arcadię, in quo virgines ſolebāt exerceri venationibus. ¶Pelion mōs et nemus Theſſalię ortu Chironis illuſtratum. ¶Tegea ſylua Arcadiæ pana deum ruſticorum numen venerabatur.

¶Legumina diuerſa et frumenta.

¶Eruum/ Vitia/ Cicer/ Cicercula/ Faba/ Lenticula/ Lēs/ Phaſeolus/ Piſum/ Lupínum/ Faba/ Milium/ Panicum. ¶Frumenta ſunt et fruges/ Far/ Silígo/ Triticum/ ador. ¶Frugū peſtes Lolium/ Tribulus/ Carduus/ Lappa/ Rubus/ auena/ Paliurus.

¶Frutices diuerſi.

¶Cytiſus/ Myrica/ Capparis/ Chamemyrſine/ Erica/ Gnaphos/ Goſſipion/ Helenium/ Laſerpiciū/ Myrſinites/ Ophioſtaphyles/ Oxymirſine/ Rhododēdrus, Scamonea/ Tamarix/ Tithymal⁹/ Vlex/ Amomum/ Brya/ Camelea, Charitoblepharō/ Cynoſtratō/ Eleborine/ Epipactis/ Erix/ Geniſta/ Opheoſtaphile/ Phycos/ Pyroſachne/ Pythuſa/ Plocamon/ quiſquilium/ Rubus/ ſarıpha/ ſcorpio/ ſpartū/ timelea/ tragacanthe/ Tragon/ Lentiſcus/ Nardus/ Cynnamum/ Sciotō, Siſarum.

¶Flores & violæ/ & alij frutices odorati.

¶Roſa/ lilium/ Calta/ Bacchar/ Cōbretum/ Lotos/ Crocus/ Hyacinthus/ Ambrotonū/ Amaracus/ Saliūca/ Poliō, amethyſt⁹, Cyamō/ Holochryſos/ Chryſitis/ Oríganum/ Thymus/ Coniza/ Cytemis/ Narciſſus/ Amarāthus/ Epithymon Oenāthe/ Phrygma/ Abrotonum/ Roſmarinus, anethū/ Achantus, Anemona/ Cherintha/ Liguſtrum Vacinium Cōuoluolus Cyanus Cyclaminus/ Siſymbriū Tymbra/ Satureia Caſia Melitotos Lyrium Lichnis.

¶Herbarum diuerſa nomina.

ABſinthium/ Aconitum/ Aegolethrō/ Alcibiadion/ Alga/ aloe/ altercum/ Amygdalite/ Anagyris/ anchuſa/ andrachne/ anethum/ anthomis, apiū, apiaſtrum/ Aeſclepion/ aſteriſcum/ atractylis/ atriplex, auruncus/ Abrotanum/ Achantus/ Achanō/ Achemenis/ Acinos, acopos, Acoros, Acros agrios, Acta/ Action/ Adiantum, Adipſos, Aegiops/ Aegocere/ æthiopis, Agaricum, Aglaophotis/ Aizoum/ Albuco/ alcmea/ alectorolophos, alyphō, alyſma, aliſſon, Alopecuros/ alſine, altercangenum, althea, alum, amomum, ampelodiſme, amuletum/ Anabaſis, anacallis, anacampſerotis, anagallis, anarrhinos, andriala, androſemum/ Anemona, anonymos, anthallum, antherícus, anthylis, anthryſcum, anticellum/ Antirrhinos, Aparine, Apate, Aphrodes, aphron, apioſiſchas, apronia, Aproxis/ arachiona, arachos, archezoſtis, arctios, argemone, aros, arſenogō, artemiſia/ Aſaron, aſcalia, aſyla, aſphrodelus, aſplenum, aſſarum, aſter, ateramnum.

¶Balis/ Balotis, Batis, batrachion, bechion, beta, betonica, blachnon, blataria, Botrys/ Brabilla, bryenia, bryon, bromos, brotis, bubenion, bucera, bucolicon, Buphthalmos/ bupleurō, buſelinum, baccar, barbula, blattaria. ¶Cacalia/ Cactos, Cacubalū/ Calla, callígonon, callion, callitrachia, callitrix, camæciſſos, cameleuce, Canaria/ Cantabrica, capnos, capparis, carduus, caryte, caſia, catannache, caulis, Cemos/ centaurion, centunculum, ceratia, cherintha, ceſtros, chalceos, chameacta, Chamæciſſus/ Camędaphne, camælea, chameleuce, chamęmilon, chamemirſine, Chamępeuce, chamæpitis, chameſice, chamæcypariſſos, chamedrys, chameleon, Chamepithyos, camepitis, chamerops, chamæſeleos, chenamychon, chenapodis, Chironia, chondrylon, chondris, chryſippea, chriſocome, chriſochanum, chryſotheles/ Cyclaminus, cicorion, cicuta, cinare, cynocephalia, cynogloſſos, cynoides, Cynomyais/ cynomorion/ cynops, cynoſorchis, cypariſſias, cyperus, circea, circion,

Cytiſus,

Cytiſus/Clemacleonicion, climenos, cincon, cnidos, cochla, colocaſia, cõbretum, Coniza/conſigilis, conſiligo, corcorus, cordylis, coricon, corymbia, corymbite, corion/Coris, cotyledon, cotonea, crateogenon, crategis, cremon, crepis, crethinos, Crocus/cunila, cærefolium, cannabis, carduus, carex, carminothum, carpophyllos, Centaurea/chibis, conſolida, corambla. ¶Dactylos/Damaſomos, dendroides, Digitellum/dimenum, diopteris, diphonon, diſpiron, dodechateum, dolychos, Dorypetron, doris, dracunculus, dictamus. ¶Echite/Elaphoboſcum, eutomon, Ephedra/ephemeron, ephydros, epictymum, epimedion, epipactis/epipetron, Equiſelis/era, erica, erigerõ, erineõ/Eringe, eriphia, eris/eriſimone/eryſithale/eritheles/Eruca, eruilia, euphorbia, exedum, emphraſinum. ¶Farfigium, Filix, fœnum/Fragum. ¶Gentiana/Glaſtum, gnaphalium, galeopodolon, galliõ, gelotophyllis/Geranium/glaucion/glyciſtis. ¶Hali/Halimon, halicacabum, helenium, Heliocallis/heliotropium, heliſcopium, hellebor⁹, hemionos, heptapleuros, heraclion, herina, hermerocalles, heroion, hibiſcum, hyoſciamus, hyoſciris, hypericon, Hypocheris, hypociſthis, hypogeſſos, hypogloſſa, hypopheſton, hippolapatos, Hippoſelinum, Holcus, Holochryſos, Holoſteon, Hippuris, Hyſge. ¶Iberis/Iris, Iſchemon, Iſoetes, iſopyron, ixine, ixion, intybus. ¶Lactuca/Lada, lago, Laſſione/latace, lathyris, lauer, lemonium/letophyllõ, leucãthe, leucacata, Leucatemum/Leucographis Libadion Libanotis/Lingulaca Lotos Lapſana Lectipes, Leonina Leontopetalon Leocopodium Lilium Linoyſtois Linoſtrophon Lithoron/Lolium. ¶Magyderis/malua/marathrum/maſſaris/maſtos/mecon/melanipodion, Melanion Melitotos Melitena Menta/mentaſtrum/meſoleucon/Myagros/Myoctonon/myophonon/myoſoton, myrſinite, myrtis Moly Molibdena/Mollon/marrubium, medica, mellealotos, mandragora Muratis Muſcus Myrtopetalum. ¶Naſturcium/Nautea Neuris Nepenthes Nepete Nyctegreton. ¶Ocimum/Oenanthera Oetum Ononis Onopyxos/onopordon, onoſina, orchis, Orto Oreoſelinum Oſyris Oxalis Opis Origanum Oſerites Olus. ¶Paliurus Panaces, Papauer Parietaria Parthenis, Pentaphyllon Perdicium Perſonatia, Peruinca Petroſelinum Phleos Pycoſtallaſſion Piperites Plãtago Polygalon, polygolaton, Polypodion Polytrichon Portulaca Pſeucaucoſia Pullegium Pyretra, Pæderos, Pæonia Panax Pancration Pappus Paralius Pentapentes Peplion Periclymenos Petilium Phernion Phylantes Phlox Phonos Piccis Piſtana Polemonia, Policanthos Polygonon Polium Polipodion Politricha potamogeton/Poterios Pſeudãcuſa Pſyllon, Pteris. ¶Radicula, raphanus Regia ſcopa Rhexia, Rhodora Rhus Rhopalos Rubia Ruſcus Ruta. ¶Saliunca, Saluia Sanſucus, Sandix Sanguinaria Sardoa Saturea Satyrion Scandulaca Scandis Scorpiuros, Sedium Serpillum Syderion Sideritis Sile Silicia Sinapis Siſer Spartum, Stygmon Sympherium Sabina Sacopenium Sagapenum Sagitta Samolum Sãdix, Sarapias Saxifragum Scylla Scythice Seraphium Seſama Sicilion Syche, Syllibum, Silphion Syrum Siſarum Spartania Splenion Stachys Staphylinos, Stomatice Strychnon Strumea. ¶Tapſia, Teliconon Teucria Teutrihon Theligonos, Thelipteris Theriſſaga Theſion Thilaſpe Thymus Tymbra Thyſſelium Thitymallus Triorchis Tragopagus Trichomanes Trifolium Trientalis, Tragonia. ¶Veratrum, Verbena Verucaria Vitreolum Vnicaulis Vrtica Vlua, ¶Xyphion. ¶Zoophthalmos Zopyrocheron.

¶Coci.

¶Phyrnis Leſbius coquus fuit Hieronis Syracuſani, datus poſtea Ariſtoclidi.

¶Myſtillus et Taratalla nomina ſunt coquorum apud Martialem ſcribentem. Si tibi Myſtillus coquus Aemyliane vocatur, Dicetur quare non Taratalla mihi. ¶Perdix fuit caupo quiſpiam claudus, qui ſequenti prouerbio locum fecit, Perdicis crura, in homines diſtortis cruribus.

¶Veſpillones.

¶Diaulus nomen eſt Veſpillonis apud Martialem lib. 1. ſcribentem. Chirurgus fuerat/nūc eſt Veſpillo diaulus. ¶Plutarchus in Phocione ait Cympionem fuiſſe quendam inter Athenienſes homunculum, qui in tumulandis efferēdiſq; cadaueribus quæſtum faceret. Is interfectum Phocionē accepta mercede in eleuſinam deportauit. Sunt autem veſpillones tumulatores cadauerum, qui mortuos efferūt ad ſepulchretum. Suetonius de Domitiano loquens. Cadauer eius populari ſandapila per veſpillones exportatum. Aliter dicuntur Libitinarij & ſandapilarij.

¶Mangones, & aliæ profeſſionis homines.

CArpophorus mango fuit temporib⁹ Domitiani, alius ab illo venatore, de quo ſcribit Mart. Eſt quota Carpophori portio fuſus aper? ¶Thoranius fuit mango. qui vendidit M. Antonio duos eximia forma pueros/alterum aſiaticum/alterum gallicum vt geminos & vterinos/ tanta erat formæ vnitas & ſimilitudo. De eodem ſic ait Macrobius. Delectat⁹ erat Auguſtus inter cœuā ſymphoniacis Thoranij mangonis, atq; eos frumento donauerat. Meminit & Suetonius. Qui matreſ familias inquit, & adultas ætate virgines denudarent/ atq; perſpicerent/ tanq̄ Thoranio mangone vendente. Erant autem mangones ſeruorum & puerorum liberali forma diuenditores, quibus moris erat medicamētis puerorum vęnalium pubertatē & barbam coercere, vt formoſi ſemper apparerēt. Hoc autē faciebant hyacynthi radice bulbacea/ quæ vino dulci illita non patitur pilos erumpere. Mangonium vocatur ipſum mangonis artificium. Plynius. Nec tamē in hoc mangonio quicq̄ totum placet. ¶Alphenus nomen eſt ſutoris apud Horatiū lib. 1. Ser. dicentem. Vt Alphenus vafer omni Abiecto inſtrumento artis/clauſaq; taberna Sutor erat ſapiēs operis. ¶Cadmus fuit quiſpiam notæ impietatis carnifex. Horatius. Tu ne ſyri damæ/aut Dionyſi filius audes Deijcere e ſaxo ciues/ aut tradere Cadmo? ¶Apud eundem Lycinus nomen eſt tonſoris, vbi in arte ſcribit. Sitribus antycīris caput inſanabile/ nunq̄ Tonſori Lycino commiſerit. ¶Fuit Diadumenus pincerna Auguſti. Secundus (id propriū eſt viri nomen) pincerna Nicomedis regis Bithynię. Ganymedem poetę faciunt/ Iouis præguſtatorem.

¶Ianitores.

¶Butes armiger fuit Anchiſę & ianitor Virg. lib. 9. Forma tum vertitur oris Antiquum in Buten, hic Dardanio Anchiſæ Armiger ante fuit/ fiduſq; ad limina cuſtos. ¶Cerberum poetæ fingunt eſſe cuſtodem et ianitorem inferorum. Virg. lib. 8. Aen. Te ſtygij tremuere lacus/ te ianitor Orci. ¶Ammianus marcellinus ait Eunum fuiſſe ergaſtularium quendam, qui ductauerit in Sicilia fugitiuos.

¶Paſtores et armentarij.

Tamburlanus	Amyntas	Daphnis
Apollo	Titornus	Gyges
Crathis	Mirmillo	Sophi
Sybotes	Oebares	Philetius
Primiſlaus	Fauſtulus	Tilippus
Actius	Eutychus	
Alſus	Mithridates	

¶Tamburlanus

TAmburlanus primum fuit bubulcus. Demum tamen adeo fauentem reperit fortunam, vt ad imperium Scytharum conscenderit. ¶Apollo priuatus deorum Ambrosia ob interfectos cyclopes, pauit armenta Admeti regis Thessaliæ. Seneca. Thessali phœbus pecoris magister Egit armentum/positoq; plectro Impari tauros calamo vocauit. Tibullus lib. 2. Pauit et Admeti tauros formosus Apollo. ¶Crathis seu Crathides pastor fuit apud Sybarin, quem infando amore capræ exarsisse iam diximus. ¶Sybotes fuit suarij, qui Vlyssem profugum et iam suis ignotum/in patriam deduxit. ¶Primislaus e bubulco factus est Bohemorum rex. ¶Actius Nauius augur clarissimus ob paupertatē sues puer pauit. Author Cicero lib. 1. de diuinatione. ¶Alsus nomen est pastoris apud Virg. lib. 12. scribentem. Sic rigido latus ense ferit/Podalyrius Alsum Pastorem. ¶De Amynta pastore Martialis lib. 11. Indulget pecori nimiū dum pastor Amyntas. Et gaudet fama luxuriaq; gregis. ¶Titornus fuit bubulcus mirandæ fortitudinis, qui cum milone certauit. ¶Mirmillo fuit armentatius/cuius similitudo obiecta est Cassio Seuero celebri oratori. Testis Plynij lib. 7. ¶Oebares fuit equisio et armētarius Darij, cuius astu Darius ipse regnum Persarū assecutus est. ¶Faustulus fuit pastor, cui Amulius dedit Romulum et Remum exponēdos. Alijs placet Faustulum eum fuisse, qui expositos nutriuerit. Testis Plutarchus in Romulo. ¶Eutychus apud Suetonium nomē est asinarij, vbi ait. Apud Actium descendēti in aciē asellus cum asinario occurrit. Homini Eutychus, Bestię Nicon erat nomen. ¶Mithridates apud Herodotum nomen est pastoris/cuius vxor Spaco nomine Cyrum infantem (qui postea rex fuit Mœdorum) ab Astyage deuotum feris, aluit. ¶Daphnis fuit pastor, qui carmē buccolicum reperit. ¶Gyges beneficio cuiusdā annuli rex e pastore factus est. Author Cicero. ¶Sophi (qui postea rex fuit Turcarum) in agēdis armētis victū puer quęritauit. ¶Philetius fuit bubulcus Vlyssis, et Eumeus porcarius. De his intelligit Ouid. in Epist. Vlyssis. Hoc faciūt custosq; boum/longęuaq; nutrix, Tercius immundę cura fidelis haræ. ¶Tilippus fuit pastor, qui Lycastum et Partusium a Philonomia matre expositos educauit. Author Plutarchus.

¶Crudelissimi homines.

1 Sylla
2 Marius
3 Damasippus
4 Munacius Flaccus
5 Carthaginenses
Annibal
6 Mithridates
7 Cysenis
8 Ptolemęus Phiscon
9 Darius
10 Ochus
11 Athenienses
12 Ethrusci
13 Mezentius
14 Scythę
15 Saul
16 Abimelech
17 Athalia
18 Herodes
19 Vitoldus
20 Ecelinus
21 Diomedes
Busiris
22 Phalaris
23 Cambyses
24 Alexander Pheręus
25 Tamburlanus
Paryſatis
26 Septimius Seuerus
27 Tullia
28 Romanus imp.
29 Basilius
30 Caligula
31 Diocletianus
Henricus 3.
32 Auidius Cassius
33 Macrinus
34 Maximinus
35 Irene
36 Leo 3.
37 Domitius Nero
38 Tiberius Nero
39 Domitianus
40 M. antonius
41 Fuluia
42 Vedius pollio
43 Manlius Torquatus
44 Iustinianus

45 Theodatus
46 Claudíus Cæſar
47 Vitellíus
48 Aemyli⁹ Cẽſorínus
49 Achilles
50 Scinís
51 Atreus
52 Therodamas
53 Phíneus
54 Ptolemęus
55 Arpiages
Alfonſus 3.
56 Atelſtanus.
57 Athíla
58 Alboinus
Narſes
59 Tomyris
60 Totíla
61 Dírce
62 Clodomyrus
63 Childebertus.
64 Clotharius
Colomanus
65 Cambyſes
66 Sapor
67 Tamburlanus
68 Sanctíus
69 Egebertus
70 Ptolemę⁹ Philopator
71 Alfonſus. 1.
72 Hippomenes
73 Henrícus Clerícus
74 Orodes
75 Mamertes
Septímuleius
76 Eryx
77 Dionyſíus
78 Anto. Commodus
79 Cleomedes
80 Termerus
81 Othomanus
82 Apteras
83 Xerxes Thrax
84 Amaſtrís
85 Creon
86 Progne
87 Medea
88 Tydeus
Geryon
89 Iudæi
90 Q. Mutí⁹ Scęuola.

1 LVcíus Sylla Romam et vniuerſas Italiæ partes cíuilis ſanguínis flumínibus ínundauit. Quattuor legiones contrarię partis míſericordiam ímplorantes obtruncari iuſſit. Prænęſtínos (qui iuniorem Marium receperãt) poſt factam P. Cethego deditionem extra mœnía iuſſit occídi / & eorum corpora per agros ſpargi. Qua immanitate perierunt quinq; míllía hominũ. Quattuor míllia & ſeptingentos diræ proſcriptionis edícto iugulatos in publícas tabulas referri voluit, ne tanti facinoris deleretur memoría. Virorumq; cædibus non ſatíatus ſæuiſt in mulieres. Abſciſſa míſerorum capita afferrí ſíbi iuſſit, vt diro íllo aſpectu ſatiaretur feritas. M. Marium prætorem non prius vita ſpoliauit, q̃ oculos eidẽ erueret / & ſíngulas corporis partes confringeret. M. Plętorium (q̃ ad ſupplícium Marij exanimis cecidíſſet) mactauit protinus. C. Marij erutos cíneres in Anienẽ ſparſit. 2 ¶C. Marius vrbe potítus poſt exílium cum Cinna / Carbone et Sertorío ſtatim ad cædem príncipum animum conuertit. Octauij conſulís caput expoſuit prorоſtris. Antonij conſularís caput menſis appoſuit. Cæſarem et Fimbríam ín penatib⁹ domorum ſuarum trucídauit. Craſſí pater et fili⁹ in mutuo alter alterius aſpectu iugulatí ſunt. Bebíus et Numitorius per medium forum vncis carnificum tracti ſunt. Catulus hauſtis carbonibus hoſtilí ſe exemit ludibrío. Archarius et Merula flamen dialis confoſſi ſunt. Quę omnia feritatis exempla a ianuarij Calendís íntra ídus abſoluit. 3 ¶Damaſippus homo nulla prædítus vírtute nobiliſſimos cíues (qui Syllanis partibus adhæſerant) ínter victímas tanq̃ beluas crudeliter enecauit. Aruínæ tribuniplebis truncũ in ſublime elatum per ora vulgi deferri iuſſit, tandem a victore Sylla obtruncatus. 4 ¶Numacius Flaccus Pompeiani nominis defenſor obſeſſus a Cæſare ín hiſpanía, & incluſus Attínguẽſium mœnibus / omnes eius oppídí cíues (quos Cæſari ſtudere íntellexerat) iugulatos muris pręcipitauit. Fœmínas quoq; vírorum (qui ín contrarijs erant) cum líberís interfecit. Alíos infantes ín cõſpectu parentũ humo ínfixit / alios ſuperiactos pilís excípi iuſſit. 5 ¶Carthaginenſes Attilíũ Regulum palpebrís ante reſectís in machinam refertam aculeís concluſerunt, ibíq; ínaudito mortis genere necauerũt. Claudían⁹. Prorogat æternã feritas tibi Punica palmã Regule. Interfecto demũ duce mílites fundo nauíũ ſubſtratos enecauerũt. ¶Horum dux Annibal pontem humanis cadaueríbus in Gelo flumine conſtruxit /

xit/ſuperq; exercitum traduxit. Ouid. in Ibin. Vt quos dux pœnus merſit putealibus vndis, Et iacto canas puluere fecit aquas. Idē Annibal captiuos Romanorum itinere feſſos prima pedum parte ſucciſa relinquebat in itinere. Quos vero in caſtra perduxerat, ferro cogebat decernere, paria fratrum et propinquorum iungens. Nec ante explebatur feritas, q̄ ad vnum victorem omnes redegiſſet.

¶ Mithridates rex Ponti vna epiſtola 80. millia Romanorum per Aſiam diſperſa mandauit interfici. Idem Aquilio duci capto aurum in os infudit.

¶ Cyſenis filia Diogiridis Thracię regis, viuos homines diſſecabat medios/ et parentibus comedendos apponebat liberos. 7

¶ Ptolemæus Phiſco rex Aegypti filiū ſuum Memphitem (quem ex Cleopatra vxore eadem & ſorore ſuſtulerat) occidi iuſſit. Interfecti demum præciſos pedes/ caputq; et man⁹ ciſta concluſos pro munere natalitio matri miſit. Idem quum animaduerteret ſe ſuis omnibus odioſum eſſe, vt periculo poſſet obſiſtere, frequēs iuuentute gymnaſiū armis et igni circundedit/ incluſoſq; omnes/ partim ferro/ partim flamma necauit. 8

¶ Darius rex Perſarum cōſtitutus, quum populo iureiurando affirmaſſet ſe nullū ex ſeptem principibus (qui cōiurauerant aduerſus magos) veneno ferro, aut inedia oppreſſurum, vt religione ſolutus videretur, locum parietibus cinxit cineribus plenum/ ſuperq; ſuſpenſum impoſuit lignum, cui principes ipſos benigne cibo et potione exceptos inſidere iuſſit, vt ſomno ſopiti decidērēt in inſidioſos illos cineres. 9

¶ Ochus Artaxerxes Ocham ſororem eandem & ſocrum viuam capite defodit. Patruum cum centum liberis et nepotibus telis imperauit tranſfigi, q̄ in his maximam apud Perſas probitatis laudem videbat conſiſtere. 10

¶ Athenienſes æginitis adoleſcentibus nauticarum artium peritis pollices præſciderunt, ne in certamen nauale ſecum deinceps deſcenderēt. ¶ Excogitauit æneum taurum Perillus, quo incluſi ſubditis ignibus longo et abdito cruciatu mugitum bouis imitarētur, ne eiulatus ſimiles humanæ voci Phalaridem tyrannum ad miſericordiam inducerēt, Quod teterrimum artis ſuę op⁹ primus artifex incluſus expertus eſt. Ouid. in Ibin. Aere Perillęo veros imitere iuuencos, Ad formam tauri cōuenientē ſono. 11

¶ Ethruſci viuorum corpora, ſanioſis et tabidis mortuorum cadaueribus alligabant, ora oribus, manibus manus/ & pedes pedibus componentes. 12

¶ Feritatem hāc in Mezentio notat Virg. lib. 8. dicens. Mortua quinetiam iungebat corpora viuis, Componens manibuſq; manus, atq; oribus ora. Tormenti gen⁹/ & ſanie taboq; fluentes Cōplexu in miſero longa ſic morte necabat. Bap. Pius. Additus at rutulis dirus Mezentius armis, Sęuitiæ Andino fit reus eloquio. 13

¶ Scythæ exenteratis animalibus viuos homines includebant eminētibus ſolis capitibus, vt cibo capto diutius languerent, viuerentq;/ donec putrefactis animalibus excreſcerent vermes, a quibus cōſumerentur. Præcedentia hæc exēpla habet Val. max. 14

¶ Saul rex Iudęorum audita ab aratro ſuorum hominum legatione de hammonitarum iniuria querentium, bobus (quos præ ſe agebat) ſuccidit crura, prędatus ſic omnes perituros, qui ſibi eodem die ad Iordanem fluuium prędto non eſſent in armis. 15

¶ Abimelech Gedeonis filius regnandi cupiditate 70. fratres crudeliter occidit, vno dūtaxat excepto, qui fuga et pedibus ſalutem ſibi reperit. Idem Sichimitas (q̄ ab his vrbe et tribu eiectus fuiſſet) noctu adortus omnes trucidauit, nulla ſexus aut ætatis habita ratione. Vrbem vi captam diruit, & in eius area ſalem ſparſit pro ſemine. Eos vero qui ſpe ſalutis ad templa ſe receperant, facta lignorum cōgerie ibidem flammis et fumo necauit. 16

17 ¶Athalia fœminarum ſæuiſſima omnem dauidis ſtirpem ſuſtulit, ne quis ſuperesſet, a quo prohiberetur dominio.

18 ¶Herodes multa puerorum millia occidi iuſſit, vt authorem noſtrę ſalutis interciperet. Io. Franc. Mirandula in hymnis. Vulnerat in cunis ferrū/ profugūq; retrudit Liuor idumęi rabies et perfida regis/ Iudæos nimiū/ nimiū bacchata per agros. Quę vulſos fœtus materno ex vbere, morti Tradidit, et tenero madefecit ſanguine campos, Omniaq; impleuit fœtu triſtiq; vlulatu. Quū genitrix ſpectat laceros crudeliter artus Natorum/ & regis ſeruos in pignora abuti Enſibus exertis/ et membra

19 infruſta ſecare. ¶Vitoldus princeps Lituanię homines morti deſtinatos mira crudelitate vrſinis includebat pellibus, eoq; modo inuolutos canibus dabat cōcerpendos. In bellicis expeditionibus arcum ſemper habebat intentum, vt ordine aberrātē ſagitta configeret. Multi tantę feritatis metu vltro ſine carnifice animas proiecerunt.

20 ¶Ecelinus (qui circa Tauriſium & in Euganeis exercuit tyrānidem) caſtrabat pueros/ ſtupro viciabat virgines/ matronis adimebat mammas/ pręgnātium ſecabat vteros/ partus exertos in ignem mittebat. Biſſena Patauinorū millia ſub ſuo vexillo merentia ad vnum interfecit audita Patauij defectione.

21 ¶Diomedes et Buſyris equos humana carne pauerunt Virg. lib. 3. Georg. Quis aut Euryſthea durū/ Aut illaudati neſcit Buſyridis aras? Ouid. lib. 3. de Triſt. Sæuior es triſti Buſyride, ſæuior illo, Qui falſum lento torruit igne bouem. Idem. Quiq; ſuis homines pabula fecit equis. Idem in Ibin. Vt qui terribiles programen habentibus herbis Impius humano viſcere pauit equos. Architrenius. Veniat clementia pręceps In Diomedis equos, Buſyridis ara cruorem Compluat humanum

22 lachrymis. ¶Phalaris tyrannus Agrigentinorum/ nō cōtentus exquiſitiſſimis cruciatibus, æneo vſus eſt tauro, quo miſeri mortales incluſi boum mugitus effingerēt. Ouid. lib. 2. de ponto. Qui ve repertorem torruit arte ſua. Idē. Ipſe Perillęo Phalaris permiſit in ære Edere mugitus/ & bouis ore queri.

23 ¶Cambyſes fratrem & duas ſorores occidit. Apim bouem ferro violauit. Captis inimicorum vrbibus/ neq; pepercit templis/ neq; ſimulachris deorum.

24 ¶Alexander Pheręus viuos homines obuerſis in ſe faciebus ſepeliebat, alios vrſorum pellibus inuolutos dabat conficiendos venatoribus et ferís confodiendos. Polyphranem auunculum peremit haſta, quam ſacrauit/ et feſta pręcinxit corona.

25 ¶Tamburlanus Scytharum rex nihil habebat iucundius, quam animi feritatē humano cruore oblectare. Cuidam rogāti cur in omnes vſq; adeo ſæuiret/ toruo aſpectu retortiſq; oculis fertur reſpondiſſe, An tu me hominem putas, & non dei iram potius ad hominum perniciem in terris agentem? ¶Paryſatis mater Cyri iunioris rationem commenta eſt, qua humana corpora ſibi gignerent vermes/ a quibus demum lenta morte conſumerentur.

26 ¶Septimius Seuerus imperator poſt Didium Iulianum Clodium albinū tumultuantem interfecit, & capite eius Romam miſſo corporis truncum equo refugienti conculcandum præbuit.

27 ¶Tullia filia Tarquinij currum ſuper faciem mortui parentis duxit equis etiā refugientibus. Ouid. in Ibin. Infamēq; locum ſceleris quę nomine fecit, Preſſit et inductis membra paterna rotis. Idem lib. 6. Faſt. Filia carpento patrios initura penates Ibat per medias alta feroxq; vias. Corpus vt aſpexit, lachrymis auriga profuſis Reſtitit, hunc tali corripit illa ſono. Vadis, an expectas precium pietatis amarum? Duc inq̄ inuitas ipſa per ora rotas. Certa fides facti eſt, dictus ſceleratus ab illa Vicus, & æterna res ea preſſa nota eſt. Seneca i Octauia. Dedit infandi ſceleris pœnas

cum

cum Tarquinio Tullia coniunx, quæ per cæſi membra parentis Egit ſæuos impia currus, Laceroſq; ſeni violenta rogos nata negauit.

¶ Romanus Iunior imp. matrem Helenam a ſe reiecit et ſorores, quas ablatis im- 28
perialibus pannis incluſit cœnobio.

¶ Huius filius nomine Baſilius imperator poſt Ioānem Zimiſcem Bardam Sile- 29
rum vnum ex ſuis ducibus rebellantem quum viciſſet, oculis priuauit. Bulgaros tu-
multuātes quum in poteſtatem ſuam redegiſſet, quindecim millibus captis oculos
effodit, vno tantum incolumi relicto, qui excæcatos ad Samuelem eorum ducem
dirigeret. ¶ Caligula auię Antonię defunctę nullum exhibuit honorē, proſpexitq; 30
ſiccis oculis e triclinio ardentem rogum. Fratrem Tiberium interemit. Syllanum
ſocerum ad ſecandas nouacula fauces compulit. Cum omnibus ſororibus ſuis ſtu-
pri conſuetudinem fecit, eaſq; (quod eſt omnium lōge turpiſſimum) exoletis ſuis
proſtrauit. Ptolemęum regis Iubę filium conſobrinum ſuum, Item Macronem &
Enniam (quos habuerat imperij adiutores) pro meritorum gratia pēſauit morte.
Multos ex ſenatoribus interfecit. Quæſtorem ſuum in coniuratione nominatum
flagellauit veſte detracta. Multos honeſti ordinis prius ſtigmate defor ; atos ad
munitiones viarum/ ad metalla aut ad beſtias cōdēnauit, aut beſtiarum more qua-
drupedes cauea coercuit/ aut medios ſerra diſſecuit, idq; ob leuiſſimam culpam aut
nullam potius. Parentes ſupplicio filiorum cogebat intereſſe, quorum vni valetu-
dinem excuſanti lecticam miſit. Curatorē munerum et venationum per continuos
dies in conſpectu ſuo catenis verberatum non prius occidit, q̄ offenſus putrefacti
cerebri odore. Comœdiographum quendam ob ambigui ioci verſiculum igni cre-
mauit in ipſo ſtatim amphitheatro. Equitem Ro. obiectum feris quum ſe innocen-
tem proclamaſſet/ reduxit, abſciſſaq; lingua induxit rurſus. Quendam ab exilio re-
uocatum quum interrogaſſet/ quidnam ibi facere conſueſſet, quum per adulationē
hæc reſpondiſſet, Semper orauī vt periret Tiberius & tu imperares, capta ex eo
verbo cōiectura exules ſuos mortem ſibi imprecari, miſit qui vniuerſos cōtrucida-
rent. Præter facta verbis vtebatur feritatem immanem ſpirantibus. Dicebat omnia
ſibi in omnes licere. Gallis græciſq; aliquot vno tempore condemnatis gloriabatur
gallo gręciam ſe ſubegiſſe. Quos torquebat, minutis ictibus plecti iubebat, quo diu-
tius languerent addito etiam hoc præcepto. Curate vt ſe mori ſentiant. Iactabat et
illud tragicum. Oderint dum metuant. Optauit plærumq; vt populus, Ro. vnicam
haberet ceruicem. Querebatur et dolebat ſua rempora nullis calamitatibus publi-
cis inſigniri. Optabat exercituum cedes/ famem/ peſtilentiam/ incendia/ & hiatum
aliquem terræ. Puteolis dedicatione pontis multos e litore ad ſe inuitatos omnes
præcipitauit. Quoſdam gubernacula appræhendentes contis detruſit in mare. Pu-
blico epulo ſeruum ob detractam lectis argenteam laminam carnifici cōfeſtim de-
dit, vt manibus abſciſſis et ante pectus e collo pendentibus per cœtus expulantium
circunduceretur/ præcedente titulo, qui cauſam pœnę indicaret. Mirmilionem ſe-
cum rudibus certantem ſponte proſtratum confodit ferrea ſica. Admota altari-
bus victima elato malleo cultrarium mactauit. Inſiſtens Iouis ſimulachro quum
Apellem tragœdum interrogaſſet, vter illi maior videretur, cunctantem flagellis
diſcidit. Vxorem aut fidiculam quum oſculabatur, addebat. Tam bona ceruix ſi-
mul ac iuſſero, demetur. Hæc omnia ex Tranquillo. ¶ Diocletianus paucis 31
diebus 17. millia chriſtianorum variis ſupplicijs affecit. ¶ Henricus tercius imp.
Agnetem matrem fœminam optimam in exilium pepulit & ibidem emori fecit,
¶ Auidium Caſſium Romani alterū Catilinam vocarunt, q̄ cruoris eſſet cupidus. 32

Is inauditum & nunq̃ prius viſum tormenti genus commentus eſt. Trabem enim longitudine. 80. aut. 100. pedum infixam terræ erigebat, cui a ſummo ad infimas partes alligatos homines flamma et fumo ſuffocabat.

33 ¶Macrinus imp. prodigioſi fuit animi in exhibẽdis ſupplicijs, Nam geminos boues miræ magnitudinis aperiri iuſſit, hiſq; milites ſingulos (qui ancillæ hoſpitis pudorem violaſſe ferebãtur) incluſit capitibus boum exectis, vt facilius vna collo-

34 qui poſſent, ¶Maximinus imp. tam crudelis fuit animi, vt Cyclops/Buſyris/Gyges/& Typhon diceretur. Vnde ſequentibus verſibus eiuſdem ſæuitię illuſum eſt. Et qui ab vno non poteſt occidi, a multis occiditur. Tygris acerrimus eſt, & tamen occiditur. Caue multos, ſi ſingulos non times.

35 ¶Irene imperatrix vxor Leonis quarti Conſtantino ſexto/filio ſuo in carcerem cõiecto oculos eruit, q̃ ab ipſo prius fuiſſet expulſa.

36 ¶Leo. 3. imp. imagines ſanctorum quotquot reperit/cremauit, & Stephanum põtificem reclamantem comprehendi iuſſit/comprehenſum interfici.

37 ¶Domitius Nero domitij Aenobarbi et Agrippinæ filiꝰ, matrẽ interemit. Octauiam et Sabinam poppeam in matrimonium duxit viris earum trucidatis, Ipſaſq; demum vxores dedit morti. Petro et Paulo vitã abſtulit. Antoniam filiam Claudij recuſantem ſibi nubere poſt Poppeæ mortem, occidit. Item Aulum Plaucium iuuenem/ quem ante mortem per vim conſtuprauerat. Ruffum Criſpinum priuignum Poppea natum impuberem adhuc ſubmerſit. Tuſcum nutricis filium relegauit. Senecam pręceptorem ad necem compulit. Plæroſq; libertos diuites et ſenes (quos ſemper fautores iuenerat) occidit. Caſſio longino iuriſconſulto oculos effodit. Polyphago cuidam Aegyptij generis crudam carnem mandere aſſueto viuos homines laniandos obijciebat et abſumendos. Populo et mœnibus patriæ non pepercit. Vrbem enim palam incendit, quaſi offenſus deformitate veterum ædificiorum. Quod incendium lætis oculis proſpexit e mecœnatiana turri. Inflammatis iam domibus nemini permiſit ire ad reliquias rerum ſuarum.

38 ¶Tiberius nero tercius Romanorum imperator, teſtamentũ matris pro irrito habuit. Tres ex Germanico nepotes Neronẽ/ druſum/ & Caium variis modis afflixit. Neronem ad mortem compulit, quum ei laqueos et vncos oſtentaret carnifex. Druſum in ima Palatij parte ſublatis alimentis adeo macerauit, vt ille tomentum e culcitra tentauerit mandere. Ex viginti viris patricijs (quos elegerat conſilij cauſa) vix duos aut tres incolumes reliquit/cæteros diuerſis cauſis necauit. Seleucum grammaticum ad mortem compulit. Piſcatori qui ſibi ſecretum aliquid agẽti mulum inopinanter obtulerat/perfricari/eodem pice faciem iuſſit, & os locuſta lacerari. Militem prætorianũ obſurreptum e viridario pauonem capite puniuit. Nullus a pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus quidem ac ſacer. Multos accuſauit & damnauit cum vxoribus ac liberis ſuis. Interdixit ne capite damnatos propinqui lugerent. Nemini delatorum fidem abrogauit. Plæriq; citati a eo ad dicendam cauſam partim ſe domi vulnerauerũt, partim in media curia venenum hauſerũt, quos tamen colligatis vulneribus et ſemianines in carcerem rapi imperabat. Puniti omnes in gemonias vnco tracti ſunt. Viginti vno die abiecti tractiq;/ nulla ætatis aut ſexus habita ratione. Virgines plæræq; prius a carnifice viciatæ demum ſtrangulatæ ſunt. Mori volentibus vim adhibebat viuendi. Mortem adeo leue ſupplicium putabat, vt quum audiſſet quendam Carnulium eam anticipaſſe, exclamauerit. Carnulius me euaſit. Furiatus dolore quẽ ex morte filij ſui Druſi conceperat, multos nulla cauſa iterfecit. Rhodiẽſem hoſpitẽ quẽ benignis literis Romã euocauerat,

uerat, vbi aduenit, torqueri iuſſit et occidi. Carnificinę locum habuit Capreis, vnde damnatos poſt exquiſita tormenta pręcipitari coram ſe in mare iubebat excipientibus deorſum claſſiarijs, et cadauera remis elidentibus.

¶Domitianus multa crudelitatis exempla exercuit. Diſcipulum Pantomimi puberem occidit nullam aliam ob cauſam, q̃ ꝙ magiſtro ſimilis eſſet forma. Itē hermogenem Tharſenſem propter quaſdam in hiſtoria figuras. Interemit et multos ſenatores, in his aliquot conſulares vt Ciuicam Cerealem Aſiæ procōſulem, Saluidienum Orſitum, Acilium glabrionem. Item Aelium lamiā ob ſuſpicioſos iocos. Metium Pōpoſianum, ꝙ habere imperatoriam Geneſim vulgo ferebatur, & alias quaſdam ob cauſas leuiculas. Pręterea Saluſtium Lucullum Britanniæ legatum, & Iunium Ruſticum Philoſophos omnes vrbe Italiaq; ſummouit. Occidit et Eluidium filium, ꝙ ſub perſona Paridis et Oenones diuortium ſuum cum vxore tractaſſet. Flauium Sabinum, ꝙ eum præco non conſulem ſed imperatorē ſalutaſſet. Aretinum Clementem conſularem capitis condemnauit. 39

¶M. Antonius allatum ſibi Ciceronis caput in menſa apponi voluit, perq; diem illud aſpexit, quouſq; tali ſpectaculo animum exſatiaſſet. 40

¶Eiuſdem Antonij vxor Fuluia caput ipſum maledictis ac diris execrata eſt, demum inſpuens gremio ſuo appoſuit, acriuſq; inſpiciens linguam illi e faucibus euellit, eamq; frequēter cōfodit acicula, qua tunc ad ornamēta capitis vtebatur. Quintianus. Latiam foderet nec fuluia linguam. 41

¶Vedius Pollio quum piſcinas magno ſtudio ac diligētia coleret, ſeruos ſuos occidebat, eoſq; piſcibus dabat in prædam, vt hominum cruore paſti delicatiores eſſent. 42

¶Manlius Torquatus conſul dum cum latinis bellum gereret, edictumq; eſſet, ne quis extra ordinē pugnaret, filium ſecuri percuſſit ꝙ a Gemínio Metio Tuſculanorum equitum præfecto laceſſitus, manum conſeruiſſet licet parta de hoſte victoria. 43

¶Iuſtinianus imp. filius Conſtantij Pogonati quotienſcumq; truncas nares emungebat, toties vnum ex his (qui Leontio inimico fauerant) ad ſupplicium iubebat rapi. 44

¶Amalaſuntha mater Atalarici regis Gothorum mortuo filio adiutorem ſibi delegit Theodatum, a quo tamen in balneo ſtrangulata eſt. 45

¶Claudius Cæſar (qui interfecto Caligulæ ſucceſſit in imperio) tormenta quęſtionum, pœnaſq; parricidarum repręſentabat et exigebat palam. Gladiatores retiarios iubebat interfici, vt expirantium faciem videret. Beſtiarijs meridianiſq; gladiatoribus adeo delectabatur, vt a prima luce ad ſpectaculum deſcenderet & meridie dimiſſo ad prandium populo perſederet. 46

¶Aulus Vitellius nobiles viros & cōdiſcipulos omnibus blandicijs ad ſocietatem imperij allicefactos vario genere fraudis occidit, & in his vnum veneno manu ſua porrecto in aquæ frigidæ potione, quam is febre affectus popoſcerat. Portitorem quendam nulla penitus culpa interfici iuſſit, velle ſe dicens oculos paſcere. Duos item iuuenes patri ſupplicium auertere conantes. Quendam equitem Ro. iugulari mandauit cum liberto. Item plebeios quoſdam, qui Venetæ factioni maledixerāt. Venit et in ſuſpicionem matri venenū porrexiſſe, ꝙ audiuiſſet a Cata muliere vaticina diutiſſime ſe imperaturum, ſi ſuperſtes parenti extitiſſet. 47

¶Aemylius Cenſorinus ægeſtæ vrbis Siciliæ tyrānus, multis muneribus eos proſequebatur, qui inauditum aliquod tormenti genus excogitaſſent. Spe igitur lucri commotus quidā Aruntius paterculus equum ex ære fabricatum ei dono dedit. Ille autem muneris authorem primum ibidem concluſit et emori fecit. 48

¶Achilles interfectum hectora currui ſeu equinæ caudæ alligauit, & circum mu- 49

ros vrbis Troiæ ter exanimem pertraxit. Demum vænale cadauer expoſuit patẽ-
ti Priamo. Virg. lib. 1. Aen. Ter circum iliacos raptauerat hectora muros, Exani-
50 mumq; auro corpus vendebat Achilles. ¶ Scinis latro Corinthius arbores compli-
cabat, hiſq; alligabat hominum brachia, vt in ſublime redeuntes lacera membra
diſcerperent. Propertius lib. 3. Arboreaſq; cruces Scinis, & non hoſpita Graijs Sa-
51 xa / & curuatas in ſua fata trabes, ¶ Atreus Pelopis filius vxorem habuit Aero-
pen / quam quum ſtupraſſet Thyeſtes frater / & grauidam feciſſet, ſuſceptos ex ea
liberos Atreus decoxit & conuocato per ſpeciem beniuolentiæ fratri appoſuit co-
medendos. Quod facinus adeo ſol exhorruit, vt refugus matutinum repetiuerit
cubile. Vnde Ouid. lib. 1. de ponto. Non tibi Therodamas / cruduſq; vocabitur
52 Atreus. ¶ Therodamas fuit neſcio quis carnifex / qui leones paſcebat humano
ſanguine. Ouid. In Ibin. Therodamantæos vt qui ſenſere leones.
53 ¶ Phineus rex Arcadiæ filios ſuaſu ſecundę vxoris exoculauit, propter quod faci-
nus vltricem numinum vindictã paſſus eſt amiſſo paulopoſt viſu. Ouid libro. 1. de
arte. Quid fodis immeritis Phineu ſua lumina natis?
54 ¶ Cleomenes Lacedęmoniorum dux ab Antigono victus profugit ad Ptolemẽũ /
a quo benigne primum exceptus eſt, demum tamen Nicagorę cuiuſdam calumnia
ſuſpectus regi factus eſt, & ab eodem excoriatus.
55 ¶ Arpiages fuit quiſpiam, qui filium comedit. Ouid. in Ibin. Vt puer Arpiagæ
referas exempla Thyeſtæ, Inq; tui cæſus viſcera patris eas.
56 ¶ Alphonſus tercius, rex Hiſpanię quattuor fratribus oculos eruit.
¶ Atelſtanus rex Angliæ Edimum adoleſcentem in nauigio ſine remige fluctibus
perdendum expoſuit. ¶ Sigiprandus Ariſprandi filius & Longobardorum rex
Ariperto (quocum certabat) oculos eruit, vxoremq; eius naſo auribuſq; truncis
57 dehoneſtauit. ¶ Athila rex Pannoniæ vndecim virginum millia in expugnatione
Coloniæ interfecit. Fratrem Budam morti dedit, Aquileiam diruit.
58 ¶ Albonius Longobardorum rex ex capite Cunimundi Gepidarum regis bello
victi craterem ſibi fecit. ¶ Narſes Italiæ prefectus Sindualdum Britonum ducem
armis domitum in trabe ſuſpendit. ¶ Boleſlaus tercius Bohemorum rex Moſcho-
ni regi Poloniæ ſuperato oculos eruit, vt etiã Odoalricus Boleſlai frater alteri fra-
59 tri Iamuro. ¶ Tomyris Scytharum regina quum Cyrum Perſarum regem ſupe-
raſſet, caput ei⁹ abſciſſum demerſit in vtrem ſanguinis plenum, eiq; his illuſit ver-
bis. Satia te ſanguine, quem tantopere ſitiſti Cyre.
60 ¶ Totila rex Gothorum capta Roma terciam partem murorum diſiecit. Capito-
lium incendit, omnia diripuit Et tanta paſſim feritate debacchatus eſt, vt dei flagel
61 lum diceretur. ¶ Dirce Thebana mulier vbi ſenſit Lycum maritum captum amo-
re Antiopæ Nyctei filiæ, puellam tauri ceruicibus alligauit, ſuſpenſis a cornibus
tædis ardentibus, vt bos tormento furioſior Antiopam ipſam per abrupta et ſco-
pulos tractam diſcerperet. Propertius lib. 3. Teſtis erit dirce tam vero crimine ſæ-
62 ua Nycteos Antiopen accubuiſſe Lyco. ¶ Clodomyrus Clodouei primi filius Si-
giſmundum filium Gundebaldi regis burgundię bello captum, vna cum liberis &
63 vxore in puteum coniecit. ¶ Huius frater Childebertus Amalricum regem Go-
thorum ſororis ſuę Clotildis maritum obtruncauit, & Toletum vrbem (in qua ille
ſe tutabatur) diripuit. Duos item fratris Clodomyri filios ſimulata beniuolentia
64 conuocatos interfecit. ¶ Clotharius horum duorum frater & Clodouei filius Co-
nabrum ducem Britonum interfecit, & Crominum eius filium cum vxore et libe-
ris igne cremauit.

¶ Colomanus

¶Colomanus rex Pannoniæ Almo fratri oculos eruit. ¶Cambyſes rex Perſarum 65
blande ſubmonit⁹ a Prexaſpe domeſtico, vt ab ebrietate et potu nimio caueret, q̃ id
malum quandoq; rationis vſum auferat, ſtatim furore correptus filium eiuſdem ſa
gitta confodit. Idem Cambyſes templa et leges ludibrio habuit, deorũ ſimulachris
illuſit, Recluſis conditoriis mortuorum inſpexit cadauera, Amaſis cadauer e monu
mento reuulſum verberibus cędi iuſſit, et omnibus probris affici, demum cremari.
Duodecim Perſarum primores nulla penit⁹ cauſa interfecit, viuos in caput defodi=
ens. ¶Sapor rex perſarum, quum Aurelianum imperatorẽ bello victum cepiſſet, 66
equum aſcenſurus curuatos eius humeros p̃remebat ſuppedanei loco. Mantuanus
de fortuna Gonzagę. Romulidum princeps, qui te Gallene recepit In regni ſociũ,
Perſarum a principe captus Vixit in ęrũnis, ſenuitq; in carcere longo.
¶Eadem feritate vſus eſt Tamburlanus rex Scytharum in Pazaitem pricipẽ Tur= 67
carum, quem bello captum caueis incluſit, et catenis vinctum ſub menſa inſtar canis
iuſſit comedere, et mandere ciborum analecta. Idem Mantuanus. Turcarum prin=
ceps Mahometic⁹ Ildris Arma ferẽs cõtra Scythicã mauortia gẽtẽ, Incidit i caſſes,
caueiſq; icluſ⁹ ahenis Admirãda dedit populis ſpectacula. Parthi, Armenij, Mœ=
di, Aſſyrij (quacunq; mouebant Victores ſua caſtra Scythę) videre tyrannũ Squa
lentẽ in clatris, atq; in pędore ſepultum.
¶Sanctius quartus Hiſpaniæ rex patrem ſuum Alphonſum decimum e Germa= 68
nia redeuntem occupato regno non admiſit. Quattuor hominum millia trucidari
iuſſit, q̃ in tumultu quodam Alphonſum fratris ſui filium regem appellaſſẽt.
¶Egebertus Sycoberti filius & poſt patrẽ Angliæ rex, fratris filios enecauit. 69
¶Ptolemęus Philopator rex Aegypti, patrem, fratrem et amicos fere omnes iter= 70
fecit. ¶Alphonſus primus rex Luſitaniæ matrem coniecit in vincula, q̃ mortuo pri 71
mo marito ſecundas tentaſſet nuptias.
¶Hippomenes Athenienſium princeps Limonen filiam in adulterio deprẽhen= 72
ſam, equo feroci & famelico præbuit abſumendam. Ouid. in Ibin. Vtq; nouum paſ
ſa eſt genus Hippomeneia pœnæ. Idem. Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam,
Et tua dente ferox viſcera carpat equus. Ortum eſt hinc adagium. Magis impius
Hippomene. ¶Henricus cognomento Clericus Anglorum rex fratrem Robertũ 73
excęcauit, et incluſum carcere ibidem emori fecit.
¶Orodes Rex Parthorum Mithridatem fratrem q̃ uis ſupplicem in cõſpectu om 74
nium interfecit. ¶Ioannes Maria dux Mediolanenſis, quotidie nouo tormenti ge=
nere ciues opprimebat. Idem matrem (a qua interim corripiebatur) in carcerẽ de=
truſit, et ibidem mori coegit.
¶Mamertes Syſaphonis Corinthij fratris ſui filios interfecit cupiditate dominãdi. 75
¶Septimuleius exciſum C. Gracchi caput liquato plumbo reſperſit. 76
¶Solebat Erix filius Veneris et Butę, hoſpites crudeliter enecare. Hunc Hercules
occidit. Martialis Libro quinto. Et grauis in Siculo puluere fuſus Erix
¶Dionyſius tyrannus Marſiam quendam interfecit ea tantum cauſa, q̃ is per quie 77
tem iugulare ſe Dionyſium exiſtimauerat.
¶Antonius cõmodus gladiatoriis cædibus adeo Romanum attriuit imperium, vt 78
nomen gladiatoris vulgo meruerit. Idem teſte Lampridio, homines qui pedib⁹ de=
biles forent, ſagittis ſolebat conficere. Claua multos etiam afflixit, Herculem ſe
fingens. Sacra Mithriaca homicidio polluit. Irridẽtes ſe feris obiecit. Eum qui Trã
quilli librum vitam Caligulę continentem legerat, feris obiecit. Siquis ſe mori velle
prędixiſſet, hunc inuitum iubebat præcipitari. Obęſi corporis hominem medio ven

tre diſſecuit, vt eius inteſtina ſubito funderentur

79 ¶Cleomedes athleta Lachum Epidemnium ictu pugni interfecit, interfecti latera adaperuit, & iniecta manu inteſtina eduxit.

80 ¶Termerus fuit quiſpiam, qui humana capita confringebat. Hunc Hercules in-
81 terfecit claua. ¶Othomanus Turcarum princeps anno ſalutis. 453. Conſtantinopolim cepit. Conſtantini imperatoris mortui caput ad ludibrium palo affixit & totis caſtris geſtauit. Mares et fœminas illuſtres iugulauit, aut ad vſum nefarię libidi-
82 nis reſeruauit. ¶Apteras fuit quiſpiam, qui patri teſtes eruit et filios occidit. Author Annius in Beroſum. ¶Spendius fuit quidam Italici generis Capua oriundus qui captiuos in bello beſtijs laniandos obijciebat. Author Polybius.

¶Orœtes Perſa Polycratē Samiorum tyrannū affixit crucí, Author Herodotus.

83 ¶Xerxes maximum filiorum Pythij Bithynij hominis ditiſſimi a quotamē cum toto exercitu fuerat hoſpitio ſuſceptus, medium diſſecari iuſſit.

¶Thrax fuit quiſpiam, qui filijs ſuis omnibus oculos effodit, ꝙ neglecto patris
84 mādato Xerxē ſecuti aduerſus Græciā militaſſent. ¶Amaſtris Xerxis vxor vxorem Maſiſtæ Bactrianorum præſidis excarnificauit. Eius mamillas præcidit, quas obiecit canibus. Item nares, aures, labra/linguam inhoneſtiſſimis deformauit plagis. Teſtis idem Herodotus.

85 ¶Creon tyrannus militum in bello mortuorum cadauera vetabat ſepeliri et inhumari. Hunc Theſeus interfecit. Ouid. in Meta. Prohibentem buſta Creontem Aticus Aegides rupit marathonide quercu.

86 ¶Progne Pandionis Athenarum regis filia Ityn filium marito ſuo Tereo Thracū regi appoſuit comedendum, ꝙ ſtuprum intuliſſet Philomelę eiuſdem Prognes ſorori. Virg. in Bucc. Quas illi Philomela dapes, quę dona pararit. Vbi Philomelam
87 poſuit pro Progne. ¶Medea fratrem abſyrtum & filios ex Iaſone ſuſceptos mēbratim diſcerpſit. Ouid. in Ibin. Et tua ſic latos ſpargantur mēbra per agros, Tanꝙ quæ patrias detinuere vias.

88 ¶Tydeus arroſit caput Menalippi. Idem Ouid. Nec dapis humanæ tibi erunt faſtidia, quaq; Parte potes, Tydeus temporis huius eris. ¶Geryon Mercurio natus patri hoſpites immolabat, Authore Plutarcho. ¶Tartari Pannoniā ingreſſi Viridamo oppido capto fœminas templis incluſas cremauerunt, et Belam quartū eius populi regem ſic terruerunt, vt ad præſidium ſalutis, latebras inquiſiuerit.

89 ¶Traiano imperante Iudæi duce Andrea multos ex Græcis et Romanis obtruncarunt. Qua cæde non contenti humanis carnibus veſci cœpere, ſeq; occiſorum inteſtinis ſtillante adhuc ſanguine / incingere / eorundem pellibus obuoluti. Multos item per medium vſq; ad vertícem diſſecuerunt, multos obiecerunt beſtijs laniandos. Alios inter ſe digladiari coegerunt, vt ducenta et amplius hominum millia eo furore & armis Iudęorum interierint. Author Dion Caſſius.

90 ¶Q. Mutius Scæuola Tribunuſplebis nouem collegas duce Sp. Caſſio ad dominationem aſpirantes, viuos cremauit. Author Valerius de Seueritate.

¶Clementes et humani.

1	Dromocheres	7	Cydon	11	Antonius pius
2	Paul. Aemylius		Polycrates	12	Fl. Veſpaſianus
3	Traianus	8	Maras	13	Iulianus impe.
4	Ludouicus pius	9	Probus		Domitianus
5	M. aur. Antonius		Darius	14	Alphonſus
6	Cæſar	10	T. Veſpaſianus	15	Scipio

Ptolemæus

Ptolemæus
Antiochus
16 Pyrrhus
17 Philippus maria
Antigonus
18 Lucius albinus
19 Faucula Clunia
Beatrix
20 Cyprianus
Crispus
Crispinianus
21 Anastasia
22 Petrus Vrseolus
Moses
Thobias
23 Machabęus
Ieu
Pericles.

DRomocheres Getarũ rex Lysimachũ hostem bello captum mira clemen
tia dimisit illęsum. ¶Annibal inuentum Aemylij Pauli cõsulis et collegę 1
Terẽtij Varronis cadauer honorifice tumulauit.

¶L. Aemylius Paulus huius Aemylij filius Perseum Macedonię regem vinctum 2
fleuit, et assidere sibi iussit.

¶Ladislaus rex Pannoniæ victum a se inimicum regnare permisit. Quinetiam si p
proceres licuisset, oblatum recusasset principatum.

¶Solebat Traianus ægrotantes amicos visere exinanita imperatoria maiestate. 3
Author Ausonius. ¶Alexander capto Dario Leonatum ex purpuratis suis misit,
qui eius matrem, vxorem, aliasq; fœminas consolaretur, et a lachrymis auerteret
et impediret. Atq; etiam matri Darij (cui nomen erat Sisigãbis) permisit, vt quos
vellet bello extinctos milites patrio more sepeliret. Eius vero vxorem (quam nul=
la id ætatis fœmina corporis pulchritudine vicit) non solum non violauit, at sum=
mam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet. Omnem insuper cultum fœ
minis reddi iussit, nec quicq̃ ex pristinæ fortunæ magnificentia adimi. Et (quod om
nium maximum humanitatis argumẽtum) Darium ipsum amisso iure belli regno
restituit. ¶Ludouicus Pius Gallorum rex quum quattuor liberos varijs principati=
bus honorasset, ab his tãdem incommoda multa passus est, atq; etiam coniectus in 4
carcerem. Quod tamen animo adeo ciuili et mãsueto pertulit, vt cum his postea re=
dierit in gratiã. ¶M. Aurelius Antonius imperator Auidio Cassio alijsq; complu= 5
ribus (a quib⁹ insidias parari sibi cognouerat) pepercit, immemor furoris et vindi=
ctę, qua tamen summi principes debacchari solent, si vel fracta nuce, aut vngue
praue secto offendantur.

¶Cæsar captis apud Pharsaliam Pompeij scrinijs, epistolas omnes inclusas bona 6
cremauit fide, nulla earum lecta. Author Plyni⁹ Lib. 7. Idem imperator simulta=
tes contra nullos tam graues accepit vnq̃, vt non occasione oblata deponeret lubens.
C. Mẽmio (cuius maledictis probrosisq; verbis fuerat lacessitus) fauit in petitione
consulatus. C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agen
ti vltro & prior scripsit. Valerium Catullum (cuius versiculis ineluibile stigma re=
ciperat) satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ, hospitioq; patris eius sicut con=
suerat, vti perseuerauit. Cornelio Phagitæ (cuius insidias vix effugerat) noceri nõ
permisit. Statuas Syllæ et Pompeii inimicorũ a plebe disiectas reposuit. Si qua gra=
uius in se dicerentur, inhibere maluit, q̃ vindicare. Nocturnos cõiuratores satis ha=
buit monere, ne perseuerarent. Criminosissimis Auli Cecinnę et Pitholai scriptis la
ceratam suam famam ciuili animo tulit.

¶Cydon Corinthius fuit hospitalitate adeo insignis, vt eius fores omnibus essent 7
peruię. Hinc adagium natum. Semper aliquis in Cydonis domo.

¶Polycrates matres militum qui in bello periissent, opulentioribus ciuib⁹ dabat nu 8
triendas. ¶Maras fuit quispiã apud Berœã Syriæ ciuitatem ditissim⁹, humanus &
officiosus in omnes, tum ciues, tum hospites.

9 ¶Probus imperator Arradionem (quem ſingulari certamine pugnans cõfecerat) magnificentiſſimo honeſtauit ſepulchro. ¶Darius eos obiurgauit, qui Hiſtiei caput truncauerant. Teſtis Herodotus. ¶Fabricius Cornelium Ruffinum quem ho-
10 ſtiliter oderat, iuuit in petitione conſulatus. ¶Titus Veſpaſianus duos in vrbe clariſſimos viros (quos habebat compertos inſidiarum in ſuam vitam) non tantũ non puniuit, at etiam ſibi aſſidere iuſſit. Fratrem Domitianum inſidias quoq; parantem flens ſæpe obteſtatus eſt, ne parricidio aſſequi cuperet, quod breui eſſet habiturus. Idem laborantes morbo, & ægrotantes ſuis paſcebat manibus, et ſuorum mortibus
11 afflictos conſolabatur. ¶Antonius pius fuit adeo mitis, vt quum ob inopiæ frumẽtariæ ſuſpicionẽ lapidibus a plebe Romana perſtringeretur, maluerit placare, q̃ vl-
12 ciſci ſeditionem. ¶Fl. Veſpaſianus Vitellij hoſtis ſui filiam ſplendidiſſime maritauit, dotauitq; & inſtruxit. Nullius vnq̃ cęde letatus eſt. Iuſtis etiam ſupplicijs il-
13 lachrymauit, & ingemuit. ¶Iulianus imperator Nebridium Conſtãtij (in quẽ ille bellabat) fautorem ad genua ſua prolapſum paludamẽto protexit, ne a militib⁹ interficeretur. ¶Domitianus inter initia imperij ſui adeo ab omni cęde abhorrebat,
14 vt edicere deſtinauerit. ne boues immolarentur. Author Suetonius. ¶Alphonſus expugnatæ per vim Neapoli noceri vetuit, pepercitq; ciuibus, a quibus tamen fratrem ſuum ſciebat interfectum fuiſſe. Proteæ cuidam homini verboſo (cui iure plurimum ſuccenſuerat) non modo veniam petenti dedit, at quinq; etiam talenta vltro
15 obtulit. ¶Scipio Hiſpanos captiuos ſine precio dimiſit. ¶Ptolemæus rex fugato Demetrio quoſcũq; Demetrij amicos cepit captiuos, vna cum ei⁹ ſupellectile ſta-
16 tim remiſit. ¶Anthiocus rex captum Scipionis filium remiſit ſine precio. ¶Pyrrhus captiuos Romano populo reddidit. ¶Demetrius claſſe Ptolomæi (qui pri⁹ fuerat victor) ſuperata, eorum qui ceciderant, corpora, ſepeliri iuſſit, & captiuis om-
17 nibus liberum conceſſit reditum. ¶Philippus Maria Mediolanenſis captum nauali pugna Alphonſum cum duobus fratribus, non libertate ſolum, at multis etiã honeſtauit muneribus. Antigonus. ¶Alcyoneũ filiũ Pyrrhi ad ſe caput deferentem baculo percuſſum reiecit vt barbarum, vt pollutum inclamãs. Oculoſq; obduxit, ne lugubri fœdaretur aſpectu. Multis inſuper lachrymis inimici mortem proſecutus
18 eſt. ¶Lucius Albinus quum animaduertiſſet virgines veſtales ſub ſacrorum onere laborantes, & ope hominum deſtitutas ſtatim exonerato ſarcinis curru, vxore & liberis iter pedibus facere iuſſis, virgines cum ſacris conſcendere currum imperauit.
19 ¶Annibale Capuam tenente Faucula Clunia captiuis egentibus ſuppeditauit alimenta. Beatrix Romana virgo corpora martyrum occiſorum in agro ſuo furtim ſe-
20 peliebat, quod etiam feciſſe ferunt Bibianam virginem. ¶Cyprianus Afer diuitias omnes pauperibus erogabat. ¶L. Craſſus orator tanta fuit clementia, vt murenam mortuã multos dies atrat⁹ fleuerit. ¶Criſpus & Criſpinian⁹ quicquid lucri faciebãt
21 arte ſutoria, quã exercebant, pauperib⁹ impartiebãtur. ¶Anaſtaſia Chryſogoni diſcipula ſanctis (qui in carcerib⁹ tenebãtur captiui) tacite victũ miniſtrabat. Idẽ quoq; fecerunt Praxedes & pudentiana ſorores. ¶Pompeius Syllæ cadaueri honorẽ exhi
22 buit teſte Plutarcho. ¶Petrus Vrſeolus Venetiarum princeps pauperum ęgrotantium cubicula ſolebat furtim viſere, et opibus ſuis iuuare. Idem Xenodochiũ ſuo vnius ſumptu extruxit. ¶Moſes Aegypto fugiens Ioſephi ſecũ oſſa tulit. ¶Tho-
23 bias ſepeliendis mortuis vacabat. ¶Machabęus poſt prælium in Gorgiã cõmiſſum iuſſit vt occiſorum corpora ſepelirentur. ¶Ieu rex Iſrael hoſtem ſuum Iezabelem fecit ornari tumulo. ¶Pericles mortuos in bello Peloponneſiaco primus oratione publica laudauit.

Modeſti

¶Mdesti et verecundi.

Themistocles	C.Numerius	Agathocles
Pyctacus	Vgolinus	Cicereius
Cato	Q.Cincinnatus	Pompeius
M.Fabius	Cn.Plancus	Iul.Cæsar
Pompeius	Cimon	Spurina
Fabius gurges	Pescenius	

THemistocles iacẽtem hostem armis pulcherrimis indutum sequenti militi exuendum reliquit.quum ab huiuscemodi facto ipse abhorreret.

¶Quũ Mitylenęi Pyctaco multũ agri offerrẽt gratuito munere,tãtũ sũpsit,quantũ hasta percurreret,vt apud Romanos P.Claudius,quãtũ vno die arasset.

¶Cato ob modestiã nullam sibi statuam erigi passus est,dicens se malle,vt posteri percontarentur,cur Catoni posita non esset statua,q̃ cur posita.

¶M.Fabius consul deuictis Veijs oblatum triumphum renuit ob fratris & collegę mortem. ¶Pompeius oblatam sibi ab hebræorum rege mensam et sedem auream, deferri iussit in publicum ærarium.

¶Fabius gurges/Fab.Pictor/C.Numerius et Q.Vgolinus legati ad Ptolomęum missi accepta ab eodem munera in ærarium retulerũt. Q.Cincinnatus dictatura se sponte abdicauit.Quod etiã L.Sylla fecit vltro. ¶Cn.quoq; Planc⁹ censurã volẽs exuit.¶Cimon Atheniẽsis Reip.munera caste semper et icorrupte obijt,et ab omni genere expilationis abstinuit. ¶Pescenius niger sic seipsum et milites rexit, vt nihil a prouincialibus non oleum,non lignum operam ve extorserint.

¶Aathocles rex Siciliæ nullo vnq̃ luxuriantis fortunæ zephyro auerti potuit a recordatione figulinæ patris officinæ.Quamuis enim haberet auri & argenti abunde,semper tamen abacum vasis fictilibus onerabat.Ausonius.Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,Atq; abacum Samio sępe onerasse luto.Quærenti causam respondit.Rex ego qui sum Sicaniæ/figulo sum genitore satus.Fortunam reuerenter habe,quicunq; repente Diues ab exili progrediere loco.

¶Terentius Varro delatam sibi a vniuerso senatu & populo dictaturã recusauit, q̃ remp.confregisset Cannensis pugnæ temerario cõgressu.

¶Cicereius quum Prætoriis Comitiis Cn.Scipioni superioris Africani filio competitori omnium suffragijs prępone retur,erubescens se tanti viri filio prælatum,ex competitore suffragatorem se fecit.

¶Pompeius in acie Pharsalica victus a Cęsare,quum postero die Larissam intraret,oppidiq; illius vniuersus populus obuiam ei processisset.Ite inquit,et istud officium præstate victori. ¶Iulius Cæsar tribus & vigintivulneribus coniuratorũ mucronibus cõfossus,a verecundia absterreri non potuit.Nam eo tempore quo spirit⁹ a mortali corpore secernebatur,togam vtraq; manu demisit,vt inferior pars corporis tecta collaberetur.¶Spurina egregius adolescens quum sua forma complurium fœminarũ solicitaret oculos,verecundia motus,oris decorẽ vulnerib⁹ deformauit.

¶Contemptores honorum et diuitiarum

Sex.ælius Catus	M.Curius	Albertus magnus
Cimon Athenienſis	Raymundus	Clotildis
Agnes	Io.Germanus	Diocletianus
Crates	Vmbertus Viennenſis	Eugenia

Etburga
Homo bonus
Iudocus
Lotharius
Marcus
Antonius anachoreta
Tuditanus
Democritus
Fabricius
Scipio
Maximianus
Amurathes
Petrus rex Angliæ
Lysander
Messala
Theodosius
Michael imp.
Manuel
Ioannes Calacuzenus
Babythaceni
Arsenius
Rachis
Placidia
Forfeus
Aeneas
Nicolaus
Phocion

SExtum Aelium Catũ virum consularem quum legati Aetholorum vasis fictilibus prandentem reperissent, eidem vasa argentea miserunt, quæ tamen recusauit. Neq; aliud argenti ad extremum vitæ diem habuit q̃ duo pocula accepta a L. Paulo socero suo. Author Plynius. ¶Cimon dux Athenien sis spoliavictis hostibus erepta suis ciuibus partitus est ¶Agnes vxor Henrici tercij imp, omnibus & diuitijs & honoribus se abdicauit, vt religioni daret operam. ¶Crates Thebanus non paruum auri & argenti cumulum proiecit in mare, quo melius philosopharetur citra impedimentum. ¶M. Curium rapa in foco torrẽtem quum legati Samnitum reperissent, eiq; multum obtulissent auri, Malo inquit, hæc in fictilib⁹ meis comesse/ & aurum habentibus imperare. ¶Raymundus/ Io. Germanus/ Vmbertus Viennensis/ Albertus magnus se suis episcopatibus abdicarunt vltro. ¶Clotildis seu Batildis vxor regis Clodouei/ dimissis opibus & regno, cœnobio se inclusit. ¶Diocletianus relicto sponte imperio in proprijs agris consenuit. ¶Beata Eugenia relictis opibus paternis cœnobio se inclusit. ¶Etburga filia Edu ardi senioris regis Angliæ relicta itidem paterna domo clausirũ ingressa est, ĩ quo ad mortem durauit sanctissime. ¶Homobonus ciuis Cremonensis opes nũdinariis & negociatoriis partas laboribus reliquit, vt spirituali consuleret lucro. Lotharius imp. & rex Gallorum imperio sponte se abdicauit. ¶Iudocus regis Britonum fili⁹ relicto principatu cui post patrem erat successurus, byssum & purpuram in pannosas & viles commutauit tunicas. ¶Marcus Euangelista pollicem sibi amputauit, vt sacerdotio videretur indignus. ¶Antonius anachoreta ne eligeretur episcopus, lęuam sibi auriculam ferro pręsecuit. ¶Tuditan⁹ patrimonium populo diripiendum sparsit. ¶Democritus agros suos reliquit, eosq; pascua publica fieri passus est. ¶Legati Samnitum Fabricij domum ingressi, quum viderẽt multa ad splendorẽ et tanti viri deesse maiestatẽ, magnã vim auri eidẽ obtulerunt. Quã repudiauit vltro. Testis Gellius Lib. 1. Cap, 14. ¶Maior Scipio publicam rerum administrationem sponte reliquit. vt priuatus ageret. ¶Maximian⁹ princeps relicto imperio vitam quoq; priuatã elegit. ¶Amurathes Turca dimissa filio regni cura priuatus egit. ¶Petrus rex Angliæ dimisso suis regno Romam venit, vbi in paupertate priuatus vixit. ¶Lysander rex Lacedæmoniorum vestimenta magni precij filiab⁹ suis a Dionysio missa recusauit. ¶Messala primus omnium Romę vrbis pręfectus constitutus, die sexta ab ea dignitate se abdicauit. ¶Theodosius Atramytenus imperator post Artemiũ pertæsus belli ciuilis cessit imperio, monasticãq; vitam amplexus est. ¶Michael Curoplates imperator post Stauracium Leoni Armenio curam iperij reliquit vltro. ¶Manuel quoq; habenas imperij Alexio reliquit, monasticam secutus vitam. ¶Idem fecit Ioannes Catacuzen⁹ imperator, qui successit Andronico iuniori. ¶In Tygris alueo oppidũ est Babythace, cuius incolę mortalium

lium ſoli aurum in odio contrahunt. ¶ Arſenius Romanus patricius quum vocem hanc incerto authore audiuiſſet. Fuge, tace, & quieſce. relicta paterna hereditate ad cœnobium properauit. ¶ Rachis Longobardorum rex regno ſe ſponte abdicauit, vt monachum ageret. ¶ Placidia virgo Valentiniani imperatoris & Eudoſiæ filia repudiatis opibus nulli rei preterq̃ ſaluti inhiabat. ¶ Forſeus Hiberniæ regis filius neglecto regno monachum egit. ¶ Aeneas militis cuiuſdam Turno adherētis (cui nomen erat Magus) diuitias ſpreuit, quas offerebat, vt veniam cōſequeretur victo. Aeneas apud Virg. Lib. 10. Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta Natis parce tuis. ¶ Nicolaus patareus Smyrnæ antiſtes patrimonium pauperibus impartiuit. ¶ Phocioni quum Alexander ex Perſica gaza bello parta magnum auri pondus miſiſſet, recuſauit ille.

¶ Diuites.

Mydas	L. Luſcius	Perſæ
Crœſus	Galeſus	Minyas
Sicheus	Camertes	Meander
Volunx	Dorilas	Heliogabalus
Aeſopus	Cyrus	Tantalus
Cecilius Claudius	Semiramis	Callicrates
M. Craſſus	Eſubopes	Rhampſinitus
Pallas	Cæſar	Darius
Calliſtus	C. Antonius	Indi
Narciſſus	Murena	Lydi
Licinius	C. Caligula	Babylonij
Ptolemæus	Romani	Seres
Sylla	Perſeus	Arabes
Pythius Bithynius	Mamurra	Achemenes
Seneca	P. Claudius	Tholoſani
Tarius Ruffus	Ciſſamis	Luerius aruernus
Lentulus	Dion	Antiochus
Herodes	Plynius iunior	Iob
Nicanor	Dauid	
Seſoſtris	Salomon	

MYdas rex fuit Phrygiæ, cui propter Bacchum hoſpitio ſuſceptum conceſſum eſt, vt quicquid vellet optaret, voti futurus compos. Optauit autē vt quicquid corpore contigiſſet, in aurum verteretur. Tantæ fuerunt eius diuitie, vt in prouerbium abierit. Statius Lib. 1. Syl. Digne Mydæ Crœſiq; bonis, & Perſide gaza. Idem Lib. 2. Viue Mydę gazis, & Lydo ditior auro.
¶ Opulentia Crœſi Lydorum regis maxime quondam nobilitata eſt apud Grecos et adeo, vt fecerit prouerbio locum. Propterea (vt ſcribit Herodotus) exiſtimabat ſe mortalium feliciſſimū. Martialis Lib. 5. Crœſo diuitior licet fuiſſem. Auſonio. Effigiem rex Crœſe tuam ditiſſime regum Vidit apud manes Diogenes Cynicus. Sidonius. Cuius non valuit rapacitatē Vel Lydi ſatiare gaza Crœſi. ¶ Virgilius ſcribit Sicheum Didonis maritum fuiſſe ditiſſimum agri inter Phœnicas. Quæ opulētia fuit ei exitio, impulitq; Pygmalionem regem Tyri, vt eum interficeret. Quātū aūt auri et argēti habuerit, hic ſuſpicari licet, q̃ eius theſauris profuga dido ęmu-

Iam Romani imperij Carthaginem ędificauit. ¶Volunx fuit quíſpiam ditiſſimus, de quo Sylli⁹ Lib. 5. ſcribit. Ditiſſimus agri Occumbes generoſe Volunx, nec clauſa repoſtis Pondera theſauris, patrio nec regia quondam Prędulgens ebore, & poſſeſſa mapalia ſoli Profuerint. ¶Aeſopus tragœdus amicus Ciceronis arte hiſtrionica ad tantam peruenit opulentiam, vt ſeſtercio centies ei patina ſteterit, relíqueritq; filium adeo diuitem, vt is vniones líquefactos cœnis apponeret. ¶Cæcilius Claudius teſtamento ſuo edíxit. Quãuis multa bello ciuili perdidiſſet, tamen relinquere ſeruorũ quattuor millia cẽtum & 60. iuga boum tria millia & ſexcenta. Relíqui pecoris ducẽta quinquaginta ſeptem millia. In numerato pondo ſexcẽta millia. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtercíjs vndecim millibus. ¶M. Craſſ⁹ negabat díuitem eſſe. niſi qredditu ānuo legionẽ poſſet alere. In agris ſuis poſſedit ſeſterciũ bis míllies, hoc eſt ære noſtro quinquagies centena millia aureorum coronatorum. Nec ſatis fuit, inquit Plynius, niſi totum Parthorum eſuriſſet aurum. Harum autem diuitiarũ maximam partem ex ciuilibus bellis atq; incẽdíjs comparauerat, calamitates publícas in ſuam vnius vtilitatem vertens. Nam quum trecenta ſolũ talenta ex paterna hęreditate accepiſſet, priuſq; aduerſus parthos exercitum duecret, ſeptẽ millium & centum talentorum ſummam coegiſſe traditur, quum etiam decimam partem facultatũ ſuarum Herculí conſecraſſet, et publicum epulum dediſſet populo, ac tres minas ciuibus víritim contuliſſet. Seruos habuit circíter quingentos fabrílis artis & architecturæ peritos, quíbus non ſolum ad propríæ domus extructionẽ vſ⁹ eſt, ſed ciuibus ędificare volentibus eorum operas mercede locauit. ¶Pallas Claudíj libertus Craſſo ditior fuiſſe pehibetur vicies & quínquies centenís millíbus. ¶Plynius pręter hunc Pallantem ait Calliſtum, & Narciſſum Claudíj príncipatu fuiſſe opulentiores. Narciſſi autem díuitiæ in prouerbium venerunt, quum Iuuenalis dicat. Nec Crœſi fortuna vnq;, nec Perſica gaza Sufficiẽt animo, nec diuitię Narciſſi, Indulſit Cęſar cui Claudi⁹ omnia. De pallãte Iuuenalis Saty. 1. Ego poſſídeo plus Pallante & Licinís. Hi duo Pallas & Narciſſus líberti fuerũt Claudíj, quos decreto quoq; ſenatus, non ſolum íngentibus pręmiis, at etiã magiſtratibus ornarí paſſus eſt. Tacitus ſcribit Claudium Pallanti prętoria ínſignia & centies quinquagies ſeſtercium cenſuiſſe, & Pallantem ípſum ſeſtercíj ter millies poſſeſſorẽ fuiſſe. Idẽ Lib. 14. ait Neronem veneno interfeciſſe hunc Pallantem, ꝙ immenſam pecuniã longa ſenecta detíneret. ¶Licínius Cæſaris líbertus tantum agrorũ fertur habuiſſe, q̃tum peruolarent mílui. Perſius, Nunc Licíní in campos, nũc Craſſi mittit in ędes. ¶Quãuis numeroſę fuerint Craſſi díuitiæ, Plynius tamen facit Syllam ditiorem, vbi de Craſſo loquens ait. Quiritum poſt Syllam ditiſſimus. ¶Pompeio res gerẽte circa Iudęam Ptolemæus octona millía equitum ſua pecunia tolerauit. Mille conuiuas totídem aureís potorijs mutans vaſa cum ferculis ſaginauit. ¶Pythius Bithynius platanum auream vítemq; nobilem Darío regi donauit. Xerxis copías hoc eſt ſeptíes. 88. millia hominum excepit epulo, ſtípendium quinq; menſium, frumentumq; pollícitus, vt e quinq; líberís ſenectuti ſuæ ſaltẽ vnus concederetur. Teſtes Herodotus & Plynius. Interrogatus a Xerxe quantum poſſíderet, reſpondit ſe habere argenti talenta duo míllia, auri myriadas quadringentas ſtaterum daricorum ſeptem millíbus mínus. Quam ſummam quum obtuliſſet ípſi Xerxi, demiratus rex propenſã hominis líberalitatẽ, expleuit quod illi deerat ad quadrigẽtas myríadas. ¶Seneca philoſophus rerum actui prępoſitus a Nerone, quadríẽnio ter millies ſeſtercium quęſiuit. ¶Tarius Ruffus ínfima natalíũ humilítate cõſulatum mílitarí induſtría merit⁹ circiter mille ſeſtercium líberalítate Auguſti congeſtũ agris

coemendis

coemendis exhauſit. ¶Idem Seneca teſtis eſt Lentulum augurem eodem Auguſto imperante quater millies ſuum vidiſſe. ¶Herodes Atticus tanta fuit rerum opulentia, vt Iſthmum vellet perfodere, & maria coniungere diuerſa, ſi per imperatorē licuiſſet, Quod tamen fruſtra tentauerat Nero. ¶Plæriq; veterum ſuam ſatis opulētiam prodiderunt arduis conatibus, quibus rerum naturæ faciē mutare voluerunt. vt Nicanor Seleucus, qui excogitabat perfodere ſpacium a Boſphoro Cimmerio ad Caſpium mare. quod interuallum erat, 150. mill. ¶Seſoſtris rex Aegypti interſtitium a rubro mari ad Nilum proſcindere adorſus eſt. Quod poſtea Darius molitus eſt. ¶L. Luſcius Syllanarum partium amplius ſexcenties poſſedit.

¶Galeſus fuit in Latio quiſpiā ditiſſimus agreſtis Gazę. Virg. Lib. 7 Aeneidos, Corpora multa virum circa, ſeniorq; Galeſus. Dum paci medium ſe offert iuſtiſſimus vnus Qui fuit, Auſoniiſq; olim ditiſſimus aruis. Quinq; greges illi balantum, quina redibant Armenta, & terram centum verrebat aratris.

¶Camertes Volſcētis filius partiū Turni fautor in Aeneam. ditiſſimus fuit. Virgi. Libro decimo. Perſequitur fortemq; Numam ſuluumq; Camertem Magnanimo Voſcente ſatum, ditiſſimus agri Qui fuit Auſonidum & tacitis regnauit Amyclis.

¶Dorylas ponitur ab Ouidio Libro quinto Metamorpho. ditiſſimus agreſtis opulentiæ, vbi ait. Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri, Diues agri Dorylas, quo non poſſederat alter Latius aut totidem tollebat farris aceruos.

¶Cyrus deuicta Aſia 24. millia pondo auri inuenit, præter vaſa aurea, aurumq; factum & in eo folia ac Platanum vitemq;. Qua victoria argenti. 500. millia talentorum reportauit. ¶Diuitiæ Semiramis arguuntur ex coctilibus illis muris iter ſeptem orbis miracula numeratis, Ex cratere, cuius pōdus erat, 15. talentoru m, expaparatu conuiuii, quo Antonium excepit, ex vnionum ſorbitiōe & multis item ſumptibus. ¶Eſubopes rex in Suanorum terra velleribus aureis inclyta plurimum argenti auriq; fertur eruiſſe. ¶Cæſar in munere patris funebri omni apparatu arenæ argēteo vſus eſt. ¶C. Antonius ludos ſcęna argentea fecit, Item & L. Murena.

¶Caius princeps in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo 124.

¶Nero Pompeii theatrum operuit auro in vnum diem, qđ Tyridati regi Armenię oſtēdit. ¶Populus Romanus ſeptem annis ante primum bellum punicū habuit in ęrario auri pōdo 726. millia, Argēti 92. millia. & extra nūerū 375. millia. Itē Sex. Iulio & L. Martio cōſulib⁹ 84. auri pōdo. Cęſar primo introitu vrbis in ciuili bello ſuo ex ęrario protulit laterū aureorū. 26. millia, & numero pōdo 300. ¶Paul⁹ Aemyli⁹ Perſeo Macedonię rege deuicto rettulit in ærarium prædā pondo triū milliū. ¶Scipio Africanus victa Carthagine 4470. pondo auri inde tranſtulit. Item argenti cęlati millia 450. vaſorum aureorum pondo centum millia.

¶Mamurram Catullus dixit habere quicquid habuiſſet comata Gallia. Cornelius nepos adiecit eum totis ędibus nullam niſi e marmore columnam habuiſſe, omnes ſolidas e Caryſtio aut Lunenſi. ¶P. Clōdius (quem Milo occidit) habitauit domo empta ſeſterciis 147 millibus. ¶Ciſſamis Cous fuit gregibus pecuariis ſupramodum diues. ¶Dionis Syracuſani opes immenſæ fuerunt, & regia in viuendo propemodum pompa & ſupellex, Plutarcho teſte. ¶Lucullus quum reip. infenſus priuatæ vitæ ſi dediſſet, ędibus & prętoriis extructis, hortis et cœnationibus ameniſſimis incredibili ſumptu paratis, & Bibliotheca libris vtriuſq; lingue cumulatiſſima, opes bello quęſitas conterere non potuit. Idem Pompeio & Ciceroni extemporariā apparauit cœnā ī pēdio quīquagīta milliū, tāta epularū & rerū lauticia, vt cōuiuas ī admiratiōnē traheret. Idē pfodit mōtē & flumē īmiſit ī piſcinas, q̄ reciprocæ fuerunt.

¶Plynius iunior tanta fuit opulentia, vt ducenta millia nummum pro acceſſione precij agrorum contempſerit, emptrice Corelia hoc petente, vt ſuis ipſe verbis docet ad eandem fœminam ſcribens. Tu quidem (inquit) honeſtiſſime ꝙ tam impenſe & rogas & exigis, vt accipi a te iubeam precium agrorum non ex. 700. millibus, quanti illos a liberto meo, ſed ex nongentis quanti a publicanis partem vigeſimam emiſti, Inuicem ego & rogo & exigo, vt non ſolum quid te, verum eitam quid me deceat, aſpicias. Idem Plynius patriæ ſuæ donauit annua ſeſtercia tricena, quæ a nobis. 750. aureis ęſtimãtur. Hanc eius opulentiam pluribus verbis deſcribit Budęus.

¶Quantæ fuerint opes Dauidis coniectare eſt verbis eiuſdem, qui capite. 22. Paralip. ita loquens ad Salomonem inducitur. Confortare & viriliter age, ne timeas, neq; paueas. Ecce ego in paupertatula mea pręparaui impenſas domus domini, auri talenta centum millia / & argenti mille millia talentum. Hiſtoria regum ſcribit Dauid habuiſſe argenti mille millia talentum, id eſt decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti valent. Propterea Budæus ait opes Dauid decies fuiſſe maiores opib⁹ Darianis. ¶Fuerũt et imanes Salomõis diuitię, vt teſtatur, quod libro tercio Regum & Cap. 10. ſcriptum eſt hoc modo. Non erat argentum nec alicuius precij putabatur in diebus Salomonis, quia claſſis regis per mare cum claſſe Hiram ſemel per tres annos in Tharſis deferens inde aurum & argentum. Et paulo inferius. Fecitq; vt tanta eſſet abũdantia auri & argenti in Hieruſalem, quanta & lapidum. Conſumpſit in templi ſui columnis et vaſis aureis quadragies ſexies centena millia. Argenti vero ad clauos & alia inſtrumenta 1232, talenta. Aeris vero in columnis / fornicibus / & cęteris talenta. 18. millia.

¶Victo Dario inuenta ſunt in Perſide 180 millia talentum. quum tamen Darius ſeptem millia fugiens rapuiſſet. ¶Minyas fuit quiſpiam ſua ætate mortalium ditiſſimus. qui primus theſaurum recondendis pecuniis ſtruxiſſe fertur.

¶Cælius ait Męandrum Protagorę patrem tãta rerum opulentia præcelluiſſe, vt Xerxem perſarum regẽ domo & donis excipere auſ⁹ ſit. Quod iam de Pythio memorauimus. ¶Heliogabalus menſas & capſas habuit argenteas. Primus etiam cacabos / vaſa deinde centenaria argentea ſculpta et nonnulla ſtigmatibus libidinoſiſſimis inquinata. Author Aelius Lampridius. ¶Tantali diuitiæ prouerbio locum fecerunt, quem prędiuitem fuiſſe oſtendit carmẽ illud ex tragœdia apud Plutarchum de exilio. Viam dierum duodecim ſero iugera.

¶Callicrates fuit quiſpiam Caryſtius, qui ciues ſuos omnes opibus longe præſtitit. Hinc adagium natum. Vltra res Callicratis. ¶Herodotus ſcribit Rhampſinitum regem immanem pecuniæ copiã habuiſſe, quã nemo regum poſterorum adæquauit. ¶Darius vectigalem ſibi fecit Aſiam, ex qua quotannis 574 millia talentorum accipiebat, pręter aliud tributum quod ex Africa et iis qui Europam Theſſalia tenus incolebant. eidem afferebatur. ¶Indorum regio teſte Curtio, diues eſt nõ auro modo, ſed margaritis et aliis gemmis ad luxum magiſq; ad magnificentiam excultа. ¶Inter populos diuitijs memorabiles recenſentur Lydi, Babylonij, Seres et Arabes. Statius Libro quinto Syl. Si babylonis opes. Lydæ ſi pondera gazæ / Indorumq; dares, Serumq; / Arabumq; potentes Diuitias,

¶Fuit et Achęmenes rex Perſarum ditiſſimus. Horatius Libro ſecundo Carminum. Nun tu quæ tenuit diues Achæmenes, Aut pinguis Phrygiæ Mydonias opes, Permutare velis crine Lyciniæ?

¶In Toloſano Italiæ oppido a Q. Cepione direpto inuenta ſunt auri pondo. 110. millia, argenti pondo quinquies decies centum millia.

¶Luerius

¶Luerius Aruernus pater Bititi (qui Bititus cũ Maximo Aemyliano & Domitio Oenobarbo ducentorum hominum exercitu cõflixit) tantis delitijs, diuitijſq; circũfluxit, vt aliquando oſtendẽdarũ opum gratia curru vectus campum ingrederetur nummos aureos argenteoſq; huc atq; illuc ſpargens. Quibus colligendis amici atq; comites occupati ſequerentur. ¶Antiochus magnus Syriæ rex tantis affluxit diuitijs, vt in Romanos certaturus exercitum collegerit ornatiſſimũ, in quo plæriq; milites haſtis ſcutiſq; aureis & argenteis enitebant. Propterea quum oſtentaſſet Annibali copias illas tanto munitas apparatu, rogaſſetq; nunquid ſatis eſſent Romanis facturæ, Pœnus ignauiam imbelliamq; militũ eius eludens, ſatisfacturę inquit, etiã ſi auariſſimi fuerit Romani. ¶Habuit Iob ſeptem millia ouium, tria millia camelorum. Quingenta iuga boum, quingentas aſinas, reliquiq; pecoris armentum numeroſiſſimum.

¶Pauperes.

1 Irus
2 Menœtes
3 Accœtes
4 Baucis
5 Fauſtulus
6 Anna
7 Hecale
Amyclas
Ibycus
8 Horatius
Hylus
Theleſinus
Apher
9 Cinna
Furius
10 Codrus
Procula
11 Aelii
12 Paulus æmylius
13 Aętius
Meneuius
14 M. Popilius
15 Ariſtides
Callias
19 Val. Cato
17 Demonax
18 Epaminundas
Epictetus
19 Aglaus
Martialis
20 Menas
21 Origenes
22 Plautus
Tellus
23 Theagenes
Lyſiſtratus
Antoninus
Clito
Mneſarchus
Glycera
24 Telenicus
Pauſon
25 Lamachus
Val. Publicola
26 Acilius
27 Lucilius
Eumęus
28 Telemachus
Conna
Caunius
Cleobis
Biton
29 Protogenes
Seruilius
Attilius
Habrahamus
03 Hilarion
Fr. Aſiſias

IRus fuit Ithacenſis pauperrimus, quem Vlyſſes ab expeditione Troiana reuerſus ictu pugni interfecit. Properti⁹ Libro tercio. Lydus Dulichio non diſtat Croeſus ab Iro. Martialis Lib. quinto. Iro pauperior forem Carine. Idem Lib. 12. Irus tuorum temporum ſequebaris. 1

¶Menœtes fuit Arcas quiſpiam occiſus a Turno, cuius paupertatem deſcribit Virgilius Lib. 12. his verbis. Et iuuenem exoſum nequicq̃ bella Menœtem Arcada, piſcoſæ cui circum flumina Lernæ Ars fuerat, pauperq; domus, nec nota potentum Munera, conductaq; pater tellure ſerebat. 2

¶Accœtes paupertatem ſuam apud Ouid. Libro tercio Metamor. his verbis exprimit. Ille metu vacuus, nomen mihi dixit Accœtes, Patria męonia eſt, humili de ple- 3

be parentes. Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci, Lanigeroſq; greges/nõ vlla armẽta reliquit. Paup & ipſe fuit, línoq; ſolebat & hamis Decipere & calamo ſi tientes ducere piſces. Ars illi ſua cenſus erat, quum traderet artẽ. Accipe quas ha= beo ſtudij ſucceſſor & hæres Dixit, opes/morienſq; mihi nihil ille reliquit, Prẽter aquas, vnum hoc poſſum appellare paternum.

4 ¶Baucis mulier & Philemon eius maritus in maxima paupertate conſenuerunt. Idem Ouidius libro octauo. Sed pia Baucis anus, pariterq; ætate Philemon Illa ſũt amnis iuncti iuuenilibus, illa Conſenuere caſa, paupertatemq; ferendo Effecere le= uem, nec iniqua mente ferendam. Nec refert dominos illic famulos ne requiras. Tota domus duo ſunt, iidem parentq; iubentq;.

5 ¶Fauſtulus paſtor fuit extremæ paupertatis, qui vel Romulum expoſuit, vel expo ſitum nutriuit. Ouid. Libro tercio Faſto. Nec taceã veſtras Fauſtule pauper opes.

6 ¶Apud eundem Libro eodem Anna nomen eſt pauperrimę vetulę, vbi ait. Or= ta ſub vrbanis quædam fuit Anna bouillis Pauper, ſed multę ſedulitatis anus. Illa le ui mitra canos incincta capillos, Fingebat trepida ruſtica liba manu.

7 ¶Hecale nomen eſt pauperrimę fœminæ apud eundem Libro ſecundo de Reme= dio. Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt quæ nouerit Irum? Nempe qp alter egens, al= tera pauper erat. ¶Amyclas nomen eſt pauperrimi nautæ apud Lucanum, de quo iam verba fecimus, in capite de nautis, Apud Horatium Ibycus nomen eſt paupe= ris, cuius vxor dicebatur Chloris. Hæc Horatij verba. Vxor pauperis Ibyci Tan= dem nequitiæ fige modum tuæ.

8 ¶Horatius ipſe laborauit paupertate, qua vrgente animum appulit ſcribendis car= minibus. Vnde Libro ſecundo Epiſto. ſic inquit. Et laris & fundi paupertas impulit audax Vt verſus facerem. ¶Martialis Libro ſecũdo Hyli paupertatẽ eludit his ver bis. Vnus ſæpe tibi tota denarius arca Quum ſit, & hic culo tritior Hyle tuo.
¶Idem Theleſinum turpi quæſtu diuitem factum ridet his verbis ex libro ſexto. Quum coleret puros pauper Theleſinus amicos, Errabat gelida ſordidus in togula. Obſcœnos poſtq̃ cœpit curare cynœdos, Argentum, menſas, prædia ſolus emit.
¶Apher apud eundem nomen eſt viri extremæ paupertatis, vbi ait. Quum ſis tam pauper, q̃ nec miſerabilis Apher.

9 ¶Ab eodem ridetur Cinna quiſpiam, qp quum pauper eſſet, pauper videri vellet. Sic enim inquit, Pauper eſt Cinna/& vult videri pauper.
¶Catullus Furio cuidam pauperrimo ſequentib9 illudit verſiculis. Furi cui neq; ſer uus eſt nec arca. Nec cymex/neq; arane9 neq; ignis, Verũ eſt pater & nouerca, quo rum Dentes vel ſilicem comeſſe poſſunt.

10 ¶Codri poetę pauperrimi & Proculę eiuſdem vxoris paupertatem ſic deſcribit Iu uenalis. Lect9 erat Codro Procula minor, vrceoli ſex Ornamentum abaci/necnõ & paruulus infra Cantarus. & recubans ſub eodem marmore Chiron. Iamq; vetus grę cos ſeruabat ciſta libellos, Et diuina opici rodebant carmina mures. Nil habuit Co= drus, quis enim negat? & tamen illud Perdidit infelix totum nihil. Vltimus autem Aerũnę cumulus, qp nudum & fruſta rogantem Nemo cibo. nemo hoſpitio, tectoq;
11 iuuabat. ¶Aeliorum familia Romæ fuit pauperrima, & modicarum adeo facultа= tum, vt ſeptemdecim eodem tempore vnicam habitauerint domum, vnicum agrũ
12 poſſidentes. ¶Paulus Aemylius qui de Liguribus & Perſeo Macedoniæ rege triũ= phauerat, adeo paup mortu9 ẽ, vt funebres ludi celebrari nequerit niſi diuẽditis ei9
13 poſſeſſionib9. ¶Aęti9 ſophiſta Antiochen9 aurificinã vrgẽte rerũ penuria exercuit ab initio. ¶Meneuius Agrippa qui de Sabinis triũphauerat, pauper adeo mortuus

eſt

eſt, vt ſepeliri nequiuerit niſi collatis a populo quadrantibus. ¶M. Popilius Andronicus ob inopiam coactus eſt vendere opus annalium 16. millibus nummum.
¶Ariſtides qui rempublicam Athenienſium clariſſime adminiſtrauit, inops adeo 15
mortuus eſt, vt eius funeri ſumptus defuerit.
¶Callias athenienſis comœdiographus torſit funes ob paupertatem. ¶Val. Cato 16
grammaticus, qui floruit ætate Syllę, conſenuit in ſumma paupertate, dimiſſaq; Tuſculana villa (qua ceſſit ob creditores) habitauit āguſto & breui gurguſtio. Vnde Bibaculus his in eum carminibus luſit. Si quis forte mei domum Catonis / Depictas minio aſſulas & illos Cuſtodes videt hortulos priapi. Miratur quib⁹ ille diſciplinis Tātam ſit ſapientiam aſſecutus. Quam tres calculus ac ſelibra farris, Racemi duo tegula ſubvna Ad ſummam prope nutriāt ſenectam. Idem. Catonis modo Galle Tuſculanum Tota creditor vrbe venditabat. ¶Demonax philoſophus (qui floruit 17
Adriano imperante) nullum vnq̄ ſibi viaticum pręparauit. Sed quū eſuriret, proximam domum quam apertam videbat, ingrediebatur. & victum vbi quæritabat. Centenarius deceſſit elatus publico ſumptu. ¶Epaminundæ Thebanorum prin- 18
cipi & totius græciæ vnicum fuit indumentum, rude & pertritum. Quod ſi quando expurgandum fulloni traderet, alterius veſtis inopia domi interim ſe continebat. Nihilomin⁹ tamen in tanta pauperie magnam vim auri quam offerebat rex Perſarum / recuſauit vltro. ¶Epictetum philoſophum iam diximus ſeruum fuiſſe, et ſumma inopia laboraſſe. ¶Aglaus Pſophidius in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo conſe 19
nuit exili contentus prędio, quo nunq̄ egreſſus eſt. Hunc tamen Apollo in tanta paupertate felicem teſtatus eſt. ¶Val. Martialis epigrammatiſta pauperie preſſus viaticum accepit a Plynio nepote. ¶Menas inter Samnites natus in ſolitudine vixit 20
& paupertate, curandis apibus intentus. Neq; tamen deerant adeuntium dona, quos ad bonam frugem ſolebat conuertere. ¶Origenes extrema laborauit paupertate 21
bonis eius in fiſcum relatis, cp Chriſtianæ adhęſiſſet pietati. ¶Plautus ob pauper-
tatem victum quæritabat in agendis molis illis, quas truſatiles vocant. A quibus quum impetrabat ocium, ad ſcribendas fabulas ſe conuertebat, vt eas poſtmodum venditaret. ¶Tell⁹ fuit neſcio qs pauper, cui⁹ inopiā Apollo Crœſi diuitijs felicio 22
rem eſſe prædicauit, vt iam de Aglao prædixim⁹, niſi quis forte velit eundem eſſe. ¶Theagenes Caprus fuit pauper quiſpiam, qui tamen dīues haberi volebat. 23
Idem multa facile pollicebatur, et nihil pręſtabat. ¶Fuit & Lyſiſtratus ſummæ paupertatis homo, adeo vt prouerbio locum fecerit. ¶Antigonus ciuis florentinus quum vniuerſas facultates pauperibus impartiuiſſet, pauper adeo deceſſit, vt eius funeri defuerit ſumptus. ¶Euripidis mater lucellum faciebat in vendendis oleribus. Authore Plynio. Ei nomen erat Clito, patri vero Mneſarchus. ¶Glycera coronas vænales exponebat ad ſuſtinendam paupertatem.
¶Telenicus homo fuit adeo notæ paupertatis, vt Seriphij prouerbium inde for 24
mauerint. ¶Pauſon fuit pictor inſigni tenuitate ¶Plutarchus in Nicia prodit La- 25
machum fuiſſe adeo inſigni paupertate, vt quoties illum Athenienſis populus imperatorem crearet, aliquantulum pecuniæ ad pallium & crepidas comparandas decerni opus eſſet. ¶Valerio publicolę in morte defuit ſumptus. Authore Tito Liuio. ¶Acilio prętorio poſt conſumptum ingens patrimonium paupertatem con 26
fitenti, Tiberius ſero (inquit) experrectus es. ¶Gellius ſcribit Protagoram ſophiſtam adoleſcentem victus quærēdi gratia vecturas onerum corpore ſuo factitaſſe.
¶Sunt qui dicant Lucilium poetam Satyrographū publico funere fuiſſe elatum.
¶Eumeus fuit ſubulcus Vlyſſis mendicus & pannoſus. 27

28 ¶Telemachus fuit quíſpiam acarnenſis, qui ob paupertatem fabis ſæpenumero victitabat. Hinc Telemachi olla prouerbio locum fecit. ¶Conna tibicen fuit pauperrimus, qui nihil habuit præter oleaſtrum. ¶Caunius fuit quíſpiam pauperculus, qui quum vtriculum aquæ ſitienti Artaxerxi porrexiſſet, ab eo ad ſummam rerum opulentiam euectus eſt. ¶Cleobis et Biton fratres argiui fuerunt pauperrimi.

29 Teſtis Herodotus. ¶Plynius ſcribit Protogenem pictorem contentum fuiſſe caſula, quam habebat in horto ſuo. ¶Seruilius Iſauricus, qui proconſul debellauerat Cilices, publico elatus eſt funere. ¶Abrahamus anachoreta nil habuit in ſolitudine præter Catinum & Cilicinam veſtem cum ſago ruſtico. ¶Hilarion interrogatus a latronibus quos offenderat, cur non expaueſceret, quia nudus ſum inquit. ¶Franciſcus Aſiſias reclamante patre inopiam diuitijs prætulit, relictiſq; diuitibus verſari voluit inter mendicos.

¶Qui ex humili fortuna clari aut diuites euaſerunt.

1	Demoſthenes	13	Mauritius		Probus
2	Agathocles		Io. zimiſces		Aelius pertinax
3	Aeſopus	14	Nicolaus 5.	26	Galerius
	Gadareus	15	Innocentius 8.		Andriſcus
4	Arrianus	16	Pius 2.	27	Iuſtinus
	Cyrus	17	L. Tarius Ruffus		Baſilius
5	T. Corrũcanus		Quintius Cicinnatus	28	Artaxerxes
	Gyges	18	Ventidius	29	Romulus
6	Marius ſenior	19	Euripides		Remus
	Telephanes		Primiſlaus		Viriatus
7	Terentius Varro	20	Hyperbolus	30	Cicero
8	Tamburlanus		Darius	31	Tullus Hoſtilius
	Celeſtinus 5.	21	Archelaus	32	Tullius Seruius
	Lamiſſio		Perſeus		M. Perpenna
	Narſes	22	Eumenes		Cor. Sylla
9	Ptolemæus		Antigonus	33	Lycaſtus
	Rhodope		Polypercon		Parrhaſius
10	Fr. Sfortia		Phocion	34	Sixtus primus
11	Gordius	23	Demetrius		Anſelmus
	Valentinianus		Cleon	35	Sadrageſillus
	Helena	24	Mandro		
12	Proculus	25	Bonoſus		

1 DEmoſthenes fabri fili⁹, clariſſim⁹ euaſit philoſophus. Sidoni⁹. Fabro progenit⁹, ſpreto cui patre polita Eloquijs plus lingua fuit. Idem. Qui fabro genitore procreatus Oris maluit expolire linguam.

2 ¶Agathocles e figulina patris officina ad regnum Siciliæ peruenit. Vnde apud Auſonium ſic inducitur loquens. Rex ego qui ſum Sicaniæ, figulo ſũ genitore sat⁹,

3 ¶Aeſopus tragœdus quum hiſtrionicã artẽ exerceret, ea tamen euaſit ditiſſimus. ¶Gadare⁹ ſophiſta qui pri⁹ more mẽdici peregrinabatur, Maximiani beneficio cõ

4 ſulatum adeptus eſt. ¶Adrianus & Marcus Antonius principes Arrianum hiſtoricum euexerunt ad conſularem dignitatem.

5 ¶Cyrus Panapolyta beneficio Theodoſij, imperatoris et Eudoxie vxoris eiuſ-

dem

dem prẽsul factus est. ¶T. Corruncanus e plebe factus est pontifex maximus.
¶Giges ānulum habuit, in quo erat gemma tantæ virtutis, vt ea ad se versa inconspicuus esset, versa vero ad alios, cõspicuus. Propterea legatus ad regem missus annuli beneficio ipsum interfecit, & stuprata regina rex e pastore factus est.
¶C. Marius senior septies cõsul Arpinas fuit obscura prognat⁹ origine. ¶Telepha 6
nes quum antea currus factitaret, tandem rex Lydorum factus est. ¶Terentius Varro sordido natus loco, tandem quæstura, & duabus ædilitatibus functus est. 7
¶Tamburlanum a tenera ætate porcarium, fortuna Scytharum regem constituit. 8
¶Celestinus quintus ex anachoreta factus est Pontifex maximus. ¶Lamissionem in piscina (quum infans esset) repertum fortuna fecit Longobardorum regem.
¶Narses eunuchus e carthulario patriciam cõsecutus est dignitatem, et totius Italiæ principatum ¶Ptolemæus filius Lagi ex gregario Alexandri milite factus est 9
rex Aegypti. ¶Rhodope meretrix ex immundo illo corporis quæstu ad Aegypti regnum conscendit, nupsitq; Psamnitico. ¶Ioannes Campanus qui infans pascendis ouibus tempus contriuerat, tãdem beneficio Pij Secundi Põtificis Maximi prẽsul factus est. ¶Franciscus Sfortia dux Mediolani patrem habuit Sfortiam atten- 10
dulum, qui quondam in exercitu fuerat lixa. ¶Gordius ab agricultura ad imperi- 11
um euectus est. ¶Valentinianus imperator patrem habuit funes torquentem.
¶Helena imperatrix & vxor Constantij inter Britannos humili orta est loco.
¶Procul⁹ quum latrunculis lusitaret, et decies in in eo ludo imperator exijsset, accessit protinus scurra, qui eum purpura ornatum salutauit vt imperatorem. Qua ille oc 12
casione vel oblata vel arrepta vere assecutus est, quod per iocum dicebatur.
¶Mauritius Cappadox e famulo et excubitore imperium adeptus est post Tibe- 13
rium secundum. ¶Ioannes Zimisces prius ludimagistrum egerat, imperiali tamen dignitate functus est tandem.
¶Nicolaus quintus natione Lunensis humili natus loco & professione medic⁹, ad 14
summum tandem Pontificatum peruectus est. ¶Innocentius octauus ab ineunte 15
ætate coactus est ob paupertatem famulari, & inter Alphõsi Siciliæ regis ministros victum sibi comparare. Mox tamen Xisto quarto successit in pontificatu.
¶Pius secundus ob parentum paupertatem peregrinari coactus est, & victum emẽ 16
dicare. Prouectior factus successit Calisto tercio. ¶L. Tarius Rufus natalium hu- 17
militrte consulatum militari industria meritus est. Authore Plynio.
¶Quintus Cincinnatus quum agrum coleret, sudore deserto prętextatam accepit togam. & ab aratro conscendi t ad dictaturam
¶Ventidius Bassus adeo sordido natus est loco, vt victum ęgre sibi quæreret ado- 18
lescens. Demum tamen quum in C. Cęsaris beniuolentiam introrepsisset, eius patrocinio & fauore factus est primum tribunus plebis, mox prætor, inde pontifex & consul. Ad extremum qui prius curandis mulis victum sibi quæritabat, eo conscendit gloriæ & auctoritatis, vt primus subegerit Parthos, ac de his triumphauerit. Cui eius gloriæ vsq; a deo inuidit populus Romanus, vt sequentes in eum versiculi vulgo iactati sint. Concurrite omnes augures. aruspices, Portentum inusitatũ confla tũ est recẽs. Nã mulos qui fricabat, cõsul fact⁹ est. Author Gelli⁹ Lib. 15. Cap. 4.
¶Eurípides ex matre olerum venditrice euasit poeta celebratissimus.
¶Primislaus rex Bohemorum ab ineunte ætate bubulcus erat et armentarius. 19
¶Hypbol⁹ Chremidis fili⁹ (q. pri⁹ lucernas factitabat) Athenis tãdẽ pricipat⁹ ẽ. 20
¶Darius Histaspis fili⁹ Cyri primum extitit Pharetrophor⁹ & lictorio functus est munere, rex postea Persarum factus,

21 ¶Macedonum rex Archelaus natꝰ eſt Simiche matre ſerua. ¶Perſeus quẽ Paulꝰ
22 Aemylius attriuit, fuit argiuus genere, ignobili prognatus patre. ¶Eumenes inopẽ habuit parentem. ¶Antigonus Philippi artificio ſe confouebat. ¶Latrocinia
23 exercuit Polyperchon. ¶Phocion patrẽ habuit, qui cochlearia conficeret. ¶Deme=
24 trius Phalereꝰ ſeruiuit apud Demetriũ & Conona. ¶Sicyoniorũ tyrãnus Cleon pyraticã prius exercuerat. ¶Mandro fuit quiſpiã, qui ex nauicularioꝰ factꝰ eſt imperator. Hinc adagiũ. Fuit & Mãdroni ficulna nauis. ¶Bonoſus iperator, filius fuit pædagogi literarij, authore Vopiſco. ¶Probꝰ patrẽ habuit agreſtẽ & olitorẽ. ¶Aelio
26 pertinaci origo gẽtis fuit ſordida. ¶Aurelianꝰ patrẽ habuit mediocrẽ & colonum,
27 ¶Galeriꝰ paſtor fuit armentoꝝ, habuitq; parẽtes agrarios. ¶Adramitenũ Andriſcũ in Fullonia natũ, fortuna ad opes & dignitates euexit. ¶Iuſtinꝰ qui ante Iuſtinianũ iperauit, fuit armẽtariꝰ & ſues egit. ¶Baſiliꝰ Macedo captiuus inter vænales
28 Cõſtãtinopolim ductus, factꝰ eſt iperator. ¶Artaxerxes humili apud Perſas loco natꝰ iperiũ a Parthis ad ſuos trãſtulit, & Artabanũ triplici prelio cũ tota deleuit fa=
29 milia. ¶Romulũ & Remũ ifantes aluit lupa, quos cõditores habuit Roma. ¶Viriatꝰ Luſitanꝰ i Hiſpania e paſtore venator, e venatore latro. ex latrone dux poſtre=
30 mo factꝰ, vniuerſã occupauit Luſitaniã ¶Cicero homo nouꝰ Arpinas (vt iperabat inimicꝰ) preter dignitatẽ cõſularẽ eo diuitiarũ peruenit, vt habitaret domũ, quę
31 fuerat M. Craſſi Romanoꝝ ditiſſimi. ¶Incunabula Tulli Hoſtilij agreſte cepit tuguriũ. Eiuſdẽ adoleſcentia i paſcẽdis pecoribꝰ fuit occupata, validior ętas Romanũ
32 rexit iperiũ. ¶Tarquinius Priſcus natꝰ eſt patre Demaratho etiã exule. ¶Tullius Seruius verna & ancillæ filiꝰ Romanis pricipatꝰ eſt. ¶M. Perpẽna (qui peregrinus Romã venerat) cõſulatu potitꝰ eſt. ¶Corneliũ Syllã ex Nicopolis meretriculę ſinu abſumptũ ſuſtollẽs fortuna, ſuper Cimbricos Marij triũphos, ſeptemq; cõſulatus,
33 iperijs dictaturiſq; affecit. ¶Lycaſtꝰ & Parrhaſius a Philonomia matre expoſiti &
34 a Tilipho paſtore nutriti, Arcadiæ regno tendem prefuerunt. ¶Sixtus primus
35 paſtorali ortus tugurio ad ſummum pontificatum cõſcendit. ¶Anſelmus ex monacho abbas, ex abbate Cantuarienſis epiſcopus factus eſt. ¶Sadrageſillus Dagoberti pędagogus e ludimagiſtro dux Aquitaniæ.

¶Qui ex proſpera fortuna ad humilem et miſeram redacti ſunt.

Dionyſius Iunior	Chriſtophorus papa	Xerxes
Pazaites	Celeſtinus. 5.	Artabanus
Belliſarius	Ioannes primus	Mithridates
Sp. Caſſius	Ioannes. 14.	Pompeius
Cn. Carbo	Benedictus. 5.	Cęſar
Caninius	Benedictus 10.	Perſei filius
M. Claudius marcellus	Martinꝰ Tudertinus	Marij
Paulus æmylius	Ioannes. 12.	Tarquinius ſuperbus
Suadocupus	Polycrates	

DIonyſius iunior Syracuſis (vbi tyrannidem exercuerat) pulſus, exulauit Corinthi, ibiq; ludi magiſtrum egit teſte Cicerone. Ouid. li. 4. de Põto. Ille Syracuſia modo formidatꝰ in vrbe, Vix humili duram reppulit arte famem. ¶Pazaites rex Turcarum Tamburlano victori equum inſcenſuro ſubinclinauit

clinauit humeros, & ſcabelli vſum præbuit, vt etiam Valerianus imp. Sapori regi Perſarum. ¶Belliſarius Romanis prefectus copijs quum vandalos deleuiſſet / de Parthis triumphaſſet, vrbem non ſemel a barbaris liberaſſet / poſt multas victorias Iuſtiniano mandante exoculatus victum in via publica a tranſeuntibus emendicauit. ¶Caſſius qui bis triumphauerat / ter conſulatu fuerat potitus, ſupplicio capitali clauſit vitam. ¶Cn. Carbo poſt tres cõſulatus, ventrem purgans interfectus eſt. ¶C. Cotta ante diem futuri ſibi triumphi expirauit. ¶Caninius quo die factus eſt cõſul, in fata cõceſſit. ¶M. Claudius marcell⁹ qui Annibalẽ ſuperauerat, Syracuſas expugnauerat, tãdẽ apud Venuſiam interfectus eſt. ¶Nẽ Paulus Aemylius duobus triumphis priore de ligurib⁹, poſteriore de Perſeo ſupra modum inſoleſceret, ei filiorum mortem immiſit fortuna. ¶Suadocupus rex Morauiæ et Bohemiæ ab Arnulpho imperatore ſuperatus, mutata veſte conſenuit in deſerta nemorũ ſolitudine cum tribus anachoretis. ¶Chriſtophorus papa ſummo pontificatu detruſus, monaſticam egit vitam. ¶Celeſtinus quintus, Ioannes primus) Ioãnes 14. in carcere perierunt. ¶Benedictus 5. Benedictus 10. Martinus Tudertinus, Ioãnes 12. ſuo pontificatu detruſi, omnes conſenuerunt in exilio. ¶Polycrates Samiorum tyrannus poſt multos ridentis fortunę Zephyros ab Orœte Cyri præfecto ſuperatus et ſuſpendio affectus eſt. ¶Xerxes qui Aegyptum ſubegerat / a Themiſtocle victus, ab Artabano interfectus eſt. ¶Artabanus ab Artaxerxe occiſus. ¶Mithridates rex Ponti, qui annis 50. Romanos varijs cladibus affecerat / Aſiam occupauerat, Q. Oppium Proconſ. & aquileium legatũ in vincula cõiecerat / a lucullo primum / deinde a Pompeio ſuperatus, mortem ſibi intulit. ¶Pompeius expugnato domitio / Iarba triumphato / Sertorio in Hiſpania ſublato / Pyratis ſubactis / et Tygrane rege Armeniæ / debellatis itẽ iberis / albanis et Iudæis cum Ariſtobolo rege / et mithridate ad hauriẽdum venenum coacto, ad extremũ poſt tot illuſtres victorias a Cæſare victus in Theſſalia / iuſſu Ptolemæi / ad quem in extrema rerũ deſperatione confugerat, interfectus eſt. ¶Cęſar victor Pompeij, quum de Gallis, Alexandrinis, Põticis, africanis, & hiſpanis triumphaſſet, & maximam orbis terrarum partem ſubegiſſet, coniuratione. C. Caſſij et Decij Bruti. 23. vulneribus in ſenatu confoſſus eſt. ¶Legitimus Perſei Macedonię regis fili⁹ artem ferrariam exercuit, ad tolerandã paupertatem. Teſtis Ammianus Marcellinus. ¶Iunior Marius poſt trucidatos in vrbe Syllanos / victus apud Præneſte, Pontio Teleſino fugæ comiti iugulandũ ſe præbuit. ¶Senior vero Marius qui ſepties cõſul fuerat, de Iugurtha triumphauerat / Cimbros & Teutones ſubegerat / Apuleium et Glauciam ſeditioſos interemerat, victus a Sylla aliquãdiu delituit in minturnẽſium paludib⁹. Ouid. lib. 4. de Ponto. Ille iugurthino clarus, Cimbroq; triumpho Quo victrix toties conſule Roma fuit, In cœno Marius iacuit / cannaq; paluſtri, Pertulit et tanto mul ta pudenda viro. ¶Tarquinius ſuperbus regno pulſus eſt. Horatius lib. 1. Ser. Vnde ſuperbus Tarquinius regno pulſus fuit.

¶Illiberales / auari et fœneratores.

1	Pygmalion	7	Cato	13	Val. Beſtius
2	Achilles	8	Demoſthenes		Arimaſpi
3	Polymeſtor	9	Aulus Poſthumius	14	Patroclus
4	Vnidius		Simon		Craſſus
	Fuſidius	10	Achęus	15	Cor. Ruffinus
5	Saleranus	11	Didius Iulianus	16	Ochus
6	Scaurus	12	Martinus	17	Semiramis

18 Condalus
19 Iuſtinianus
20 Cæſar
21 Tiberius
22 Caligula
23 Nero
24 Sergius Galba
25 Fl. Veſpaſianus
26 Domitianus
27 Eriphyle
28 Alcmæon
29 Iudas
30 Euclio
31 Ruffinus
Plato
32 Simonides
33 Demonica
Tarpeia
34 Leonardus Arretin⁹
Philippus Auguſtus
35 Q. Caſſius
36 L. Septimuleius
37 Alphius
Menippus
Charictes
38 Antonius pius
39 Temeſeus
Atiſius

1 PYgmalion rex Tyri Sichęum ſororis ſuæ Didonis maritum interfecit, vt eius auro potiretur. Virg. lib. 1. Aen. Ille Sichæum Impius ante aras/atq; auri cæcus amore Clam ferro incautũ ſuperat, ſecur⁹ amorum Germanę.

2 ¶Achilles duct⁹ auaricia cadauer Hectoris Priamo expoſuit vænale. Virg. lib. 1.

3 Aen. Exanimũq; auro corpus vendebat Achilles. ¶Polymeſtor rex Thracię Polydorum Priami & Hecubæ filium fidei ſuę tempore belli Troiani cõmiſſum interfecit, vt eius auro potiretur. Properti⁹ lib. 3. Et ſcelus accepto Thracis Polymeſtoris auro, Nutrit in hoſpitio non Polydore tuo. Virg. lib, 3. Aen. Fas omne abrũpit/Polydorum obtrũcat/& auro Vi potitur. ¶Vnidi⁹ auariciam deſcribit Horatius lib. 1. Ser. dicẽs. Vnidi⁹ quidam (nõ longa eſt fabula) dives Vt metiretur nũmos, ita ſordid⁹, vt ſe Nõ vnq̃ meli⁹ ſeruo veſtiret/aduſq; Supremum tempus/ne ſe penuria victus Opprimeret/metuebat, at hunc liberta ſecuri Diuiſit medium/ fortiſſima Tyndaridarum. ¶Idem arguit Fuſidium fœneratorem his verbis. Fuſidius vappæ famam timet ac nebulonis/ Dives agris / dives poſitis in fœnore nũmis. Quinas hic capiti mercedes exigit / atq; Quanto perditior quiſq; eſt / tanto acrius vrget.

5 ¶Eodem modo Martialis notat auariciæ Saleranum quendam', qui fingebat ſe triſtari de morte vxoris/quum tamen lętaretur plurimum, vt ſolus potiretur bonis

6 ¶Stroza pater eandem inurit notam cuidam Scauro vbi ait. Scaurus habet villas / vrbana palatia, nummos, Pinguiaq; innumeris prędia bobus arat. Huic tamen aſſidue maior ſuccreſcit habendi Nunq̃ diuitijs exſatiata fames. Ditior eſt igitur patrio contentus agello, Qui viuit nullo fœnore Fabricius.

7 ¶Cato vticenſis inſimulatus eſt auariciæ a Cæſare, q̃ Marciam coniugem Hortenſio amico roganti conceſſiſſet, eamq; poſtea Hortenſij recepiſſet hęredem. Dí-

8 miſit inquit, vt locupletem reciperet. ¶Demoſthenes habitus eſt auarus, q̃ pecuniam a rege Perſarum accíperet, ab Harpalo corruptus, vt ageret cõtra Philippũ.

9 ¶Aulus Poſthumius Albinus miſſus ad inferendum Iugurthæ bellum, pecunia corruptus deſtitit.

¶Simon fuit auarus, qui a Petro ſpirituſſancti gratiam mercari volebat. Vnde Simonię inditum nomen.

10 ¶Achæus rex fuit Lydorum, qui quum noua tributa a ſubditis vellet extorquere, ob auariciam populari factione ſuſpẽſus eſt elatis pedibus/& demerſo in Pactolum capite. Ouid. in Ibin. Morte vel intereas captí ſuſpenſus Achęi, Qui miſer aurifera teſte pependit aqua.

11 ¶Didius Iulianus imperator porcellum atq; lepuſculum ad ſe muneri miſſum in triduanas partiebatur cœnas, Prãdebatq; interim paucis olerib⁹ & herbulis cõtẽ⁹.

¶Aelius

¶Aelius pertinax imperator dimidiatas lactucas aut carduos conuiuijs ſolebat apponere. Et ſi quid interdum vellet amicis mittere, binas tãtum offulas aut paucula mittebat poma. Aut ſi quando lautius vellet facere, dabat lumbos gallinaceos.

¶Martinus Pont Max. clanculum cæreos in templis ſolebat extinguere gratia no 12
cturni luminis. Idẽ vt oleo parceret, iſtituit crudos piſces dari domeſticis a diſpẽſatore. ¶Põtanus ſcribit Angeloctum ſacerdotem cardinalem particulam hordei ſingulis ab equis clam e pręſepibus ſurripere cõſueſſe, donec a magiſtro ſtabuli profure depræhẽſus in tenebris vapulauit. ¶Quo tempore Annibal opprimebat Cã- 13
panos bello, Valerius Beſtius Ruſcium Imbrici ſoceri ſui filium quẽ acceperat ſeruandum, auaritia ſtimulãte morti dedit, vt ei⁹ auro potiretur. Author Plutarch⁹.

¶Arimaſpi populi Thraciæ aſſiduũ gerunt bellum cum gryphis auri cupiditate. 14

¶Patroclum quendam taxauit Ariſtophanes, q̃ ſumma rerum opulentia ſordide et immunde viueret, ne faceret ſumptum. ¶Non ſatiſſuerunt Craſſo numeroſæ illę (quarum iam memínimus) diuitiæ, niſi et aurum Parthorum eſuriret.

¶Gelli⁹ ait Cornelium Ruffum manu quidẽ ſtrenuum et bellatorem bonũ fuiſſe, 15
ſed furacem et acri auaricia. ¶Caſſius Seuerus Labieni amiciſſimus ſupra omnes imperatores auaricia inſignis habitus eſt. ¶Ochus rex Perſarũ auaricię nota adeo 16
laborauit, vt vrbem nunq̃ iniret, ne mulieribus cõgiarium impertiretur. Nam Cyrus lege ſanxerat, vt vbi primum Perſarum rex vrbẽ ingrederetur, mulieres quotquot adeſſent, ſingulos auri nummos ab ipſo rege acciperent. ¶Semiramis in mo- 17
numento quo poſt mortem erat recondẽda, hęc inſculpi iuſſit Quicũq; regum poſt me futurorũ pecunia indiguerit, recluſo cõditorio ſumat inde quicquid viſum fuerit. Id quum perlegiſſet Darius, auri cupiditate ſepulchrum iuſſit recludi, in quo tamen pecuniam inuenit nullam, ſed hoc tantum literis ſculptum. Niſi malus fores et auarus, mortuorum loculos non moueres. Author Herodotus. ¶Cõdalus dome- 18
ſticus Mauſoli regis Cariæ tanta laborauit auaricię nota, vt ſi qua arbor in vias procumberet, fructus ipſe decerperet & exponeret vęnales. Eidem regionẽ peragranti ſi quis ouem aut vitulum attuliſſet, danti imperabat vt domum referret et nutriret. Lõgo demum poſt tempore ipſum repetebat, & ſi quid inde foret natum emolumenti. ¶Eutropius ſcribit Flauium Veſpaſianum auidiſſimum fuiſſe pecuniæ. 19

¶Iuſtinianus iunior tanta fuit cupiditate, vt ciuibus et ſenatoribus aurum et argentum extorqueret, quod capſis ferreis ad hunc vſum factis includebat.

¶Cęſar in Hiſpania a procõſule & a ſocijs pecunias accepit emendicatas in auxiliũ 20
æris alieni. Et luſitanorũ quędã oppida q̃q̃ nec imperata detrectarent, & adueniẽti portas patefacerent, diripuit hoſtiliter. Templa deum donis referta expilauit. Vrbes diruit ſæpius ob prędam, q̃ ob delictum. In primo cõſulatu. 3000. pondo auri furatus eſt e capitolio. Societates & regna precio dedit. Sex millia talẽtorum ſuo et Pompeij nomine Ptolemæo abſtulit. ¶Tiberius Cęſar fuit adeo parcus et tenax 21
pecuniæ, vt comites expeditionũ & peregrinationũ cibariis tãtũ iuuerit, nõ ſalario.

¶Caligula ſororum ornamenta et ſupellectilem & ſeruos magno precio vendidit. 22
Vectigalia noua et inaudita exercuit nullo rerum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret. Pro edulijs (quæ tota vrbe vęnibant) certum ſtatumq; exigebat. ¶Nero tabernulas effringebat et expilabat. Exhauſtus pecunia 23
animum calũnijs & rapinis intendebat. Matronam purpura cultam, veſte et bonis omnibus exuit. Templis cõpluribus dona detraxit, Simulachra ex auro vel argento fabricata cõflauit. ¶Sergius Galba ciuitates Hiſpaniarum & Galliarum quę cõ 24
tantius fecerant deditionem, grauioribus tributis puniuit. Iouis coronam auream

librarum 15. cõflauit. Milites aquilam et ſigna flagitãtes decimauit. Germanorum cohortem a Cæſaribus ad cuſtodiam corporis inſtitutam diſſoluit/ & ſine vllo cõmodo remiſit in patriam, Appoſita lautiore cœna ingemuit/ quaſi ſumptum ægre ferens. Ordinario diſpenſatori breuiarium rationum offerenti nihil prẽter paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexit. ¶ Fuerunt in Flauio Veſpaſiano de quo iam diximus, multa auaricię argumenta. Nam omiſſa ſub Galba vectigalia reuocauit. Noua etiam et grauia addidit & auxit tributa prouincijs/ nõnullis etiã duplicauit. Auiditate lucri negociationes vel priuato homini pudendas palam exercuit. Candidatis honores/ reis abſolutiones venditauit. Procuratorum rapaciſſimos ad ampliora officia promouebat ex induſtria, quo locupletiores mox cõdemnaret. Quibus propterea dicebatur vti proſpongijs, ꝙ quaſi ſiccos madefaceret/ & exprimeret humentes. Hæc Suetonius. Nec eum puduit vectigalia ex vrina colligere. ¶ Domitianus operum et munerum impenſis exhauſtus nihil penſi habuit bona viuorum prædari et mortuorum. Si qualecũq; factum aut dictum aduerſus maieſtatem principis alicui obiectum eſſet, confiſcabatur eius hæreditas. Stipendia ab his exigebat, qui iudaicam viuerẽt vitam. ¶ Eriphyle deſyderio habendi monilis aurei/ quod ferebat Adaſtus rex Argiuorum/ Amphiaraum maritũ ſuum prodidit, qui ſe occuluerat, ne Thebas ad bellũ raperetur/ ꝙ ex vaticinio prẽuideret ibidem ſe periturum. De Eriphyle Bap. Pius. Vinclaq; vaticini ſpernens Eriphyla mariti Præpoſuit caſtis aurea dona thoris. ¶ Alcmẽon Megaclis filius quum legatos Crœſi lydorum regis delphos ad Oraculũ itantes humaniſſime frequenter accepiſſet, Crœſus vt reſponderet tantæ humanitati et beneficium reponeret, eũ donauit tanto auro, quantũ ille corpore ſuo ferre poſſet. Tum Alcmæon talarem tunicam laxoſq; cothurnos induit/ quos ærarium ingreſſus impleuit pecunia. Quinetiam os referſit et ramenta quædam alligauit ſuis capillis, adeo vt oneri ſuccumberet. Homine conſpecto Crœſus irrupit in Cachinum/ eumq; tanto inſtructum munere dimiſit. Author Herodotus. ¶ Iudas vt in primo huius officinę capite iam diximus, auiditate pecuniæ innocentem dominum verpis & recutitis canibus Iudæis prodidit. ¶ Euclio apud Plautum nomen eſt auari, qui quum haberet ollam pecunia refertam & abditam terra, domo nõ audebat egredi, ne quis ſuffuraretur. Omnes qui ad eũ itabant, habebat ſuſpectos furti. ¶ Claudianus auaricíam Ruffini his inceſſit verbis. Plenus ſeuiciæ/ lucriq; cupidine feruẽs. Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis Tempeſtas precioſa Tagi, nõ ſtagna rubentis Aurea Pactoli, totumq; exhauſerit Hermũ, Ardebit maiore ſiti. ¶ Apollonius Tyanæus arguebat Platonem auaricię, ꝙ pecuniæ cauſa ſecutus eſſet Dionyſium in Siciliam. ¶ Huius ſceleris ſuſpectum ſe ſuis verbis fecit Simonides poeta, ꝙ rogatus a quodam, vt Encomiũ in eius ſcriberet laudem/ gratiã loco muneris accepturus, reſpõderit duas ſe habere arcas/ vnam gratiarum/ alteram argenti. Hanc quum aperiret, communẽ plenãq; reperire/ illam vero inanem & vacuam. ¶ Quum Brennus gallorum Senonũ dux Epheſum obſideret, Demonica mulier auiditate moniliũ quibus ille ornatiſſimus enitebat/ vrbem ipſam prodidit. Brennus vero vrbem ingreſſus, tãto auro fœminam onerauit, vt dedita opera oppreſſerit viuam/ muliebrem illam pertęſus auariciam. ¶ Eandem ob cauſam Tarpeia virgo Romana capitoliũ Sabinorum regi Tatio prodidit. ¶ Volaterran⁹ ait Leornardum Aretinum auaricíæ maculam contraxiſſe. ¶ Philippus auguſtus gallorum rex decimas imperauit reclamantibus Innocentio quarto et vniuerſo galliarum clero. At hoc vicium nunc adeo frequens eſt, vt nemine iã obmurmurante tranſiuerit propemodum in legẽ,

¶ Q.

¶Q. Caſſius in Hiſpania Sílium et Calphurnium occidendí ſui gratia cum pu= 35
gionibus deprẹhẽſos/ quínquagies ſeſterciũ ab íllo/ab hoc ſexagies pactus dimíſit.
¶L. Septímuleius C. Gracchi (cuí príus erat famíliaris) caput abſcidit & per vr= 36
bem pílo fíxum ferre ſuſtínuit, quia Opímius conſul auro id ſe repenſurum edíxe=
rat. Teſtes Plynius & Valeri. Maxi. ¶Alphium Horati⁹ fœneratorem vocat, vbi 37
aít. Hẹc vbí locutus fœnerator Alphíus, Iamiam futurus ruſtícus Omnem redegit
idíbus pecuníam. ¶Menippum philoſophum genere phœnicẽ aíunt fœneratorem
extítíſſe. ¶Caríctes nomen eſt fœneratoris apud Plutarchum in Phocione.
¶Iulíus Capitolínus ſcribit Antonium píum ímperatorem fœnus triẽtarium hoc 38
eſt minímís vſuris exercuíſſe, vt patrímonío ſuo plurímos adíuuaret. ¶Temeſeus 39
fœnerator fuit quíſpiam, quem Eutymus locrẽſís athleta coegit reddere, quícquid
ıllícito vſuræ quẹſtu ſibí comparauerat. ¶Atíſſus nomẽ eſt fœneratoris apud Sa=
xonem grammaticum.

¶Liberales et magnífici.

1 Dído
2 Iarbas
Cyprianus
3 Címon
4 Ludoui. rex Pãnoníę
5 Germanus
6 Lucína
Mecœnas
7 Paula Buſa
8 Pudentíana
Praxedes
9 Abdías
Apollonius
Andoenus
10 Anaſtaſíus pont.
Alexander 5. pont.
11 Alphonſus rex
12 Alfredus
Batíldís
Tíberíus ſecundus
13 Clotaríus
Cunto
Dagobertus
Etgarus
14 Elígius
Epıphanius
Egídíus
15 Paula
Plato martyr
Philippus aug.
16 Petrus vrſeolus
Theolínda
17 Robertus rex
Vvenceſlaus
18 Otho 3. imp.
Lud. Craſſus
Innocentius 3.
19 Nícolaus
Conſtantínus
20 Lupus Senonenſís
21 S. Ludouícus
22 Auguſtus
23 Agrippa
24 Daríus
25 Proculeíus
26 M. Scaurus
Fl. Veſpaſíanus
27 Plynius
Alexander
28 Scípio
29 Nerua
30 Adríanus
31 T. Veſpaſíanus
32 Iulíanus imp.
33 Gallenus
Alexíus
34 Antonius píus
Traianus
35 Theodericus
36 Calígula
37 Claudíus Cæſar
38 Domítíanus
39 M. Aurelius
Ageſílaus
40 Probus
Aurelíanus
41 M. Antonius
Pomponius atticus
42 L. Lucullus
Alfonſus
43 Vrſus Nolanus.

DIdo Troíanis in Africam appulſís míſit vígínti tauros/ſues q; totídem/to 1
tídem agnos cũ matribus, ſí fides eſt Virg. líb. 1, Aen. ſcríbenti. Nec mi=
nus ínterea ſocíjs ad líttora mittit Vígíntí tauros, magnorũ horrentía cẽ=
tum Terga ſuum, píngues centum cum matribus agnos, Munera lætíciamq; dei.
Eoſdem quoq; excepít epulo et cõuíuío, cuíus apparatum ídem poeta deſcríbit hís
verbís. Dant manibus famulí lymphas/Cereremq; caníſtrís Expediunt/tõſíſq; fe=
runt mantília villís. Quínquaginta íntus famulę/quíbus ordíne longo Cura penum
ſtruere/& flammís adolere penates. Centum alíę/totídemq; pares ætate míníſtrí,
Quí dapíbus menſas onerent/& pocula ponant. ¶Idem Virg. líb. 4. Aen. ſcríbit 2

Iarbam getulorum regem centum Ioui delubra & aras totidem poſuiſſe, ignemq; vigilemq; & perpetuum ſacrauiſſe. ¶Cyprianus afer facultates ſuas omnes paupe-
3 ribus impartiuit. ¶Cimon Athenienſis hoſtiles exuuias ciuibus ſuis contulit. Parabat quotidie domi conuiuium, quo pauperes turmatim cõueniebant. Famulis iubebat, vt ſi quem paupertate laborantem animaduerterent, eum collata furtim pecunia adiuuarent. Agrorum ſuorum et prędiorũ ſepes auferri iuſſit, vt omnes fructibus impune veſcerentur. Hanc eius liberalitatem commendant Plutarchus &
4 Lactantius de vero cultu. ¶Sedente in pontificatu Bonifacio nono Ludouicus rex Pannonię Caroli regis filiꝰ Romã ad annum iubileũ profectus quattuor aureorum
5 millia aræ petri obtulit. ¶Germanus præſul antiſſiodorenſis vas argenteũ a Pla-
6 cidia Valentiniani matre ſuſceptum pauperibus dono dedit. ¶Lucina virgo Romana Chriſtianos ſuis iuuabat ſumptibꝰ, et affectos martyrio i agro ſuo ſepeliebat. ¶Mecœnas eques Ethruſco de ſanguine regum omnes eruditos ſui ſæculi amauit
7 plurimum, multiſq; iuuit muneribus. ¶Paula Buſa fœmina exercitum populi Romani ex fuga cladis Cannenſis frumento iuuit et viatico. Author Liuius.
8 ¶Pudentiana et praxedes virgunculę, pauperes Chriſtianos ſuis nutriebãt ſumptibus. ¶Valdo (a quo pauperes quidam Lugduneí valdenſes appellati ſunt) vniuerſum patrimonium pauperibus erogauit dictitans omnia inter Chriſtianos cõ-
9 munia eſſe oportere. ¶Abdias cẽtum prophetas in ſpelunca metu Iezabelis vxoris Achab deliteſcentes, occulte pauit. ¶Apollonius confeſſor mendicis morbo laborantibus operam & paſtum ſuppeditabat. ¶Andoenus epiſcopus qui floruit
10 regnante apud Francos Lothario, cœnobium patrimonio ſuo erexit. ¶Anaſtaſius quartus pontifex Max. pauperes pauit ſua pecunia, quum vniuerſam prope Europam publica torqueret fames. ¶Alexander quintus pontifex tanta erat munificẽtia, vt prædicaret per iocum ſe diuitem epiſcopum fuiſſe/ pauperem Cardinalem/
11 mendicum pontificem. ¶Alphonſus decimus rex Hiſpaniæ in nuptijs filij ſui & Blanchę diui Ludouici filię congiarium populo dedit, & pauperes veſtimẽtis virilim ornauit. Imperatorem Conſtantinopolitanum a Soldano captum ingenti redemit pecunia. ¶Alfredus rex Anglorum permulta conſtruxit cœnobia.
¶Batildis ſeu Clotildis Francorum regina duo cœnobia conſtruxit.
12 ¶Theodericus filius Clodouei ędem ſancti modeſti Atrebatẽſis. ¶Tiberius Secundus / qui ante Mauricium capadocem imperauit, Narſetis theſauros in puteo
13 repertos egentibus impartiuit. ¶Clotarius rex Francorum condidit templum. S. Medardi Sueſſionenſe. ¶Cunto anglorum rex cœnobia quattuor erexit. Tria ordinis ſancti Benedicti, Quartum in honorem diui Eduardi regis. ¶Dagobertꝰ rex Frãcorũ fecit cœnobiũ beati Dionyſij in Frãcia. ¶Etgarus rex anglię ſingula ere-
14 xit monaſteria ſingulis qb9 regnauit ãnis. ¶Eligiꝰ nouionẽſis epiſcopꝰ quũ ãte aurifex eſſet, quicq d ea arte cõſeq̃bat lucri, dabat pauperibꝰ. ¶Epiphaniꝰ prędul Salaminię epiſcopatꝰ ſui fructũ dabat mẽdicis. ¶Egidiꝰ atheniẽſis ſpoliauit ſe veſte,
15 vt repertum in via pauperem operiret. ¶Paula Romana mulier marito mortuo ſuas facultates indigentibus erogauit. ¶Plato martyr qui paſſus eſt imperãte Maximiano, paternam hæreditatem cõceſſit pauperibus. ¶Philippus Auguſtus cœnobium apud Siluanectum excitauit & ciuitatẽ Andegauẽſem dirutam reſtituit.
16 ¶Petrus vrſeolus dux Venetorum templum diu Marci incendio abſumptum reſtituit/ & pauperum Xenodochium extruxit. ¶Theolinda longobardorum regi-
17 na multas ſacras ædes erexit, multas ruinę iã proximas reparauit. ¶Robertus Hugonis Capeti filius Francorum rex plurima religioſa loca excitauit / apud Aureliã

cœnobium

cœnobium ſancti Aniani/in Sylua Aquiliana. S. Medardi/& Sancti Leodegarij in viteraco caſtro/S. Regalis in ciuitate Syluanectenſi/apud Auguſtudunum ſancti Caſſi. ¶ Vvenceſlaus rex Bohemorum regni ſui pauperes egregia fouebat munificentia. ¶ Otho tercius imperator diuendito patrimonio, Germaniam multis or- 18
nauit cœnobijs. ¶ Ludouicus Craſſus Francorum rex fecit cœnobium. S. Victoris in ſuburbijs Luteciæ. ¶ Innocentius tercius Xenodochium. S. ſpiritus fecit in Saxia. Altare ſancti Petri Romæ exornauit. Sixti templum reſtituit. Turrim maximam erexit. ¶ Nicolaus epiſcopus Pataræ ſua pecunia iuuit paupertatem cuiuſdā 19
hominis, qui rerum penuria decreuerat formoſas quas habebat filias/proſtituere in Lupanari/vt quæſtum facerent ſuo corpore/& victum ſibi compararent libidine.
¶ Cōſtantinus monomachus imp. templum inſtituit, in quo grauati ſenio & ad la- 20
borem inutiles fouerētur. ¶ Lupus Senonenſis archiepiſcopus tanta erat in pauperes munificentia, vt nullum ſibi relinqueret theſaurum, ſed totum ſe hauriret,
¶ Beatus Ludouicus cœnobium montiſregalis apud Iſaram conſtruxit. Pauperes 21
120. quotidie pauit, vlceroſos & leproſos etiam cōtrectans. Cœnobia etiam plurima extruxit & Xenodochium pauperū luteciæ, in quo fouentur omnes morbo laborantes et peregrini & noſtrates. ¶ Auguſtus opera publica multa Romæ, extru- 22
xit, vt forum cum æde Martis, templum Apollinis in palatio/ædem tonantis Iouis in Capitolio. Principes ſæpe hortatus eſt, vt monumentis vel nouis vel refectis vrbem adornarent. Spacium vrbis diuiſit in vicos et regiones. Aduerſus incendia excubias nocturnas commentus eſt. Ad coercendas inundationes alueum Tyberis laxauit. Aedes ſacras vetuſtate collapſas aut incendio abſumptas refecit & donis ornauit. In cellā Capitolini Iouis 16. millia pōdo auri/gemmaſq; & margaritas quingenties ſeſtercium vna donatione contulit. Tot deniq; ædificia/vel erexit/vel diruta reparauit, vt gloriaretur vrbē marmoream ſe reliquiſſe, quam latericiā inueniſſet. ¶ Agrippa in ædilitate ſua 700. lacus fecit. Fontes 150. Caſtella 130. Si- 23
gna ærea. 300. aut marmorea impoſuit. Columnas e marmore 400. Gratuita balnea 170. dedit. ¶ Darius Hyſtaſpis filius inſulam Samon et omnes ex ea prouē- 24
tus Syloſonti dedit ob acceptam ab eo veſtem quandam magni precij. ¶ Proculei 25
fratres ſuos Scipionem et Murenam impendijs bellorum ciuilium attritos et ſpoliatos, partito iuuit patrimonio. Vnde Hora. lib. 2. Car. Viuet extento Proculeius æuo Notus in fratres animi paterni. Illū aget penna metuēte ſolui Fama ſuperſtes.
¶ M. Scauri magnificentiam iam docuimus in capite de ſumptuoſis ædificijs, 26
¶ Flauius Veſpaſianus fecit templum pacis foro propiquum, Item amphitheatrū in media vrbe. Expleuit cenſum ſenatorium. Cōſulares inopes quingenis ſeſtercijs annuis ſuſtentauit. Plurimas per totum orbem ciuitates terrę motu aut incendio afflictas in melius reſtituit. Primus e fiſco græcis latiniſq; Rhetoribus annua centena cōſtituit. Præſtantes poetas et artifices coemit. Coloſſi refectorem magna mercede donauit. Cuidam ſumptum increpanti reſpōdit, Sineret ſe plebeculam paſcere pane. Dedit Apollinari tragœdo 400. ſeſtercia. Tarpeio Diodoroq; citharœdis ducēta. Apophoreta dabat viris in Saturnalibus, et fœminis calendis Martijs.
¶ Plynius orator Hiſtorici nepos Quintiliano Rhetori dedit abunde pecuniæ, 27
qua nubilem dotaret filiam. Quod ad ipſum ſcribens edocet his verbis. Et tāq̄ parens alter puellæ nūc confero 50. millia nummum. ¶ Alexander Taxilę regi mille talenta contulit/vaſa item conuiualia ex auro et argento plurima. Itē veſtes perſicas & equos 30. ſuis inſignibus ornatos. ¶ Idem Porum hoſtem ægrum curauit & in amicorum numerum recepit, et ampliore donauit regno, q̄ prius tenuiſſet. Bis

Perſarum ciuitatem ingreſſus/ toties mulieribus erogauit nummos / prẽgnãtibuſq;
28 munus duplicari iuſſit. ¶Solebat africanus Scipio nõ prius e foro diſcedere. q̃ vnũ
aliquem ex his quibus cõgrederetur, beneuolum ſibi et amicũ efficeret. Et q̃uis eius
poteſtate victa fuiſſet Carthago, moriens tamen argenti libras 33. auri duas dun-
29 taxat reliquit, tanta in omnes extiterat munificentia. ¶Nerua imp. ad ſuſtentandã
ciuium vitam decies et quinquagies centena millia nummum erogauit / & quoſdã
ſenatorii ordinis delegit, qui agros emerent/ eoſq; egenis partirentur. Vnde inops
pecuniæ factus/ veſtes/ vaſa & vniuerſam ſupellectilem auctioni ſubiecit/ agroſq; et
domos vẽdidit. Author Dion Caſſius. Quicquid antea pœnę nomine tributis ac-
ceſſerat/ indulſit. Afflictas ciuitates releuauit/ Puellas et pueros natos parẽtib⁹ ege-
ſtoſis ſumptu publico per ſingulas vrbes Italiæ foueri iuſſit, Teſtis Aurelius Vi-
30 ctor. ¶Adrianus nulli iniuſte pecunias abſtulit. Multa publice & priuatim multis
elargitus eſt. Alios auxit pecunia / quoſdam honoribus et dignitate. Author Dion
31 Caſſius. ¶Fuit in Tito Veſpaſiano liberalitas adeo magnifica, vt die quadã veſpe-
ri recordatus nihil ſe cuiq̃ præſtitiſſe/ dixerit. Amici perdidimus diem. Monẽtib⁹
domeſticis q̃ plura polliceretur q̃ præſtare poſſet, reſpondit non oportere quẽq̃ a
ſermone principis triſtem diſcedere. Non ſolum nihil negauit petentibus/ at etiam
hortatus eſt vltro, vt quæ vellent/ peterent. Plebem quandoq; admittebat in ther-
mas/ quibus lauabatur. Ciuitates incendio Veſeui in Campania dirutas reparauit.
Afflictis morbo nullam nõ adhibuit opem & medelam, inquiſito omni ſacrificio-
32 rum remediorumq; genere. ¶Iulianus imp. aras multo victimarum ſanguine pro-
fundebat/ & tauros quandoq; immolabat centenos/ & innumeros varij pecoris gre-
33 ges. ¶Gallenus imp. Valeriani filius nihil vnq̃ cuiq̃ petenti denegauit.
¶Alexius Comnenus orphanotropheion erexit, in quo puellas et pueros parẽtib⁹
orbatos ſua pecunia refouebat. Fecit et Muſæum/ in quo alios iubebat erudiri, pe-
34 cunia ex regio vectigali data. ¶Antonius pius (qui ſucceſſit Adriano) magnam
ſui theſauri partem amicis et militibus impartiuit. Eutropio teſte. ¶Traianus vr-
bes trans Rhenum in Germania reparauit. Nihil iniuſtum ad augẽdũ fiſcum egit,
Publice et priuate omnes ſibi familiares muneribus cumulabat et honoribus. Mul-
35 tas immunitates ciuitatibus tribuit. ¶Theodericus qui mortuo Odoacre Serulo
imp. totius Italiæ adeptus eſt ditionem/ Romanis/ ſingulis annis dedit viginti mil-
36 lia modiorum tritici. Author Paulus diaconus. ¶Caligula imp. abſoluit templum
Auguſti & theatrum Pompeij. Inchoauit aquæ ductum et amphitheatrũ Syracu-
37 ſis. Collapſa vetuſtate mœnia et deorum ædes refecit. ¶Caligulæ ſucceſſor Cęſar
Claudius perfecit aquæ ductum ab ipſo Caligula inceptum. Riuum Anienis lapi-
deo opere in vrbem perduxit / diuiſitq; in plurimos lacus. Per tria paſſuum millia
montem effodit et excidit ad emittendum Fucinum lacum. Quod opus egre ab-
ſoluit poſt vndecim annos, q̃uis triginta hominum millia ſine intermiſſione ope-
38 rantia adhibuiſſet. Congiaria populo ſępiſſime dedit. ¶Domitianus congiarium
populo nũmorum. 300. ter dedit, & inter ſpectacula muneris largiſſimum epulũ.
Septimontiali ſacrorum die ſenatui et equitibus panaria et ſportellas cum obſonio
diſtribuit. Sparſit et dona miſſilia in populum. Multa opera incendio abſumpta re-
ſtituit, vt capitolium. Excitauit ędem in Capitolio cuſtodi Ioui/ et forum.
39 ¶Marcus Aurelius vocatus a matre ad diuidendum cum ſorore patrimoniũ/ vni-
uerſum ſorori cõceſſit. ¶Ageſila⁹ delata ad ſe Agidis bona, inter cognatos inopia
40 preſſos diuiſit. ¶Probus Auguſtus in plurimis victoriis nihil præter tela et arma
ſibi retinuit, Cętera militibus cõceſſit libere. ¶Aurelianus tunicas viritim per po-

pulum

pulum dedit. Item frumentum et oleum cum vino.

¶M. Antonius Triumuiri filius munerum magnitudine Philotam quendā adeo terruit, vt ille capere reformidaret. ¶Pomponi⁹ Atticus fugientem e patria Ciceronem ſeſtercijs 240. millibus donauit. Cedenti Italia Bruto ſeſtercia centum millia numeri miſit. Tam multa in P. Volumnium cōtulit, vt plura proficiſci a parente nō potuerint. Idem publicam Atheniēſium inopiam ſuis opibus ſubleuauit. 41

¶Tanta fuit L. Luculli in omnes / eruditos prę cipue, liberalitas et beniuolentia, vt domus eius Græcorum Romam venientium portus diceretur. 42

¶Alfonſus rex populorum aut regum oratoribus publico aut priuato nomine ad ſe venientib⁹ ędes iubebat exornari. Et gratuitas epularum delicias miniſtrari, nec vnq̄ abire permittebat indonatos. ¶Alexander magnus cuidam Perillo 50. talenta numerari iuſſit ad dotem pauperculæ filiæ, quum ille decem non amplius talenta poſtularet. 43

¶Vrſus comes Nolanus ſingulis annis, quibus Nolæ præfuit, auri et argenti vim non paruam contulit ad dotem paupercularum virginum. Vide liberalitatem multorum in eruditos in hiſtoria de precio literarum. Suppetūt mihi alia de liberalibus et magnificis viris infinita pene exempla, quę ex induſtria miſſa facio, q̄ non ignorem ex nimia q̄doq; abundantia faſtidium prouenire, q̄ q; (vt inquit Horatius) Omne ſuperuacuum pleno de pectore manet. Qui alia id genus deſiderabit exempla, videat Val. Max. Sabellicum et Fulgoſum.

¶Prodigi.

1	Formianus	12	Caligula		Phocus
2	M. Tigellius	13	Demetrius	21	Alphonſus
3	Filius Aeſopi		Agrigentini		Alexander
4	Baſſa	14	Greci	22	Belflorius
5	Cinna		Bathylli	23	Cleopes
6	Albidius		Lucullus	24	Curio
7	M. Liuius	15	Apicius		Galenus imp.
8	T. Annius milo	16	Cleopatra	25	Petrus cardinalis
	Rhemnius Palemon	17	Vitellius		Cæſar
9	Nero	18	Licinius Craſſus	26	Galeatius
10	Agomencelus	19	L. Neratius		
11	Poppea	20	Callias		

CAtullus Formianum quendam inceſſit vt decoctorem et ære alieno oppreſſum, vbi ait. Iſta turpiculo puella naſo Decoctoris amica Formiani. 1

¶M. Tigellius Hermogenes fuit adeo prodigus, vt tibicines / hiſtriones / Paraſyti / gnatones / mimi / epulones / balatrones / mendici / vnguentarij / caupones / reliquiq; ocioſę & perditę vitę homines mortē eius multis lachrymis defleuerint, Horatius libro. 1. Ser. Ambubaiarum collegia / Pharmacopolæ / Mendici / mimi / balatrones, hoc genus omne Mœſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tigelli, Quippe benignus erat. 2

3 ¶Filius Aesopi tragœdi tanta fuit prodigentia, vt vniones aceto liquefactos cœnis apponeret. Horatius lib. 2. Ser. Filius Aesopi detractam ex aure Metellę Scilicet vt decies solidum exsorberet, aceto Diluit insignem baccam.

4 ¶Martialis lib. 1. notat Bassam fœminam, ꝙ excrementa corporis aureo exciperet vase, vbi ait. Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auro, Bassa bibis vitro, ca-
5 rius ergo cacas. ¶Idem Martialis lib. 9. Cinnę cuiusdam luxum ita arguit. Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas, Hausisti patrias luxuriosus opes.

6 ¶Albidius fuit adolescens perditissimæ vitæ, qui decocto vniuerso patrimonio vnas (quæ superant) ędes, rerū desperatione incendio dedit. Quod videns Cato. Hic inquit Proteruiam facit.

7 ¶M. Liuius quum omnia perluxum dilapidasset, stulticiæ suæ per iocum illudebat dicens, se nihil cuiq̄ reliquisse præter cœlum et cœnum. Itaq; quum pecunia egeret, multa per scelus commisit.

8 ¶T. Annium Milonem sestercia 700. millia æris alieni debuisse inter prodigia animi humani ducit Plynius lib. 36. ¶Rhemnius Palemon grammaticus luxuriæ ita indulsit, vt sępius in die lauaretur/nec sufficeret sumptibus, q̄uis ex schola quadragena annua caperet/ & non multo minus ex re familiari.

9 ¶Plynius scribit felicem Arabiam non tantum Cynnami/ Casiæ/ aliorumq; odorum annuo fœtu parere, q̄tum Nero princeps nouissimo pompæ suæ die concremauit. Idē sordidos vocabat et parcos, quibus ratio impensarum cōstaret. Eos vero lautos ac magnificos laudabat, qui abuterentur et perderent. Mirabatur auunculum Caium Caligulam, ꝙ ingentes a Tiberio relictas opes in breui spacio prodegisset. In Tyridatem regem Armenię octingēta nummum millia diurna erogauit/ Abeunti super sestercium millies contulit. Menecratem citharœdum & Spiculum mirmillonem triumphalium virorū patrimonijs ædibusq; donauit. Cercopithecū panerotem fœnatorem prope regio extulit funere. Nullam vestem bis induit. Quadragenis in punctum sestercijs aleam lusit, Piscatus est reti aurato/ purpura & cocco funibus nexis. Nunq̄ carrucis minus mille iter fecit. Mulos argenteis crepidabat soleis/ & canusina operiebat lana. Theatrū auro totum operuit in honorem ipsius Tyridatis. Idem cubicula viatoria vnionibus cōsternebat. Annis 14. quib⁹/ imperio præfuit, bis & vicies millies donationib⁹ effudit, id est quingēties & quinquagies centena millia aureorum.

10 ¶Agomencelus Alexandri magni præfectus aureis clauis suffigebat crepidas.

11 ¶Antonius Sopus in contumeliam naturę/ vilitatem auro fecit.
¶Poppea Neronis vxor iumentis suis soleas ex auro induebat.

12 ¶C. Caligula opes immensas a Tyberio congestas ac vicies septies millies sestercium intra annum absumpsit. Idem Liburnicarum nauium gemmatis puppibus vtebatur, & diuersicoloribus velis/ in quibus thermas/ porticus/ & triclinia statuit magna laxitate/ dispositis etiam pomiferis arbusculis.

13 ¶Demetrius Antigoni & Stratonices filius 250. talēta scortis dari iussit. Authore Plutarcho. ¶Tantus fuit Agrigētinorum in omni re luxus, vt Plato diceret eos ædificare/ ac si victuri perpetuo forent/ ita demum conuiuari/ velut semper morituri. Vtebantur lechytis & xistris argenteis. Habebant et lecticas totas ex ebore.

14 ¶Greci adeo sibi indulserunt, vt mixtum vnguento vinum (quod dicebatur Myrites) largius haurirent. ¶Batylli populi vnguentis madent, Authore Plynio, vt Cyprij/ Cyziceni/ Corinthij/ & Parthi.

15 ¶De Luculli prodigo luxu iam diximus in diuitibus.

¶Omnium

¶Omnium fere luxum & prodigentiam nepotinis helluationibus ſuperauit Api- 15
cius, de quo Martialis lib.5. Dederas Apici bis trecenties ventri, Sed adhuc ſuper-
erat centies tibi laxum. Hoc tu grauatus / ne ſitim et famem ferres. Summa vene-
num potione duxiſti, Quod ſic interpretatur Budæus. Apici ſexcenties ſeſtercium
id eſt quindecies centena aureorum coronatorum millia inexplebili illa ingluuie
helluatus, quum poſſes adhuc 250. millibus (quod centies laxum appellat) vi-
tam lauto et eleganti victu producere, tamen venenum miſer hauſiſti / ne patrimo-
nio tanto ſupereſſes, quod iam iam te deſerturum videbatur.

¶Cleopatra vltima Aegypti regina cœnam parauit Antonio, in qua centies ſe- 16
ſtercium / id eſt ducẽta et quinquaginta millia aureorum vno ferculo ſecundæ mẽ-
ſę conſumpta ſunt. Vnde Sidonius Cleopatricas dapes vocat.

¶Singuli Vitellij apparatus nõ minus quadringenis millibus cõſtiterunt. In cœna 17
eidem a fratre data duo millia lectiſſimorum piſcium / ſeptem auium appoſita tra-
duntur. Idem Vitellius in ſuo principatu ducentis ſeſtercijs condidit patinam, cui
faciendæ fornax in campis ædificata erat. Habuit autem in ea Patina ſcarorum ie-
cinora / Phaſianorum et pauonum cerebella / linguas Phœnicopterum / murenarum
lactes / a Carpathia vſq; fretoq; Hiſpanię petitarum. Author Suetonius.

¶Licinius Craſſus quum omnia decoxiſſet / occurẽtium tamen cachinnis vocaba- 18
tur diues / his verbis. Qui in Parthos militauit non fuit appellatus diues primus / ſed
hic. ¶Heliogabalus inuitatis ad prandium ſummis viris / croco menſam ſterne-
bat / dicens ſe fœnum pro eorum dignitate exhibere. Idem triclinia / lectos et por-
ticus omni florum genere ſtrauit / liliis / violis / hyacinthis & Narciſſis, quos flores
pedibus conculcabat. Nau es precioſis mercibus onuſtas mergi in portum iuſſit /
magni animi id eſſe dicens. Aureo vtebatur vaſe ad corporis excrementa. Gem-
mas ab optimis ſculptas artificibus in calciamentis ferebat, quę nunq̃ iterabat. Pre-
cioſas veſtes ſæpe conſcidit. Minxit etiam in Myrthinis & onychinis vaſis. Om-
nibus meretricibus ſine effectu libidinis multos quandoq; dedit aureos nummos.

¶L. Neratius homo egregie improbus Authore Gellio, quum pro delectamento 19
haberet os hominis liberi manus ſuę palma verberare, ſeruum comitẽ habebat cru-
menam plenam aſſium portitantem, Et quencumq; depalmauerat, numerari ſta-
tim ſecundum duodecim tabulas 25. aſſes eidem iubebat.

¶Callias fuit quidam, qui conſectandis meretricibus vniuerſum dilapidauit pa- 20
trimonium. Hinc per iocũ dicebatur a ſcortis deplumatus. ¶Phocus Phocionis
filius quũ paternas opes prodigo luxu dilapidaſſet, Athenienſib⁹ vſq; adeo factus
eſt odioſus, vt occurrentes omnes diſamatorem ſui generis illum nuncuparent.

¶Alphonſus rex Neapolitanorum quum multa per luxum prodegiſſet, cõflatoq; 21
ingenti ære alieno iam nõ haberet, vnde creditoribus ſatiſfaceret / dolore et ira per-
motus plęroſq; ſuis ſpoliauit bonis. ¶Alexander Macedo Promachum bibaciſſi-
mum hominem victorẽ in vini certamine, aurea corona donauit. ¶Belflorius ſicu- 22
lus homo priuatus domum inchoauit tanto ſumptu, vt fundamentis modice adhuc
ab humo extantibus pecunia ſit exhauſtus, quam tamen multis annis improbo la-
bore ſibi comparauerat. ¶Iam diximus Cleopem Aegypti regem ſumptu Pyra- 23
midis eo redactum inopiæ, vt coactus ſit filiam exponere vęnalem ad meretricium
quæſtum. ¶C. Curio tribunus plebis ſexcenta æris alieni ſeſtercia debuiſſe fertur.
Author Val. max. ¶Galenus imp. Valeriani filius gẽmatas ferebat caligas exem-
plo Caligulæ, qui inde traxit nomen. ¶Petrus preſbyter cardinalis ſedente in põ- 25
tificatu Sixto / duobus annis trecenta aureorum millia luxu prodegit et vanitatibus.

26 ¶Cæſar Alexandri pontificis filius quotidianis epulis ducentos aureos dicauit. Paraſytis veſtes duorum millium donauit. Excercitum octo millium hominum viuente patre ſemper aluit.

27 ¶Galeatius filius Ioannis Galeatij primi inſubrium ducis in filiæ nuptijs (quibus interfuit Petrarcha) ad centum millia nummum erogaſſe fertur.

¶Guloſi/edaces/et vinolenti.

1 Apitius
2 Ariſtoxenus
3 Sanctra
Vitellius
Aeſopus
Ariſtippus
4 Clodius
5 Domitius Afer
Q. Hortenſius
6 Maximinus
Theodorus
7 Aſtydamas
8 Cambles
Vedius
9 Abron
Caligula
10 Hercules
Vlyſſes
Theagenes
Aglais
Theſſali
Philoxenus
Gnato
11 Pityreus
Cleonymus
Piſander
Charippus
Mithridates
Eriſicton
Alcman
12 Heraclides
13 Gallonius
14 Heterognathus
15 Phago
16 Galba
17 Gnoſippus
18 Nero
19 Andebuntus
20 Demetrius
Heliogabalus
Gathis
21 Ariſtoteles
Lepreas
Syri
Aſiatici
Pruſias
22 Elpenor
23 Eurycion
24 Anacreon
25 Hileus
26 Cato
27 Homerus
Ennius
Diotimus
Xenarchus
28 Feſcennia
29 Myrtale
30 Panaretus
Philoſtratus
31 Polyphemus
Laufella
Alexander
32 Archeſilaus
Cleomenes
Scythę
Thraces
33 Chreſtus
Nouellius
34 L. Piſo
35 Alcibiades
Cicero iunior
36 Bonoſus
37 Cambyſes
38 Lacydes
39 Armitus
Cyanippus
40 M. Varro
41 M. Antonius
Parthi
42 Promachus
43 Xenocrates
Dionyſius
Syracuſani
44 Conna
Tiberius Nero
45 Claudius Cæſar
46 Niſeus
47 Bitias
Antiochus
48 Darius
49 Alceus
Ariſtophanes
Cratinus
Timocreon
50 Lacedęmonij
Bizantij
Bela ſecundus
51 Nicolaus 5.
52 Olofernes
Bœotij

1 MArcus Apitius nepotum omnium fuit altiſſimus gurges, vt iam diximus. Is quum audiuiſſet grandes caricas naſci in Lybia, nauigauit illuc. Quod demũ quũ falſum deprehendiſſet, Lybiã eiuſq; habitatores diris imprecationibus

cationibus deuouit. Hic omnium primus iudicauit linguam phœnicopteri esse optimi saporis. De Apitio Martialis lib.2. Ipse quoq; ad cœnam gaudebat Apitius ire, Quum cœnaret / erat tristitior ille, domi. Hic et congiaria principum & ingens capitolij vectigal comessationibus hausit.

¶Aristoxenus Cyrenæus adeo gulæ studiosus extitit, vt hortẽses lactucas vespere mulso irrigaret, quo luxuriosius crescerent, & saporis essent delicatioris. 2

¶Sanctra nomen est gulosi, de quo Martialis lib.7. scribit. Nihil est miserius, nec gulosius Sanctra. ¶Vitelli⁹ epulas trifariam aut quadrifariam partiebatur, In ientacula / prandia / cœnas & comessationes, solus omnibus sufficiens vomitandi consuetudine. Suetonius testis est eum fuisse non profundæ modo / sed intempestiuæ & adeo sordidę gulę, vt carnes holocaustorum non peractis sacrificijs ante aras absumeret. De eo Sidoni⁹ sic meminit. Hinc turpis, q̃ pulcher / Otho post quina Vitelli Millia famosi vẽtris damnata barathro. Idẽ. Mihi fœda Vitelli Intulit ingluuies ventrem. ¶Iam locuti sumus de luxu æsopi, qui Tragœdi fuit filius. 3

¶Aristippus Cyrenæus summum bonum locabat in voluptate. Idẽ principes solebat comitari, vt parasytus et amicus mẽsę. Propterea Diogenes canẽ regium eum appellabat.

¶Clodius Albinus tam profunda fuit ventris ingluuiæ, vt quingentas ficus / centũ campana persica / mellones ostiẽses decem, vuarum labicanarum pondo viginti / ficedulas. 100. ostrea 40. vna deuoraret cœna. 4

¶Domitium Afrum Eusebius prodit cibi prẽter modum accepti superfluitate redundantem in cœna perijsse. ¶Q. Hortensius orator studio gulæ primus omniũ Romanorum pauonem apposuit mensis. 5

¶Maximinus iunior bibebat vini amphoram. Carnis libras vndecim comedebat. ¶Theodorus scribit Milonem crotoniatã carnium minas 20. deglutisse, & panis totidẽ, Vini choas persiccasse tres. Idem in Olympia quadrimum solus absumpsit taurum, quem per stadium retento anhelitu portauerat suis humeris. 6

¶Astydamas Milesi⁹ a Persa Ariobarzane vocatus ad conuiuium, solus deuorauit, quicquid conuiuis omnibus fuerat præparatũ. 7

¶Cambles rex Lydorum eo voracitatis euect⁹ est, vt nocte quadã vxorẽ absumpserit. 8

¶Vedius Pollio seruos conijciebat in piscinas, vt pisces ipsi humano cruore pasti delicatiores essent. ¶Abronis luxus & deliciæ trito vulgariq; adagio locum fecerunt. 9

¶Caligula maximam partem thesauri a Tyberio relicti cœnis & comessationibus cum lenonibus et scortis deuorauit.

¶Herculẽ et Vlyssem Polyphagiæ et edacitatis nota famosos fuisse scribit Cæli⁹. 10

¶Theagenes Athleta taurum vorabat sol⁹. ¶Aglais tibicina Megaclis filia decẽ carnium minas & quattuor panum chœnicas absumebat. Hauriebat et choam vini.

¶Thessalis inusta est voracitatis nota, vt etiam Pharsalis. Mnesimach⁹ apud Cęlium. Pharsalorum venit, aliquis vt mensas voret ipsas. ¶Philoxenum Eryxidis et Gnatonem Siculum inter gulæ proceres et cupediuoros posuit antiquitas, q̃ cõuiuijs adhibiti sese in paropsides emungerent, vt abstinentibus cæteris largius soli fruerentur. Aiunt et Philoxenum ipsum optasse sibi collum gruis, quo maiorem in bibendo perciperet voluptatem. Hoc tamen nõnulli tribuunt Melanthio, vt apud Cælium Clearchus. Philoxenus Dithyrambicus polypum edit duum cubitorum.

¶Inter Polyphagos et edaces etiam numerantur Pityreus Phryx / Cleonimus / Pisander / Charippus / Mithridates rex Põti / & Erisicton, qui sua ipse mẽbra corrosit. 11

¶Alcman poeta suis verbis sese pamphagum nominauit. Ferunt Mithridatem illis certa constituisse prẽmia, qui plures cibos vẽtri destinassent / aut maiore se ingur-

gitaſſent vino, vt ſui ſimiles haberet, Idē omnes ſui temporis mortales hauſtu vi-
12 ni longe exceſſit. ¶Heraclides pyctes infiniti prope cibi potuſq; fuit capax. Nec parem reperit in bibendo. Alios ad ientaculum inuitabat / alios ad prandium / quoſdam ad cœnam, quibus omnibus ſine interſtitio ſufficiebat ſolus.

13 ¶Pub. Galloni⁹ homo fuit poſtremę gulę ī cupediis aſſidue verſat⁹, vnde a Lęlio gurges dict⁹ eſt. Hūc pręconē fuiſſe ſcribit Horati⁹. Cui⁹ mēſam acipēſere magno infamem notat Lucilius his verbis. Lælius pręclare / & recte Sophos / illeq; vere, O Publi Surges Galloni, es homo miſer inquit. Cœnaſti in vita nūq̄ bene, quum omnia in iſto Cōſumis ſquilla / atq; acipenſere cum decumano. Tertullian⁹ Curij aleā / Apicij gulam / Gallonij ſumptum / et Antonij ebrietatem inceſſit.

14 ¶Heterognathus ob voracitatem vtraq; mandibula alternatim commandebat.

15 ¶Phago fuit quiſpiam adeo guloſus, vt ad hibitus menſæ Aureliani, aprum integrum / centum panes / veruecem et porcellum vno die comederit / biberitq; Orcam vini. Author Flauius vopiſcus.

16 ¶Erat Galba imp. cibi plurimi / quem hiberno tempore capiebat ante lucem. Inter cœnam vero vſq; eo abūdanti, vt cōgeſtas per manus reliquias, circūferri iuberet, ſpargiq; ad pedes ſtantibus.

17 ¶Gnoſippus hac voracitatis infamia adeo laborauit, vt Atheniēſes liberis ſuis interdixerint, ne cum eo veſcerentur.

18 ¶Ferunt Neronem quandoq; a meridie ad mediam noctem vſq; epulas protrahere conſueſſe ad inexplebilem ventris ingluuiem. Cœnitabat inter ſcortorum, am
19 bubaiarumq; miniſteria. ¶Andebuntus rex Anglorum conuiuio quodam tantū
20 cibi deglutiuit & vini, vt eo ſuffocatus repente animam efflauerit. ¶Demetrius Phalereus ducenta quotānis talenta abſumebat in luxu & nepotationib⁹. ¶Heliogabalus nunq̄ minus centum ſeſtercijs epulatus eſt. ¶Gathis regina Syriæ edicto cauit, ne quis piſcem comederet, quin ipſa adeſſet.

21 ¶Ariſtoteles philoſophus ab initio obſophagus & decoctor fuit. ¶Hercules cū Leprea rege de gula cōtēdit, vicitq; tauro toto paulatim deuorato. ¶Syri populi & Aſiatici cōtinuo erant in conuiuiis, balneis & / vnguentis. ¶Pruſias rex Bithynię popinas ſemper adamabat. Nunc de vinolentis dicendum.

22 ¶Elpenor vino largius hauſto impos animi factus / ſcalarū lapſu exanimatus eſt. Ouid. lib. 14. Eurilochumq; ſimul / nimiiq; Elpenora vini. Idem. in Ib. Ne vegradus adeas Elpenore tutius altos, Vimq; feras vini / quo tulit ille modo.

23 ¶Eurycion fuit quiſpiam cētaurus ebrietatis infamia notatus. Ouid. lib. 1. de arte. Occidit Eurycion ſtulte data vina bibendo. Propertius lib. 2. Tu quoq; o Eurycion vino centaure periſti. Necnon Iſmario tu Polypheme mero.

24 ¶Anacreon Teius poeta arguitur vt deditus vino, cui quum liberalius indulgeret, vuæ acino ſuffocatus dicitur. Ouid. lib. 3. de arte. Sit quoq; vinoſi Teia muſa ſenis.

25 ¶Hilæus centaurus deditus fuit ebrietati. Horatius libro ſecundo Car. Nec ſęuos Lapithas et nimium mero Hilæum. Virg. Et magno Hilæum cratere minantem.

26 ¶Cato minor (qui proauum habuit Catonem maiorem) q̄uis omni virtute eſſet cumulatiſſimus, interdum tamen cum amicis dabat operam compotationibus tota nocte ad auroram. Horatius lib. 3. car. Narratur et priſci Catonis Sępe mero caluiſſe virtus. Hoc ebrietatis vicium præcipue illi obiecit Cęſar duob⁹ libris, quos vocauit Anticatones.

27 ¶Homerum vinolentum fuiſſe arguit Horatius lib. 1. Epiſt. dicens. Laudibus arguitur vini, vinoſus Homerus.

¶Eunius

¶Ennius poeta nūq̃ accingebat ſe ſcribendis carminib⁹, niſi multo madidus vino. Idem Horatius. Ennius ipſe pater nunq̃ niſi potus ad arma Proſiluit dicenda.

¶Diotimus Athenienſis infundibulo ori admoto inceſſanter vinum hauriebat.

¶Xenarchus Rhodius ex bibacitate metretes cognominatus eſt.

¶Feſcenniam Martialis lib. I, arguit vt vinolentam dicens. Ne grauis heſterno 28
fragres feſcennia vino, Paſtillos Coſmi luxurioſa voras.

¶Myrtale vinolēta mulier vino cōmiſcebat folia lauri, ne vinū oleret. Mart. lib. 3. 29
Fœtere multo Myrtale ſolet vino. Sed fallat vt nos, folia deuorat lauri.

¶Idem lib. 6. arguit Panaretum potorem, q̃ ſolus ampliſſimam vini lagenam ex- 30
ſiccaſſet. ¶Philoſtratus quum eſſet in balneis Sinueſſanis, tantum vini potauit/ vt ebrius factus ſcalarum lapſu, pene extinctus ſit. Martialis lib. II. A Sinueſſanis cō uiua Philoſtratus vndis Conductum repetens nocte iubente larem. Pene imitatus obit ſeuis Elpenora fatis, Pręceps per longos dum ruit vſq; gradus. ¶Polyphemus Cyclops hauſto largius vino dum in ſomnum concidiſſet, ab Vlyſſe excæcatus eſt. 31

¶Laſellam Iuuenalis vt temulentam inceſſit. ¶Videns Androcydes Alexādrū procliuem in pocula/ intemperantiam eius his verbis cohibebat, Vinum potaturus rex memento te bibere terrę ſanguinem. Nam ſicut venenum eſt homini cicuta, ſic et vinum. Quibus præceptis ſi ille obtemperaſſet, amicos in temulentia non interemiſſet, vt fecit. Idem Alexander ex hac vinolentia biduum ſæpe obdormiuit integrum. Hinc prouerbium natum, Alexandrum bibendo regem pręcellis. Inter pocula amicos indignatione rapida ferro tranſuerberabat.

¶Archeſilaus philoſoph⁹ immodico vini hauſtu exceſſit. ¶Cleomenes rex Spar- 32
tanorum quum Scytharum vinolentiam imitari cuperet, in inſaniam redactus eſt. Solent autem Scythæ et Thraces liberius compotare vſq; ad certamen temulētiæ. Vnde Horatius. Natis in vſum lętitiæ ſcyphis Pugnare Thracum eſt.

¶Chreſtus Bizantius ſophiſta hoc vicio quoq; laborauit. ¶Nouellius Tricōgius 33
mediolanenſis meruit cognomen a tribus vini congijs, quos vno/ impetu hauriebat ſpectante miraculi cauſa Tiberio principe. Author Plynius.

¶L. Piſo maiorem noctis partem conuiuijs & temulentię impendebat, Biduo per- 34
potationem continuauit apud Tiberium principem.

¶Famam apud Grecos ex ebrietate meruit Alcibiades. Authore Plynio. 35

¶Cicero iunior. M. Tullij filius binos congios ſimul hauriebat. ¶Bibit Bonoſus 36
authore Flauio Vopiſco, q̃tum hominum nemo. De hoc Aurelianus dicebat. Nō vt viuat natus eſt, ſed vt bibat. Si quādo legati barbarorum ad eum veniſſent, ipſis propinabat, vt eos inebriaret/ & ab his per vinum omnia cognoſceret/ et extorqueret veritatem. Quantumlibet bibiſſet/ ſemper ſecurus videbatur et ſobrius. Prætera tantum mingebat/ q̃tum biberat, ſic vt eius veſica nunq̃ grauaretur. Poſtea quū a Probo ſuperatus laqueo vitam clauſiſſet/ emanauit iocus/ amphoram pendere nō hominem. ¶Cambyſes quum per tumulentiam quandoq; ratione exideret, mo- 37
nitus a Prexaſpe domeſtico, vt tantam caueret infamiam, eius filium percitus furore iaculo confodit.

¶Lacydes philoſophus ex nimia compotatione concidit in paralyſim, qua mor- 38
tuus eſt. ¶Armitus et Cyanippus Syracuſani potu nimio in ebrietatem lapſi, filias 39
ſtupro contaminauerunt. Author Plutarchus.

¶M. Varro apud Plynium teſtis eſt Mezentium regem Ethrurię auxiliū Rutulis 40
cōtra latinos tuliſſe/ mercede vini. ¶M. Antoni⁹ librū edidit de ſua ebrietate, quo 41
patrocinari ſibi voluit, vt ea probaret mala, quæ per temulentiam orbi intuliſſet.

42 ¶Plynius ait tanto magis ſitire Parthos, quanto plus biberint. ¶Promachus fuit
43 homo bibaciſſimus, quem Alexander talenti corona donauit, ꝙ in vini certamine euaſiſſet victor. Teſtis Plutarchus. ¶Xenocrates vini choam hauſit, quum Dionyſius præmium obtuliſſet ei, qui hoc faceret.
¶Dionyſius iunior vſq; ad oculorũ vicĩũ mãcipat⁹ eſt ebrietati. ¶Ariſtoteles tradit ebrietatem in Syracuſanorum luxu diebus quandoq; nonaginta nõ fuiſſe interpellatam. ¶Conna tibicen fuit vinoſus, qui in conuiuijs coronatus potabat aſſidue.
¶Tiberius Nero propter nimiam vini auiditatem in caſtris pro Tiberio Biberi⁹, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero vocabatur. Idem cum Pomponio Flacco & L. Piſone noctem cõtinuumq; biduum epulãdo potandoq; conſumpſit. Aſellio Sabino ſeſtercia ducenta donauit pro dialogo, in quo Boleti & ficedulæ et oſtreę et
45 turdi certamen induxerat. ¶Claudius Cæſar conuiuia celebrauit palam, tanta populi frequentia, vt plęrumq; ſexcenti ſimul diſcumberent. Cibi et vini fuit appetẽtiſſimus. Sedens in tribunali quũ olfeciſſet nidorẽ prandij, quod in proxima Martis æde parabatur a Saljis, deſerto foro cõmeauit ad Salios ipſos, et vna diſcubuit.
46 Nec vnq̃ a triclinio abſceſſit niſi diſtẽtus et madens. ¶Niſæus Syracuſarũtyrãnus vbi ab aruſpicibus didiciſſet breui ſe periturum, quicquid ſuperfuit vitę/ comeſſationibus impendit et ebrietati.
47 ¶Apud Didonem Virgilianam Bitias ſic hauſit merum, vt eo ſe totum proluerit. ¶Antiochus magnus dies totos dormire ſolebat ob vinolentiam. Pugnaturus in Rhodios, capt⁹ amore puellæ Chalcidẽſis/ nuptias etiam ipſo belli tempore celebrauit/ et totam hyemem cum ea vino indulſit et ve-
48 neri. ¶Darium vinolentum fuiſſe arguit inſcriptio ſepulchri eiuſdem, quæ talis
49 erat. Potui et multum vini potare, et hoc probe ferre. ¶Alcęus/ Ariſtophanes & Cratinus quum ebrij forent, erant tamen ad ſcribendum carmen idonei.
¶Timocreonti Rhodio propter cibi et vini auiditatem epitaphium ſequens inditum eſt. Multa bibens/ tum multa vorans/ male deniq; dicens Multis/ hic iaceo
50 Timocreon Rhodius. ¶Lacedæmonij eundem calicem in conuiuijs circumagebant, vt ſitim et vini auiditatem irritarẽt. ¶Bizantios Menander poeta notauit vt ebrios. ¶Bela ſecundus Almi filius/ Pannonię rex, corruptiſſimę fuit temulentiæ.
51 ¶Nicolaus quintus Ponti. Max. nimio bibendi ſtudio tenebatur. Exigebat enim
52 diuerſa vinorum genera, et quæ magis ad palatum facerent, eligebat. ¶Olofernes ebrius ab vxore Iudith interfectus eſt. Bœotij ab athenienſibus vocabantur fatui/ pingues/ et rudes, propter inexplebilem edendi auiditatem.

¶Abſtemij.

Apollonius	Iacobus	Emericus
Dominicus	Anchimolus	Locrenſes
Fulgentius	Moſchus	

APollonius Tyanę⁹ a vino et carnibus abſtinebat. ¶Beat⁹ Dominicus decennio abſtinuit vino. ¶Fulgentius epiſcopus Ruſpenſis nulla vnq̃ neceſſitate adduci potuit aut cogi, vt eſitaret carnes/ aut vinum biberet.
¶Iacobus minor vinum aut ſiceram non bibit, Carnes nunq̃ mãducauit, oleo nũq̃ vnctus eſt, nũq̃ vſus balneo, nunq̃ nouacula raſus. ¶Anchimolus & Moſchus ſophiſtæ Eliẽſes tota vita hydropotę fuerũt, ſoliſq; ficis deſiderio vẽtris ſatiſfecerũt.
¶Emericus filius S. Stephani regis Pannoniæ, vinũ tota vita non deguſtauit.
¶Locrenſes Zephyrij vino vti capitale ducebant.

¶Sobrij

¶Sobrij et temperantes.

Porus	Nicolaus Heluetius	Rogatianus
Masanissa	Columba	Epaminundas
Mithridates	Demetrius	Lycurgus
Viriatus	Socrates	Persæ
Augustus	Anacharsis	Gymnosophistæ
Lacedæmonij	Epictetus	Diogenes
Aegyptij	Venerius	Constantius
Plato	Zeno	Iul. Cæsar
Hieronymus	Telemachus	Pericles

POrus rex Indorum aqua et pane viuebat cõtentus. ¶Masanissa rex Numydarum iam nonagenarius, semel tantum in rerdiu vescebatur, sine pulmẽto. ¶Mithridates rex Ponti iam senex cibum capturus non accumbebat, verum stans vescebatur. ¶Viriatus princeps Lusitaniæ vbi bellum aliquod mẽte conceperat, non prius accumbebat mensæ, aut in lecto quiescebat, q̃ propositum absoluisset. ¶Fuit Augustus breuissimi cibi. Ad medias interdum epulas satiatis iam conuictoribus accedebat, primusq; surgebat mensa. ¶Lacedæmonij nullam disciplinam abstinentia habuerunt potiorem. Pinguis & obesi vẽtris adolescentes inedia macerabant. ¶Aegyptia iuuentus Amasis edicto non prius cibum capiebat, q̃ 180. stadia percurrisset. ¶Platonis frugales erant cœnę. Propterea dicebat Timotheus bene cum his fore, quos Plato excepisset cõuiuio, Delicatiores epulas et opipara spreuit conuiuia. Viuebat contentus oliuis academicis, pane item & aqua. ¶Hieronym⁹ ānos fere 90. durauit incredibili abstinentia. ¶Hilarion modicis ficubus aridis et exiguo pane decrepitam fouit senectutem. ¶Nicolaus quidam, inter Heluetios sine vllo penitus cibo multis annis durauit inter vastas solitudines incredibili sanctitatis fama. ¶Columba virgo Perusina solis fructibus reprimebat famem. ¶Demetrius Chidonius vir grẽcus, abstinẽtia singulari multos dies persistebat ieiunus. ¶Socrates minimo viuebat sumptu. Vescebatur pane et lacte. ¶Anacharsis apud Ciceronem Mihi (inquit) pulpamẽtum fames, cubile solum, vestis Scytharum tegmen. ¶Epictetum sunt qui putent deliciis & voluptati semper indulsisse, fuit tñ tẽperans. ¶Venerius monachus herbis diu victitauit. ¶Zeno dũ taxat vescebatur, & palliũ prętenue ferebat. Aquam bibebat loco vini, vt discipulos suo exẽplo ad tẽperantiam inuitaret. Hinc exiit prouerbium. Zenone temperãtior. ¶Telemachus Acarnẽsis victitabat fabis. ¶Socrates tanta fuit tẽperantia, vt omnia fere vitæ suæ tempora valetudine inoffensa vixerit. ¶Rogatianus senator semel tantum interdiu dabat operam cibo. ¶Erat epaminundas Thebanus obæsis & corpulentis adeo infestus, vt quendam aqualiculo portẽtoso, summouerit ab exercitu, q̃ ad tegendum eius ventrẽ vix clypei tres sufficerent. Ipse vero victu fuit adeo parco & tenui, vt a vicino ad cœnam inuitatus, quum dapsilẽ & affluentem delicijs mẽsam reperisset, iratus recesserit dicẽs. Ego te opinabar rei diuinæ operã dare, non de contumelia cogitare. ¶Lycurgus dicebat non esse vtendum maiore cibo, q̃ qui ad repellẽdam famem sufficeret amota crapula. ¶Aegyptiorum sacerdotes pręparci erant in victu vsq; ad stuporem. Carnib⁹ et vino abstinebãt. Pane etiam raro vescebantur, ne onerarent stomachum. Oleũ tantum in oleribus nouerant. Ouũ quoq; & lac vitabant pro carnibus. Triduiq; inediam sustinebant. ¶Persarum magi

nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant. ¶Indorum Gymnosophistæ alebantur pomis aut farina. ¶Diogenes nunq̃ pẽdebat de crastino, sed in prẽsentẽ modo horã sibi corrogabat cibũ. ¶Constãtiũ imperatorẽ Marcellinus scribit nũq̃ gustasse pomum, nunq̃ nares in publico extersisse, nunq̃ spuisse. Idem superatus a Persis frusto panis a quadã vetula porrecto inediã reppulit. ¶Iulium Cęsarem vini parcissimum fuisse nec inimici negauerunt. Vnde dicebat M. Cato vnũ ex omnibus Cæsarem ad euertendam remp. sobrium accessisse. Fuit & circa victũ adeo indifferens, vt quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositũ aspernantibus cæteris, solus largius acceperit, ne hospitem aut negligentiæ aut rusticitatis videretur arguere. ¶Pericles Athenienſis a cœnarum et conuiuiorum apparatib⁹ abhorrebat adeo, vt nec apud amicos cœnaret.

¶Alij homines temperatissimi, vitæq; austeræ ac solitariæ.

1	Helias		Carilephus		Narcissus
	Paulus		Cosmas	21	Eucherius
2	Antonius		Symeon		Vrsacius
3	Hilarion	15	Stephanus		Celestinus
	Onophrius		Sarra		Io. Baptista
4	Hieronymus		Sisimius		Maiorus
5	Maria Magdalena	16	Serapion		Dominianus
6	Maria Aegyptiaca		Zozimas	22	Diogenes
7	Amonius	17	Pion		Euagrius
	Hospitius		Helias		Ethbinus
8	Patroclus		Moses		Paulus simplex
9	Menas	18	Pastor		Paulus abbas
	Amos		Dorotheus		Phyllorrhonius
10	Agatho		Elpidius	23	Syluia
	Andreas		Hor		Diocles
	Thadeus		Gadanus		Capiton
	Arnulphus	19	Episius		Vacchoris
11	Alcippiades		Augustinus		Vvenceslaus
	Tora	20	Vlfranius	24	Nicolaus Tollẽtinas
12	Amata		Hugo		Nathanael
	Artebius		Dominicus		Liberalis
	Amodeus		Iordanus		Maxentius
13	Basolus		Adam		Medericus
	Beniamin		Abraham	25	Marinus
14	Timotheus		Sylueſtet		Ricarius
	Theremon		Egidius		Timon

1 HElias prope torrentem Carith vixit in solitudine pastus coruorũ ministerio. ¶Primus heremita Paulus annos 16. nat⁹ secessit ĩ latebras nemorum, in quibus durauit annos 97. splelunca breui contentus. Esitabat fructus palmarum, bibebat aquam, palmacea tunica nudum contegebat corpus. Nullũ ĩ solitudine hominem videre voluit prẽter An-
2 tonium. Vsus est ministerio corui dimidiatum panem quotidie afferentis. ¶Antonius qui Paulum hnnc tumulauit, vixit etiã in solitudine annos 20. pane & aqua famem

mem refocillãs, ¶ Hilarion in deſertis Syriæ locis breuiſſimũ habitauit tugurĩũ iun 3
co & caricibus contextum. Denos demum annos arctiſſima cellula & ſepulchro ſi=
millima vſus eſt. ¶ Onophrius adeo ſolitariæ vitæ fuit ſtudioſus, vt annos 60. ho=
minem non viderit. Vnde & ex illa ſolitudine agreſtis adeo factus eſt, vt in ſupe=
riore corporis parte barba totus et capillis integeretur, verẽda foliis et arborum cor=
tice adopertus. Vixit annos 30. herbis et baccis ſylueſtribus contentus. Eidem cœ=
litus quotidie dimidiatus panis afferebatur vt Paulo. Hunc quum reperiſſet Paſnu
tius, extimuit, ſatyrum eſſe ſuſpicatus. ¶ Cõuentus hominum et populi frequentiã 4
Hieronymus habebat carceris loco, ſolitudinem vero pro paradiſo. Vnde ſacco vili
amictus Syriæ latebras feris & ſcorpionibus infeſtas numeroſis prætulit ciuitatib⁹.
humi cubans, herbiſq; victitans & aqua. ¶ Maria Magdalena 30. annos heremum 5
incoluit cœleſti cibo refocillata. Nec interim hominem vidit, aut ab vllo viſa eſt.
¶ Maria Aegyptiaca heremi cultrix durauit etiam in ſolitudine incredibili vitę ab= 6
ſtinentia, vbi cubitali altitudine inter orandum ſublimis a terra in vacuo pendere vi=
ſa eſt. ¶ Amonius tanta fuit abſtinentia, vt nunq̃ niſi panem aſſum ederit, nũq̃ ira= 7
tus, nunq̃ mentitus fuerit. ¶ Hoſpitius apud Nicẽſem vrbem antro ſe incluſit, per=
petuo cilio carnem macerans, corpore ferreis cathenis ligato. Veſcebatur pane. Tẽ=
pore quadrageſimæ ſolas herbarum radices eſitabat. ¶ Patroclus anachoreta vſq;= 8
adeo quandoq; ie iuniis corpus atterebat, vt diuturna inedia incideret in morbum.
Abſtinebat vino, bibebat aquã melle perfuſam. Cilicĩũ ferebat acutiſſimũ et proxi
mum corpori. ¶ Menas inter Samnites natus ſolitudinem mire amabat, in qua ne 9
quid per ocium perperam faceret, apes curabat. ¶ Amos Aegyptius pater fuit 150.
monachorum, quos ore operto menſæ iubebat accumbere, ne parce comedentium
virtus appareret. Vxorem quã inuitus duxerat, nunq̃ attigit. ¶ Agatho lapidem in 10
ore triẽnio continuit, vt tacere diſceret. Dicebat tria eſſe neceſſaria ad dei cultũ. Si=
lẽtiũ, orationem, manſuetudinem. ¶ Andreas & Thadęus heremitę durauerunt in
ſolitudine annis 50. ¶ Arnulphus Metenſis epiſcopus relicto Lotharingiæ princi= 11
patu heremum ingreſſus eſt. ¶ Alcippiades martyr omnẽ cibũ auerſabatur, Aquã
bibebat inſperſo ſale, ne corpori eſſet pernicioſa. ¶ Tora virgo nunq̃ vti voluit no=
ua tunica, nunq̃ nouis calciamentis. ¶ Amata vero limen cœnobii (quo ſe inclu ſe= 12
rat) annos 40. nunq̃ egreſſa eſt, Pane viuebat & oleribus. ¶ Artebius pręſul Pam=
philienſis vitam ſolitariam in epiſcopatu non deſeruit. ¶ Amodeus Hiſpanus vni=
ca opertus tunica nudis ambulabat pedibus. Semel tantum interdiu veſcebatur con
tentus aqua & pane. Cauernam montis incolebat. ¶ Baſolus abbas in finibus Rhe= 13
morum heremiticam egit vitam, habitauitq; ſpeluncam montis annos 40. ¶ Ben=
iamin vixit in deſerta ſolitudine annos. 80. ¶ Timotheus in Aegypto ſpeluncam 14
montis intrauit, in qua durauit annis 30. nulli cognitus. ¶ Theremon abbas cẽtena=
rius deceſſit in ſolitudine. Hic aſſiduis orationib⁹ adeo incuruauit ſibi humeros, vt i
ætate decrepita repere magis videretur, q̃ ambulare. ¶ Carilephus in deſerta ſolitu
dine omnem mulierum aſpectũ refugit. ¶ Coſmas Græcus toto ſuę ſolitudinis tẽ=
pore ieiuniis ſemper dedit operam. ¶ Symeon apud Antiochiam annis quadragĩ
ta delituit in antro cuiuſdã concauę columnę. Veſcebatur aqua, pane, & radicib⁹ her
barum, idq; ſemel tantum in hebdomade. Corpus vinculis & cathenis adeo conſtri
gebat, vt cicatrices ipſę ſubter putrefierent. Quinetiã multis ãnis durauit i quodã pu
teo aqua vacuo, in quem ſe demiſerat volens. Femora eius putruerunt, aut ex pędore
ſpeluncarũ quas habitauit, aut inedia nimis pertinaci. ¶ Stephan⁹ Anachoreta ſoli= 15
tarius manſit in heremo annis 60. ¶ Sarra mulier imperante Theodoſio ſeniore

durauit ad ripam cuiuſdam fluminis annos 60. ¶Siſinnius monachus diſcipulus Elpidij ſepulchro ſe incluſit, in quo pane & aqua vixit contentus ad mortem vſq;.

16 ¶Serapion pater fuit decem milliũ monachorũ, quos omnes tẽpore meſſis precio conducebat, vt ſua opera iuuarent laborem pauperum. Viuebat ipſe pane & aqua vnica veſte contentus. ¶Zozimas in regione Paleſtinę 53. annos abſoluit in heremo, contentus cibo tenuiſſimo. Mariam Aegyptiam ad bonam frugem reuocauit,

17 & mortuam tumulauit. ¶Pion 30. annis ſolitariam egit vitam ſub Hilarione. Comedens deambulabat, ne quam in cibo voluptatem perſentiſceret. Sororem morbo laborantem clauſis adiit oculis. ¶Helias Anachoreta fuit ſub Antonio, mira ſanctitate, qui vixit annis 126. ¶Moſes æthiops latro annis 75. durauit in ſolitudine.

18 Cellula ſua annis 7 nunq̃ egreſſus eſt. ¶Paſtor preſbyter matrem ad ſe venientem clauſa reppulit cella. ¶Dorothe⁹ Aegyptius ſex tantum panis vncias cũ paucis oleribus quotidie eſitabat. Dicebat ſe nunq̃ dormiuiſſe aut comediſſe ad ſaturitatem. Congeſtis lapidibus quotãnis extruebat habitaculum ad excipiendos peregrinos. Mãſit in ſpelunca annis 60. ¶Elpidi⁹ Cappadox durauit in quodã antro annis 25. vbi bis tantum veſcebatur in hebdomade. ¶Hor abbas tria præſtitit admiratione digna, Nũq̃ mentitus eſt, nunq̃ citra neceſſitatem locutus, nemini vnq̃ maledixit. ¶Gadanus apud Iordanem magna conſenuit abſtinentia, ſub dio degens, &

19 nullo opertus tecto. ¶Epiſius interrogat⁹ a Ioanne anachoreta, quid tota vita egiſſet memorabile, Annis 40. inquit, nunq̃ ſolvidit me comedentem. Tum Ioannes, Nec me ait iraſcentem. ¶Auguſtinus Afer quum in quadã ſpelunca degeret, offẽſus multitudine populi eo confluentis, remotiore antro ſe incluſit, vbi tugurium in-

20 ter ſaxa ſibi breuiſſimũ fecit, vixitq; magna ſanctitate. ¶Vlfrani⁹ archiepiſcopatu Senonẽſi ſpõte ſe exuit, vt ſolitudini vacaret. ¶Hugo abbas Carthuſiẽſis ãnis 50. faciem mulieris non vidit. ¶Dominicus Hiſpan⁹ humi iacebat, Annis 10. abſtinuit vino. ¶Iordanes inſtituit ſilentium mẽſę. ¶Adam felix fuit in ſolitudine. Comitatus fœmina factus eſt infeliciſſimus. ¶Abraham in ſolitariis tabernaculis & conuallibus deum meruit collocutorem. ¶Sylueſter põtifex latuit in Soractis monte. ¶Egidius Athenienſis ſolitudinis ſtudio genus, patriam, & opes reliquit, blandientis cęrue lacte in heremo nutritus. ¶Narciſſus Hieroſolymorum epiſcopus multos annos in deſertis locis egit. ¶Eucherus ordinis ſenatorij dignitate conſpicuus ſpe-

21 luncam dumis horridam & tutam nigro lacu habitauit in agro Lugdunenſi. ¶Vrſacius apud Niceam Bithyniæ ſolitarius egit. ¶Celeſtinus relicto ſummo pontificatu ad ſolitariam vitam ſe contulit. ¶Ioannes Baptiſta adhuc infans, relictis hominum turbis, ad heremum perrexit, vbi pelle cameli opertus, ſanctitatem præſtitit, qualem nemo poſt homines natos. ¶Maiorus epiſcopatui ceſſit, vt in ſolitudine viueret. ¶Dominianus abbas ſolitariam egit vitam in agro Lugdunenſi.

22 ¶Diogenes Antonii diſcipulus vixit, & mortuus eſt in ſolitudine. ¶Euagrius preſbyter annis 14. mãſit in ſolitudine contentus pane & oleo. Siquando venereis titillaretur aculeis, demergebat ſe in puteum, vt aquæ frigiditas libidinis feruorem compeſceret. ¶Ethbinus honeſtiſſimis parentibus inter Britannos natus, tugurium ſibi fecit in ſylua, in quo ad finem vitæ durauit conſtantiſſime. ¶Paulus ſimplex Antonii fuit diſcipulus, cuius mandato tacuit triennium nemini loquens. ¶Paulus abbas pater fuit 500. monachorũ in Lybia, Nũq̃ veſcebatur, quin pri⁹ 300. orationes exſoluiſſet domino. ¶Phyllorrhonius preſbyter extruxit ſibi cellam in ſolitudine, in qua fortiſſime conflixit aduerſus voluptates & illecebras corporis. Nam annos 18. catenis ferreis corpus macerauit, eoq; tẽpore abſtinuit pane cocto. Annos 32. nullo

pomorum

pomorum genere vſus eſt. Metu mortis per ſex ānos ſepulchro ſe incluſit. Pauit pau
peres & affectos morbo labore ſuarum manuū. ¶Syluia virgo filia Ruffini prefec 32
ti Alexandriæ annos 60. abſoluit in ſolitudine, quo tempore nullam corporis par=
tem lauit præter digitos. Non in lecto iacuit, ſed humi tantum.. ¶Diocles here=
mum quandam Thebaidis habitauit, ibiq; mnltos annos cella concluſus delituit.
¶Capiton latro ſcelerum pœnitentia ad heremiticam vitam couuerſ⁹, antro latuit
iclusus annis 80. ¶Vacchoris rex Aegypti relictis diuitijs humi iacuit. ¶Vēceſ
laus filius Vratiſlai regis Bohemorū per mediam brumā & medias niues diſcalcea=
tus petebat tēplū, horaſq; obibat canonicas. ¶Nícola⁹ Tollētinas abſtinentiſſim⁹ 42
omnium ſui temporis pane et aqua ſemel tantum in die veſcebatur, procul ab omni
ocio et verborum vanitate. ¶Nathanael anachoreta ſtudio vitæ ſolitariæ incluſit
ſe cella, qua annis 37. nūq̄ egreſſus eſt. ¶Liberalis cōfeſſor ſingulis dieb⁹ domini=
cis ſacram ſumebat euchariſtiam, qua refocillatus, nihil fere aut parum cibi capie=
bat tota hebdomade. ¶Maxentius abbas Pictauenſis pane ordeaceo tātum et aqua
veſcebatur. ¶Medericus Eduenſis ſemel tantum in hebdomode cibum capiebat,
et perpetuo cilicio carnem domabat. ¶Marinus confeſſor annum integrum in ſpe= 52
lunca delituit, nec faciem hominis vidit. Aqua erat illi potus, agreſtes herbę cibus.
¶Richarius cōfeſſor panem comedebat ordeaceum, quē aſpergebat cinere, ne prę=
ferret ſuauitatē. Aquā lachrymis ſuis tepefaciebat, eaq; faciebat balnea quib⁹ ab=
luebat leproſos, & ſe poſtremum. ¶Timon Athenienſis congreſſus et ſocietatem
hominum refugiebat. Author Cicero in libello de amicitia.

¶Cibi et panes diuerſi.

Artolaganum	Libum	Bucellatum
Bellaria	Lucanica	Pulpa
Botulus	Venter faliſcus	Mattya
Caryca	Perna	Lagunculi
Coccentum	Merenda	Caryotides
Coliphium	Ozimum	Epidipnides
Conchis	Placenta	Muſtaceus
Epityrum	Popanum	Fertum
Minutal	Pulmentum	Panes diuerſi
Farreum	Pulpamentum	Placentæ variæ
Forbea	Sagina	Tragemata
Fritilla	Scriblita	Obſonium
Irceus	Sumanalia	Maza
Laganum	Tomacula	Pityria
Artocrea	Tucetum	Alij diuerſi

ARtolaganum genus eſt panis ſeu placentę ex ſimila in oleo coctę. Ei infun=
ditur modicum vini cum pipere vel adipe. Hic panis quōdam habebatur
in delicijs. ¶Bellaria cibi dicuntur ſecundę menſæ. Apponūtur ad irritan
dam gulam. Vocantur a græcis Tragemata & pemmata. ¶Botulus ſeu Botellus
genus farciminis ex ſuilla carne. Martialis. Lib. 11. Botellos imitatur & boletos. Fie
bat Botulus initio hyemis, gratus quidem omnibus menſis, ſed maxime celebratus
in Saturnalibus. Idem Martialis. Qui venit Botulus medio tibi tempore brumę, Sa
turni ſeptem venerat ante dies. Idem. Et pultem niueam premens Botellus. ¶Ca=
ryca genus eſt ficuū vel ficus ſicca. Ouid. Lib. 1. Faſt. Quid vult fama ſibi rugoſaq;

Caryca dixi. Carycas antiqui vocabant eſculētū lautum & variſs conditū cupediis. Caryca enim genus erat cibi Lydiſ, multiugis lauticiis, & ſanguine confectum. ¶Coccentum edulium erat ex melle & papauere. ¶Coliphium genus panis. Plautus. Coliphia mihi ne icocta detis. ¶Conchis edulium eſt ex faba, vel legumínis genus. Vocatur aliter Concha & Conchus. Iuuenalis Satyra. 14. Alterius concham æſtiui cum parte lacerti Signatam. Martialis Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum cœnis ſæpe negare potes. ¶Epityrum genus eſt edulij ſeu caſei Sículi. ¶Eſt etiam Minutal genus edulij. quod Perſius Minutum vocat. Fiebat Ceto marino piſce, líquamine, oleo, vino, porris & coriandro. Iuuenalis Satyra 14. Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal Septembri. Vocatur autem Minutal q̄ minutatim concideretur & particulatim. ¶Farreum genus eſt libi ex farre. Plynius. Nouæ nuptæ farreum præferebant. ¶Forbea erat quidam cibus, qui calidus abſumebatur. ¶Fritilla cibus erat ex pulte. ¶Irceus genus erat farciminis. Laganum cibus eſt ex farina et aqua diſtentus in modum membranulæ. Condiebatur olim caſeo/pipere/croco/cynnamomo. ¶Artocrea fiebat ex pane et carne. Nam artos panis/creos caro dicitur. Perſius Satyra 6. Veniſi comminues oleum/ artocreaſq; popello. ¶Libum fiebat ex farre/melle/et oleo. Ouid. Liba deo fiunt, ſuccis quia dulcibus ille Gaudet, et a Baccho mella reperta ferunt. ¶Lucanica genus farciminis, quod porcina carne fieri conſueuit. Martialis Lib. 4. Et lucanica vētre cum faliſco. Idem in Xeniis. Filia picenę venio Lucanica porcæ, Pultibus hic niueis grata corona datur. ¶Eſt et venter Faliſcus genus farciminis inuentū a Faliſcis populis. Statius Lib. 4. Syl. Non lucanica, non graues faliſci. ¶Pernam antiqui et Lardum et Petaſonem ſumebant ex porco. Idem Statius. Non lardum graue/ debilis ve perna. ¶Merenda vocatur cibus poſtmeridianus. Calphur, Serę q; videbitur hora merēdæ, ¶Ozimum edulium erat redolens, quod fiebat ex inteſtinis. Aliqui Ocymum vocant ab eiuſdē nominis herba cito in hortis creſcente. Perſius Satyra 4. Quum bene diſtincto cantauerat Ozima vernę. ¶Placenta libum farinaceum caſeo & melle conditum, cuius piſtores vocantur Placentarii. Martialis Lib. 4. Nec te liba iuuant, nec ſectæ quadra placentę. Horatius Lib. 1. Epiſt. Pane egeo iam mellitis potiore placentis. ¶Popanum erat lata placenta, quam veteres offerebāt diis. Iuuenalis Satyra 6. Scilicet & tenui popano corruptus Oſyris. ¶Pulmentum capitur pro pulte aut cibo aliquo facto inſtar pultis. Plautus in Pſeud. Ego pulmento vtor magis vnctiuſculo. Apul. Ollulam iſtam cum natibus intorques, qua mellitum pulmētum apparas, ¶Pulpamentum capitur pro cibo lautiore. Terēti⁹ in Eunucho. Tute lepus es & pulpamentum quęris. ¶Sagina vocatur cibus pinguefaciens & reddens obęſum corpus. Hinc ſaginare verbum. Pontan⁹ in pompa lepidina. Ecce venit pingui multum ſaturata ſagina. ¶Scriblita erat cibus omnino placentæ ſimilis prętęr q̄ q̄ ſine melle coqueretur/ & abſumęretur adhuc calida. Varro ī Menippea Impone in ſcrupea Scriblitā. Martialis Lib, 3. Circūlata diu menſis Scriblita ſecundis Vrebat nimio ſęua colore manus. ¶Sumanalia erant liba farinacea facta in modum rotę. ¶Tomacula edulia fiunt iecore porcino ſemicocto & minutatim conciſo/permixtis ouis crudis, caſeo/líquamine/pipere/aniſo/et gingibere, tegūturq; tomēto ſuillo. Iuuena. Saty. 10. Exta et cādidulí diuina Tomacula porci. ¶Tuceta vocātur cibi regij ſapore præſtātes. Apul. Lib. 2. Meta. Abacum paſcue vinulentū et quidem narib⁹ iā mihi ariolabar Tucetū per q̄ ſapidiſſimū. Idē Lib. 9. At pudica vxor ſtati cœnas ſaliares cōparat, vina precioſa defæcat, pulmenta recentia tucetis temperat cœna largiter inſtructa. Perſius. Pingues patinæ, tucetaq; craſſa.

¶Bucellatum

¶Bucellatum cib⁹ erat militaris ita dictus, q̄ in bucellas & fruſta conſectus eſſet. Ammianus. Frumentum ad vſus diuturnitatem excoctum, Bucellatum, vt vulgo appellant, humero impoſuit libentium militum. ¶Pulpa cibus eſt minutatim conciſus, qui & minutal dicitur. Apuleius. Quæ ſuis dominis parabat iuſcum fartim circunciſum, & pulpam fruſtatim conſectam. ¶Mattya condimentum eſt carnium vnctum, a verbo græco matto id eſt oblino. Hoc genus edulij excogitauerunt Macedones. Martialis Lib. 10. Diues & ex omni poſita eſt inſtructa macello Cœna tibi, ſed te mattya ſola iuuant. ¶Lagunculi & Gaioli cibi erant deliciarij, in quibus ſigna et effigies Gai & Lagonis pueṛulorum repreſentabantur, vt nunc noſtro tempore videmus placentas formari in roſas et Lilia. Statius Lib. 1. Syl. Molles Gaioli/Lagunculiq;. ¶Caryotides dicuntur palmarum fructus, qui delicatis olim menſis adhibebantur. Statius. Et muſtaceus, et latente palma Prægrandes Caryotides cadebant. Nam Caryota ſpecies eſt palmæ. Martialis Lib. 8. Hoc linitur ſputo Iani Caryota calendis. Idem Lib. 11. Et notas Caryotidas theatris. Mittebantur autem amicis inauratæ'. ¶Epidipnides appellantur dapes, quæ poſt dipnon id eſt cœnam apponuntur. Idem Martialis. Hic ſeras epidipnidas parabit. Hinc piſtor farreas facit placentas. ¶Muſtaceus ſeu muſtaceum erat libum, quod fiebat ex farina ſiliginis muſto conſperſa. Iuuenalis. Cauſa nec eſt, quare cœnam & muſtacea perdas. ¶Fertum genus eſt libi ſacris adhiberi ſolitum. Flauius Vopiſcus Farratū vocat. Perſius. Attamen hic extis et opimo vicere ferto Intendit, iam creſcit ager, iam creſcit Oliua. Val. Flac. Lib. 3. Argon. Et opima cadauera noſtro Linquite ait ferto. ¶Artopteſia panis erat, quem faciebant quirites, priuſq̄ vſus piſtorum eſſet Romæ. ¶Varia panis genera ponuntur a Plynio Lib. 8. vt Artolagani a delicijs, Speuſici a feſtinatione. Furnacei vel Artopteſij a coquendi ratione. Picentini panes fiebant ex alicę materia nouem diebus macerata, decimo ad ſpeciem tacta, et ſubacta vuæ paſſæ ſucco. Martialis. Picentina Ceres niueo ſic nectare creſcit, Vt leuis accepta ſpongia turget aqua. Iam diximus laudatiſſimos panes in Scolo Bœotiæ vico factos fuiſſe. Secundarius ſeu ſecundus panis dicitur plebeius. Horatius. Paſtus ſili quis/et pane ſecundo. Suetonius de Auguſto. Cibi minimi erat atq; vulgaris. Secundarium panem et piſciculos minutos, et caſeum bubulum manu preſſum/et ficos virides biferas maxime appetebat. ¶Panes hi ꝓbātur Iulio Pollucí, Cribanitę. Obelię, Collices, Collabi, Naſti/Amyli/Collyrę/Zymetes/Siganitę/Chariſis/Cāchridę/Maza/Melictuti/Hyglea/Anthema/Thridacinę/Phyſtę/Oemitta/Ephieras/Dandalis/Loledia/Comon/Iupe. ¶Placentarum ſpecies ſunt Ames/Ametidais Pyramus/Sextamius/Erichytus/Erithrya/Strecta/Cotylyſcus/Phthœdia/Crepis. ¶Tragemata quæ Latini vocant Bellaria, conſtabant ex Cocco/Faba/Chondro/Caſeo/Melle/Siſamide. ¶Obſonium dicitur omnis cibus, qui per ignem preparatur. ¶Maza vocatur rigidus panis, qualis eſt quo vtuntur nautæ. Plebecula Biſcoctum vocat. Fuit tamen ſpecies preſtantis edulij. Hinc adagium Græcis vſurpatū. Supra mazam, in eos qui defluerent delicijs. Fiebat ex farina/oleo/aqua/& lacte. ¶Pityrię panes ſūt viliores vt furfurei. Triticei appellātur Pyrini. Sitanii qui fiūt ex quadrimeſtri tritico. Calliſtei apud Aegyptios vocantur panes in acutum formati ¶Orinda panis eſt factus ex orindio ſemine æthiopico. Orthoſtrates erat ſacer panis. Naſti panes ſeu Sacti fiebant ex melle/vuis paſſis/& aromate, quorum artifices vocabantur Naſtocopi. Obeliæ offerebantur Dionyſio. Pelani communes erant dijs omnibus. Fiebant ex tenuiſſima farina. Erant & Boues panes nuncupati, q̄ cornua haberent preſixa. Inferebātur Apollini, Dianæ, Hecate/et Lunæ, Myſtile vo-

cabatur panis ſorbitionis gratia excauatus. Collyra minuti erant panes. Phacinus panis dicebatur a lente. Collabi a ſimilitudine quadam Collaborum in cithara. Sunt autem clauiculi, quibus circunnectuntur fides. ¶ Colix panis quem ſubcinericium nonnulli interpretantur. Bucellam panis Pſomon/ Entheſin/ & blomon vocant. Elaphus placenta fiebat ex Seſamo & flore farinę. Choria erant cibaria ex lacte & melle. Alia placentarum genera numerantur a Cęlio, vt Tarentinũ. Craſſianum. Siculum Cluſtrum, Plicium, Guttatum, Montianũ ex vino & caſeo. Erãt & Tyrocoſcimon, Coptoplacus, Pancarpia, Polton, Pyanion. Conos fiebat ex vuis paſſis & amygdalis Echinus & Eſcharites habebantur inter placentas. Thiagones in Aetolia dicuntur panes deo dicati. Arcã panariã Ariſtophanes Sypiã vocat. Inſtrumẽtum ſubigendę farinæ idoneum/ Mactram. Artopteum eſt officina coquendi panes. Tripodes & Magades vocantur menſarum fulcra. In caſtris menſas habebant quadratas. quas Cibilas vocabant, domi vero rotundas. Monopodia dicuntur menſæ, quę vnico pede fulciuntur. Abacus menſa vaſcularia & vinaria. Antiquitus tres tãtum adhibebantur cõuiuæ ex numero gratiarum. Deinde nouem ex numero muſarum. Cyrus conuiuas ſiniſtro latere admouebat, vt cordi propiquiores & chariores. Antiquitus prandere et cœnare in propatulo verecundiæ non erat. Conuiuij locus vocatur Sympoſium/ Andron/ Syſſition/ Triclinium. Cõuiuas Græci Sympotas/ Homoſitos/ Syſſitos/ Synuſiaſtas/ Thiaſotas/ Thiſitas/ Ilapinaſtas et Eraniſtas vocant. Sunt prouerbiales quædam locutiones, quibus delicatum cibum poſſumus exprimere, cuiuſmodi ſunt iſtę. Deorum cibus, Deorum ambroſia, Cœleſte mãna, Iouis cerebrũ. Qualia purpurei comedunt obſonia reges, Põtificalis cœna, opipara, dapſilis, adiicialis, dubia, ſaliaris.

¶ Cibi electiles et delicati.

GEnera eduliorum aliis pręſtantia hæc ponũtur a Gellio ex teſtimonio Varronis. Pau⁹ e Samo/ Phrygia Attagena, Grues Melicę, Hedus ex Ambracia, Pelamis Chalcedonia, Helops Rhodi⁹, Scari Cilices, Palma Aegyptia Glans Iberica. Horiatus electiles cibos enũerat his verbis. Nõ me Lucrina iuuerit cõchylia Magisve rhomb⁹ aut Scari, Si quos Eois intonata fluctibus Hyems ad hoc vertat mare. Non Afra auis deſcẽdat in ventrem meum, non Attagen Ionicus iucũdior. Statius Lib. 1. Syl. Inter menſarum delicias ponit Adorea Bellaria/ nuces Ponticas/ palmas Idumęas/ Pruna Damaſcena/ Eboſiæ Zacharum/ Gaiolos et Lagũculos/ Pyra Amerina/ Muſtaceum et Caryotides. Hæc autem Statii verba. Iam Bellaria adorea pluebant. Hunc rorem veniẽs profudit Eurus. Quicquid nobile põticis nucetis, Fœcundis cadit aut iugis Idumes, Quod ramis pia germinat Damaſcus, Et quas prȩcoquit Eboſia cãnas, Largis gratuitum cadit rapinis. Molles Gaioli Lagũculiq;, Et maſſis Amerina non peruſtis, Et muſtaceus, et latente palma Præ/ grandes Caryotides cadebant. His annumerandæ ſunt lauticiæ, quas habuit Vitellius in ſua patina. Tranquillus ait fuiſſe Scarorum iecinora, Phaſianorum et Pauonum cerebella, linguas Phœnicopterum, Murenarum lactes a Carpathio vſq; freto per Nauarchos petitarum. In veterũ quoq; luxu fuerũt Rhombus/ Placẽta Samia/ Murena Tarteſſia/ Thynnus Tyrius/ Ceſtreus ex Sciatho/ Cnochę Peloringę/ Męnides ex Lipara/ Rapæ apud Mantineam/ Ctenes Methymnæi/ Galeus Rhodius/ Pſetæ Eleuſinię/ Cythni⁹ et Sicul⁹ caſe⁹/ Sal Tragaſę⁹/ a Tragaſa Epyri loco/ Faba Aegyptia. Scriptorum monumentis probantur Rauẽnæ Aſparagi/ Aegyptiũ acetum, Attilus Padi/ Anguillæ Bęnaci/ Gangis/ et Timaui. Auratę actiacæ/ Anthiæ maris Rubri/ Aloſæ Tyberis/ Bulbi Megarici/ Caſei Lunenſes et Veſtini/ Lucrinæ

Conchæ

cõchę/ Cumarũ cępę/ Bęnaci Carpiones/ Petragoricorũ caſtaneę/ gallínę Numydicę/ Venetiarũ Gobius/ Circellarũ lactucę/ lac Saſſínę/ Arcadiæ muſculi/ Melones Oſtienſes/ auellanę nuces et Tarentínę/ napi Amiterni/ oleũ Venafranũ/ Velitrarũ oua/ poma Phęacũ et Phaliſcorũ/ Porri Aricię et Tarenti/ placentę Picẽtínę/ Capuę pepones/ rhõbus Adriatic⁹/ Germanię raphani/ rapa Nurſina/ ſalmo Aquitanicus.

¶ Cibi quibuſdã hominibus grati cum diuerſo populorum victu.

¶ Laudi⁹ ipe. gaudebat Scaro piſce, ¶ Iulia quotidie Inula herba veſcebat. ¶ Plato gaudebat ficub⁹, vnde & Philoſycõ eũ dixerũt nõnulli. ¶ Philipp⁹ & Alexãder dicti ſunt Philomeli a pomis, quę auide eſitabãt. ¶ Nero gaudebat porris, qb⁹ vocis gratia oĩb⁹ ęſtatis diẽb⁹ ꝑmixto veſcebat oleo, Nihilq; aliud præter panem eſitabat. Author Ply. lib. 19. ¶ Tyberius Cæſar gaudebat ſiſere adeo vt ipſum oĩb⁹ annis e Germania flagitaret. ¶ Gaudebat lupinis Protogenes. ¶ Ante vſum frugũ Arcades veſcebãtur glãdib⁹/ Argei pyris/ ficub⁹ Atheniẽſes, pyris ſylueſtrib⁹ Tyrinthij/ Palmulis Carmani/ milio Męotici et Sauromatę/ Perſę cardamo ¶ Nomades Aethiopię veſcunt elephãtis/ vt Symbari. ¶ Cynocephali. populi lacte. ¶ Agriophagi pantheris et leonib⁹. ¶ Antropophagi humana carne Mãdi locuſtis/ vt etiã Parthi. Solitę piſcib⁹/ Ophiophagi ſerpentib⁹/ Arimpęi baccis. ¶ Aetate Hieronymi carnes humanas eſitabãt Scoti. ¶ Amazones lacertis oli veſcebãtur, vnde et Sauropatidas Gręci eas appellarũt, nã et Sauras lacertas vocãt.

¶ Subſellíorum genera.

¶ Subſellíor⁊ vocabula ſũt Tripodes/ ſtratũ/ hemiculũ/ troch⁹/ exhedra/ ſcimpodiũ lectica/ cathedra/ hypodion/ thorus/ ſegeſtria/ ſcabellũ, vel vt alij malũt ſcamellũ, ſiliquaſtrũ/ ſella/ biſſelliũ. Scimpodiũ Gelli⁹ Gręciẽſe vocat, q frequẽs fuerit i Gręcia. Offendim⁹ iquit, Frõtonẽ Cornelĩũ i ſcimpodio Gręciẽſi cubantẽ, quũ pedes grauiter ęgrotaret. Erãt & ſtibadia thori humi iacẽtes ex lignis/ ramiſq; ſtructi. Accubita & Accubitæ ſedilia ſunt accũbẽtiũ. vt etiã Sponda. Virg. de Didone loquẽs.

Aulęis iã ſeregina ſuperbis
Aurea cõpoſuit ſponda.

¶ Hoſpitales

¶ Ariadna ſuſcepit hoſpitio Theſeũ profectum i Cretã & Minotauro deſtinatũ. ¶ Phyllis Lycurgi regis Thracũ filia Demophoõtẽ ab expeditiõe Troiana redeũtẽ & vẽtis pulſũ i Thraciã. Properti⁹. Paruo dilexit ſpacio Minoida Theſe⁹, Phyllida Demophoon, hoſpes vterq; mal⁹. ¶ Hypſiphile Thoãtis filia & Medea filia Aetę regis Colchor⁊ Iaſonẽ ſuſceperũt hoſpitio. Propertius. Nec ſic æſonidem rapientib⁹ anxia vẽtis, Hypſiphile vacuo cõſtitit in thalamo. Hypſiphile nullos poſt illos ſenſit amores, Vt ſemel Hęmonio tabuit hoſpitio. ¶ Alcino⁹ rex Phęacũ Vlyſſem Troia redeuntẽ ſuſcepit hoſpitio. ¶ Molorch⁹ paſtor Herculẽ. Martia. lib. 4. Tã comi patet hoſpitalitate. Credas Alcinoi pios penates. Aut facti mõ diuitis Molorchi. ¶ Pholus Cẽtaur⁹ fuit Herculis hoſpes. Lucan⁹ lib. 6. Hoſpes & Alcidę magni Phole. ¶ Fuit & Mydas hoſpes Bacchi teſte Ouid. ¶ Calypſo naufragũ Vlyſſẽ ſuſcepit i Ogygia iſula. Properti⁹ lib. 1. At nõ ſic Ithaci digreſſu nota Calypſo Deſertis oli fleuerat ęquorib⁹ ¶ Eodẽ mõ Ian⁹ excepit Saturnũ, Euãder Aeneã, Canuſina Romanos a clade Cãnẽſi redeũtes, Raab apud hebręos dei populũ. Cõtra vero inhoſpitales fuerunt/ Thraces/ Polymeſtor/ Diomedes/ Buſyris/ Scythę.

¶ Nuncij & legati.

IRis fertur eſſe nuncia Iunonis. Virg. Iri de cœlo miſit Saturnia Iuno. ¶ Mercuri⁹ Iouis et oĩm deor⁊. Ouid. lib. 2. Meta. Hinc ſe ſuſtulerat parib⁹ caduciafer alis. ¶ Cyneas legat⁹ fuit Pyrrhi. ¶ Ilione⁹ Aeneę. ¶ Idmon Turni. Virg.

lib.12.Nunci⁹hęc Idmon Phrygio mea dicta tyrāno Haud placitura refert.¶Pō-ti⁹Caij principis.Plyni⁹.Pontius legatus Caii principis eas tollere conat⁹est libidine accēsus.¶Lōgin⁹legat⁹fuit Traiani.Author Dion Cassius.¶Agisis legat⁹fuit Arsacis regis Parthoꝝ.Author Plutarchus ī Crasso.¶Proculei⁹Augusti Cæsaris, vt etiā Thyre⁹,quē Antoni⁹post mutuū cum Cleopatra sermonē verberari iussit doli suspicione.¶Clathis Darij,Hippocrites Chalcidonis.Thasiles et Isidor⁹ Mithridatis Syllus Agesilai.Turullius Antonij fuerunt legati et præfecti copiarum.

¶Legislatores.

MInos dedit leges Cretēsib⁹.¶Charādes Tyri⁹apud Atheniēses legē tulit, ne qs armat⁹ veniret ī cōcionē¶Cor.Cina tribunus pl. legē tulit de reuocādis exulib⁹ Vnde a Cn.octauio collega pulſ⁹bellū vrbi intulit.¶Clisthenes Atheniēsis prim⁹tulit legē de exilio,primusq; exulauit.¶Cotta orator legem tulit vt liceret Tribunis pl.alios accipere magistrat⁹.¶Tiberi⁹Gracch⁹legem tulit, ne quis pl⁹ mille agri haberet iugera.¶Licini⁹ Stolo gener Fabij Ambusti legem tulit,ne quis plus q̄ quīgenta agri iugera possideret.Quā quum postea īfregisset cōparatis mille iugerib⁹,accusat⁹est a M.Popilio Lenate.¶Fuit& Masurius legislator. Persius.Masuri rubrica notauit.¶Metellus Macedonic⁹ ín cēsura legē tulit,vt oēs vxorē ducere cogerētur.¶Cn.Oppi⁹ Tribunus pl.legē tulit de cōprimēdo matronaꝝ cultu.¶L.Calphurni⁹ Tribunus pl.prim⁹legē tulit de repetūdis pecuniis Cēsorino & Mālio cōsulib⁹.¶Philola⁹Corithi⁹leges dedit Thebāis.¶Rosci⁹Otho Tribunus pl.legē tulit,vt eq̄tib⁹Romanis ī theatro 14.grad⁹primi asseruarēt,neq; esset quisq̄,qui auderet p̄ripere.Vnde lex ipsa vocat Roscia ab Horatio.¶Q.Volūni⁹tribunus pl.legē tulit,ne qs mulierē hęredē īstitueret.¶Androdam⁹Rhegin⁹ leges cōdidit Chalcidēsib⁹.¶Acilius Glabrio de repetūdis pecuniis legē tulit,quę Acilia vocata est.¶Ploti⁹ tribunus pl.legē tulit, vt qui cū lepido fuerāt,redire ī patriā possēt ī pune.¶Lycurgus leges dedit Lacedęmonijs,quib⁹ fecit,vt agri ęque diuiderētur,causa vitādę īuidię.Sustulit cōuiuioꝝ apparatū & mēsaꝝ lauticias,e q̄b⁹ ociū & torporē nasci cognoscebat.Vñ opulētis adeo īfēs⁹ fact⁹ ē,vt Alcāder adolescēs alterū oculoꝝ eidē effoderit.Iubebat pueros,quū attigissēt 12.annū,discalceatos ābulare,& ī arūdine palustri cubitare.¶Plato suis legib⁹ docuit,quales deberēt eē ī Rep.ciues,Instituit & Rēp.imaginariā iuētu difficillimā,vt ē p̄fect⁹ orator Fabij.Vini vsū vsq; ad annū 18.nō p̄babat.Iubebat vt iuuenes corā senib⁹ vinovterentur,vt carperent,si īdulgenti⁹ potassent.Volebat pueros operā dare musicę,vt seria negocia honesto recrearent cocio.Laudabat veritatē vt oim bonorū ducem.¶Indis leges dederūt Gymnosophiste,vt Aegyptiis prophetę/Chaldęi Babylonijs/Magi Persis/Druydę Gallis/Moses Hebręis/Phido Corithijs Zamolsis Zetis/Hippodam⁹Milesijs/Phaleas Carthaginēsib⁹.¶Draco suis legib⁹(quas Atheniēsib⁹ dedit)vnicuiq; vel minimo furto extremū supplicīū īrrogauit,Vnde dicebat Demades eū sāguine nō atramēto leges cōscripsisse.¶Bocchor⁹ Dynastes Aegyptijs iura cōstituit.¶Solō Atheniēsib⁹leges dedit,abrogatis illis quas Draco tulerat.Legē tulit Sisactheā,qua p̄hibebat/ne creditores ius haberēt ī corpora debitorū,sed bona dūtaxat.¶Ceres dea frugū legem dedit Siculis, vnde et legifera vocatur a poetis.¶Apud Romanos Papyri⁹ regias leges ī vnū volumen cōtulit.Cl.Regillan⁹ Decēuir author fuit conscribendarū duodecī tabularū.M.Mutius/L.Brutus/et P.Manilius ius ciuile fundauerūt.Q.Mutius pontifex maximus ius ciuile in 18.libros redegit. Seruius Sulpitius 180.libros de iure ciuili reliquit.

¶Leges sumptuariæ institutę sunt ad cohibendū rerū oim luxū & prodigas ipēsas.

Primam

Primã tulit C. Orchius Tribunuſpl. qua numerũ cõuiuarũ pręſcribebat, iubebatq; vt ianuis patẽtibus cœnaretur. ¶ Licinia (quã Craſſus diues tulit) erat, vt calẽdis/ nonis/ & nundinis/ cuiq; liceret trigĩta tantũ aſſes in cibis cõſumere, reliquis autem dieb⁹ ne ampli⁹ apponeretur, q̃ carnis aridę pondo tria & ſalſamẽtoꝝ libra. ¶ Sylla precium rebus vęnalib⁹ iminuit. ¶ C. Fannio & M. Valerio Meſſala cõſulib⁹ prin= cipes ciuitatis iuramẽto adacti ſunt, verbiſq; cõceptis obligati nõ ãplius in ſingulas cœnas ſũptus facere, q̃ cẽtenos vicenoſq; æris præter olus far & vinũ, neq; vino alie= nigena ſed patrio vti, Neq; argẽti in cõuiuio plus põdo q̃ libras cẽtũ inferre. ¶ Poſt hoc ſenatuſcõſultũ lata eſt lex Fãnia, quę ludis Romanis/ itẽ plebeijs & Saturnalib⁹ in ſingulos dies cẽtenos æris inſumi cõceſſit, decẽq; alijs dieb⁹/ in ſingulis menſibus tricenos. Cæteris aũt oĩbus diebus denos. ¶ Aemylia lege nõ ſolũ cœnarũ ſumptus ſed ciboꝝ genus & mod⁹ pręfinit⁹ eſt. ¶ Lex talionis iubebat reos eadẽ puniri pœna. quã alijs intulerãt, ſi dedita feciſſent opera. Ictus enĩ cõſult⁹ & fortuitus non cade= bãt ſub eiuſdẽ talionis ſimilitudine. ¶ Lege Papia cauebatur, vt põtificis maximi ar bitratu virgines e populo viginti legerẽtur, ſortitioq; in cõcione ex eo nũero fieret in contrahendis matrimonijs

¶ Seueriſſimi & maxime tetrici

1	Aeacus		L. Brutus	13	Peſcennius
	Mínos		Sp. Caſſius		Matthias
	Rhadamantus	7	Manlius Torquat⁹	14	Damatriona
2	M. Craſſus	8	M. Scaurus		Talantía
	Socrates	9	Aulus Fuluius	15	Tígranes
3	Zaleucus	10	Artaxerxes		Mithrídates
4	Sex. Aurelíus		Phœnix	16	Herodes
	Orbílius	11	Oreſtes		Lenogíldus
5	Tenes		Tamburlanus	17	Federícus
6	Anaxagoras		Io. Huniades		Vſſuncaſſanus
	Epamínundas	12	Auguſtus		

AEacũ/ Rhadamãtũ & Mínoa poetę fecerũt iudices iferoꝝ ob icorruptã & i= exorabílẽ ſeueritatẽ. Ouid. lib. 9. Quũ videat feſſos Rhadamãthõ & Ae= cõ ãnis Et Mínoa querí, qui dũ fuit iteger ęui Terruerat magnas ĩpo quoq; noie gẽtes. 1

¶ M. Craſſus tãto fuit animi rigore, vt ſemel tãtũ i vita riſerit. Sidonius, Tã cẽſorius haud fuit vel ille, Quẽ riſiſſe ſemel ferũt i ęuo. 2 ¶ Fuit Socrates eodẽ ſẽ per vultu, nec aut hilarí magis aut turbato. 3 ¶ Zaleuc⁹ legẽ ſtatuit Locris, vt i adulte rio depẽſis eruerẽtur oculi. Quã legẽ quũ fili⁹ ei⁹ temeraſſet, eidẽ oculũ excuti iuſ ſit, & ſibi alterũ, vt eã probaret firmi⁹. Hĩc Zaleuci lex abiit in prouerbiũ, de tetrico nimis edicto. ¶ Sext⁹ Aurelíanus ſcribit Philippũ ĩpera. (qui Gordiano ſucceſſit) 4 tã ſeueri & triſtis fuiſſe animi, vt iã tũ a quĩquẽni ętate nullo cuiuſq̃ cõmẽto ad riſũ ſoluí potuerit, aut ab iflexibíli naturę tõruitate dimoueri. ¶ Orbílius Beneuẽtan⁹ lu= dí magiſter fuit Romę tãta i diſcipulos ſeueritate, vt plagoſus appellaretur et vulne rari⁹. ¶ Tenes fuit quiſpiã, qui legẽ idixit, vt a tergo iudicis aſtaret ſpiculator ſecurí tenẽs, vt qui perperã aliquid i iudicio dixiſſet, eũ protin⁹ ſecurí percuteret. Hĩc orta 5 paroemía. Tenedius homo. ¶ Aelian⁹ ſcribit Anaxagorã Clazomeniũ nũq̃ riſiſſe. 6 ¶ Epamínũdas victorẽ filiũ iterfecit, qp̃ter edictũ cõgreſſ⁹ eẽt ĩimicis. ¶ Luci⁹ Bru tus filios ſuos Tarq̃nij dñationẽ a ſe expulſã reducẽtes cõphenſos primũ virgis cędi iuſſit, hinc ad palũ ligatos ſecurí percuti, Virg. li. 6. Natoſq; pater noua bella mouen tes Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit.

¶Sp.Caſſius filiũ itidẽ verberib⁹ affectum necari iuſſit, q̃ quum eſſet Tribunus pl. legẽ agrariã primus tuliſſet, multaq; largitione animos hoim ſibi cõciliauiſſet, ſena-
8 tui propterea & populo ſuſpect⁹ affectatę tyrãnidis. ¶T.Manli⁹ Torquat⁹ filium Syllanum expilatæ Macedoniæ/ quã habebat prouinciã, accuſatum et conuictum
9 ſua ſentẽtia publice dãnauit, ac deuouit morti. ¶Dum apud Atheſim Romani impetu Cimbrorũ exterriti diffugerẽt. M.Scaurus filio ſuo illius cõſternationis & fugæ participi miſit, qui dicerẽt, ſe libentius in acie eius interfecti oſſib⁹ occurſurum, q̃ ipſum tã deformis fugæ reum viſurum. Quo audito fili⁹ animi dolore gladio ſuo
10 ſe cõfodit. ¶Aulus Fului⁹ filium ſuum prauo cõſilio amicitiã Catilinę ſecutum et i ei⁹ caſtra temerario ipetu ruentẽ itinere abſtractum ſupplicio mortis affecit, præfatus nõ ſe Catilinæ filium aduerſus patriã, ſed patriæ aduerſus Catilinam genuiſſe.
11 ¶Artaxerxes rex Perſarũ quũ ſenſiſſet parari ſibi inſidias a quiquagita filijs/ Darij ſuaſu, oẽs extremo affecit ſupplicio. ¶Phœnix Amyntoris fili⁹ matri gratificatur⁹ patris iterfecit pellicẽ. ¶Simili exẽplo Oreſtes matrẽ Clitemneſtrã interfecit, q̃ illa Agamẽnonẽ eiuſdẽ Oreſtis patrẽ occidiſſet maritum ſuum. ¶Fuit in Tãburlano Scythaꝝ rege tãta maieſtas, et in coercẽdis militib⁹ ſeueritas, vt gregarium militẽ (qui mulierculę cuidã lac furto ſuſtuliſſe ferebatur) mãdauerit iterfici, apertiſq; i-
12 teſtinis et viſcerib⁹ lac epotum extrahi. ¶Apud Turcas Ioannis Huniadis ducis fortiſſimi nomẽ vſq; adeo fuit terrificũ, vt nutrices ad cõprimẽdos ifantulorũ vagit⁹ Huniadem adeſſe ſemper cõfingãt. ¶Auguſt⁹ Herothem Aegypti procuratorem
13 malo nauis iuſſit cõfigi, q̃ coturnicẽ aliarum victricem comediſſet. ¶Peſcẽni⁹ Niger quum Galliã regeret iperante Septimio, tribunum quendã lapidib⁹ obrui iuſſit, q̃ is militum ſtipendia decimaret, ¶Matthias Coruin⁹ rex Hungariæ tonſori ſuo barbã et naſum deſecuit, q̃ vxoris ſuę poſteriores veſtium partes per iocum mutilaſ-
14 ſet. ¶Damatriona Spartana mulier filium occidit, q̃ eum ignauo eſſe animo et iuti lẽ bello accepiſſet. ¶Talãtia alia Spartana quũ audiuiſſet filiũ ſuũ Pedaretũ inique apud Chios pricipari, his ad eũ verbis ſcripſit. Aut te melius in Chij adminiſtratione gerito, aut iſtic maneto. Nã ſi Spartã redieris, nõ eſt quod vltra te ſperes victurũ.
15 ¶Tigranes rex Armenię collapſus equo ſuo inter venãdũ, ſtatĩ vt ſurrexit, alterũ ex filijs maiorẽ natu iterfecit, q̃ parẽti dextrã nõ porrexiſſet. ¶Mithridates rex Põti filiũ ſuũ catenis vinctũ mori coegit, q̃ eius opera Boſphoranos et Colchos puta-
16 bat defeciſſe. ¶Herodes Antipas filios ſuos Ariſtobolũ et Alexãdrũ falſo accuſatos & ſuſpectos inſidiarũ iuſſit interfici. Propterea dicebat Auguſtus malle ſe Herodis porcũ eſſe, q̃ filium. ¶Lenogildus Gothorũ rex et hęreſis Arrianę ſectator, quũ reſciſſet filium ſuum Hermogildum ex Arriano catholicum effectum, eundẽ
17 crudeliſſime interfecit, ¶Federicus ſecundus imp. filium ſuum Hẽricum peremit in carcere, q̃ ſuſpicabatur eum fauere Gregorio põtifici, quo cũ bellum ipſe ſuſcepe-
18 rat. ¶Vſſumcaſſanus rex Perſidis et Armeniæ filium ſuum Maſubeum ſecum ſẽ per duxit catenatum, et ad extremum adegit ad mortem, quia cum fratre ipſius regis Gurlumonech (qui ab eo deſciuerat) ſenſiſſe videbatur.

¶De ira et odio.

1	Nero	5	Clotharius		Cambyſes
	Ecelinus	6	Eurilochus		Commodus
2	Alexander	7	Speuſippus	9	Anna
	Perſeus		M.Antonius	10	Q.Metellus
3	Mahometes		Fuluia	11	Semiramis
4	Saul	8	Hipponax	12	Olympias

Cleomedes

13 Cleomedes
14 Horatius
15 Cotta
16 Textor
17 Malachus
18 Archelaus
Philagirus
19 Cotys
20 Vedius
21 Chærephon
22 Hercules
Bellorophon
Socrates
Annibal
23 Marcius Sabin⁹
24 Val. Publicola
25 Septimius Seuerus
26 Stephanus Pont.
27 Sergius Pont.
28 Etheocles
Polynices
29 Aeschines
Vatinius
30 Sylla
31 Promerus
Heloigabalus

NEro audita Galliæ defectione discumbēs prę nimio dolore mensam subuertit, fregitq; duo imensi precij pocula. ¶ Cecelinus tyrānus tanto interdū furore corrept⁹ est, vt acceptū in bello vulnus, frēdens in morē sęuiētis ferę vnguib⁹ dilaniauerit. ¶ Alexāder ira percit⁹ Clitū nutricis sue filiū cōuiuio adhibitum ferro cōfodit. ¶ Perse⁹ rex vict⁹ a Paulo Aemylio duos ex domesticis victū solari volētes, ira & dolore pręcipitātibus sensim morti dedit. ¶ Mahometes Othoman⁹ quum duos cucumeres i horto pubescētes foris rediēs decerptos iuenisset, protin⁹ duos iuuenes elegāti forma pditos (quos ad vsum nefariæ libidinis domi enutriebat) se decerpsisse negātes gladio traiecit. ¶ Saul quum audisset Dauid sibi odiosum ab Abimelceho i Nobea ciuitate hospitio susceptū, ira et odio ciuitatē et hospitē icendit, hoibus vtriusq; sex⁹ iterēptis. ¶ Clotarius seruatis per decēniū odii fauillis Galterū Yuetotum Rothomagensem, sanctissima illa die et parasceuę (qua Christ⁹ pro nostra oim salute mortem passus est) ad genua sua prouolutum ira feruens iterfecit, in sacro illo sacello, quod est Lutetiæ. ¶ Eurilochū (qui Eliensem Pyrrhonem audiuit) tā bilios um & iracundum fuisse cōstat, vt quū i Elide varijs quęstiōib⁹ agitaret, esset q; resp ōdendo fatigat⁹, abiecto pallio Alpheum flumen traiecerit. Interdum quoq; sumpto cū carnibus veru ad forū vsq; cucurrerit, coquū suū persequens. ¶ Speusippus Eurymedōtis filius ira aliquādo percit⁹ catulū in puteū deiecit. ¶ Quanto Ciceronis odio deflagrauerit M. Antoni⁹ & Fuluia iā dixim⁹. ¶ Quo die sacra Cineritia celebrātur a catholicis, quum prębyteri cardinales ad genua Bonifacij pōtificis de more se reclinassēt ad excipiēdos cineres, pōtifex ipse paropsidē cū cineri b⁹ proiecit in facie Procheti Genuēsis Archiepiscopi, cui⁹ odio cōflagrabat, verbisq; imutatis dixit. Memēto homo, quia Gebellin⁹ es, & cū Gebellinis morieris. Erat aūt Gebellinoꝝ factio Guelphis (quos amabat pontifex) inimica. ¶ Hipponax poeta tāto odio Bubalū pictorē isectat⁹ ē, vt eū suis scriptis ad laqueū perpulerit. ¶ De furore Cābysis in Prexaspē iā sum⁹ locuti. ¶ Cōmodus imp. ira percit⁹ balneatorē in fornacē ardentē cōiecit, q balneū itraturus tepidiusculū iuenisset. ¶ Anna socer Cayphæ pōtificis audita a Christo veritate, vestē a pectore dissecuit, quasi blasphemiā audisset. ¶ Q. Metellus quū vtrāq; Hispaniā cōsul & demū procōsul subegisset, ęgreferēs Q. Pōpeiū cōsulē (quē sūme oderat) sibi successorem mitti, ira percitus exercitū diminuit, cōmeatus & horrea militibus reliquit diripienda, arcus & sagittas confregit, elephantis cibaria dari vetuit, nihil deniq; (quo se tueretur Pōpeius) dimisit. ¶ Semiramidi circa cultum capitis occupatæ, quum nunciatum esset Babylonem defecisse, ira feruens altera crinium parte incompta ad eam expugnandam cucurrit. ¶ Olympias Alexandri mater tanta fuit iracundia, vt Iolam pincernam (qui Alexandro venenum pręministrasse ferebatur) mortuum et iam tumulatum refodi iusserit, ac refossū minutati discerpi.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

13 ¶Cleomedes athleta poſt interfectũ & exenteratũ Lachũ Epidẽniũ pugilẽ, quum a iudicib⁹ ĩ ius vocaretur, ĩdignatus colũnã qua fulciebatur domus ludi literarii diſ
14 iecit, eaq; ruina extinxit plurimos. ¶Horatius fatetur ſe ſuapte natura iracundum
15 fuiſſe, facile tamẽ placabilẽ, vbi ait. Iraſci facilẽ, tamen vt placabilis eſſem. ¶Cottæ apud Romanos dicti ſunt ab iracũdia & oris toruitate, ¶Fuit Auſoni⁹ poeta in irã propenſus, quod ſuo ipſe fatetur teſtimonio dicẽs. Iraſci prompt⁹ properaui con
16 dere motũ, Atq; mihi pœnas pro leuitate dedi. ¶Idẽ cholerę mot⁹ (vt animi mei affectũ non diffitear) plęrũq; me ſolicitat, vel in re leuiſſima adeo, vt ſi a quoq; iniuriã accepero, eũ niſi limis oculis & retortis aſpicere non valeã tantiſper dũ furor ille paulatĩ ceſſerit. Verũ vbi paulopoſt me mihi reſtitui, vſq; adeo me pœnitet iracũdię vt non poſſim non aliqñ capiti meo ſuppliciũ irrogare, & ceruicẽ illã verſatilẽ parieti illidere, cui⁹ mot⁹ rationẽ mihi ſuſtulerat. Atq; ea peſtis tum me diſtorquet peſſime, quũ aliquot horas literis ĩpendi. Sed quid facias? Peculiaris eſt vnicuiq; ſu⁹ geni⁹, quẽ ſi repuleris furca, vſq; tamen recurret, nec magis exterrebit, q̃ ab vncto corio canis. Reperies quoſdã ita vafros, ita ſubdolos et verſipelles, vt quũ triſtãtur maxime, vultu lęticiã promittãt. Aliosita formauit natura, vt irã diſſimulẽt, hiſq; caput palã cõfricent, quos tamen mortẽ ſitiunt. Alij ſunt ea humilitate, vt etiã crepidas tuas oſculẽtur, ficos exſugãt, matellã tuã olfaciãt, tibi pedẽti gratulẽtur, modo importunis & adurgentib⁹ obſequijs aliquid ęruſcare valeãt. Quod ſi facerẽ, multi augurant me inuita etiã fortuna pręter hominũ beniuolentiã ingentes quoq; theſauros cõſequi poſſe. At ſi ĩdubitata argẽti & auri grando caſura eſſet in meas man⁹, naturę meę rigorẽ & ĩfucatã ai ſyncęritatẽ nõ poſſẽ excutere. Quod ſi q̃s ꝓbro vertat, ſciat
17 ille multo minus doli & inſidiarũ eſſe in huiuſmodi hoib⁹, q̃ iis qui ſub colũbina ſpecie (vt ait Catilina) teterrimã ferunt ſcrorpionis caudã, ¶Malacho poetę Syracuſano ĩmoderata bilis plęrũq; vſum rationis auferebat. Eratq; tũ pręſtãtior i abſoluẽ-
18 do carmine, dũ erat alienat⁹ mẽte. ¶Archelaus Macedonũ rex ſic atra bile afficiebatur, vt ſpei plenus ſibi maiorẽ ĩ modũ cõfideret. ¶Philagir⁹ ſophiſta Cilix, audítor Lolliani fuit iracundus maxime. Nã & dormitãti quãdoq; auditori pugnã ĩ ma
19 lã fertur ĩpegiſſe & infregiſſe colaphũ. ¶Cotys rex Thracũ natura fuit pręrapidus ad irã & ad vltionẽ præceps & ĩperioſus ĩ ſeruorũ delictis. Propterea accepta a quodã fictilia vaſa precioſa quidẽ & tornatili opere cõſpicua, ſed tamẽ fragilia & obnoxia iniurię pẽſauit collato precio, poſtea tamen fregit, ne ſi a miniſtris fracta eſſent, tẽ
20 perare nõ poſſet, ab inferẽdo ſupplicio. ¶Vedius Pollio fuit vſq; adeo iracundus & pręceps in cholerã, vt ſeruum qui cryſtallinum ruperat, ad ſupplicium rapi iuſſerit, & murenis dari in prędã. Et iã actum erat de ſeruo, niſi ad Cæſaris pedes ſe prouoluiſſet, non mortẽ deprecatur⁹, ſed mortis genus. Demiratus crudelitatem Cæſar,
21 veniam exorauit puero. ¶Chęrephon Atheniẽſis philoſophus ĩpetuoſa fuiſſe fertur iracundia. Hinc adagium natum. In Palladis veſtigiis nihil Chęrephontis gu-
22 bernabis. ¶Hercules ob nimiam bilem facto morbo fuit obnoxius. ¶Bellorophon ob mœſticiam ſolus in campis vagabatur. ¶Socrates quoq; et Plato atra bile dicuntur laboraſſe. ¶Tantum fuit Annibalis in Romanos odium, vt annos octo nat⁹ altaria tenens iurauerit, ſe quum per ętatẽ liceret, acerrimum hoſtẽ populo Romano
23 futurum. ¶Marcius Sabinus ęgreferens Hoſtilium ſibi pręlatum in regno, cui aſpirabat, tanto furore exarſit, vt tædio vitæ mortem ſibi conſciuerit.
24 ¶Simili exẽplo Valerius publicola dolens Lucretiũ Collatinum collegam Bruto i cõſulatu fuiſſe deſignatũ, ſenatoriæ dignitati, cauſarũq; patrociniis & clięntelis renũ-
25 ciauit. ¶Septimius Seuerus Clodiũ Albinũ pręlio victũ iuteremit. Nudum eius

corpus

corpus pro palatio proíci iuſſit,ac poſtremo equum abhorrentẽ calcaríbus adactum coegit ſupinũ cadauer cõculcare. Qua rabie nondũ contẽtus ipſum retinuit quoad fœtore cõpulſus,iuſſerit in flumen pręcipitarí. ¶Stephan⁹ Sextus põtifex Formoſum pontificẽ(quẽ in petitione põtificat⁹ aduerſum habuerat) mortuũ iuſſit erui e ſepulchro,adẽptiſq; põtificijs ornamentis extra eccleſiã ſepeliri abſciſſis príus digítis. 26

¶Pari odío Sergíus tercíus pontifex Formoſum ipſum ínſectat⁹ eſt. Eíus enim corpus denuo erutũ palam in foro capite mulctauit,ac deinde in Tiberim proiecit. 27

in gratiam Lotharij Gallor⁹ regis,cui Formoſus ipſe odioſ⁹ fuerat viuus. ¶Etheocles & Polynices mutuo odío in tantũ exarſerunt,vt mutuís quoq; vulneribus fruſtra renítẽte Iocaſta matre ſe cõfecerit dominãdi ambitiõe. Quuinetiã pertinax ílle odíj tenor apparuit in cadauerib⁹. Nã dũ cremarentur,rogus ípſe in duas partes ſe díuiſit. Vnde Ouid. Sinditur in partes/geminoq; cacumine ſurgit,Scinditur in partes atra fauilla duas. Idẽ in Ibin. Et noua fraterno veniet concordia fumo. Quã vet⁹ accenſa ſeparat ira pyra. Statius Lib. 1. The b. Nec furiis poſt fata modũ flãmaſq; rebelles Seditione rogí. Idem Lib. 12. Ecce iterũ fratrís primos vt cõtigit art⁹ Ignis edax,tremuere rogí,& nouus aduena buſti Pellitur,exundãt díuiſo vertice flammę, Alternoſq; apices abrupta luce coruſcãt. 28

¶Aeſchines orator Demoſthenem ſibí infenſum mordaciſſimis orationib⁹ inſectatus eſt. 29

¶Vatinius propter flagitia adeo fuit odioſus Romanís,vt in prouerbiũ fluxerit odíum vatinianũ. Catullus. Munere iſto odiſſem te odío Vatiníano, ¶Cornelius Sylla C. Marij reliquías apud Anienẽ ſitas diſſipari iuſſit ſolo motus odío. Propterea moriens primus apud Romanos cremarí voluit talionẽ veritus. 30

¶Promerus domeſtic⁹ Archelai regís Macedoniæ Euripidẽ vſq; adeo inſectatus eſt,vt eidẽ a regis cœna redeũti furtim canes ímiſerit, qui poetã ipſum diſſiparũt. 31

¶Heliogabalũ populus Roman⁹ ita odit,vt mortuum proiecerit in cloacã,mox in Tyberím cũ matre Scenide traxerit, eiuſq; nomẽ e publicis monumẽtis eraſerit. ¶Mortuo quoq; Michaelí Palealogo ĩperatorí pop⁹ Roman⁹ ſepulturę locũ denegauit. 32

¶Inuídi.

1 Aíax
Cato
2 Zoílus
Dídymus
3 Saluſtíus
Cícero
4 Xenophon
Plato
Ariſtoteles
5 Cæſar
Palemon
6 Calígula
Cayn
Dathas
Abyrus
7 Herodes
Fratres Ioſeph
Boreas
Iupíter
Iuno
8 Círce
Marullus
Valla
Beroaldus
Homerus
9 Bauius
Meuíus
Aſínus Pollío
10 Hyarbíta
Sícconíus
11 Dædalus
12 Drances

AIax Telamoni⁹ iuidẽs arma Achillis ĩterfecti data in prẽmiũ Vlyſſi, verſ⁹ in furías ſe ĩteremit. 1

¶Cato Vticẽſis victoriã Cęſaris ęgreferẽs,eiuſq; príncipatui ĩuidẽs ſe occidit. ¶Adrian⁹ Traiani gloriã adeo inique tulit,vt Armeniã/Aſſyriã/Meſopotamiã ab illo acqſitas/Parthis cõceſſerit. & põtẽ ſupra Danubiũ (quẽ ille magno cõſtruxerat ĩpẽdío) furioſus euerterit. 2

¶Laborans hoc morbo Zoílus Homerum poetarum maxímum cõuicijs lacerare nõ deſtitit. Martíalis. Ingenium magní líuor detraxit Homerí, Quiſquís es ex illo Zoíle nomen habes.

¶Dídymus Alexandrínus líuore motus ſex líbros in Marcum Tullíum edídit,dictus propterea Ciceromaſtix. 3

¶Nec mutua caruerunt inuidia Saluſti⁹ et Cicero,

quum ille huic impingat, ꝙ eloquentiam pudicitiæ iactura apud M. Piſonem perdidicerit, vxoremq; ſacrilegam, et filiam matris pellicem habuerit. Hic vero illi, ꝙ impudiciſſimi corporis quæſtu victum ſibi parauerit, patrem mori coegerit, ꝙ eo nondum mortuo pro hęrede omnia decoxerit, bis item ad iudicum ſubſellia tract⁹
4 in extrema ſteterit fortuna. ¶ Inter Xenophontem et Platonem tacitę cuiuſdā ęmulationis liuor extitit, quum hic illius nuſq̄ operum ſuorum meminerit. Contra vero Xenophon ipſius Platonis libros de optimo ſtatu Reip. adminiſtrādæ multis ſcriptis impugnauerit. ¶ Sunt qui dicant Ariſtotelem pręceptori ſuo Platoni adeo inuí-
5 diſſe, vt bonam eius operum partem flammis et incendio dederit. ¶ Aegreferens Cæſar Catonem ſibi inuiſū a M. Tullio multis celebratū laudib⁹, duos libros ī eundem ſcripſit, qui ex re Anticatones inſcripti ſunt, in quibus omnia prope Catonis vicia collegit, et inter alia ebrietatem vt maximum probrum illi obiecit. ¶ M. Varroni (quem Maurus Terentianus virum vndecunq; doctiſſimum appellauit) adeo
6 inuidit Rhemnius Palemon grammaticus, vt eum porcum appellauerit. ¶ Inuidia motus Caligula Torquato torquē, Cincinato crinē & Cn. Pompeio ſtirpis antiquę magni cognomentum abſtulit. Eſium quoq; Proculum formoſiſſimum adoleſcentem iugulari fecit. ¶ Videns Cayn Abelis fratris ſui fortunas feliciore ſemper incre
7 mēto q̄ ſuas augeri, eundem gladio traiecit. ¶ Eodem morbo laborantes Dathas et Abyrus Aaroni ſacerdotium adimere conati ſunt. ¶ Fecit liuor vt Herodes multa puerorum millia morti dederit ad intercipiendum virginis partum, futuræ cui⁹ gloriæ inuidebat. ¶ Venditus eſt in ſeruum a fratribus Ioſeph, ꝙ patri eſſet charior illis. ¶ Poetæ fabulātur Hiacynthum liberali forma iuuenem, quum diſco luderēt, a Borea interfectum, ꝙ Apollinem chari⁹ diligeret, q̄ ipſum Boream. ¶ Simili figmēto aiūt fulminatū a Ioue Aeſculapium, ꝙ Hippolytum ad vitam reuocaſſet. Vnde Quintianus in Cleopoli, Iuppiter Hippolyto ſtygia a fornace redempto Ecquid
8 Apollineam retonanti fulmine prolem Opprimis? ¶ Iudicium Paridis & Ganymedis raptus tantam Iunoni inuidiam conflauerunt in Troianos, vt eoſdem multis ꝑcellis naufragos ſemper agitauerit & auerterit ab Italia, vt fabulatur Maro. ¶ Circe venefica inuidens Scyllam nympham a Glauco amari, fontem (in quo illa ſe lauabat) infecit veneno, cuius virtute Scylla in monſtrum marinum mutata eſt. ¶ Marullum Tarchaniotā coegit hæc animi ęgritudo famoſis epigrammatibus Politianum virum de lingua latina optime meritum inceſſere. ¶ Non video quid irritauerit Laurentium Vallam in Pogium, aut Beroaldum in commentatorem Seruium præter liuorem. ¶ Suidas ait Palamedem Nauplium epigrammata quædam ſcripſiſſe, quæ Homerus per inuidiam deleuerit. ¶ Bauius & Meuius ineptiſſimi poetę
9 Virgilio ſuam inuiderunt gloriam. De quibus ipſe Virgilius in Buc. Qui Bauiū nō odit, amet tua carmina Meui. Bap. Pius Zoilus vt verſus ſemper florentis Homeri Vt notet Andinæ Meui⁹ arma chelys. ¶ Aſinius Pollio adeo fuit infenſus nomini Ciceronis, vt eius laudes audire nequiuerit. Nam quum Sextili⁹ poeta carmen hoc retuliſſet. Deflendus Cicero, patriæq; ſilentia linguæ, Aſinius ea re permotus au-
10 dire noluit. ¶ Hyarbita Maur⁹ dum Timagenem philoſophum inter pocula declamantē vellet imitari et nō poſſet, iuidia crepuit. Horati⁹ Lib. 1. Epiſt. Rupit Hyarbitam Timagenis ęmula lingua, Dum ſtudet vrbanus tenditq; diſert⁹ haberi. ¶ Catull⁹ poeta iuidioſ⁹ fuit cuidā Sicconio, quē his verſib⁹ īſectatur, Sicconi arbitrio populi tua cana ſenect⁹ Spurcata ī puris morib⁹ ītereat. Nō eq̄ dē dubito, quī primū inimica bonis Ligua exerta auido ſit data vulturio. Effoſſos oculos voret atro gutture coruus, Inteſtina canes, cætera membra lupi.

¶ Dædalus.

¶Dædalus Telen diſcipulum ſuum interemit ob inuidiam, q̃ figuli rotam et ſer- 11
ram excogitaſſet. ¶Mutius fuit quiſpiam apud Romanos maleuolus, et alienam proſperitatem adeo ægre ferens, vt quum Publius eum ſolito triſtiorem aliquando vidiſſet, ſtatim dixerit. Aut Mutio neſcio quid incommodi acceſſit, aut neſcio cui aliquid boni. ¶Drances fuit Rutulus, qui Turni glorię ſemper inuidit. Virgil. lib. 12
11. Tum ſenior, ſemperq; odijs et crimine Drances Infenſus iuueni Turno. Idem. Tum Drances idem infenſus, quem gloria Turni Obliqua inuidia ſtimuliſq; agitabat amaris. ¶Illud porro adijciendum eſt multos patria ſponte exceſſiſſe ad declinandam inuidiam, & in aliena terra vixiſſe, vt fecit Iphicrates in Thracia, Conō in Cypro, Timothe⁹ in Leſbo, Chabrias in Aegypto, Chares in Sigæo. Apud Romanos Pompeius poſt tot triumphos et imperia, domi aut rurí ſe continebat, raro in publicum prodiens. Syllius lib. 17. de inuidia hoc modo ſcribit. O dirum exitiū mortalibus, o nihil vnq̃ Creſcere, nec magnas patiens exſurgere laudes Inuidia. Itē Ouid. lib. 2. meta. Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto, Nunq̃ recta acies, liuent rubigine dentes, Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno, Riſus abeſt, niſi quem viſi fecere dolores, Nec fruitur ſomno vigilātibus excita curis, Sed videt ingratos, intabeſcitq; videndo Succeſſus hominum, carpitq; et carpitur vna, Supplíciumq; ſuum eſt.

¶Alienę laudis aut virtutis æmuli.

Alexander	Theſeus	Themiſtocles
Cæſar	M. Craſſus	Salmoneus

ALexander viſo Achillis ſepulchro propemodū collachrymari cœpit ſtudio gloriæ et ęmulatione virtutis, eumq; felicem prędicare, cui contigiſſet habere laudum ſuarum prędconem Homerum. ¶Iulius Cæſar quum veniſſet Gades, animaduerſa apud Herculis templum Alexandri magni imagine ingemuit, & quaſi pertęſus ignauiam ſuam, q̃ nihil tum a ſe memorabile actū eſſet in ætate, qua iam Alexāder orbem terrarum ſubegiſſet. ¶Nihil maiore voto ſtuduit Theſeus, q̃ Herculis imitari virtutem. Quod vt faceret, monſtra plurima cōfecit in terra Græcia. Scyronem, Procuſtem et Scinin latrones, Creontem tyrannum, Minotaurum bicorporem et Centauros oppreſſit, Thebas domuit, ad inferos penetrauit. ¶M. Craſſus apud Romanos æmulus fuit rerum a Pompeio geſtarum. ¶Themiſtocli Athenienſi Milciadis trophęa ſomnum excutiebant. ¶Salmoneus apud Elidem Græcię, & Alladius apud Albam Italię Iouis fulmen et tonitrua mentiri et confingere voluerunt.

¶Conſtantes et patientes in diuerſis caſibus.

1	Ariſtides		Gabriel	10	Diogenes
	Antonius		Symphoroſa		Sertorius
2	Adrianus		Felicitas		Eſayas
	Bibulus		Sophia	11	Ananias
3	Q. Martius	7	Theramenes		Azarias
	Dion		Thucydides		Miſael
4	Antigonus	8	Aſinius Pollio		Stephanus
	Cornelia		Iob		Marcellinus
	Rutilia		Hieronymus	12	Agatha
5	Socrates		Thobias		Scæuola
	Lycurgus		Petrus abbas	13	Anaxarchus
6	Alphonſus	9	Harpalus	14	Attilius

Ioannes rex
Leena
15 Lucia
16 Horatius Puluillus
Paulus Aemylius
17 Pericles
Xenophon
18 Anaxagoras
Pompeius
19 Galenus
Zeno
20 Theodorus
Q. Fabius
Augustus
21 Tiberius
Aristippus
Agesilaus
22 Thraseas
Gymnosophistæ
23 Phormio
Phocion
Lygus
24 Masanissa
C. Marius
Seuerus
25 Philippus
26 M. Antonius
Cato
Dion
27 Turbo
Seuerianus
Clitomachus
Stilbon
28 Metellus
Albutius
Ouidius
Pallas Stroctia
29 Iugurtha
Carolus Malatesta
Alphonsus
Aesopus
30 Mauristius
Aemylia
Federicus
31 Ant. Panhormita.
Fr. Foscarus
Scipio
32 Sylla
Amatriciana
33 Homullus
Prexaspes

1 ATristidæ quum improbus quidam os sputo coinquinasset, risit hominis improbitatem, satisq; habuit eum monere, ne postea simile quicq̃ faceret. ¶Val. Homullus interrogatus ab Antonio, vnde columnas porphireticas sibi comparasset, respondit. Imperator quum in domũ alienam veneris, & surdus et mutus esto. Quod tamen insolens verbum Antonius non tantum non molestè tulit, at etiam habuit præcepti loco.

2 ¶Adrianus seruum qui in se irruerat armatus, non solum non puniuit, verũ et curari iussit, q̃ esset furiosus. ¶Bibulus audita duorum filiorum morte ita seipsum
3 vicit, vt die postero ad solita reip. officia processerit. ¶Q. Martius rex amisso magnæ spei filio, dolorem tanta animi magnitudine compressit, vt peractis exequijs curiam statim petiuerit, & vocauerit senatum. ¶Dion in cubiculo cum amicis sedens vbi audisset filium e summo culmine dom⁹ prolapsum et exanimatum, nullo signo mœroris dato, illum ad sepulturam ferri iussit, sermonemq; instituto
4 continuauit. ¶Rex Antigonus mortem Alcionis filij adeo constanter tulit, vt diceret illum serius aliq̃to q̃ putasset occubuisse. ¶Cornelia quũ post amissos duodecim partus, Tiberium et Caium cæsos, & insepultos misera a matronis prædicaretur, Nunq̃ inquit me ego felicem non dicam, quæ Gracchos pepererim.

5 ¶Rutiliæ post amissum filium Cottam (quem in exilium fuerat secuta) lachrymas nemo vidit. ¶Socrates vxoris suæ Xantippes conuicia et iniurias domi constantissime ferebat. vt aliarum mulierum insolentiam foris pati disceret. Idẽ sitim et famem tolerantissime perferebat. Nudis pedib⁹ glaciem et pruinas calcabat facilius, q̃ calceati milites. Quãtuscumq; foret hyemis rigor, nihil addebat quotidianis vestimentis. ¶Lycurgus a temulẽto quodam iuuene, altero priuatus oculo non
6 tantum non permisit eũ a ciuibus puniri, at blande submonuit. ¶Alphonsus Tarraconensis rex Siciliæ nũq̃ visus est iratus. ¶Gabriel Brixiensis ordinis minorum et cardinalis presbyter iurare solebat se annos 30. nulli mortalium succensuisse. ¶Symphorosa Getulij martyris vxor mortem septem filiorum pro catholica fide occumbentium patientissime tulit, quinetiam ad martyrium animauit. ¶Parem filiorum numerum Felicitas mulier Romana pro religione christiana sub Antonino emori lęta cõspexit. ¶Sophia mulier tres filias sub Adriano iugulari vidit cũ gaudio.

gaudio. ¶Theramenes philoſophus iuſſu 30.tyrannorum in carcerem miſſus ve= 7
nenum conſtantiſſime hauſit / dicens. Propino hoc Critiæ. Fuerat is cauſa mortis
eius. Iocabatur in morte vir ille fortiſſimus. ¶Thucydides Atheniēſis hiſtoricus
a ſuis in exilium miſſus ob proditionis ſuſpicionem/ fortunam illā æquo animo tu=
lit. Neq; vnq̄ flere aut queri viſus eſt, neq; Braſidam exilij authorē ſcriptis ſuis car=
pere. ¶Aſinius Pollio intra quartū diē q̄ filium amiſerat, declamauit. ¶Iob mor= 8
talium omnium patientiſſimus amiſſis liberis/ omnibuſq; fortunis / ſatis habuit di=
cere. Nudus exiui e matris vtero/nudus reuertor/deus dedit, idem abſtulit/Sit eius
nomen benedictum. ¶Diuus Hieronymus in heremo degēs/aſinum ſibi ablatum
æquo animo tulit. ¶Excrementicia hirundinum fæce excæcatus Thobias/ſiniſtrū
illum caſum tulit conſtantiſſime. ¶Petrus Clareuallenſis abbas amiſſo ob ægritu=
dinem altero oculo non ſolum non viſus eſt conqueri, immo vero plurimum læta=
ri, ꝙ ex duabus corporis partibus ſibi inimiciſſimis, alteram amiſiſſet. ¶Harpalo 9
in conuiuium regis Perſarum accito quum appoſiti eſſent filij/ finitaq; cœna rex in=
terrogaſſet, an cœna ipſa fuiſſet opipara, vbi dolum et ſęuiciam agnouit Harpalus,
lachrymas tamen tenuit/dolorē ſuppreſſit/ vocem coercuit/atq; etiam placido vul=
tu et gratias agenti ſimilis cœnam laudauit. ¶Pigmenius preſbyter Romanus deo
gratias egit, ꝙ vtroq; captus eſſet oculo/ne eccleſię inimicos videret. ¶Diogenes 10
Cynicus in cōuiuio quodam ab inſolenti iuuenum cœtu cruentis affectus plagis, cō
tumelioſam illam iniuriam tolerauit conſtantiſſime. Idem in maxima vi frigoris
aeneam ſtatuam frigidiſſimam ſolebat amplecti. ¶Gloriari ſolitum ferunt Ser=
torium ducem Romanum ob amiſſum in bello oculum, ꝙ (vt dicebat) cæteri for=
tes ſua ſpolia bellica domi relinquerent, ipſe ſua vbiq; haberet. ¶Eſayas propheta
viuus in duas partes ſectus tam conſtanti fuit animo/ vt nihil patienti ſimilis vide=
retur. ¶Ananias/ Azarias/ et Miſael pueri in fornacem ignis coniecti / hymnum 11
domino ibidem cecinerunt. ¶Quum Stephanus protomartyr lapidibus obruere=
tur, non potuit tamen de percuſſorum ſalute non eſſe ſolicitus. ¶Marcellinus mar=
tyr Diocletiam iuſſu ſtipitibus cum fratre affixus, Pſalmum illum cecinit. Ecce q̄
bonum & q̄ iucūdum habitare fratres in vnum. ¶Agathę virgini Catanęæ quum 12
mandato Quintiani Siciliæ proconſulis euellerentur mammæ, puella tortori pauca
hæc verba ſatis habuit dicere. An te nō pudet Quintiane in me laniaſſe, quod te in
matre aluit. ¶Mutius Scæuola tam pertinacis fuit conſtantię, vt in conſpectu Por=
ſenæ Ethruſcorum regis manum flammis dederit comburendam, ꝙ regem ipſum
non interfeciſſet. Lucanus lib. 2. Te quoq; neglectum violatæ Sceuola dextrę. De
hac conſtantia Martialis lib. 1. Dum peteret regem decepta ſatellite dextra, Iniecit
ſacris ſe peritura focis, Sed tam ſæua pius miracula non tulit hoſtis, Et raptum flā=
mis iuſſit abire virum. Vrere quam potuit contēpto Mutius igne, Hanc ſpectare
manum Porſena non potuit. Syllius lib. 8. Cernitur effugiens ardentem Porſena
dextram. ¶Anaxarchus quum in lapidea pila iuſſu Anacreontis Cyprij tunderē= 13
tur ob veteres iniurias, nullum doloris præ ſe tulit indicium. Quin cōuerſus ad car=
nifices, Tundite inquit pilam Anaxarchi, Nam Anaxarchū non tunditis. Ouid. in
Ibin. Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta, Iactaq; pro ſolitis frugibus oſſa ſo=
nent. ¶Scriptorum monumētis laudatur Attilij Reguli conſtantia, ꝙ ad ſupplicīū 14
redire maluerit, q̄ Carthaginenſium captiuos redimi. ¶Ioannes Aragonię rex
candens chirurgi ferrum adeo conſtanter tulit, vt ſupraq̄ oportebat, vereretur.
¶Leena meretrix attica nullis tormentis a Piſiſtrato cogi potuit, vt Harmodium
et Ariſtogitonem tyrannicidas proderet. ¶Paſcaſius tyrannus quum Lucię Syra= 15

ſanæ nunciari iuſſiſſet, ſe illius amore captum et oculorum pulchritudine illectum, nihil morata virgo oculos ſibi eruit ac tyranno miſit. Mantuanus. Quibus virgoge neroſa repulſis Lumina vt audiuit bellum hoc inferre pudori, Nil cunctata/oculos (opus admirabile ſæclis Omnibus) ancipiti cultro de fronte reuulſos Proiſcit in patinam/mittens q; ea munera amati. Accipe reſpõdit, quod amas, & deſine poſt=
16 hac Talibus inſidijs ſanctas inuadere mentes. ¶ Horatius Puluillus pontifex quũ in Capitolio Ioui ædem dedicaret, atq; inter ſacra mortuum eſſe filiũ audiſſet, neq; templi dedicationem interrupit, neq; vultum a publica religione ad priuatum do=lorem flexit. ¶ Paulus Aemylius quum quarto die ante triumphum ſuum Mace=donicum alterum filiorum amiſiſſet, alterum tercio poſt triumphum die, iacturam illam æquo animo tulit, Progreſſus q; ad populum/fortunę gratias egit/deoſq; pre=catus eſt, vt ſi quid diſcriminis Reip. immineret, ſua eſſet calamitate deciſum. ¶ Pericles duobus filijs intra quatriduum ſpoliatus, ijſdem diebus vultu priſtinum
17 habitum retinente concionatus eſt, ¶ Xenophonti philoſopho Grylli Athenienſis filio ſacrificanti quum nunciatum eſſet alterum ex filijs natu maiorem in acie ceci=diſſe, coronam tantum depoſuit. Percontatus demum quonam modo occubuiſſet/ vt audijt fortiſſime pugnãtem cecidiſſe, depoſitam capiti repoſuit numina teſtat⁹,
18 ſe maiorem ex filij virtute lætitiam/q̃ ex morte mœrorem ſentire. ¶ Anaxagoras audita filij morte/nuncianti nihil inquit nouum memoras. Ego enim illũ ex me na=tum ſciebam eſſe mortalem. Stroza parer. Viderat hoc celeber Samiæ telluris alũ=nus, Hoc et magnanimus ſenſit Anaxagoras. Hoc Xenophon ſenſit, quem nõ re=uocauit ab aris Filius extinctus, nec doluiſſe ferunt. ¶ Pompeius a Gentio regẽ in=terceptus quum ſenatus conſilia prodere comminationibus tormentorum ſolicita=retur/digitum lucernæ admouit comburendum. Qua patientia regi ſpem quicq̃ co gnoſcendi abſtulit, & expetendæ populi Romani amicitiæ cupiditatem ingenera=
19 uit. ¶ Galeno imperatori tanta fuit in acceptis cladibus patientia, vt in his etiam io=cari non dubitauerit. Nam quum accepiſſet Aegyptum a Romano imperio deſci=uiſſe, Quid inquit, Sine lino Aegyptio eſſe non poſſumus? Perdita Gallia ridens Et non eſt inquit tuta Reſp. ſine trabeatis ſagis? Aſia Alemanorum et Scytharum incurſationibus vaſtata, Quid inquit. Sine Aphronitis eſſe nõ poſſumus? ¶ Zeno Eleates a Phalaride tyranno correptus/atq; in foro cruciatus, vt coniurationis par=ticipes aperiret, conſtantiſſime reluctatus eſt, ſocioſq; tyranni amicos eius facti ſu=
20 ſpectos reddidit. ¶ Theodorus nullis verberibus aut tormentis ab Hieronymo ty=ranno cogi potuit, vt tyrannicidij conſcios proderet. Fingens tamen ſe cruciatibus tandem conuictum/Thraſonem tortorem coniurationis ignarum declarauit, qui protinus ad ſupplicium raptus eſt. ¶ Q. Fabius maximus fraudatus pecuuia quã pro captiuis Annibali publice numerauerat, publice tacuit. Com pluribus etiam la=ceſſitus iniurijs ſemper eodem vultu manſit. ¶ Auguſtus ſparſos de ſe in curia fa=moſos libellos, nec expauit, nec eorundem authores requiſiuit. Ei etiam in ſenatu verba facienti quum a multis reclamatum eſſet, id manſuetiſſime pertulit.
21 ¶ Tiberius Cæſar auditis quibuſdam maledicorum conuicijs reſpondit in ciuitate libera liberas eſſe linguas oportere. ¶ Ariſtippus cuidam qui obirã in verba ve=nerat, dixit. Ne quæſo a verbis propter iram diſcedamus, ſed potius ab ira propter verba. Idem cuidam maledicenti ait. Tu maledicendi dominus, Ego audiendi. ¶ Ageſilaus Lacedæmoniorum dux in caſtra Xerxis regis profectus Mardonium Perſam occidit putãs ſe regẽ occidiſſe. Raptus igitur ad ſupplicium quũ poſt varia tormentorũ genera nullũ ſuſpiriũ prorſus emitteret, cõſtãtia illa meruit ipunitatẽ.

¶ Thraſeas

¶Thraſeas ſtoicę diſciplinę ſtudioſus quum damnat⁹ a Nerone ſolutis venis mo- 22
reretur, magna conſtantia ſuorum fletum compeſcuit, libauitq; ſanguinem Ioui li-
beratori. Huius meminit Martialis lib. 1. dicens. Diuitior Criſpo / Thraſea conſtā-
tior ipſo. ¶Plynius ſcribit Gymnoſophiſtas Indorum philoſophos ab exortu ad
occaſum perſtitiſſe cōtuentes ſolem immobilibus oculis / atq; etiam feruētibus are-
nis toto die alternis pedibus inſtitiſſe. ¶Phormio dux fuit quiſpiam in perferen- 23
dis militiæ incommodis notæ patientiæ. Hinc natum adagium Eraſmo poſitum.
Phormionis thori, de ſtratis minime delicatis. ¶Phocion Athenienſis ruri ac mi-
litię nudis ſemper inceſſit pedibus. ¶Ariſtodemus Cydathenęus nudo itidē pede
ſemper viſus eſt. ¶Lygus fœmina quum metu militum / filium occultaſſet, & illi
per cruciatus interrogarent, vbi nam occuluiſſet, vterum oſtendēs, ibidem reſpon-
dit latere, nec vllis tormentis cogi potuit, vt cōſtātiam vocis egregiæ mutaret. Au-
thor Cor. Tacitus. ¶Maſaniſſa rex Numydarum nonaginta natus annos nudis pe 24
dibus inceſſit, nec imbre vllo aut frigore potuit adduci / vt operto eſſet capite. Au-
thor Cicero de Senectute. ¶C. Marius Ruſticanus vir quum ſecaretur, vetuit ſe al
ligari, tormentumq; ſolutus pertulit conſtantiſſime, nec vllo rigore ſupplicij cor-
pus immutauit. Idem author lib. 2. Quęſt. Tuſc. ¶Herodianus ſcribit Seuerum 25
imperatorem iter facere ſolitum ſine vlla intermiſſione, neq; labores vllos curaſſe,
Fuiſſe inſuper frigoris & ęſt⁹ patientiſſimum / media quādoq; bruma / & agris om-
nibus gelu cōſtrictis aut niue et pruina albicātibus in mōtes altiſſimos iuiſſe aperto
capite / vt ſuo exemplo milites ad laborē & alacritatem īduceret. ¶Auditis Athe-
nienſium legatis & iam Athenas remigraturis quum Philippus rex dixiſſet. Eſt ne
aliquid obſequij, quod a me proficiſci valeat in ciuitatem veſtrā? Democharis le-
gatorum vnus, Si te inquit ſuſpenderis. Quod verbum procax & ingratiſſimū Phi
lippus ipſe quieto pertulit animo, quum tamen poſſet vlciſci / et deberet iure. ¶M. 26
Antoninus tanta fuit animi conſtantia / vt nullo vnq̄ affectu / nullis rerum fortunis
vultum immutauerit. ¶Cato quoq; nullis caſibus vnq̄ mutatus eſt / nulli ſuccubuit
calamitati. ¶Dion Alexandrinus in conuiuio probris cuiuſdam loquaculi et infa-
mibus verbis multum laceſſitus, maledictis nihil penitus reſpondit. Cæterum vbi
redijt domum comitantibus plęriſq; et conuiciorum contēptum ſuadentibus reſpō
dit / ne Gry quidem. Quod ægreferens conuiciator iuuenis, laqueo ſe præfocauit.
¶Turbo præfectus prętorianorum ſub Adriano tanta fuit conſtantia & animi ma 27
gnitudine, vt nec morbo laborans, domi ſe cōtineret, prępoſitos rerū / ſtantes mori
oportere dicens. ¶Seuerianus Adriani iuſſu moriens ignem petijt / & accenſo thu-
re, vos inquit, dij teſtes eſtote nihil a me morte dignum eſſe commiſſum. Tantum
hoc precor, ne quum mori velit, poſſit. ¶Clitomachus Carthaginenſis nō tantum
forti animo tulit excidium patriæ, ſed ciues quoq; cohortatus eſt ad perferendum.
¶Stilbon Megarenſis patria capta ac direpta / interroganti Demetrio quid perdi-
diſſet, nihil ſe amiſiſſe reſpondit. ¶Metellus in exilium ire, q̄ Saturnini tribunipl. 28
iniquiſſimas leges ferre maluit. ¶Albutius æquiſſimo animo Athenis philoſo-
phabatur / Marcellus Mitylenis. ¶P. Ouidius exilium non tantum fortiter tulit / at
etiam multa in eo ſcripſit. ¶Pallas Stroctia Florētia pulſus / Paduę ita vixit, vt exi-
lium ad ocium literarum conuertiſſe videretur. ¶Iugurtha regno amiſſo Romam
captiuus ductus ad carceris hoſtium iocatus dicitur. ¶Carolus malateſta victus
captuſq; a Philippi Mariæ mediolanenſis militibus admirabilē in captiuitate ani-
mi firmitatem retinuit. ¶Alphonſus rex Neapolitanorum captiuus, ea fuit con-
ſtantia, vt libertatem non videretur amiſiſſe. ¶Aeſopo in neruo apud iudices 29

30 captiuitas animi firmitatem nō abſtulit. ¶Mauriſius ſeruus quum a Neapolitano prætore candenti forcipe concideretur, traherēturq; per vrbem ad maius ſuppliciū, q̄ liberum hominem occidiſſet, nullos vnq̄ eiulatus miſit, neq; vultū mutauit, neq; ſtatum corporis. ¶Aemylia Scipionis vxor nō modo diſſimulanter tulit ancillam ſuam haberi a viro in delicijs, verum Scipione mortuo manumiſſam eā liberto ſuo dedit vxorem. ¶Federicus Vrbinas tam æquo ferebat animo alterum oculum ſibi
31 deeſſe, vt interdum in deformitatem illā iocaretur. ¶Antonius Panhormita multos annos tormina et vrinæ difficultatē tam patiēter tulit, vt etiā diſſimularet ægritudinem. ¶Fr. Foſcarus Venetorum princeps filium flagicioſis criminationibus infamem relegari conſtantiſſime paſſus eſt. ¶Scipionem Africanum tanta in exi-
32 lio comitata eſt patientia, vt audita fratris morte animum retinuerit. ¶Mors filij non deterruit L. Syllam, quominus aduerſus hoſtem, rem egregie gereret. ¶Femella amatriciana quum intellexiſſet filium demiſſo minus animo ad ſupplicium trahi, eidem occurrēs, iuſſit, vt exuto periculi metu cœlum et ſolē ſuſpiceret. Quod quum feciſſet, an inquit ignoras fili, te cōfeſtim in arces illas emigraturum?
33 ¶Homullus quidam quum Romæ cauſam ageret/ audita filij morte/ inſtitutum non interrupit ſermonem. ¶Quū Cambyſes rex Perſarum/ filiū prexaſpis (a quo monitus fuerat vitandæ ebrietatis) ſagitta confodiſſet/ pater dolorem ſuppreſſit/ Atq; etiam regem laudauit vt peritum artis ſagittarię.

¶Magnanimi,

1	Cocles	7	Leonidas	14	Hegeſiſtratus
2	Chlœlia	8	Socrates	15	Alcibiades
3	Antigonus	9	Sertorius	16	Cyrus
4	Iuba	10	Alexander	17	Ariarathes
5	Fabius	11	Mithridates		Eutychus
	Popilius	12	Tomyris	18	Theleſis
6	Epaminundas	13	Boges		

1  Oratius Cocles Porſenæ regis Thuſcorum tumultu repentino & inſperato Romam inuadentis, ſolus impetum ſuſtinuit, donec a
2 tergo pons ſolueretur a ſocijs. Quo ſoluto armatus et vulneratus in Tyberim ſe coniecit. ¶Chlœlia eidem regi ad conditionem pacis obſes data, traiecto Tyberi Romam rediit/ ſeq; exemit captiuitate. De hac puella & Coclite Virg. lib. 8. Aen. Pontem auderet quum vellere Cocles. Et fluuium vinclis innaret Chlœlia ruptis. Sabellicus. Quiq; ſibi pontē paſſus poſt terga reuelli. Ipſa licet contra ſtaret Ethruſca phalanx. Iuuenalis ſatyra 8. Quod miraretur cū Coclite Mutius, & quę Imperij finem Tyberinum virgo natauit. Syllius lib. 10. Vna puellarum Laurētū ad pignora pacis Inter virgineas regi trāſmiſſa cateruas, Facta virum ſileo, rege hęc/ et fœdere & ānis/ Et fluuio ſpretis mirantem interrita Tybrim Tranauit frangens vndam puerilibus vlnis. Cui ſi mutaſſet ſexū
3 natura, reuerti Forſan Tyrrhenas tibi non licuiſſet in oras. Porſena. ¶Antigonus Philippi regis miles fortiſſimus in obſidione Perinthi catapulta cōfoſſus, nō prius eam euelli paſſus eſt, q̄ hoſtem fugatum intra mœnia compuliſſet. ¶Maluit Metellus exulare, vt iam diximus, q̄ in pernicioſas Apuleij Saturnini leges iurare. ¶M. Scæuę Centurionis fortitudinem iam diximus in capite de bellicoſis. ¶Iuba rex Mauritaniæ ſuperatus a Cæſare mortem ſibi conſcinit, ne in triumphum raperetur. ¶Ferūt Opitergínos deprehenſos in naui/ ſeſe mutuis vulneribus cōfodiſſe,
4 ne venirēt in manus Pompeianorum. ¶Abſdrubal capta Sicilia Romanis bellum indixit,

indixit, in quo L. Glaucus vir precipua nobilitate comprehenſam Aſdrubalis nauē non prius dimiſit, q̄ vtramq; amiſerit manum. Teſtis Plutarchus. ¶L. Poſthumius Albinus dum in conflictu contra Samnites accepto vulnere cecidiſſet, nocte concubia accepto ſpiritu ſurrexit, & ex interfectorū hoſtiū clypeis trophæum erexit/tinctaq; cruore dextra titulum inſcripſit. Romani de Sammitibus Ioui, in cuius poteſtate ſunt trophæa. Author apud Plutarchum Ariſtides. ¶Fabius maximus 5
dum in conflictu cōtra pœnos, ſuos omnes quingentos numero amiſiſſet, ipſe mortifero accepto vulnere vehementi curſu irruit in Annibalem, eiq; diadema abſtulit, demum iacuit ſupinus. ¶Cn. Popilius legatus ad Antiochum miſſus, regem ipſum differentem reſponſum, virga circunſcripſit, & priuſq̄ egrederetur circulo illo, reſpondere compulit, magno dubium fortitudinis an temeritatis argumento, authore Plynio. ¶Epaminundas quum viciſſet Lacedæmonios apud Mantineā/ 6
vbi accepto ibidem vulnere exanimem & iam morti proximum ſe vidit, percōtari cœpit an ſaluus eſſet clypeus & fuſi hoſtes. Quum autem audiuiſſet, quod cupiebat, auelli iuſſit eam (qua erat tranſfixus) haſtam, & ita multo ſanguine profuſo in lętitia et victoria mortuꝰ eſt. ¶Leonidas rex Lacedęmoniorum ſe in Thermopy- 7
lis/trecentos q; alios quos eduxerat Sparta, oppoſuit hoſtibꝰ, quum propoſita eſſet aut fuga turpis/aut glorioſa mors. Author Cicero lib. 2. de Finibus. ¶Socrates ac- 8
cuſatus ab Anyto/nec patronum quęſiuit ad iudicium capitis, nec iudicibꝰ ſupplex fuit, adhibuitq; liberam contumaciam a magnitudine animi inductam nō a ſuperbia. Et paucis ante diebus quum facile potuiſſet educi a cuſtodia, noluit. Quumq; mortiferum in manu poculum iam teneret, ita locutus eſt, vt non ad mortem trudi, ſed in cœlum videretur aſcendere. Author idem Cicero lib. 1. Quæſtionum Tuſ. Ouid. in Ibi. Sollicitoq; bibas velut doctiſſimꝰ olim Imperturbato quod bibit ore reus. ¶Quintus Sertorius accepto in bello vulnere deformatꝰ gloriabatur, atq; hoc 9
ipſum tribuebat laudi & æterno fortitudinis monumento. ¶Dum victarum gen- 10
tium, expugnatarum vrbium, acceptorum in deditionem regum reminiſcebatur Alexander Macedo, plagas et cicatrices oſtentabat, vt eximios virtutis ſuę titulos. ¶Mithridates rex Pōti tanta fuit animi magnitudine, vt filijs/præſidijs & vniuer- 11
ſo principatu deſtitutus/quum nec amplius Romanorum virtuti poſſet obſiſtere, nihil tamen humile aut abiectum conceperit animo. Quinimmo ad Celtas profectus cogitauit vna cum illis in Italiam irrūpere. ¶Ea fuit animi fortitudine Scy- 12
tharum regina Tomyris, vt amiſſo excercitu & filio/quem Cyrus interfecerat, animum tamen non remiſerit, aut deſperauerit victoriam. Nam quo tempore lugendus erat filius & exequijs vacandum, incredibili virtute fœmina victorē iam glorioſum & nihil ſibi nō promittentem regno iuſſit excedere per legatos. Quod mādatum quum nihili feciſſet Cyrus, non prius ſuos hortari, & ad profligandum barbarum deſijt animare, q̄ ſimulata fuga hoſtē in meditulliū regni ſui pellexerit, pellectum numeroſa militum caterua circunſepſerit/circunſeptum vicerit, victum interfecerit, iterfectum cōiecerit in vtrem plenum ſanguinis, vt eo ſe ſaturaret, quem tantopere ſitiuerat. Author Herodotꝰ. ¶Boges Perſa Xerxi chariſſimꝰ quum ab 13
Athenienſibus et Cimone Milciadis filio obſideretur, liceretq; ei accepta fide egredi, & in Aſiam remeare, tamen abnuit, ne regi prę metu ſuperfuiſſe videretur, propterea ad extremum vſq; perſtitit. Atq; vbi nihil in mœnibus commeatus reliquum fuit, rogum accendit, cui liberos, coniugem, concubinas, familiam iniecit, totumq; vrbis autū et argentū e muris proiecit in Strymonem. Quo facto ſe ipſum poſtremum incendio dedit. ¶Hegeſiſtratus Elæus captus a Lacedæmonijs, & in 14

vincula coniectus, rem fecit vniuerſæ poſteritati commendabilem. Nam quum ferratis ſoleis vinctus eſſet, dimidium pedē præcidit, vt ſe cōpedib⁹ illis eximeret, demum ſubruto muro periculum effugit deceptis excubitoribus, Author Herodotus in Calliope. ¶ Alcibiades Athenienſis dum vna cum ſocijs in via luſitaret/ accedentem cum quadriga bubulcum monuit, vt plauſtrum ſiſteret tantiſperdum abſolueretur ludus. Quod quum ille recuſaſſet facere, Alcibiades in terram ſe ante boues ſtrauit, bubulco mōito, vt ſi vellet/ſupinum corp⁹ boum pedib⁹ et rotis quadrigæ conculcaret. Idem quum a ludi literarij magiſtro homericum aliquod opus petijſſet, atq; is reſpōdiſſet nō eſſe ſibi, colaphum eidem infregit, dictitās nō oportere bibliothecam literati hominis tantis operibus eſſe immunem. ¶ Cyrus adhuc puerulus rex per iocum inter paſtores creatus, eos qui erraſſent/ verberibus ſeuere caſtigabat, Propterea accuſatus a quodam (quem acerbius depalmauerat) apud Aſtyagem regem Mœdorum/quum ab eodem carperetur, q̄ in tam tenera ætate/ vilibuſq; pannis iam imperium exerceret/ Reſpondit regum intereſſe, vt deliquentes corriperēt, vnde et ex eo tempore Aſtyagi factus eſt ſuſpectus. ¶ Ariarathes rex Cappadociæ a Perdica obſeſſus quum iam deſperaret effugium, ne quid fruct⁹ aut trophæorum accederet inimicis, vrbem incendit, ſibiq; & ſuis omnibus conſciuit mortem. ¶ Leonidas Spartanus ad Thermopylas perſarum expectans congreſſum/ Eutychum militem domum remiſit, propter cæcitatem, quam is quodā oculorum morbo contraxerat. Diſcedens Eutychus pœnitentia et rubore cœpit affici, q̄ ſocijs periculum expectātibus ſolus ſubterfugiū videretur iquirere. Propterea ſeruo duce regreſſus in prælium vt cumq; poterat pugnando interijt.

¶ Theleſisargiua mulier argos oppidum Greciæ a Cleomene Spartanorum rege obſeſſum, vna cum cęteris mulieribus, quum deeſſent viri, tutata eſt. Alia fortitudinis & magnanimitatis exempla iam poſui diuerſis in locis. Superſunt tamen plurima, quæ omittenda putauimus, quoniam nullus eſt delectus, vbi de multitudine certatur.

¶ De charitate in patriam exempla.

REgnante apud Phrygios Myda quū prope Celenas vrbem dehiſcens terra ſeſe aperuiſſet, erupiſſetq; ex ea voragine vis aquarū plurima propinquas domos eruens, rex oraculo conſulto quid ea in re faciendum eſſet, reſponſum habuit hiatum illum non prius clauſum iri, q̄ quis intro ſe demitteret ad pacandam iram numinum, Quod videns Ancurus Mydæ filius dato patri et vxori oſculo in voraginem præceps deſilijt. Author Plutarchus. ¶ Eodem exemplo quum in vrbe Roma hiat⁹ terrę paulatim excreſcens accidiſſet, Curtius amore patriæ intro ſe dimiſit. Propertius lib. 3, Curtius expletis ſtatuit monumenta lacunis. ¶ Quum Lacedæmonij ob interfectum contra ius gentium Xerxis legatum peſte laborarent, ad finem mali reperiēdum vtile fore dixerunt, ſi quis ex Lacedęmone facinus indignum ſua penſaret morte. Quod audientes Spartius & Bulides læti ſe obtulerunt, & ad Xerxem profecti cultris deuouerunt iugulos, vt violato iuri ſatiſfacerent. ¶ Monitus in ſomnis C. Marius conſul ſe ex Cimbris victoriam reportaturum, ſi filiam Calphurniam ſacrificaſſet/ arrepto cultro paruit nocturnis phantaſmatibus/ & filiam immolauit. Author Plutarchus ex teſtimonio Doſithei græci. ¶ Erecteus in Eumolpum bello contendens conſultis oraculis reſponſum habuit futuram ſibi & patrię victoriā, ſi filiam immolaſſet. Quod quum audiſſet, filię vitam abſtulit, vt afferret ſalutem patrię. ¶ Cleomenes dux Spartanorum cōtracto cum Ptolemæo fœdere aduerſus Antigonum et Achæos, in pignus fidei

perpetuæ

perpetuæ matrem eidem Ptolemęo dedit obſidem. Quæ cum reſciſſet honeſtiſſimas pacis conditiones Cleomeni filio offerri ab Achæis, literis eum monuit, ne propter carioſum vetulæ corpus pacem illam renueret, quam intelligeret eſſe vtilem patriæ. ¶Quum Cæſar odio Pompeij, patriam vellet opprimere, M. Brutus ipſi Pompeio adhęſit, a quo tamen ſciebat patrem ſuum bello Syllano interfectum fuiſſe Mutinæ. Condonauitq; priuatas iniurias patrię,

¶Nihil Caſſium Cheream compulit ad inferendam Caliguląe ſanguinario principi mortem pręter charitatem patrię, quam ille multis homicidijs/ probroſſq; flagitijs contaminabat. ¶P. Rutilium pulſum Roma et exulantem quum neſcio quis monuiſſet ad inferendum patriæ bellum, quo facilius reditū aſſequeretur, reſpōdit ſe ciuium ſalutem pluris facere q̄ reditum ſuum, & malle vt exilij ſui puderet Romanos/ q̄ propter reditum defleret patria.

¶Vlyſſes apud Calypſo, patriā prætulit immortalitati. Author Cicero in orationibus his verbis. At ſi vos patria delectat quirites/ cuius eſt tantus amor, vt Itachā vir præſtantiſſimus, nidulumq; illum affixum ſaxis immortalitati prętulerit, multi tamen extra patriam melius rem geſſere. ¶Cretinus Magneſi⁹ bello Mithridatico aduerſus ipſum Mithridatem delegit imperatorem Hermiam, quocum tamē priuatas gerebat inimicitias, profeſſus ſe interim iturum in exilium, ne quis tumultus ob illam duorum factionem ſuboriretur. Q̄ ſi patria mallet Cretinum imperatorem, q̄ Hermiā, orauit vt interim exularet Hermias. Aduerſarij modeſtia permotus Hermias ſponte exulauit.

¶M. Lepidus Pont. Max. et M. Ful'ui⁹ in cenſura collegæ priuatas inimicitias ad patriæ vtilitatem poſuerunt. ¶P. Seruilius & M. Lucullus priuata quoq; odia reliquerunt in adminiſtratione Reip.

¶Tres fuerūt Decij, qui pro ſalute patrię ſeſe deuouere. Pater quum Latino bello Romanorum aciē inclinatam pene & iam proſtratam videret/ ſe ipſum deuouit, ac protinus concitato equo in medium hoſtium agmen patrię ſalutem, ſibi mortem petens irrupit. Filius in quarto cōſulatu Q. Fabij collega aduerſus Gallos et Samnites profectus pro patria fortiſſime pugnans occubuit. Nepos periſt in bello Pyrrhi, quod geſſit pro Tarentinis. De his Cicero libro primo Quæſt. Tuſcu. Si mors inquit timeretur, non cum Latinis pater Decius decertans, cum Ethruſcis filius, cum Pyrrho nepos hoſtium telis occubuiſſent. Idem in primo Paradoxo de his et quibuſdam alijs ſic inquit. Quæ res ad necem Porſenæ Q. Mutium impulit/ ſine vlla ſpe ſalutis ſuæ? Quæ vis Horatium Coclitem contra omnes hoſtium copias tenuit in ponte ſolum? Quæ vis Decium patrem, Deciumq; filium deuouit & immiſit in armatas hoſtiū copias? Lucan⁹ lib. 7. Si Curios bis fata darēt/ reduceſq; Camillos Temporibus/ Decioſq; caput fatale vouentes. Propertius lib. 3. At Decius miſſo prælia rupit equo. Ego in quodam Dialogo. Fecit amor patriæ Decios occumbere bello. ¶Romanus populus Cannenſi clade attritus quum nihil niſi de fuga et patriæ cogitaret exilio, Scipio Africanus adhuc admodum iuuenis ſtricto gladio mortem vnicuiq; minitans iurare omnes nunq̄ ſe relicturos patriam coegit. ¶Quum Atheniēſes a Doriēſibus bello premerentur adeo vt reſiſtere nō poſſent, diffidentia humani auxilij ad Apollinis oraculum cōfugerunt, Conſultus deus ſuper futuro rerum ſtatu et victoria reſpondit partem illam victricem fore, cuius rex occūberet in ipſo bello. Quod reſpōſum quū vtriq; exercitui innotuiſſet/ vtriq; edictū eſt, ne quis regē hoſtē interficeret. Id vbi cognouit Codr⁹ Atheniēſiū rex, depoſitis iſignib⁹ iperij familiarē & abiectū cultū iduit, et diffuſis hoſtib⁹ ſe

obijciens vnum ex his falce percuſſum in cædem ſuam compulit. Quo facto victoriam ſuis reliquit. Horatius libro tertio Car. Codrus pro patria non timidus mori.

¶ Thraſybulus tãta fuit in Athenas charitate, vt parua ſtipatus militum manu animum adiecerit ad eam liberandam a triginta tyrannorum teterrima dominatione. Cui intentum operi quum quidam interrogaſſet hoc modo. Quantas tandem tibi Athenæ per te libertatem conſecutæ gratias debebunt Thraſybule? Reſpondit. Dij faciant vt quantas ipſe illis debeo, videar retuliſſe.

¶ Themiſtocles Athenis patria pulſus, coactus eſt ſe recipere ad Xerxem Perſarum regem/quem prius debellauerat. A quo mira exceptus beniuolentia & hoſpitalitate quum poſtea ſolicitaretur ad inferendum ingratæ patriæ bellum, mortem ſibi conſciuit epoto ſanguine taurino. ¶ Quum Carthaginenſes & Cyrenenſes diſceptantes de finibus agrorum mutuis bellorum cladibus ſe attriuiſſent, ad dirimendam armorum cauſam in hoc fœdus conuerunt, vt certo die vtrinq; legati domo proficiſcerentur, & quo in loco obuij inter ſe fuiſſent, communis vtriuſq; populi finis haberetur. Miſſi ſunt igitur ex Carthaginenſibus duo fratres nomine Phileni, qui quum ſeu feſtinantiſſima celeritate, ſeu greſſu citra horam conſtitutam maturato in longius terminos promouiſſent, Cyrenẽſium iuuenes de fallacia eorum queſti optionem fecerunt Carthaginenſibus, vt vel illi quo fines populo ſuo peterent, ibi viui obruerentur, vel conditionem hanc ſibi relinquerent. Phileni conditione probata, vitam ſuam Reip. condonauere/& viui obruti ſunt. Carthaginenſes in rei memoriã mortuis aras poſuerũt, hiſq; honores diuinos domi cõſtituerunt. ¶ Ariſtoteles Athenis in lectulo iacens non potuit tamen non eſſe ſolicitus de patria, Quam quum euertiſſet Alexander, ab eodem literis obtinuit, vt inſtauraretur. ¶ Theſeus q̃uis Aegei Athenarum regis, aut vt placet Ciceroni et Plutarcho, Neptuni eſſet filius, non grauatus eſt tamen deuouere ſe Minotauro, vt patriam ſeruitute eximeret. Catullus. Ipſe ſuum Theſeus pro charis corpus Athenis Proijcere optauit/potiuſq̃ talia Cretam Funera Cecropię/nec funera portarentur. ¶ Protogenia & Pandora filiæ Erictei Athenarum regis ingruente Bœotio bello/ſe pro patriæ ſalute vltro iugulandas obtulerunt & immolandas. Quod factum eſt in pago hyacintho, vnde & virgines hyacinthides ſunt cognominatę. ¶ Quodã tempore quũ annonæ caritas Atticã premeret, conſulta oracula cecinere finem malo non prius futurum, q̃ aliqua immolaretur puella. Id vbi reſciuit Leos Orphei filius publico permotus bono, filias ſuas Phaſitheam, Theopen/Eubulen/exhibuit immolandas.

¶ Macaria quoq; Herculis filia pro incolumitate publica ſe deuouit.

¶ De Attilio Regulo, Coclite/Fabijs/Epaminunda & Lyſandro varijs in locis, vt res poſtulauit, locuti ſumus. ¶ Argiuis Thebas obſidentibus Menœceus Thebanus pro patriæ ſalute ſe e muris pręcipitem dedit, gladio iam perfoſſum. Statius libro decimo. Inſignemq; animam mucrone coruſco Dedignantem artus prídem/mœſtamq; teneri Arripit, atq; vno quęſitam vulnere rumpit. Sanguine tunc ſpargit turres & mœnia luſtrat, Seq; ſuper medias acies nõdum enſe remiſſo Iecit, & in ſæuos cadere eſt conatus Achiuos.

¶ Petronius Granius centurio octauæ legionis ſub Cæſare Gallico bello militans, Gorgoniæ portus tantiſper ab hoſtili protexit impetu, dum ſocijs ad fugam tempus dederit. Reuertentibus demum ijſdẽ ad ſubſidium/vulneribus deficiens, ite nunc ait incolumes. ¶ Ageſilaus filium ſuum Pauſaniam inedia conſumpſit q̃ quinquaginta auri talenta accepiſſet a Xerxe, vt Spartam proderet.

¶ Eadem

¶Eadē ratio impulit Cassiū ad inferēdam Crasso Bruto filio suo mortē, qꝑ is portas vrbis Romæ dicta mercede Latinis voluisset aperire. Vtriusq; exempli testis est Plutarchus. ¶Dion Syracusanus vsq; adeo patrię studiosus habitus est, vt animum semper adiecerit ad eam liberandum a Dionysij tyrannide. Quod tandē fecit virtute, pulso in exilium tyranno. ¶Demarathus Lacedæmonius patria pulsus/ quū Athenis exularet, nō potuit tamen suos nō monere belli, quod tacite parabāt Athenienses. ¶Aratus Sicyonius patriam liberauit a tyrannide.

¶Tyranni plęriq;.

AGathocles tyrannus fuit Syracusanus. ¶Alexander Pheręus tyrannidē exercuit in Thessalia, Busyris in Aegypto. Vterq; Dionysius Syracusis. Hieronym⁹ in Sicilia. Hipparchus et Pysistratus ei⁹ pater Athenis. Periander Corinthi. Melanus eius filius Ephesi. Polycrates & Syloson fratres in Samo. Procopius cōstantinopoli. Phalaris agrigenti. Candaules Sardib⁹. Creō Thebis. Clearchus Heracleæ. Crabrinus Cremonæ. Milo pisæ, de quo Ouid. in Ibin. Vtq; Milo/ sub quo cruciata est Pisa tyrāno, Cæsus ī æquoreas pręcipiteris aquas. Gelon et Hiero in Sicilia. Aristoclides et Erginus in Orcomeno. Cypselus Corinthi. Aristomachus et Aristippus fuerunt argiuorum tyranni. Author Plutarchus in Arato. Critias tyrānus Athenienſis. Hecatheus Cardianorum. Hippo Messanę vrbis. Machanidas Lacedæmoniorum. Mamercus Catanę vrbis Siciliæ. Nicocles Sicyoniorum. Onabis Lacedæmoniorum. Arideus Pamphiliæ. Aristagoras Mileti. Clisthenes Sicyonis. Anaxileus Rheginorum. Inter tyrannos numerantur Tetrici duo. Ecelinus/ Histieus/ Mnason/ Nabis/ Aristonicus/ Nicocreōtes/ Hegesistratus/ Stesenor/ Cleander/ Sabyllus/ Strattes/ Aristratus.

¶Amici arctissimi & quorundam seruorum in dominos fidelitas.

QVum Orestes et Pylades venissent in regionem Tauricam ad deponendas furias/ quibus Orestes laborabat propter matrem occisam, essentq; a rege compræhensi, qꝑ simulachrum Palladis inde auferre voluissent, rex Orestem (quem audiuerat esse authorem furti) dānauit capitis, Quum vero nesciret vter esset Orestes, Pylades eum se esse affirmabat/ contendebatq; vt pro socio interficeretur. Orestes vero volebat irrogari sibi supplicium/ nomen suum accusans & furtū. Cicero in Lælio. Quum ignorante rege inquit, vter esset Orestes, Pylades se Orestē esse diceret, vt pro illo necaretur, Orestes autem ita vt erat, Orestem se esse perseueraret/ stantes plaudebant in re ficta. Ouidius libro quarto de Trist. Quo postq̄ dubium est/ pius an sceleratus Orestes, Exactus furijs venerat ipse suis, Et comes exemplum veri Phocæus amoris, Qui duo corporibus/ mentibus vnus erant, Protin⁹ euincti tristem ducuntur ad aram, Quę stabat gemínas ante cruenta fores. Nec tamen hunc sua mors/ nec mors sua terruit illum, Alter ab alterius funere mœstus erat. Idem lib. 2. de ponto. Affuit insano iuuenis Phocæus Oresti. Martialis. Te fingente nefas/ Pyladen odisset Orestes. Māilius lib. 2. Astron. Vn⁹ erat Pylades/ vn⁹ qui mallet Orestes Ipse mori, his vna fuit per sęcula mortis, Alter qꝑ raperet fatum/ non cederet alter. Bap, pius. Sic vixere pij Strophio atq; Agamennone nati.

¶Theseus cum Pyrithoo amicitiam iureiurando cōfirmauit, Authore Plutarcho/

quæ nunq̃ diuelli potuit. Propterea fingũtur a poetis comitatu indiſſolubili ad inferos deſcendiſſe ad rapiẽdam Proſerpinam. Ouidius. Pyrithoũ Theſeus Stygias comitauit ad vmbras. Horatius. Nec Lethęa valet Theſeus abrumpere fido Vincula Pyrithoo. Ouidius lib. 8. Et cum Pyrithoo felix concordia Theſeus. Martialis lib. 7. Theſea Pyrithoi deſtituiſſet amor. Statius lib. 4. Syl. Cedit tibi gloria fidi Theſeos. ¶ Conſtitũerat Achilles nunq̃ redire ad bellum troianũ propter ereptã ſibi ab Agamennone Briſeidẽ. Vbi tamen intellexit Patroclum amicũ ab Hectore fuiſſe peremptum/ mutato propoſito bellũ adijt/nec prius quieuit ex animo q̃ ſocij mortem vindicauerit, Vnde mortuo Patroclo, ſic apud Homerum loquitur. Nũq̃ pari dum viuam/dolore afficiar. Propertius lib. 2. Theſeus infernis/ ſuperis teſtatur Achilles, Hic Ixionidẽ/ille Menœciadẽ. Martialis. Aeacidæ ꝓpior lenis amicus erat. Statius lib. 4. Syl. Et lacerum qui circa mœnia Troiæ Priamidem cæſo ſolatia traxit amico. Sidonius. Sic Phrygium Hæmathia victorem cuſpide poſcẽs, Aeacides cæſi luctum frenauit amici. ¶ Nyſus Hyrtaci filiꝰ & Euryalus amici fuerunt arctiſſimi, qui pro Aenea certauerunt in Turnum / quorum alterum Euryalũ quum Rutuli interfeciſſent/ Nyſus qui periculum curſu euaſerat, redijt tamen ad vlciſcendam ſocij mortem. Quod quum feciſſet, ſuper mortui corpus ſe confodit & exanimẽ proiecit. De his Virgilius libro 9. His amor vnus erat/pariterq; in bella ruebant. Idem de Nyſo. Tum ſuper exanimẽ ſeſe proiecit amicum Confoſſus, placidaq; ibi demum morte quieuit. ¶ Caſtor et Pollux fratres fuerunt filij Lædæ hic ex Ioue, ille ex Tyndaro. Propterea poetæ fabulantur Caſtorem fuiſſe mortalem, quem immortalis Pollux ſuo interitu fraterna redemerit pietate. Quod ideo fingitur, quia eorũ ſtellę ſic ſe habẽt/ vt vna occidẽte/oriaꝛ altera, Seruio teſte. Vir. lib. 6. Aen. Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itq; reditq; viam totiẽs. Politianus. Nec tanta Oebalios tenuit cõcordia fratres, Nec tanto atridas fœdere iũxit amor. Bapt. Pius. Vt non Pollucem tam bene Caſtor amet. ¶ Damon et Pythias Pythagoræi condiſcipuli arctiſſima inter ſe amicitia coaluerunt. Nam quum alterum eorum Dionyſius Syracuſanus interficere vellet ſuſpitione proditionis, alter ſe mortis vadem præſtare non dubitauit, tantiſperdum is qui rapiendus erat ad ſupplicium, reuerteretur a componẽdis rebus domeſticis. Quum autem adeſſet hora morti deſtinata, & iam obſes proximus eſſet ſupplicio, vnuſquiſq; ſtultitiæ tã temerarium ſponſorem damnabat, At is nihil ſe de fide amici dubitare prędicabat. Eodem autem momento quo ſupplicium tyrannus indixerat, qui diſceſſerat/ ſuperuenit/obſidem liberaturus. De his Cicero in officijs. Damonẽ inquit, & Pythiam Pythagoricos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe, vt quũ eorum alteri Dionyſius tyrannus diẽ necis deſtinaſſet, & is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulaſſet, vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Qui quum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrãnus/ petiuit vt ſe tertium ad amicitiã aſcriberent. Manilius. Et duo qui potuere ſequi vix noxia pœnis. Optauitq; reum ſponſor non poſſe reuerti. Sponſoremq; reus timuit ne ſolueret ipſum. ¶ Achates perpetuus Aeneæ comes et ſocius fingitur a Virgilio, ſic vt alter altero ſemp comitatus abeat. Stroza pater. Nec minus hunc colui, q̃ dux troianus Achatem, Q̃ rector Graiæ Neſtora militię. Nam et maxima fuiſſe fertur amicitia inter Neſtorem & Agamẽnonem. ¶ Inter paria amicorum numerãtur etiã Hercules et Theſeus, Nam hic illius virtutem & facta ſemper imitatus eſt, & hunc in inferis captiuum redimere conatꝰ eſt ille. Ambo in Amazones armati ſunt, ĩ Scythiã Phrygiamq; vna profecti, eiſdem

armis

armis inſtructi/eodem telorum genere muniti, ſimilib⁹ ſtudijs paribuſq; exercitationibus vſi/ex geminis fratrib⁹ geniti Hercules ex Ioue, Theſeus ex Neptuno ſecundum Plutarchum. ¶Fuit et mutuus amor inter Herculem et Neſtorē. Nam Hercules meſſenen dedit Neſtori,& Neſtor primum inſtituit iuramētū per Herculem. ¶Statius Dimāta & Hoppleum amicitia inſignes fuiſſe memorat. Syllius Marium et Caſprum lib.9.dicēs. Sacro iuuenes prēneſte creati, Miſcuerāt ſtudia, & iuncta tellure ſerebant. Velle ac nolle ambobus idem, ſociataq; toto Mens ęuo/ ac paruis diues concordia rebus, Occubuere ſimul, votiſq; ex omnibus vnum Id fortuna dedit iunctam inter prælia mortem. ¶Laudatur etiam amicitia Herculis et Philoctetæ, Iaſonis et Mopſi, Diomedis et Vlyſſis, Agamēnonis & Menelai atridarum. ¶Alexander tanta fide coluit Epheſtionem, vt eo mortuo propugnacula vrbium diripi/equos muloſq; tōderi/plæroſq; gregarios homines interfici ad mœroris argumentum iuſſerit, idq; vocauerit Epheſtionis inferias. In eius quoq; exequijs decem millia talentum profudit. Authores Plutarchus et Arrianus. ¶Quū ſenat⁹ Ro. Caium et Tiberium Gracchos ob grauiſſimas ſeditiones quas in populo cōcitauerant, hoſtes patrię iudicaſſet iuſſiſſetq; comprehendi et interfici cum omnibus eorum aſſeclis, Bloſius qui Tiberium ſecutus fuerat, in ſenatum venit culpam deprecaturus apud Lælium, quod tanti Gracchum feciſſet, vt quicquid ille vellet, ſibi faciendum eſſe putaret. Cui Lælius. Dic iquit. Si Gracchus te in Capitolium faces ferre voluiſſet, nūquid feciſſes? Tū ille, Nūq̄ id quidē voluiſſet Gracchus, ſed ſi voluiſſet/paruiſſem. Quæ vox q̄tā vim amicitiæ promittat, vnicuiq; relinquitur coniectandum. ¶Pōponius et Lectorius tanta fide C. Graccho adhæſerunt, vt ad eius ſalutem morti ſeſe obtulerīt. Nam quum L. Opimi⁹ Gracchum ipſum fugiētem cum armata manu velut hoſtem patriæ inſectaretur, Pomponius et Lectorius perſequentium furori ſeſe obtulerunt, vt ille ſalutem fuga ſibi quæreret. Nec prius ceſſerūt impetui, q̄ telis et vulneribus vndiq; perfoſſi expirarent. ¶Seruilium Cepionem in vincula coniectum L. Rheginus vi amoris impuls⁹ cuſtodia liberauit, & fugę illi ſe comitem dedit. ¶Volumnius tam effuſis charitatis habenis M. Lucullum complexus eſt, vt quum Antoni⁹ Lucullum interfeciſſet, q̄ adhæſiſſet Caſſio et Bruto Cæſaris interfectoribus, volumnius amico mortuo noluerit ſupereſſe, quū tamen facile poſſet euadere. ¶Cælius a Cinna et Mario Placentiæ obeſſus, ne in eorum poteſtatem veniret, Petronium amicum ſuum orauit, vt inferret ſibi mortē. Petronius quum ab ea ſententia amicum non poſſet auertere, interfecit, ſeq; illi comitem dedit. ¶Non minora beniuolentię indicia pręſtitit Terētius Decio Bruto. Nam quum Antonius ſpiculatores miſiſſet, qui Brutum interficerēt, Seruius Terentius vt eum a morte liberaret, ſeipſum interfectorib⁹ obtulit, nomen Bruti mentitus. Re tamē cognita Terentium dimiſerūt incolumen tracto ad ſupplicīū Bruto. ¶C. Lælius et Africanus Scipio inter raras amicitias numerati ſunt. ¶Metrodorus Lampaſcenus annis 17. nunq̄ diſceſſit ab Epicuro. ¶Pomponius Atticus tanta beniuolentia iunctus fuit Ciceroni/ vt Ciceronis Atticus diceretur. ¶Phydias ſtatuarius Agorantum parium diſcipulum ſuum/ adeo dilexit, vt nomen eius ſuis operibus inſcripſerit plęrumq;. ¶Nicomedes rex Bithyniæ tam propenſo fuit in Romanos animo, vt raſo capite pileum ſumpſerit, & ſe Romanorum libertum vocauerit. ¶Iulius Cæſar Syllanæ factionis inimicus adeo fauit Mario, vt deiecta eius trophęa reſtituerit, ſtatuaſq; noctu erexerit in Capitolio. ¶Galetes puer vſq; adeo amatus eſt a Ptolemæo, vt quum videret reos ad ſupplicium trahi, ſalutem eis & impunitatem exorauerit a rege. ¶Hiſpides Menedemo

ſocio a Spitamene inimicis occidendum ſe prębuit, quum tamen liberum eſſet, periculum declinare. Author Curtius. ¶Timagoras Meletem Athenienſem vſq; adeo dilexit, vt eo iubente ſe precipitauerit. ¶Cyziceni adeo fideles Romanis extitere, vt in bello Mithridatico diutiſſime obſeſſi, neq; fame, neq; tormentis vllis ad deditionem cogi potuerint. Authore Plutarcho. ¶Amelius cum Plotino philoſopho annos ſuprā viginti ſumma familiaritate vixit. ¶Darius vſq; adeo amauit Megabyzum perſam, vt diducto malo punico optauerit ſibi tot Megabyzos, quot illic eſſent acinorum. Teſtis Herodotus. ¶Iam docuimus q̄ta in Xerxem regem Perſarum beniuolentia fuerit Boges, quoq; modo eius cauſa ſe ſuaq; omnia morti et flammis deuouerit. ¶Licinius Surra tanta familiaritate et beniuolentia coniunctus fuit Traiano, vt imperator ipſe poſt delationem domum eius venerit/ pranſuſq; cum illo eius medico oculos tentandos exhibuerit/ tonſoriq; operam dederit. Mox ad amicos conuerſus, Ecquid accuſare Surram amplius poteſtis inquit? Eidem mortuo ſepulchrum fieri, & ſtatuam poni iuſſit. ¶Memorabilis eſt amicitia duorum hominum, quos Saxo grammaticus Aſmundum et Aſuitum vocat, quorum quum Aſuitus morbo conſumptus eſſet, alter Aſmundus ob amicitiæ iuſiurādū viuus cum eo tumulari voluit. ¶Vrbinum i agro Reatino delitescentem quum milites ad mortem inquirerent, ſeruus eius domini ornamentis indutus in eiuſdem cubile ſe reclinauit, vt irruentes hoſtes Vrbinum eſſe ſuſpicarentur & ita primo impetu iugularent, In cui⁹ rei monumentum Vrbinus mortuo erexit ſtatuam/cum titulo et inſcriptione, quæ tam memorabilem teſtaretur fidelitatem. ¶Aeſopus libertus Demoſthenis patronum ſuum adeo dilexit, vt nullo tormenti genere potuerit cogi ad reuelandum adulterium domini. Author Macrobius. ¶Antium Reſtionem proſcriptum & noctu fugiētem ſeruus eiuſdem ſecutus eſt, abditumq; miniſterio ſuo aluit. Quum deinde perſequentes adeſſe ſenſiſſet, ſenem (quem caſus primum obtulit) iugulauit, & in conſtructam pyram cōiecit. Eadem accenſa eis occurrit, qui Reſtionem inquirebant, dicens damnatum ſibi pœnas luiſſe, multoq; acrius a ſe vexatum q̄ ipſe vexabat. Quo factum eſt vt Reſtio liberatus effugeret. ¶Cepionem morti adiudicatum q̄ inſidias paraſſet Auguſto, ſeruus ad Tiberim in Ciſta detulit, peruectumq; hoſtiam in agrum Laurentem ad villam patris nocturno itinere perduxit. Cuius deinde nauigationis naufragio vna expulſum dominum Neapoli diſſimulanter occuluit, exceptuſq; a Centurione nec precio nec minis potuit adduci, vt dominum proderet. ¶Cluentium Pelignū Italicenſem compræhēſum ab inimicis ſeruus occidit/ ne traderetur Pōpeio hoſti/ ac ſe, ne domino ſuperſtes fieret/interemit. ¶C. Gracchum ex Auentino fugientē Euporus ſeruus qua potuit ratione tutatus eſt. Super occiſum deinde/animā ſciſſis proprio vulnere viſceribus effudit. ¶Seleuci ſeruus quum ſeruiret amico ei⁹/a quo dominus fuerat interemptus/cœnantem in vltionem domini confodit. ¶Mycith⁹ ſeruus Anaxilai meſſenij acceptum a domino regnum eiuſdem liberis vbi adoleuerunt, reſtituit, ſumptoq; exili viatico cum ſumna tranquillitate conſenuit Olympiæ. ¶Neæra & Charmione ancillæ fuerunt Cleopatrę reginæ, quæ ſpontaneam dominæ mortem imitatę ſunt/ac ſemiuiuę repertę/dominę iā mortuę coronā capite delapſam reponentes. ¶Solebant Spartiatæ & meſſenij virgines ad ſeſe mutuo mittere, ad cōfouendas ſemper amicitias. ¶Quædā amicorum paria numerātur a Politiano his verbis. Vt tibi collatus iuuenis Phocæus Oreſtē Oderit/ & ſpernat Theſea Pirithous. Sicanium Pyladem credatur fallere Damon/ Vix q̄ bonum frenis Caſtora frater amet.

¶Amor

¶Amor coniugalis.

ORpheus vt fabulãtur poetę, deſcendit ad inferos nõ alia cauſa q̃ ad repetendam Eurydicen vxorem, quam prius multis lachrymis defleuerat. Virg. lib. 4. Georg. Ipſe caua ſolans ægrum teſtudine amorem, Te dulcis cõiunx te ſolo in littore ſecum/ Te veniẽte die/te decedente canebat. ¶Alceſtis maritum ſuum Admetum regẽ Theſſalię tãto amore dilexit, vt quũ Admet⁹ ipſe morbo laboraret, cõſultaq; oracula reſpondiſſent futurum eum incolumem, ſi quis amicorum pro eo mori vellet, ſola vxor recuſantib⁹ pietatem illam cæteris amicis, pro viri ſalute, morti ſe deuouerit. Propterea poetæ fabulati ſunt reuiuiſcendi munus ei a diis cõceſſum. Admetus vero beneficij memor, perpetuas defunctæ nęnias inſtituit. Iuuenalis Satyra. 6. Spectãt ſubeuntẽ fata mariti Alceſtim. Hieronymus. Alceſtem fabulę ferũt pro Admeto ſpõte defunctã. Stati⁹ li. 3. Syl. Ergo Theſſalici cõiunx pẽſare mariti Funus/et immitẽ potuit Phryga vincere ſupplex Thraci⁹. Ouid. lib. 3. de arte. Fata Phereciadę cõiunx Pagaſæa redemit, Proq; viri eſt vxor funere lata ſui. Martialis lib. 4. Nec minus Alceſtim fama ſub aſtra ferat. Stroza filius. Nec quæ Admetum cœleſtibus auris Morte ſua incolumẽ Stygiis ſeruauit ab vmbris. Bap. Pius. Hic vibi cœleſti diuorum cincta caterua eſt Alceſte, admeti vita Phereciadæ. ¶Tãtus fuit Penelopes in Vlyſſem amor, vt eo abſente per annos viginti caſtitatem ſeruauerit impollutam, nulliſq; procorum blandimentis ſuccubuerit. Propertius lib. 2. Felix admeti coniunx/& lectus Vlyſſis. Stroza pater. Adde fidẽ/quã nec cõiũx Ithaceia vicat. ¶Capanei apud Thebas mortui dũ celebrãrentur exequiæ/ vxor Euadne in rogũ mariti ſe cõiecit. Stroza pater. Nõ magis infelix Thyſbe dilexit amãtẽ, Nec magis Euadne cõmoritura virũ. Ouid. lib. 3. de arte. Accipe me capaneu, cineres miſcebim⁹ iąt Iphias, i medios deſiluitq; rogos. Martialis. Arſerit Euadne flãmis iecta mariti. ¶Quũ Belides omnes facta cõiuratione maritos interfeciſſent, ſola Hypermeſtra pepercit marito lino ſeu lynceo. ¶Proteſilaus ſub cui⁹ imperio fuerunt Antrõ/Phylaca & Lariſſa vrbes Theſſalię, primus Græcorum interfectus eſt apud Troiam a Dardano quodam. Quod quũ reſciuiſſet Laodomia, in ſolatiũ mœroris optauit, vt mortui vmbrã videret. Quod quum impetraſſet, in illius amplexibus expirauit. Propertius. Illic Phylacides iucundę cõiugis Heros Nõ potuit cęcis immemor eſſe locis. Sed cupidus falſis attingere gaudia palmis, Theſſalis antiquam venerat vmbra domum. ¶Portia Catonis filia quum audiſſet maritum Brutum apud Philippos interfectũ, hauſtis carbonibus ſe ſuffocauit. Pãphilus. Vixiſſet Brutus, tunc non tam clara fuiſſet Portia. ¶Hipſicrathea Mithridati marito in omni bellorum diſcrimine fuit adiutrix, eũq; armata in expeditionibus ſecuta eſt, raſis etiam capillis, quo commodius vteretur galea. Stroza pater. Nec Mithridatæas quæ comitata vias. ¶Pericles Aſpaſiam vxorem adeo dilexit, vt nunq̃ egrederetur domo, quin eam diſſuauiaretur, Vnde veteres comœdiographi Deianyram & Iunonem eam vocabant. ¶Vxorem adeo dilexit Periãder Corithius, vt etiã mortuæ ſe cõmiſcuerit. ¶M. Plautius i Aſiã cũ 60. nauib⁹ proficiſcens, quum Tarentum veniſſet, Oreſtillã vxorem (quam ſecũ duxerat) ibidem morbo abſumptam amiſit. Cuius dum celebrarentur exequiæ, impatiẽs mœroris Plautius pugione ſe cõfodit. ¶Antimachus poeta Græcus Lyſidicẽ vxorẽ adeo dilexit, vt eius mortem lamẽtabili defleuerit Elegia, qua omnes Heroum calamitates enumerabat. ¶Antonium quũ ſuperaſſet Auguſt⁹, Cleopatra animi dolore mortem ſibi conſciuit. ¶Saxo grãmaticus ait Gunnildam fuiſſe mulierẽ, q̃ quũ videret exequias Aſmundi mariti ſui, ſpiritũ ferro ſibi ſurripuerit.

¶Publius Rubrius Celer vixit cum Caia Ennia vxore ſua annos 43. mẽſes 8. ſine vlla querela. ¶Albutius vixit in coniugio cum Terentiana Valentiana annos 25. ſine vllo iurgio. ¶Antonius pius vxorem Fauſtinam tanta dilexit fide, vt mortuę diuinos honores inſtituerit & ſtatuas erexerit. ¶Idas auſus eſt in Apollinẽ certare, propter ereptam ſibi Marpiſſam vxorem. ¶Aemylius adoleſcens ſe ipſum interfecit, q̃ delitescẽtem in vepribus vxorem pro fera interfeciſſet. Author Plutarchus. ¶Idem quoq; fecit Cyanippus Theſſalus propter vxorem a canib⁹ dilaniatam. Author idem. ¶M. Lepidus Apuleię vxoris charitate, poſt repudium obijt. ¶Iulia Cæſaris filia & vxor Pompeij quum vidiſſet veſtem mariti ſui cruentam & infectam ſanguine quorundam, qui iuxta Pompeium ipſum mutuis vulneribus ſe læſerant, ſubito pauore conſternata et exanimis collapſa eſt, ex eaq; turbatione partum edidit immaturum. Author Plutarchus. ¶Artemiſia Mauſolo marito ſuperſtes in perpetuo luctu et mœrore vixit, quo etiam confecta cõtabuit. Amoris eius fidem facit ſepulchrum illud memorabile, quod erexit mortuo. Sunt qui velint eam cineres cadaueris vino mixto hauſiſſe, quorum opinio ridet Architrenio. ¶Darius exiſtimans vxorem ſuam ab Alexandro victore fuiſſe interfectam, eiulatibus impleuit caſtra, atq; in hęc verba prorupit. Quod ego tãtum nefas commiſi Alexander? Quem tuorum propinquorum necaui, vt hanc vicem ſæuitiæ meæ reddas? Odiſti me non quidem prouocatus, Sed finge iuſtum intuliſſe te bellum. Cum fœminis ergo agere debueras? Quibus verbis conijcere eſt q̃tus fuerit Darij amor in vxorem. ¶Panthea vxor Abradatæ viri Perſæ quum audiuiſſet maritum in bello perijſſe, arrepto pugione ſeipſam interfecit.

¶De mutuo fratrum et ſororum amore.

SOrores Phaetontis quæ Heliades et Phaetontiades appellantur, fratrem cœlo deturbatum tantis lachrymis deplorauerunt / vt deorum commiſeratione in arbores commutatæ ſint. Virgil. in Culice. At quibus inſigni curru proiectus equorum Ambuſtos Phaeton luctu mutauerat artus. Heliades teneris amplexę brachia truncis Candida fundebant lentis velamina ramis.

¶Anna apud Virgil. conquerítur q̃ ſorori ſuæ Didoni comes non fuerit in morte, ad ſimile genus mortis ſibi conſciſcendum. Hæc autem Annæ verba ad Didonem ex quarto Aeneidos. Comitem ne ſororem Spreuiſti moriens? Eadem me ad fata vocaſſes. Idem ambas ferro dolor / atq; eadem hora tuliſſet. ¶Antigone Oedipi filia fratrem ſuum Etheoclem in bello peremptum ſepeliuit inuito Creonte tyranno. Ouid. li. 3. Triſt. Fratrem Thebana peremptum Suppoſuit tumulo rege vetante ſoror. ¶Dagobertus Francorum rex conſortem regni fratrem Aripertum conſtituit donata ei Aquitania. ¶Ramyrus Veremundi filius Hiſpaniæ rex conſortem regni aſſumpſit Garſiam fratrem adhuc impuberem. ¶P. Rutilius leui morbo impeditus nuncíata fratris repulſa in petitione conſulatus ilico expirauit, Authore Plynio. ¶Cleomenes Lacedæmonius fratrem Euclidam ſecum regnare permiſit. Authore Plutarcho. ¶Cõtra vero mutuo cõflagrarunt odio Romulus et Remus / Etheocles et Polyníces / Atreus & Thyeſtes / Aeta et Perſes. ¶Hyam a leone deuoratum ſorores Hyades lamentione miſerabili proſecutę ſũt. adeo vt mœrore vitam finiuerint. Deorum demum cõmiſeratione relatę ſunt in ſtellas. Pontan⁹. Mox Hyadum chorus Eois emerget ab vndis, Fratris Hyę quas perpetuus dolor indidit aſtris. ¶Fuit maximus amor inter Caſtorem & Pollucẽ, vti ã diximus, Stroza pater. Talis Amyclęos non iunxit gratia fratres, Alterna quorum vita redempta nece eſt.

¶Amor

¶Amor & indulgentia parentum in liberos.

ANtioch⁹ Sother rex Syrię Stratonicen nouercā cui⁹ amore pruriebat, īdulgētia patris Seleuci Nicanoris obtinuit. ¶Hippo & Miletia filię fuerūt cuiusdā Scedasi inter Bœotios ditissimi, quas quum impudici adolescentes per vim constuprassent, ac demum occultandi sceleris causa in puteum demersissent, pater impatiēs mœroris ad earum tumulos seipsum confecit. ¶Gordian⁹ senior audita filij morte seipsum suffocauit laqueo. ¶Orodes rex Parthorum vbi resciuit Pacorum filium in bello contra Ventidium periisse, animi dolore versus est in rabiē. ¶Niobe filios suos ab Apolline interfectos tātis defleuit lachrymis, vt in scopulum diriguerit. Propertius. lib. 2. Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba Sollicito lachrymās defluit a Sipylo. ¶Hecuba Polymestori regi Thraciæ genero suo oculos eruit, ꝙ Polydorum eius filium iterfecisset. ¶Valerius Bestius simili modo exęcatus est a L. Imbrico socero suo, ꝙ eius filium Ruscīū interfecisset. ¶Anius Tuscorum rex filiam habuit Saliam nomine, quam quum rapuisset Catheus adolescens, iratus pater in fluuium Anienem inde cognominatum sese proiecit. Author Plutarchus. ¶Artaxerxes Darium filium adhuc viuens regē constituit, contra morem Persarum. ¶Pythius Bithynius animi dolore, quem conceperat ex morte filij a Xerxe interfecti relicto vxori regno in mortui monumentum se coniecit, atq; inibi quod supererat vitæ, flebiliter compleuit. ¶Nauiganti in Cretam Theseo quum Aege⁹ pater iussisset, vt si confecto Minotauro reuerteretur incolumis, albis vteretur velis, ac Theseus verborum patris immemor, reuertens nigrum tetendisset linthēū, pater eo procul viso in mare se coniecit, ꝙ putaret actum esse de filio. Fabulam hanc seu si mauis, historiam fusissime describit Catullus. Author Aetnæ. Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theseu Candida sollicito præmittere vela parenti. Calentius. Ast vbi nigra dari prospexit linthea vento Rex pater, in fluct⁹ hoc caput inquit, eat. Pręcipitemq; senex specula se iecit ab alta, Quem venus esse deum fluctib⁹ alma dedit. ¶Nihil magis curabat Aeneas q̄ Ascanium suū. Vnde Virg. lib. 1. Aeneidis. Omnis in Ascanio chari stat cura parentis. ¶Confectus senio Priamus vbi vidit filium suum Polyten a Pyrrho Achillis filio interfectū, non potuit iræ aut voci parcere, quin homicidam insectaretur conuicijs, licet in eadē esset alea, vt docet Virg. lib. 2, Aenei. ¶Auctolia Sinonis filia & vxor Laertæ quum falso nuncio intellexisset Vlyssem filium apud Troiam in bello decubuisse, impatientia mœroris vitam proiecit. ¶Iam diximus Nioben in scopulum diriguisse propter liberos suos ab apolline interfectos. Idem quoq; dolor impulit Amphionem Niobes maritum mortem sibi consciscere. Ouid. in Ibin. Addidit vt fidicen miseris sua funera natis, Sic tibi sint vitæ tędia iusta tuæ. ¶Euenus Martis et Stropæ filius quū stupratorem filiæ Marpissæ Apharetum nomine comprehendere non posset ad supplicium, coniecit se in Lycormam fluuium animi dolore. Author Plutarchus. ¶Tomyris Scytharum regina filium suum Sargapisem adeo dilexit, vt non prius sibi constiterit, q̄ mortem eius vlta sit seueriss̄ime. Cōpræhēsum eni interfectorē Cyrū cruci affixit, teste Diodoro, & ablatum mortui caput demersit in vtrē sanguinis. ¶Mycerinus rex Agypti filiam quam habebat vnicam, adeo dilexit, vt mortuæ cadauer incluserit aureo bouis simulachro, quod in templis proxime deos posuit, floribusq; ornauit quotidie admota noctu perpetua lucerna. Author Herodotus. ¶Attedius melior duos habuit liberos Blesum & Glauciam nomine, quos adeo dilexit, vt diem Blesi mortui natalem singulis annis celebraret. Martialis lib. 8. Præstas hoc Melior sciente fama. Qui solennibus anxius sepulti Nomen non sinis interire Blesi.

Et de munifica profus⁹ arca Ad natalicīū diem colendū Scribartū memori pięq; turbę Quod donas, facis ipse Blesianū. ¶Mater Antistiæ quum vidisset filiā a Cn. Pōpeio repudiatā superinducta Aemylia, mortē sibi consciuit. ¶Blauus quū audisset filium a Triumuiris interfectū, ab ijsdē impetrauit, vt interficeretur, & filio mitteretur comes.

¶Amor liberorum in parentes.

ARtaxerxes rex Persarū patris sui interfectorē dedit mortí, mutata de industria cū eo lorica. ¶Icarū patrē Erigones quum agrestes Attici interfecissent, filia doloris ipatiens laqueū iplicuit collo. Ouid. in Ibin. Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit, Vincula per laquei fac quoq; guttur erat. ¶Atys filius Crœsi quum esset natura mutus, vbi tamen vidit hostilem gladium imminentem paterno iugulo, solutis dentium claustris prorupit in verba, quibus docuit affectum animi sui, Author Gellius. ¶Amphinomus & Anapius Siculi fratres, quū Aetnæ incendio Catana vrbs & omnia prope Siciliæ loca deflagrarēt, parentes humeris superpositos periculo subduxerunt. Syllius. Tum Catane nimium ardēti vicina Typhœo, Et glomerasse pios quondam celeberrima fratres. Author Aetnæ. Amphinomus fraterq; pari sub munere fortes, Quum iam vicinis streperent incendia tectis, Accipiunt pigrumq; patrem, matremq; senilem. Illis diuitiæ solę materq; paterq;. Erubuere pios iuuenes attingere flammę, Et quacunq; ferunt illi vestigia, cedunt, Et circa geminos auidus sibi temperat ignis, Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum Salua ferunt. Claudianus. Complexi manibus fultos ceruice parentes Attollunt vultus, accelerantq; gradus. Idem. Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Onapi, Aeternum Sicul⁹ templa dicauit honos? ¶Simili exemplo laudatur pietas Aeneæ, ꝙ flammis vniuersam Troiam populantibus inualido patri humeros subincuruauerit, relictisq; diuitijs vnicum pign⁹ redemerit ab incendio. Idem Claudianus. Q7 si notus amor prouexit in astra lacones, Aeneam Phrygio rapt⁹ ab igne pater. Dido apud Virg. lib. 4. Quem subijsse humeris confectum ætate parētem. Statius lib. 3. Syluarum. Felix cui magna patrem ceruice vehenti Sacra Myceneę patuit reuerentia flāmę. ¶Scipio adhuc puer patrem pœnis hostibus circunsepptum liberauit. apud Ticinum seu Trebiā, Authore Liuio. Statius lib, 3. Syl. Quiq; tener sęuis genitorē Scipio pœnis Abstulit. ¶Lausus Mezētij Tyrrheni filius patrē in bello aduersus Aeneā seruauit, eoq; liberato ipse ab Aenea interfect⁹ est. Idē Statius. Et Lydi pietas temeraria Lausi. ¶Oppium a triūuiris proscriptū (dum ad supplicium quæreretur) filius humeris extulit, & incolumem peruexit in Siciliam ¶Antigonus quum ingenti prędio superasset hostē, prędiū belli transtulit ad patrē & iperium illi tradidit Cypri. ¶Antigona patri suo Oedipo exoculato ducē se prębuit. ¶Rosimunda filia Cunimūdi Gepidaꝝ regis maritum suum Alboinū regē Longobardoꝝ veneno suffocauit, ꝙ is Cunimūdū bello victū interfecisset, & ex interfecti ceruice fecisset sibi poculū ¶Leo iunior quum annum vnicum prędfuisset imperio, Zenoni patri manibus suis diadema imposuit, ipsumq; deinceps imperare iussit. ¶Alphonsus patrem suum Ferdinādum decem ac septem aureoꝝ millibus funerauit, magno pietatis argumento. ¶Cleobis & Biton fratres Argiā sacerdotē matrem suam currui insidentem equorum penuria ab oppido traxerunt ad fanum, seq; iugo alligarūt, ꝙ ius esset sacerdotē ipsā ad sacrificiū curru vehi. Author Cicero lib. primo Quęst. Tuscula. Claudianus. Si vetus Argolicos illustrat gloria fratres, Qui sua materno colla dedere iugo.

¶Arrogantes, superbi, glorioſi & Ambitioſi.

Dares

DAres vt eſt apud Virgilium, fuit neſcio quis glorioſus, qui in ludis & certaminibus (quæ Aeneas ad Anchiſæ patris tumulum celebrauit in Sicilia) inani brachiorum oſtentatione gloriabatur & immodicis laudibus ſe p̄dicabat, vnunquenq; ad duellū prouocans, & ſuam vnius virtutem extollens īmodice. Verba Virg. ſunt hæc ex lib. 5 Aen. Nec mora, continuo vaſtis cum viribꝰ effert Ora Dares, magnoq; virum ſe murmure tollit. Idem. Talis prima Dares caput altū in p̄lia tollit, Oſtenditq; humeros latos, alternaq; iactat Brachia protendens, & verberat ictibus auras. ¶Miſenus fuit Aeneæ tibicen, qui deos marinos ad certamen tubæ auſus eſt irritare. ¶Numanus Remulus fuit quiſpiam Rutulꝰ, qui quū multum ſibi tribueret, et immodice placēret, Troianos in Italia obſeſſos arguebat imbelliæ et mollicieī. Verba Virg. ſunt hæc. Is primam ante aciem digna atq; indigna relatu Vociferans, tumiduſq; nouo p̄cordia regno Ibat, & ingentē ſeſe clamore ferebat. Eodem teſte Murrhanꝰ fuit quiſpiam, qui antiqua generis nobilitate gloriabatur, Sic autem ait. lib. 12. Murrhanum hic atauos & auorum antiqua ſonantem Nomina per reges actum genus omne Latinum P̄cipitem ſcopulo, atq; ingētī turbine ſaxi Excutit. ¶Narciſſus puer liberali forma tantæ fuit ſuperbię, vt pueros omnes & puellas a quibus adamabatur, nihiliſaceret. Ouid. lib. 3. Meta. Multi illū iuuenes, multę cupiere puellę, Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma, Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellę. ¶Martialis illudit cuidam Soſibiano, q̄ patrem appellaret dominum, qui tamen erat ſeruus. Sic autem ait. Eſeruo ſciſte genitū blandeq; fateris, Quum dicis dominum Soſibiane patrem. ¶Appion grammaticus Alexandrinus tanta fuit arrogantia, vt ei immortalitatem polliceretur, cui opera ſua nuncupaſſet. ¶Demetrius Poliorcetes Antigoni Macedonię regis filius tanta fuit inſolentia, vt Athenienſium legatos biennium ſuſpenſos tenuerit ſine colloquio, ac demū re infecta reuerti iuſſerit. ¶Marſyas tibicen notatur hoc vicio, q̄ Apollinem ad tibiæ certamen prouocauerit, vt fabulantur poetæ. ¶Menecrates medicus nullā ab his mercedem ſolebat accipere, quibus medebatur. Sed hoc tātum petebat, vt liberati ſe ipſius ſeruos eſſe faterentur, eumq; Iouem dicerent. ¶Neſtorius hęreticus factus p̄ſul Conſtātinopolitanꝰ, orationem poſtero die habuit ad populum arrogātiæ plenam & ſuperbiæ, qua cœlum ſe vnicuiq; daturum promittebat. ¶C. Neuiꝰ comœdiographus ſuperbiam ſuam teſtatus eſt Epithaphio, quod ſepulchro ſuo iuſſit inſcribi. Erat autem tale. Immortales mortales ſi foret fas flere, Flerent diuæ camœnę Neuium poetam, Itaq; poſtq̄ orci traditus eſt theſauro, Obliti ſunt Romę latina loquier lingua. Author Gellius. ¶Rhemnius Palemon grammaticꝰ gloriabatur ſecum natas eſſe litteras, ac ſecum demum morituras. Idem M. Varronem porcum appellare non veritus eſt. ¶Paulus Samoſatenus hęreticus diues factus e paupere, excreuit in ſuperbiam intolerabilem. Nam incedens per vicos et compita, doctrinā & literas oſtētabat publice, & notarijs in propatulo, quicquid primum in buc cā veniſſet, dictabat. ¶Polydamas athleta ea fuit animi cōfidētia, & temeritate, vt ruinā ſcopuli quā p̄uidebat caſurū, expectauerit, exiſtimās ſe poſſe reſiſtere. Quo tamen obrutus eſt, vt iā dixímꝰ. ¶Tamyras poeta Thrax natione auſus eſt cū muſis de cantu certamen ſuſcipere, ab eiſdē propterea exoculatus. ¶Iā diximus Theagenē Cāprū pauperē fuiſſe, qui haberi volebat diues. ¶Timæus ſiculus hiſtoricus gloriabatur ſeſe Thucydidē et Philiſtū in hiſtoria ſuperaturū. Author Plutarchus. ¶Auſa eſt Arachne certare cū Minerua de lanificio, vt teſtātur poetarum fabulę. ¶Erat Athila rex Pānoniæ ſuperbꝰ inceſſu, huc atq; illuc oculos circunferens, vt elata potentia in ipſo corporis motu appareret. ¶Poetæ fabulantur Caſſiopē Ce-

phei filiã Nereidibus ſe prętuliſſe, vt Nioben Latonę, Antigonam filã Laomedõtis Iunoni, Lychionen filiã Dedalionis, Dianæ. ¶ Domitianus iactabat ĩ ſenatu patri ſe & fratri imperium dediſſe, illos ſibi reddidiſſe. Gaudebat appellatione domini, atq; etiam dei. Vnde Euſebius. Primus inquit Domitianus dominum ſe et deum appellari iuſſit. Hinc fluxerunt duo verſiculi cuiuſdã poetæ aſſentatoris. Edictum domini deiq; noſtri, Quo ſubſellia certiora fiunt. Vnde inſtitutum eſt ab eo, vt ne ſcripto quidem, aut ſermone cuiuſq; aliter appellaretur. Statuas ſibi in capitolio non niſi aureas, & argenteas poni permiſit. Septẽbrem & Octobrẽ menſes ex appellationibus ſuis Germanicũ Domitianumq; tranſnominauit, q; altero ſuſcepiſſet imperiũ, altero natus eſſet. ¶ Heraclides philoſophus Pontius draconem aluit, quẽ feretro ſuo poſt mortem imponi iuſſit, vt ex hoc putaretur ad deos migraſſe. ¶ Maximinus iunior tanta fuit arrogãtia, vr manus & pedes ſenatoribus prębere oſculãdos. ¶ Actius poeta in camœnarũ ęde maxima forma ſtatuam ſibi poſuit, quum tamen breuis admodum eſſet. Author Plynius lib. 34. ¶ Suffenus fuit ineptiſſimus poeta, qui in ſuis operibus mirabatur ſe plurimum, ſibiq; blandiebatur & arridebat. Catullus. Quem non in aliqua re videre ſuffenum poſſis. ¶ Seſoſtris rex Aegypti fuit adeo ſuperbus, vt domitos reges ad currum iungeret, eoq; modo triumpharet. ¶ Maricus quidam ex plebe Boiorum auſus eſt ſe deum facere, Authore Cornelio Tacito. ¶ Caius princeps ſeipſũ inter deos retulit, & Iouis maximi nomine ſtatuas erigi ſibi imperauit. ¶ Myxus fuit Dianæ ſacerdos glorioſus, & virtutum ſuarũ exímius prędco. ¶ Senetio fuit quiſpiam, qui grandia ſemper cupiebat dicere, Idem ſeruos nolebat habere, niſi grandes, et argentea vaſa non niſi grandia. Concubinam habebat ingentis ſtaturæ. Summis inſiſtebat digitis quum diceret, quo grandior videretur. ¶ Themiſon Cyprius Hercules dici volebat, eoq; nomine rem ſibi diuinã fieri patiebatur. ¶ Calippides Græcus fuit tragœdiarũ hiſtrio, qui in ea re plurimũ ſe mirabatur. Propterea quum Ageſilao regi occurriſſet, arrogantius eum ſalutauit, ſubinde illi ſe oſtentans, & inter aſtantes ſeſe intrudens, arbitratus fore vt comiter a rege exciperetur. Verum is quum grauioribus intẽderet, ac ne Callipidẽ reſpectaret, nõ admodũ inquit, noſſe me videris o rex, nec qui ſim inaudiſſe. Ridẽs Ageſilaus, an non es inquit Callipides ille mimus? ¶ Varus Pergęus fuit quiſpiam, qui verbis aſſentatorum corruptus perſuaſit ſibi ſe eſſe omniũ formoſiſſimũ, arte quoq; & robore in paleſtra omnes excellere, immo ne muſas quidem cãtare ſuauius. ¶ Iã diximus quonãmodo Salmoneus tonitrua mentiretur, vt deitatis opinionem ſibi vẽdicaret. ¶ Acco mulier ad ſpeculũ inepte ſibi blãdiebatur. ¶ Sapor rex Perſarũ vocabat ſe regem regum/ participem ſyderũ/ fratrem ſolis & lunæ. ¶ Iulius Cæſar dicebat debere homines pro legibus habere, quæcunq; diceret, eoq; arrogantiæ ꝓgreſſus eſt, vt aruſpice triſtia & ſine corde exta quondam nunciante futura diceret, lętiora, quum vellet. ¶ Zeuſis adeo ſibi placuit in Helena quam pinxit vt non expectato aliorum teſtimonio hos verſꝰ ipſe adiecerit. Haud turpe eſt Troas/ fulgenteſq; ęre Pelaſgos Coniuge pro tali diuturnos ferre labores. Aeternis facies nimis eſt ęquanda deabus. ¶ Marcus Druſus tanta fuit arrogantia, vt L. Philippum conſulem quia ſe interpellare concionantem auſus fuerat, obtorta gula per clientem ſuum adeo violenter in carcerem detruſerit, vt multus e naribus eius cruor profunderetur. Quum ſenatus ad eum miſiſſet, vt in curiã veniret, Quare non potius inquit, ipſe ad me venit? ¶ Cn. Pompeius balneo egreſſus ante pedes ſuos proſtratum Hipſeum ambitꝰ reum nobilem ac ſibi amicum, iacentem reliquit contumelioſa voce proculcatum. ¶ Alexander Macedo Iouis Ammonis filius dici voluit. ¶ Annibal Cannenſis pugnæ

gnæ ſucceſſu elatus, neminem ſuorum ciuium admiſit in caſtra, nec vlli reſponſum dedit, niſi per interpretem. ¶ Hanno Carthaginenſis aues capere ſolebat, quas hãc edocebat vocem, De⁹ eſt Hanno. Adultas demum et doctas quaquauerſum emittebat, vt eandem emitterent vocem. Hoc Eraſmus refert in quendam Pſaphonem. ¶ Heroſtratus nominis & famæ libidine templũ Dianæ Epheſiæ incendio dedit. Author Gellius. ¶ Manes hæreticus prædicabat ſe natũ virgine, deitatis q; numẽ ſibi vendicabat. ¶ Perpenna conſul regnandi cupiditate Sertoriũ inter epulas incautũ occidit, vt ſolus principaretur in Hiſpania. ¶ Amulius Numitorem, Artabanus Xerxẽ, Athalia vniuerſum Dauidis ſemen interfecerunt, vt apud ſuos dominarentur. ¶ Spitigneus rex Bohemorũ dominandi libidine bellũ geſſit cũ fratre Vratiſlao. ¶ Empedocles Agrigentinus poeta in Aetnã ſe coniecit, vt ad ſuperos conuolaſſe putaretur. ¶ Heraclius Phocam interfecit, vt ſolus imperaret. ¶ Iugurtha fratres ſuos Hiempſalẽ et Adherbalẽ morti dedit, vt Numydarũ regno ſolus potiretur. ¶ Conſtantinus imp. Irenen matrẽ expulit, vt imperaret ſolus. ¶ Sell⁹ fuit quiſpiã, qui quũ eſſet pertenui fortuna, volebat tamẽ haberi diues. ¶ Solebat Callipha-nes poeta diuerſorum carminum et orationum initia cõſcribere, ad tres aut quattuor verſus, eaq; pronunciare & oſtentare, vt commentum ignorantibus multiſcius & eruditus videretur. ¶ Adrianus fuit adeo cupidus famę & laudis, vt libros a ſe ſcriptos de ſua vita libertis ſuis literatis dederit, qui eos ſuis nominibus publicarent. Author Aelius Spartianus. ¶ Ducebatur Nero æternitatis perpetuæq; famę cupidine. Vnde & menſem Aprilem Neroneum appellauit, & Romam Neropolim cõſtituit appellare. Author Suetonius.

¶ Audaces, & temerarij.

POetæ Phaetontis arguunt temeritatem, q̃p patris currum acceperit regendum, quum tamen non eſſet idoneus auriga. Ouid. lib. 1. Triſti. Vitaret cœlum Phaeton ſi viueret, et quos Optauit ſtulte, tangere nollet equos. ¶ Auſi ſunt Gygantes Iouem armis laceſſere, et in eum ſcopulos iaculari, vt volunt Mythologorum fabulæ. Author Aetnæ. Tentauere (nefas) olim detrudere mundo Sydera, captiuiq; Iouis tranſferre Gygantes Imperium, & victo leges imponere mundo. ¶ Fuit & imprimis temerarium Sinonis facinus, qui fatalem machinã in medios Troianos duxerit ſolus, in vtramq; paratus aleam, Authore Virg. ¶ Fingũtur Theſeus & Pyrithous irremeabiles vmbrarum domos irrupiſſe, vt dominam Ditis thalamo deducerẽt. ¶ Icarus confictis a patre Dædalo pẽnis ſupramodũ itumeſcens auſus eſt mediocrem parentis volatum deſerere, et in ſublime niti, donec liquefactis a ſole pennis, præceps deciderit in mare. Ouid. lib. 1. Triſt. Dũ petit infirmis nimiũ ſublimia pẽnis Icar⁹, Icariis noia fecit aqs. ¶ Crotoniates Milo nimia roboris confidentia tentauit arbores diducere. ¶ Bellorophon inſidens Pęgaſo per medium aerem ferri voluit. ¶ Iaſon et Typhis vitam ventis primi commiſerunt, et vias maris (quas natura negat teſte Claudiano) aggreſſi ſunt, triſtes Hyadas rabiemq; noti, infames ſcopulos Acroceraunia et mare turbidum, vt ait ille, ſiccis oculis proſpicientes.

¶ Timidi, et meticuloſi.

ARchilochus ſcripſit ſatius eſſe clypeum abijcere, q̃ interire. Vnde et Lacedæmonij ſuis eũ finib⁹ iuſſerunt excedere. ¶ Notatur apud Ariſtophanẽ Cleonymus, q̃p abiecerit clypeum. ¶ Theagenes fuit adeo ſuperſtitioſe timidus, vt domi haberet Hecathes ſimulachrum, nec vſq; pedẽ moueret, niſi illo conſulto. ¶ Artemon apud Græcos metu fractus et ſtupidus, diu intra domus

ſepta ſe cõtinuit duobus ſeruis æreum ſcutum ſupra eius caput ſuſtinentibus, ne quid noxium ſuperne excideret. Si quãdo autẽ tecto egredi cogeretur, lectica tecto adoperta geſtabatur. ¶Cn. Vatienus ſiniſtræ manꝰ digitos ſibi ãputauit, ne bello Italico militaret. ¶Timebat Piſander, ne cubi animę ſuæ occurreret, a qua viuꝰ eſſet deſtitutus. ¶Dionyſius eo formidinis progreſſus eſt, vt cultros metuẽs tonſorios candente carbone ſibi adureret capillum, Quin et tondere filias docuit, ferro tamen remoto, inſtituitq;, vt candentibus iuglandiũ putaminibus barbam adurerent. ¶Ariſtogiton fuit Athenienſis quidam ſycophanta, qui Martem habebat in lĩgua, et nũq; nõ loquebatur de bellis, vt proprerea bellicoſꝰ appareret, quũ tamen reipſa perforet meticuloſus. Proinde quum die quadam intellexiſſet exercitum parari, et conuocari milites, ſimulata valitudine crus obligauit, et baculo innixus in publicum ſe protulit clauditatem ſimulans. Quod vbi primum conſpicatus eſt Phocion, cognita primo intuitu hominis vafricia exclamauit. Ariſtogiton claudicat. ¶Ariſtophanes et Lucianus induxerunt Plutum quẽdam omnia formidantẽ. ¶Demoſthenes pro ignauo et maxime timido accuſatus eſt, qꝝ in propria cauſa dicturus priꝰ aufugerit, q̃ deuenerit in iudicium. ¶Lycas furentem fugiens Herculem complexus aras tremebunda manu mortem metu conſumpſit, vt nimio de metu exanimatus mortem ſenſiſſe non videatur. ¶Taurea Campanus verbis q̃ re ferocior Claudium Aſellũ militem Romanum ſuperbis comminationibus ad duellum irritauit vltro, Vbi autẽ ventum eſt ad conflictum, repente concitato equo fugam arripuit, & aufugit Capuã. ¶Generoſi non eſt animi feciſſe, quod de Dario minore prędicatur, ſed ignaui, & qui totam ſpem in fuga collocet. Hunc enim aiunt equas ſtatim a partu in bellũ ducere ſolitum, vt ſi diſcrimine aliquo fugiendũ eſſet, illę relictorum pullorum deſyderio ſeſſorem properantiſſime domum reueherẽt. ¶Athanaſius Alexãdrinus antiſtes impar Arrianorum inuidiæ, ſex annos in profundiſſimo ciſternæ lacu metu mortis delituit. ¶Quum Diocletianus multos idolis ſacrificare nolentes morti dediſſet, vnus omnium Marcellinus pontifex ad ſimulachra dęmonũ, metu mortis immolauit. ¶Iurauerat Petrus Apoſtolus ſe non defecturum a Domino etiam ſi Apoſtoli omnes hoc feciſſent, vbi tamen ventum ad diſcrimen, ſubduxit ſe periculo, & ſecutus eſt a longe, captumq; ter ante gallicinium negauit impietatis Iudaicæ metu. ¶Perſes rex Macedoniæ fractis opibus regni humiliter & abiecte prouolutus iacuit ad Aemylij pedes,

¶Litigioſi.

¶Parnus fuit quiſpiam, qui ob amiſſam nauiculam obuiis quibuſq; litigabat. Hinc adagiũ. Diſceptare ob Parni ſcaphulam, id eſt ob res minutulas, multum mouere litium & querelarum. ¶Solebat Patacion bonis viris calũnias ſtruere, eoq; turpi quæſtu rẽ domeſticã augere. Hinc adagium. Patacione calũnioſior. ¶Anus quæpiam fuit Ptolemais, quæ quoad vixit, lites agitabat, nec vnq; ab agẽdis cauſis feriabatur. Author Diogenianus apud Eraſmum. ¶Eurymnus fuit calũniator, qui diſſidium inter Caſtorem & Pollucem conatus eſt ſerere, alterum apud alterũ in ſimulans. ¶Hyperbolus fuit quiſpiam mirum in modum appetens litium. Hic adagiũ. Vltra Hyperbolum. ¶Gelliꝰ ſcribit Xantippen Socratis vxorem moroſam fuiſſe admodum & iurgioſam, quod etiam de altera eius vxore Myrrho Ariſtidis filia prędicatur. Ambę enim in muliebres cõtentiones propter ipſum Socratem deuenie bant. ¶Herodotus ſcribit Euryſthenem et Proclem fratres vbi adoleuerũt, per omne vitæ tempus inter ſe diſſenſiſſe, et eorum poſteros itidem perſeueraſſe. ¶Empedoclem aiunt iis fuiſſe moribus, vt aſſidue ſimultatem cum aliquibꝰ ſuſciperet, easq;

pertinaciſſime

pertinaciſſime exerceret. ¶Notum eſt quemadmodũ Etheocles & Polynices fratres mutuo diſſidio ad certamen, et mutuam mortem venerit regnandi libidine. ¶Cornelius tacitus ait Verginium ſeditionibus obnoxium fuiſſe. ¶Plynius ſcribit diſcordiam ignotam eſſe Hyperboreis viritim/gregatimq; degentibus. ¶Fuit Põponius Atticus tanta erga domeſticos facilitate, vt iurauerit, ſe cum matre nonagenaria nunq̃ in gratiã rediiſſe, cum ſorore pariter nullam geſſiſſe ſimultatem.

¶Taciturni.

¶Paulus ſimplex Pauli primi anachoretæ diſcipulus, magiſtro iubente, integrum triẽniũ obſtinatiſſime tacuit. ¶Diſcipulorũ Pythagorę nemo minꝰ biẽnio cõticuit. ¶Agatho lapidem in ore tenuit per trienniũ, vt ſilere diſceret. ¶Thomã Aquinatem condiſcipuli bouem appellabant, qꝺ ſemper taceret/audiretq; tantum. ¶De ſilentio ſecundi Philoſophi iam diximus in capite de inceſtuoſis. ¶Zeno quum legatos Antigoni regis miſſos Athenas cum nõnullis philoſophis ad cœnam inuitaſſet, ac cæteri omnes verborum multitudine doctrinam ſuam oſtentarent, ſolus ipſe tacuit. Silentij cauſam percontantibus legatis reſpondit difficillimum omnium eſſe retinere ſermonem.

¶Homines liberę et importunæ loquacitatis.

¶Lara fuit nympha, cui Iupiter linguam abſtulit, qꝺ furtiuos eiꝰ amores Iunoni reuelaſſet. Ouidi. lib. 2. Faſto. Iuppiter intumuit, quaq; eſt non vſa modeſte, Eripit huic linguam, Mercuriumq; vocat. Duc hanc ad manes, locus ille ſilentibus aptus, Nymphã, hęc inferną nympha paludis erit. ¶Tantalum apud inferos damnatum aiunt, qꝺ deorum ſecreta hominibus reuelaſſet. Ouid. Quęrit aquas in aquis et poma fugãcia captat Tantalus/hoc illi garrula lingua dedit. ¶Daphitas grammaticus in Thorace monte cruci affixus eſt, qꝺ reges maledicis carminibus inceſſeret. ¶Anaxarchum ob petulantes iniurias Anacreon Cyprius in pila cõtundi iuſſit. ¶Caliſtenes liberius cum Alexandro locutus, eiuſdem mandato adiudicatus eſt morti. Hæc autem eius verba ad Alexandrum fuiſſe feruntur. Si deus es, beneficia largiri mortalibus, non ſua debes eripere. Si homo, id quod es, ſemper te eſſe cogita. ¶Lacedæmonij libros Archilochi ob ſolam dicacitatem, et ingenij virulentiã ab vrbe ſua ſũmouerunt, ne illorum lectione corruptum aliquid imbiberent lectores. ¶Dionyſio inquirenti vbinam terrarum exquiſitius haberetur æs, Antiphon Sophiſtes reſpondit, optimum ſe noſſe Athenis, vbi ſtatuas habebant Armodius & Ariſtogiton tyrannicidæ. Innuebat autẽ Antiphon Dionyſium eſſe dignum, qui ab huiuſmodi hominibus interficeretur. Quæ petulans et verboſa dicacitas homini male ceſſit. ¶Suſarion/Machnes/Cratinus, Ariſtophanes & Eupolis, Græci poetæ flagicia hominũ tanta libertate inſectabantur, vt opus fuerit lege, quæ maledicam illam & effrenem mordẽdi licentiam cohiberet & cõprimeret. De quibuſdã horũ meminit Horatius dicens. Eupolis atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poetæ, Atq; alij quorum comœdia priſca virorum eſt, Si quis erat dignus deſcribi, qꝺ malus, aut fur/Qꝺ mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui Famoſus, multa cũ libertate notabant. ¶Meuius poeta Metellos ac Scipiones ſuis verſibus auſus eſt proſcindere. Propterea Metellꝰ conſul hoc ei verſiculo reſpondit. Dabunt malũ Metelli Neuio poetæ. Tandẽ autẽ propter inimiã illã in ſcribendo maledicentiã a triũuiris in vincula coniectus eſt, et in carcerẽ detruſus. ¶Audax fuit & licentioſum C. Mẽmij verbũ, qui auſꝰ eſt obijcere Cæſari tanq̃ pathico, qꝺ ſtetiſſet ad cyathũ Nicomedi regi inter exoletos. ¶Antigonus rex Theocritum Chiũ occidit propter ſalſum & mordax ſcõma ab eo de ſe dictũ. Quũ enim quaſi puniendus ad Antigonũ raperetur, ſolantibus eũ amicis ac ſpẽ

pollicentibus, q̄ omnino clementiā regis experturus esset, quum ad eius oculos veniisset, respondit. Ergo impossibilem mihi dicitis spem salutis. Quo verbo illudebat regi, q̄ altero orbatus esset oculo. Author Macrobius. ¶ Labienus omnes passim lacerabat, vnde et rabies vocabatur. Nec defuit loquacitati pœna. Factum est enī per inimicos, vt omnes eius libri cōburerentur. ¶ Nullum opus tam absolutum esse poterat, quod non calūniaretur Momus, Idē Sandalium Veneris Praxitelicæ culpauit quum Venerem ipsam non posset. ¶ Oscus fuit quispiam natus ad contumelias omnium ingeniis īpingēdas. Nulli nō inussit notā. Author Seneca. ¶ Medius fuit quidam ex Alexandri adulatoribus, qui calumnias in quemuis iactabat, et alios ad idē opus hortabatur. ¶ Iam docuimus, q̄ liber & petulans Democharis Athenienſium legatus in sermone apud Philippum regem fuerit. ¶ Timagenes historicus Augustum & vniuersam eius familiam maledicis verbis probrosisq; cōuicijs ausus est denigrare. Benignus tamen imperator ad vindictā satis habuit ei domo sua interdicere. ¶ Staterius ætate Marci Tullij, ob conuicioſa verba & mordaculos sermones rei capitalis iure damnat⁹ est. ¶ Theon fuit poeta quispiam rabiosæ loquacitatis, petulantissimęq; maledicentiæ. Hinc adagium. Dente Theonino rodi. ¶ Hipponax poeta fuit Iambographus amarulentus et notæ mordacitatis. Hinc Hipponactæū pręconiū cessit in parœmiā. ¶ Zoili quoq; mordacitas prouerbio locum fecit. Nā et poetarum principem Homerum ausus est suis scriptis lacessere. ¶ Aesopus Delphos profectus gentis illius iram in se cōuiciis & cōtumelioſis apologis cōcitauit.

¶ Veracissimi.

¶ Pomponius Atticus nec mendacium dicebat, nec pati poterat. ¶ Benius abbas q̄ in Thebaidis solitudine vixit, nunq̄ visus est iurare, nunq̄ mentiri, nunq̄ irasci, nūq̄ verbum ociosum dicere. ¶ Hor abbas nunq̄ mentitus est, nunq̄ cuiq̄ maledixit.

¶ Astuti & fraudulenti.

¶ Ismenias Thebanus legatus ad regem persarum missus, quum sciret ex consuetudine gentis nihil ab ipso rege impetrari posse, nisi prius quis adorans procumberet, vbi in eius fuit conspectu, annulum de industria ad pedes cadere permisit, vt in eo colligendo reclinatus, videretur adorasse regem. ¶ Athenienſibus in expeditionē Siciliæ nauigaturis Meson astrologus insaniā mentitus est, vt onus detrectaret. ¶ Papyrius prętextatus ductus a patre in senatum quū arcana quædā illic audisset. reuersus domum & interrogatus a matre, quidnā actum esset in senatu, ad declinandas importunas eius preces respondit constitutum esse, vt vni viro duæ nuberent vxores. Author Gellius. ¶ Pysistratus timens primores Athenienſium/ voluntariis affectus plagis in publicum processit, vbi de principum crudelitate questus, populum concitauit ad vlciscendam ficta iniuriam. ¶ Quo astu vsa sit Phryne meretrix in Apellem, iam diximus in capite de meretricib⁹. ¶ Scyllis Sicyonius tāto astu claruit, vt quo tempore Xerxes immineba Græciæ, Persarū nauium rudētes & anchoras natando et vrinando pręscinderet. ¶ Ladislaus rex Poloniæ Craconiā oppidum obsessū ad deditionem compulit opinione castrensis copiæ, Stratagenate deceptum, quum montes farina integi mandauisset. ¶ Theopompus Lacedæmoni⁹ permutato cum vxore habitu euasit e carcere vt mulier. ¶ Pyrrhander fuit sycophanta quispiam egregie versutus, notæq; malitiæ. Aristophanes apud Erasmum. Ac per Iouem fuit quidem pyrrhādrica ista techna. ¶ Quum mortuo Cambyse septem persarum magi inter se conuenissent, vt cuius equus primum soli orienti adhinniret, rex salutaret, Oebares (seu vt aliqui scribunt) Cebares Darii equiso admissam intra equæ genitalia manum naribus equi Dariani admouit. Quo odore

irritatus

irritatus equus ante omnes hinnitum dedit. ¶Eucrates fuit verſutus quiſpiam, qui aliquo prętextu ſuffugiebat ſemper ſi quando fides eſſet pręſtanda. Hinc adagium natum. Vias nouit quibus effugit Eucrates. ¶Cantharus fuit quiſpiam impoſtor & malefícus apud Athenienſes. ¶Phrynondas fuit etiam verſut⁹ & malefícus, ſummuſq; malarum rerum artífex. Vnde quotienſcunq; hominem inſigniter malum volebant inuere/ Phrynondam appellabant. Ariſtophanes apud Eraſmum. Scelerate tu ac Phrynonda, & impuriſſime. ¶Vlyſſem & Siſyphum vafros admodum fuiſſe pro comperto eſt, Vnde Homerus Apud Eraſmum. Siſyphus in terris, quo non aſtutior alter. ¶Ciphiſſodorus, Pantoleon & Matreas impoſtores fuerunt apud Alexandríam, qui vafris quibuſdam commentis ſpectantes eludebant. ¶Sertori⁹ vt eſt apud Gellíum, in temporibus difficillímis mentiebatur ad milites, ſi mendacium prodeſſet, & líteras compoſitas proverís legebat, & ſomnium ſimulabat, & falſas religiones conferebat, vt his rebus militum animos quoquo vellet, induceret. ¶Dionyſius tyrannus citharœdo cuidam ſibi plurimum grato in ſpectaculis multa pollícit⁹ eſt, neq; tamẽ ſequenti die erogauit quicq̃, mercedem vero repoſcenti hoc modo reſpondit. Abunde tibi gratiam retuli citharœde. Quanto enim tẽpore oblectaſti canens, tanto etiam ſperans es oblectatus. ¶Hyperbolus fuit quiſpiam Chremídis filius verſutia in fallendo præſignis. Nam quum lucernas factitaret, plumbũ immiſcebat ærí, vt ponderoſiores factæ maius demererentur precium. ¶Antonío Athenas intranti quum ciues vrbis obuiam proceſſiſſent, dixiſſẽtq; eſſe ſibi mineruam nubilem, quam Líbero patrí (ita enim eum vocabãt aſſentãdi ſtudio) deſponderе vellet, arrepta occaſione ducturum ſe reſpondit, ſed oportere futuræ nuptę mille darí talenta nomine dotis. ¶Iulius Cæſar in obeundis expeditionibus exercitũ nunq̃ duxit per inſidioſa itinera, quin prius locorũ ſit⁹ experiretur, nec ante in Britanniam tranſuexit, q̃ portus et nauigationẽ, & acceſſum ad inſulam exploraſſet. ¶Cyrus Maſſagetis in ſe irruentibus caſtra reliquit diripienda, vt cibo potuq; graues & ſomno deditos poſtmodum aggredertur, & vinceret, vt accidit. ¶Annibal Romanam claſſem adortus, ſerpentes fictilibus vaſis incluſos, in hoſtem nihil tale ſperantem eiaculatus eſt, & inſperata formidine concuſſos in fugam vertit. ¶Alexãder tertius ponti. max. Venetías habitu ſeruí fugiens, manus Federici ſubterfugit. ¶Boemundus Roberti regis Sicilię frater ab expeditione Hieroſolymitana rediẽs quum per fines Alexíj imperatoris inímici tranſire cogeretur, ſe clauſũ in loculo vt mortuum ferrí iuſſit, eoq; modo manus hoſtiles euaſit.

¶Verſiformes/ſeu in varías formas mutabíles.

¶Metra filia Eriſicthonis, vt fabulantur poetæ, in varias formas ſeſe commutabat. Ouid. lib. 8. At illa Nũc equa, nunc ales, modo bos, modo ceruus abibat. Hinc adagium. Mutabilior Metra Eriſicthonis. ¶Achelous dimicans in Herculem pro Deianyra, quum videret ſe multo inferiorem viribus, in ſerpentem primo, deinde in taurum, poſtremo ĩ fluuiũ ſeſe trãſformauit. Vnde apud Ouid. lib. 9. ſic loquitur. Inferior virtute/ meas diuertor ad artes, Elaborq; viro longum formatus in anguẽ. Idẽ. Reſtabat tertia tauri Forma trucis, tauro mutat⁹ mẽbra rebello ¶Periclymen⁹ Neſtoris frater beneficio Neptuni ĩ quaſcũq; formas ſe cõmutabat. Idẽ li. 12. Mira Periclymeni mors ẽ, cui poſſe figuras Sumere quas vellet, rurſuſq; reponere ſũptas Neptun⁹ dederat. ¶Eadẽ trãſformatio tribuit Protheo Oceani & Tethyos filio. Hic adagiũ. Protheo mutabilior. Vertũn⁹ dicit a Latinis. Ouí. li. 1. Fa. Ille ſuã faciẽ trãſformat & alterat arte, Mox domit⁹ vinclis ĩ ſua mẽbra redit. Idẽ li. 1. de arte. Vtq; leues Prothe⁹ modo ſe tenuabat ĩ vndas, Nũc leo/ nũc arbor, nũc erat hirtus aper.

¶Ingrati.

¶Theſeus Ariadnam Minois filiam cuius beneficio labyrinthum euaſerat, reliquit in Chio inſula. Ouid. lib. 8. Comitemq; ſuam crudelis in illo Littore deſtituit. Calē tius. Credidit infelix crudeli Gnoſia Theſeo, Et gemuit rapidis prēda relicta lupis. ¶M. Portius Cato ſeruos ſenio confectos tanq̄ bruta ſolebat eiicere et exponere væ nales. ¶Crœſus Lydōrum rex Cyrum perſarum regem, a quo primum victus, & impunitatem & veniam acceperat, armis iterum laceſſiuit. ¶Pharnaces in amicitiā a Pompeio receptus, Mithridati patri ſuo bellum intulit. ¶Romani Scipionem illū Africanum cuius auſpicio ęmulam imperij ſui Carthaginem ſub iugum redegerāt, & Adruſbalem ſuperauerant, accuſatum a Petilio in ius vocauerunt, atq; proſcripſe runt, q̄ pecuniam Aſiaticam non totam in ærarium retuliſſet. Stroza filius. Heu ni hil ingratę fas quēq̄ fidere plebi. Teſtis Ariſtides, et qui Barcęa ſubegit Caſtella, & victis accepit nomē ab Afris. ¶Beatrix Pannonię regina mortuo marito Matthia, Vladiſlaum Cazimiri Polonię regis filium in matrimonium & regnū aſciuit, a quo tamen breui poſt tempore abdicata eſt. ¶Ludouicus pius Caroli magni filiꝰ a filijs in carcerem coniectus eſt. ¶Amalaſuntha Gothorū regina interfecta eſt opera cu iuſdam Theodori, quem tamen regni conſortem delegerat. ¶Iuſtinianus impe. Beliſarium ducem exoculauit, cuius tamen ductu Perſas in oriēte, Vandalos in Afri ca. & Gothos in Italia ſuperauerat. ¶Demophoon Theſei filius Phyllidem reli liquit, & ad laqueum impulit, cuius tamen hoſpitio fuerat vſus, quum ab expeditio ne Troiana rediens, delatꝰ eſſet in Thraciam. ¶Iaſon quoq; Medeam cuius opera vellus aureum ſurripuerat, et draconem effugerat, abdicauit ſuperinducta Creuſa fi lia regis Creontis. ¶Sanctius quartus rex Hiſpaniæ Alphonſum patrem e Germa nia redeuntem regno occupato non admiſit. ¶Decebalus rex Dacorum victus a Traiano, & venia donatus, imperatorem denuo ſolicitauit ad bellum. ¶Friſcus fi lius Actij Ferrariæ principis patrem in carcerem cōiectum ibidem mori coegit ob inductam nouercam. ¶Cicero iuſſu M. Antonij Triumuiri interfectus eſt a Pom pilio, quem tamen capitis reum defenderat. ¶Lucius Oſtiꝰ tēpore bellorum ciui lium patrem ſuum Annalim proſcriptum, quem triumuiri ad ſupplicium perqui rebant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet. ¶Darius conſilium cepit de interficiendo patre Artaxerxe, a quo tamen rex per indulgentiam creatus fue rat. ¶Imperator Henricus quintus Henricum patrem macerauit carcere. ¶Al phonſus primus rex Luſitaniæ, Tireſiam matrem coniecit in vincula, q̄ poſt mariti mortem ſecundas tentaſſet nuptias. ¶Phraates patrem ſuum Orodem regem Par thorum interfecit. ¶Bernardinus & Hoſtaſius fratres et domini Rauēnæ patrem Guidonē in carcerē cōieceruut. ¶Romanus iunior matrē a ſe reiecit, & animi dolo re, quē illa de filii ingratitudine cōceperat, ad mortē cōpulit. ¶Michael Calaphates imp. Zoen matrē imperio ſpoliauit. ¶Ioannes Scotꝰ quū bonas literas profiteretur i Anglia, diſcipulorū cōiuratione graphiis iterfectꝰ eſt. ¶Michael Thraulus Leonē imp. de medio ſuſtulit, cuiꝰ tamē beneficio multas dignitates fuerat aſſecutꝰ. ¶Dio medes direpta Troia rediēs in patriā. vētis dilatꝰ eſt i Libyā, vbi Lycꝰ rex Marti ho ſpites imolabat. Calluce vero Lyci filia Diomedē, cuiꝰ amore flagrabat, liberauit ab iſidiis paternis. At ille ſpreto ſalutis authore enauigauit, vnde puella dolore animi ſe ſuſpēdit. ¶Eodē modo Calphurniꝰ Craſſꝰ Balſaciā puellā reliqt, cuiꝰ tñ beneficio mortē euaſerat i Maſſilia. ¶Xerxes filium Pythij Bithynij medium diſcindi iuſſit, quū tñ pater regē ipſum cū toto exercitu hoſpitio ſuſcepiſſet. ¶Taciꝰ rex ſabinorū Tarpeiā puellā viuā defodit, cuiꝰ tamē beneficio capitoliū expugnauerat. ¶Alexā

der

der īmemor primę nutricationis & lactis, quod ab Hellanice nutrice īfans biberat, eī⁹ filiū Clitū īterfecit. ¶Cōmodus imp. īterfect⁹ est īsidijs Martię concubinę suæ. ¶Cōstātin⁹ Leonis fili⁹ Irenē matrē īperio deiecit. ¶Isacius Angel⁹ imp. ab Alexio fratre, quē captū a Turcis redemerat, per summū scelus oculis īperioq; priuatus est. ¶Alexi⁹ demū īterfect⁹ est a Murziphlo quodā ignobili, quē tamē ad sūmum dignitatis gradū extulerat ¶Magna fuisset Aeneę in Didonem ingratitudo, si post benignum eius hospitiū oblatasq; vltro nuptias eā reliquisset, vt Virgili⁹ fabulatur. ¶Cæsar Tiberi⁹ toto triennio quo viuēte matre abfuit ab vrbe Roma et morā traxit in secessu Caprearū, semel omnino matrē, nec āpli⁹ q̄ vno die pauciſſimis vidit horis. Mortuā demū quū intellexit, non prius accessit ad exequias, q̄ corrupto et tabido corpore. Funeratā prohibuit cōsecrari, eiusq; testamētū pro irrito habuit, atq; vnū ex his īterfecit, quib⁹ illa moriens funeris sui curā demandauerat. ¶Thrasimū dus Pharoaldo patri suo Spoletanorū duci caput īmodū presbyteri rasit, vt principatū arriperet. Author Paulus diaconus. ¶Hercules adhuc puerulus pręceptorem Linū interfecit, quū ab eo ob tardi⁹ igeniū culparetur. Author Io. Annius in Berosum. ¶Q̄ ingrata fuerit Tullia īparētē atq; inhumana, iā dixim⁹ īcapite de Crudelitate ¶Merula īgratissim⁹ fuit īPhilelphū pręceptorē. ¶Paris Helenā rapuit vxorē Menelai, a quo tamen benigno susceptus fuerat hospitio. ¶Athenienses Miltiadem pro Marathoniis tropheis carcere macerarunt. ¶Syracusani Dionē cui⁹ opera libertatem receperant, eiecerunt, ac deinde reuocatum interfecerunt. ¶Aristidem Athenienses in exilium miserunt beneficiorum eius immemores.

¶Iustissimi.

RIpheus Troianus fuit quispiam, quē Virgi. lib. 2. Aenei. iustissimū fuisse ait his verbis. Cadit et Ripheus iustissim⁹ vn⁹. Qui fuit i Teucris, et seruātissimus ęqui. Idē lib. 7. ait Galesū fuisse quēdam in terra Italia iustissimū ¶De Emathione Oui. lib. 8. Meta. Emathion ęqui cultor/timiduſq; deorū. ¶Idē li. 6. Met. de Erictheo sic meminit. Scœptra loci rerūq; capit moderamē Erictheⁱ. Iusticia dubiū est. validisne potētior armis. ¶Hermes Aegypti⁹ tāta fuit ęquitate & iusticia, vt quū quid emeret, iustum semper exsolueret preciū, cariusq; emeret, q̄ vēditor ęstimaret. ¶Bocchyris rex fuit Aegyptiorū adeo īcorruptę i iudicādis litib⁹ iustitię, vt si quē magnopere iustū significare vellēt, Bocchyri appellarēt. author Suidas apud Erasmū. ¶Chirō fuit Cētaurorū iustissim⁹. Germanic⁹ īArato. Hic erit ille pi⁹ Chiron iustissim⁹ oēs Inter nubigenas/& magni doctor Achillis. ¶Aristophanes Messeni⁹ tāta fuit ęquitate, vt quosdā ex sociis īterfecerit, q̄ puellas virgines stuprare voluissent. ¶Maris philosoph⁹ ex Laodicea fuit oīm ętatis suę iustissim⁹. ¶De Zaleuci ęquitate iā dixim⁹ i capite de seueriſſimis hominib⁹. ¶Quum Philipp⁹ i tribunali dormitās aduers⁹ Machetā quendā pronūciasset, vbi vigilātior fact⁹ cognouit factā Machetę iniuriā, non rescidit quidē iudiciū, sed iiustā ipse exsoluit mulctā. Idē rogat⁹ ab Harpalo, vt Crateta ei⁹ familiarē iudicio liberaret, Eū inquit. recti⁹ est q̄ nos ob ipsum male audire. ¶Aristides ab īcorrupta ęquitate iusti cognomen apud Athenienses meruit. Idē interrogat⁹ quid esset iusticia, nihil īquit alienum desyderare. ¶Aiunt Biblium fuisse virum tantæ integritatis & abstinentię, vt quum inter eundum reperisset aliquid alienū, omnino intactū pręteriret. ¶Philoxenus poeta maluit reduci ad fodinas lapidarias. q̄ contra animi iudicium carmina Dionysij probare

¶Biantis Prienæi integritas in iudicandis causis sequenti prouerbio locum fecit. Prienensi pollere iusticia.

¶Prodicus fuit quíſpiam apud Græcos in iudicandís litibus & arbitrijs inter diſſẽtientes amícos acerrimi iudicíj. ¶Alexander Seuerus imp. tãta fuit æquitate, vt nullas vnq̃ ſancíret leges, nullam conſtitutionem ſacraret, ſine viginti iuríſperitis & doctiſſimis ac ſapientibus viris, nec vlla in re iudicium ferret, quin prius iret per ſententias ſingulorum, & ſcríberetur quíd quíſq; díxiſſet. Quũ de iure aut negocijs tractabat, ſolos adhibebat doctos & díſertos. Si de re militari, milites veteres & ſenes. Si vnq̃ furem vidiſſet iudicem, paratum habebat digitum, vt illi oculũ erueret. Tãto odio proſequebatur iudices, qui furtorũ fama laboraſſent, vt ſi eos caſu aliquo videret, commotione animi choleram ſtomacho euomeret, toto vultu inardeſcente. Author Lampridius. ¶Vrſus Nolanus tanta fuit iuſticia, vt ne lapis quidem vnus in Nolanas ædes (quas inchoauerat) niſi ſoluta mercede conuectus fuerit. ¶Herodot⁹ ſcribit Mycerínum Cleopis filium omnes ægypti reges æquitate & iuſticía ſuperaſſe. Si quis apud eum conquerebatur de re aliqua furto ſibi ſublata, ſua ipſe pecunia iacturam conquerentis reſarciebat & iniuriam. ¶Darius Scythen Zancleorũ regem cenſuit omniũ quos vidiſſet, iuſtiſſimum. Author Herodotus. ¶Idem ait Glaucum Lacedæmonium Epycidis filium tam celebri et incorrupta fuiſſe iuſticía, vt ad eum videndum multi alienígenę Spartam cõuenírent. ¶T. Manlius iuris pontificalis peritus, iudex inter Macedonas accuſatores et filium conſtitutus, audita cauſa ita pronunciauit. Quum probatum ſit Silanum filium meum pecuniã accepiſſe, ipſum rep. & prole mea indignum iudíco, protinuſq; a conſpectu meo abire iubeo. ¶Tranquillus ait Auguſtum tanta fuiſſe æquitate, vt nulli vnq̃ genti ſine iuſtis et neceſſariis cauſis bellum intulerit. ¶Camillo Phaliſcos obſidenti ludímagiſter liberos Phaliſcorum tanq̃ ſpacíandi cauſa extra murum eductos tradidit dicẽs repetendis obſidibus ciuitatem imperata facturã. Camillus non ſolum ſpreuit perfidiam, at magiſtrum reuinctis poſt terga manibus pueris dedit verberandum & ad parentes cum plagis reducendum. Phaliſci ob hanc iuſticiam ſponte deditionem fecerunt. Claudianus in Ruffinum. Ductoſq; Camillus Trãs murum pueros obſeſſæ reddidit vrbi. ¶Timochares ſeu vt alijs placet, Nícias Pyrrhi Epyrotarum regis medicus quum ad Fabrícium acceſſiſſet, promiſiſſetq; ſe pacta mercede præminiſtraturum Pyrrho venenum, Fabrícius non tantum auerſatus eſt facinus, at etiam Pyrrhum hoſtem literís monuit, vt a domeſticis caueret inſidiis. Author Valerius Antias apud Gellium. Vnde etiam Claudianus lib. 3. in Ruffi. Romani ſcelerum ſemper ſpreuere miniſtros. Noxia pollícitum domino míſcere venena Fabrícius reí nudata fraude remiſit, Infeſto quem marte petit, bellumq; negauit Per famulí patrare nefas. ¶Cato et Phocion pręcipuis amícis quandoq; aduerſabãtur cauſa ſeruã dę ęquitatis, Authore Plutarcho. ¶Timoleon Corínthius quum nullis precib⁹ fratrem poſſet inducere ad exuendam tyrannídem, eius interfectoribus adiutorem ſe præbuit. ¶Cambyſes iudícem ſibí chariſſimum ęp perperam et iniquam ſententiã tuliſſet corruptus pecunía, eueſtigio compręhẽdí iuſſit, & pelle ex toto eius corpore detracta tribunal iudícum inſterni, vt aliena fruerẽtur inſanía, eoq; periculo rectius iudícarent. ¶Iniuſti.

¶Vltim⁹ regũ Romanorũ Tarquiní⁹ vír fuit iniuſtus, vt docet Ouid. Lib. 1. Faſt. dicẽs. Vltíma Tarquinius Romanę gẽtis habebat Regna, vír iniuſt⁹, fortis ad arma tamen. Ceperat hic alias, alias euerterat vrbes. Et Gabios turpí fecerat arte ſuos. ¶Aemylius Numitorem fratrem regno expulit. & paruulos nepotẽs perdendos in Tyberím deuouit. Ouid. lib. 3. Faſt. Hoc vbí cognouit contẽptor Amulius ęqui, Nam raptas fratrí victor habebat opes, Amne iubet mergí geminos. Scelus vnda refugit

refugit, In ſicca pueri deſtituntur humo.

¶Themiſtocles monit⁹ a quodam vt æqualem ſe prę̃ſtaret in iudicio, abſit (inquit) vt ego dum potero, non magis amicis faueam cunctis in rebus. ¶Panis rex Chalcidis Heſiodum Homero prętulit, vt Mydas agreſtem Panos cantilenam Apollinis muſicę. ¶Siſamnes nomen eſt illius iudicis, quẽ ob iniquam ſententiam a Cambyſe excoriatum prædiximus. Eius vero filius vocabatur Othanes. Teſtis Herodotus. ¶Pilatus Hieroſolymorum prę̃ſul authorem noſtrę ſalutis adiudicauit morti, ne in Cæſaris offenſionem impingeret.

¶Proditores/periuri/et perfidi.

LAomedon Neptuno & Apollini murorum Troiæ conditoribus pactam denegauit mercedem. Virgi. lib. 4. Laomedontęę ſentis periuria gentis? ¶Metius Suffetius quum apud Albanos ſummam rerum teneret, a Romanis in auxilium contra Fidenates vocatus iure ſocietatis venit quidem, ſed in ipſo prę̃lio ad hoſtes defecit. Propterea Tullus Hoſtilius parta victoria eũ religauit ad binas quadrigas, hiſq; in diuerſa rapientibus membratim diſcerpſit. Claudianus. Perfidiã damnas, Meti ſatiabere pœnis. ¶De perfidia Theſei ī Ariadnã, Demophoontis in Phyllidem, Iaſonis in Medeam, Aeneæ in Didonem, iam diximus in capite de ingratis, adhuc tamen teſtimoniis confirmabim⁹, vt nihil a nobis deſideret lector. De Theſeo/Phedra apud Ouid. Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus, Curua meæ fugit tecta ſororis ope. Idã lib. 1. Eleg. Talis periuri promiſſaq; velaq; Theſei, Fleuit præcipites Creſſa tuliſſe notos. Tibullus lib. 4. Gnoſia Theſęę quondam periuria linguæ Fleuiſti ignoto ſola relicta mari. Ariadna apud eundem Catullum ſic in Theſei perfidiam inuehitur. Siccine me patriis abductã perfide ab oris Perfide deſerto liquiſti in littore Theſeu? De Iaſonis in Medeam perfidia Propertius lib. 2, Colchida ſic hoſpes quõdam decepit Iaſon, Eiecta eſt, tenuit namq; Creuſa domũ. De perfidia Demophoõtis Ouid. lib. 2. de arte. Et tibi Demophoon Theſęi criminis hęres Phyllide decepta nulla relicta fuit. ¶Sinonem Virgili⁹ fabulatur fuiſſe grę̃cum neſcio quem periurum, qui ſuis mẽdaciis et perfidia Troianos eluſerit, & fatalem machinam vatibus nequicq̃ reclamantibus intra muros duxerit. Verba Virgilij ſunt hæc ex lib. 2, Talibus inſidijs periurio; arte Sinonis Credita res/captiq; dolis lachrymiſq; coactis, Quos neq; Tytides/nec Lariſſęus Achilles/Non anni domuere decem, non mille carinæ. Sidonius. Nec periuria perſequar Sinonis. Arx quo palladio dicata ſigno Pellaci reſerata proditore Portantẽ pedites equum recepit. ¶Curio quum prius eſſet inimiciſſimus Cæſari, mutata poſtea voluntate fact⁹ eſt acerrimus eius propugnator, quum ab eo liberat⁹ eſſet maximo ęre alieno. Vnde Lucan⁹. Audax vęnali comitatur Curio lingua. Et alibi de eodẽ. Gallorum captus ſpoliis & Cæſaris auro. Seruius ait Curionem vendidiſſe Romã Cæſari 26. millibus aureorum. Virg. lib. 6. Vendidit hic auro patriam dominũq; potentem Impoſuit, fixit leges precio, atq; refixit. ¶Qua perfidia Paris Menelaum hoſpitem eluſerit rapta eiuſdem vxore, iam diximus. Horatius. Paſtor quum traheret per freta nauibus Idęis Helenam perfidus hoſpitam. ¶Eriphyle capta aureo monili quod ferebat Adraſtus, maritum ſuum Amphiaraum delitescentem prodidit, vt prius dictum eſt. ¶Qua perfidia Polymeſtor rex Thraciæ Polydorum interfecerit, dictum eſt in capite de auaris.

¶Conueniunt inter hiſtoriographos Troiam ab Aenea/Antenore/& aliquot alijs, qui poſtea profugi multis fuerunt annis, proditam fuiſſe Græcis. Quod argumẽto doceri poteſt. Qua enim ratione Græci liberũ Aeneæ & Anchiſæ exitum permi-

ſiſſẽt, niſi in mercedem proditionis? Quis Græcorum Aeneam lapidib⁹ non obruiſſet, ſi tot interfeciſſet hoſtes, quot cõminiſcitur Maro? De quibuſdam proditorib⁹ Troiæ ſic meminit Calentius in Hectore. Tum ferus ante alios diuorum oblitus & vrbis Antenor ſocios vocat in ſua tecta furentes, Aut odio, aut captos precio, triſti ve pauore. Conueniunt ſcelus in patrium ſub nocte per vmbram, Polydamas facti interpres, Dolonq; ferũſq; Amphidamas, ferus Vcalegon, Veneriſq; nefandæ Fili⁹ Aeneas Priami gener, ipius ipſe. Et pater Anchiſes, factoq; hic fœdere lęti Admittunt Danaos, & Teucria mœnia pandunt. ¶ Annibal ſenior appellatus Adruſbalis filius, quum primo bello punico totam Italiam vaſtaret, Cornelium Aſinam conſulem ſpe pacis vocatum ad colloquium punica fraude interfecit. ¶ Cn. Domitius Bituitum Aruernorũ regem ſpecie colloquij comiter inuitatum vinxit, ligatumq; Romam miſit. ¶ Fl. Fimbria Valerium Flaccum in Aſia curauit interficiendum corrupto exercitu. ¶ M. L. Druſus Maguſſam Mauritaniæ principem quem hoſpitio ſuſceperat, Bocho prodidit pecunia corruptus. ¶ L. Magius & L. Fannius legati a Mithridate ad Sertoriũ miſſi defecerunt ad populum Romanum. ¶ De Nicia Pyrrhi medico eiuſq; in dominum proditione iã diximus. ¶ Perpẽna cõſul Marianarũ partium, Quintum Sertorium quo cũ prius magna amicitia dimicauerat, inter epulas nihil ſibi timentem interferit, vt ſolus imperio potiretur in Hiſpania. ¶ Aulus Poſthumius Albinus miſſus ad bellandum Iugurtham pecunia ab eodem corrupt⁹ fœdiſſimam contraxit pacẽ. ¶ Ptolemęus Iudę⁹ Abobi filius ſocerũ ſuũ Simonem Iudęorum principem conuiuio exceptum cum duobus filijs interfecit regnandi cupiditate. ¶ Zopyrus Perſa benigne a Babyloniis except⁹ vrbem eorum Dario prodidit. ¶ Tarpeia puella capitolium Tatio regi Sabinorum tradidit, vt iam dixim⁹ ¶ Boleſlaus tertius rex Bohemorum Moſchonem regem Poloniæ ſimulatione colloquij exoculauit. ¶ Cethegus Romanus cum Catilina in remp. cõiurauit. ¶ Dion Syracuſanus interfectus eſt proditione cuiuſdam Callicratis, quo cum ſumma familiaritate prius vixerat. ¶ Cocalus rex Sicilię Minoem regem Cretæ qui Dædalum perſequebatur, ad colloquium prętextu amicitiæ inuitatũ, per proditionem in thermis ſuffocauit. ¶ Grimoaldus Pipini filius Dagobertum Sigiſberti ſecundi filiũ fidei ſuæ poſt mortem patris eius cõmiſſum interfecit, vt Auſtraſię regnum cui præerat pupillus, ſibi vendicaret. ¶ Helena Deiphobum Troianum cui poſt mortem Paridis nupſerat, dormientẽ Græcis prodidit foribus eius apertis, Authore Virgilio. ¶ Iolas Alexandri pincerna dominum ſuum veneno ſuffocauit. ¶ Io. Galeaci⁹ dux inſubrium Barnabam ſocerum ſuum quem ſimulabat ſe ſalutare velle, obuiam prodeuntem in itinere per proditionem cepit, coniecitq; in carcerem. ¶ Myrtilus Hippodamiã Oenomai filiam curruli certamine dimicantem prodidit pacta mercede corruptus a Pelope. Seneca. Deceptor dominæ Myrtilus. ¶ De perfidia Septimuleij in T. Gracchum iam diximus in capite de auaris. ¶ Cillicon Mileſius prodita Prienẽſibus Mileto patria inhoneſte ditatus eſt. ¶ Laſthenes Olynthum prodidit Philippo Macedoni. ¶ Cleomenes Spartanus Argiuos inducarum fiducia conſopitos noctu inuaſit, alioſq; contrucidauit, alios duxit captiuos. ¶ Phrynic⁹ fuit quiſpiam Lacedæmoniorum proditor. ¶ Eurybatus miſſus a Crœſo cum multa pecuniarũ vi, vt cõtraheret exercitũ, ad Cyrũ Crœſi hoſtẽ defecit. ¶ Sedechias medic⁹ Carolo Caluo regi ac dño ſuo venenũ ꝓminiſtrauit. ¶ Harpag⁹ Aſtyagẽ dñm ſuũ prodidit Cyro regi Perſarũ. ¶ Milo Epyrotarũ vrbẽ Papyrio Curſori ſpe mercedis ꝓdidit. ¶ Apolloni⁹ Samios, quib⁹ erat prefect⁹, Philippo dedit occidẽdos. ¶ Vlyſſes Calypſo nymphã cui⁹ hoſpitio ſeptẽ ãnos fuerat vſ⁹, fide violata deſeruit

Prop lib.2. Sic a Dulychio iunene ẽ eluſa Calypſo, Vidit amatorẽ pãdere vela ſuũ. ¶Pelops filius Tantali periurio decepit Myrtilum in Hippodamię certamine, vt fabulantur poetæ. Catullus. Periuri Pelopis vaſtabit tercius hæres.

¶Fideliſſimi.

¶Maluit Attilius Regulus ad ſupplicium redire, q̃ datam Carthaginẽſibus fidem violare, vt iam docuimus. Sylli⁹ lib.6. Seranus clarũ nomẽ, tua Regule proles. Qui longum ſemper fama gliſcente per ęuum, Infidis ſeruaſſe fidẽ memorabere pœnis. ¶De fide Penelopes in Vlyſſem, & Zopyri in Darium ſuis locis iam diximus.

¶Memoria clari.

¶Cyneas Pyrrhi legatus Romam a domino miſſus, omnium ſenatorũ nomina edi dicit vno die, quorũ conſeſſum totidem regum ſibi videri retulit Pyrrho. ¶Mithri dates duarum et viginti gentium, quas habuit ſub ditione, linguas percalluit, earũq; gentiũ viris ſine interprete locutus eſt. Authores Plynius & Gellius. ¶Temiſtocles tanta fuit memoria, vt Simonidi artem memoriæ pollicenti dixerit ſe malle artem obliuionis, ꝙ etiam meminiſſet quę nollet, & obliuiſci nõ poſſet, quę vellet, Author Cicero lib.2. de finibus. ¶Iulius Cæſar eodem tempore quaternas dictabat epiſtolas. Plynius ſcribit eum legere ſimul dictare & audire conſueſſe. ¶Aiunt & Theodectem Ariſtotelis diſcipulum multæ fuiſſe memoriæ. ¶Habuit Lucullus diuinã quandam rerum memoriam, maiorem verborum Hortenſius. Author Cicero lib. 4. Quęſt. Acad. ¶Seneca ſcribit memoriam in ſeipſo adeo excelluiſſe, vt non ad vſum modo ſufficeret, ſed in miraculum vſq; procederet. Nam duo milia nominũ recitata, quo ordine erãt dicta, referebat. Ducẽtos verſus ab vltimo incipiens recitabat. ¶Aelius Adrianus tãta fuit memoria, vt locos/negocia/milites abſentes quoq; nominibus recenſeret. ¶Cyrus rex nomina cunctorum militum ĩ exercitu tenebat. ¶Hortenſius orationem iiſdem verbis ſcriptitabat & pronunciabat, quibus meditabatur. ¶Carmides in Græcia, quę quis exegiſſet volumina in bibliothecis, legentis modo repręſentabat. Author Plynius. ¶Eſdras ſacerdos vniuerſas Hebęorum doctrinas habuit in memoria. ¶Tanta fuit Portio Latroni memoria, vt quę dicturus erat, ediſcendi cauſa nunq̃ relegeret. Edidicerat quum ſcribebat. Dicebat ita, vt in nullo vnq̃ verbo memoria eum deciperet. Iubebat aliquem nominari ducẽ, ſtatim illius geſta ad vnguem reddebat. ¶Antonius Rauennas ætate Antonii Sabellici multa rerum millia ſtans percipiebat animo. ¶Scipio in exercitu Romanorum tenebat nomina.

Quintil: lib: XI. cap: II.
Valer: Max: li: VIII. cap. VII.
Aul: Gel: lib: XVII. cap: XVII.

¶Obliuioſi & qui memoria exciderunt.

MEſſala Coruinus morbi diritate ſui nominis oblitus eſt, Authore Plynio. ¶Bamba rex Gothorum hauſtu veneni ab Heringio ſucceſſore dati memoriam amiſit. ¶Franciſcus Barbarus Hermolai amicus Græcas literas (quarum prius erat doctiſſimus) in extrema ſenectute oblitus eſt. ¶Seneca ſcribit Caluiſium Sabinũ tam fragili aut nulla potius extitiſſe memoria, vt illi modo Vlyſſis, modo Achillis, modo Priami nomen excideret, quos tamen nouerat optime. ¶Thraces tam obtuſo ſunt ingenio, et adeo infœcunda memoria, vt quaternarium numerando nequeant tranſcendere. ¶Atticus Herodis Sophiſtę filius tãta fuit ingenij hębetudine, vt ne elementorum quidem nomina perdiſcere, aut retinere vnq̃ potuerit. ¶Orbilius Beneuentanus in extrema ſenectute excidit memoria. Vnde Bibaculus. Orbili vbinam eſt literarum obliuio? ¶Georgius Trapezunti⁹ in extrema ſenectute oblitus eſt literarum. ¶Curio pater tam nulla fuit memoria, vt oli totam cauſam in iudicio ſit oblitus, teſte Cicerone.

¶Alíj qui verba facturi memoria exciderunt.

¶Theophraſtus apud Athenienſem populū dicturus prę pudore obticuit. ¶Demoſthenes apud Philippum regē Amyntæ filium. Herodes Atticus corā M. Antonio. Heraclitus Lycius ſophiſta coram Seuero príncipe verba facturi præter ſpē obmutuerunt. ¶Bartholomæus Sothinus nomine ſuæ ciuitatis Alexandro pontifici maximo gratulaturus, in media prope oratione excidit, vt Franciſcus Barbarus apud Philippum Inſubrium ducem. ¶Hipparchion veniens in certamen cū Ruffino citharœdo ſpe omnium eluſa conticuit, Hīc adagiū. Mutus Hipparchion.

¶Fortunati & felíces.

¶Tyrānus Samiorum Polycrates tantą vſus eſt felicitate, vt nullum vnq̄ mœroris argumētum in tota vita, potuerit reperire. Nam quum ad excitandum ſibi dolorem annulum ingentis precij conieciſſet in mare, eundem poſt modum reperit in piſce oblato ſibi a piſcatore. Ad extremū vero affixus eſt cruci, vt iā dixim⁹. ¶Gyges rex Lydorū gēmā habuit tantę virtutis in annulo, vt ea ad ſe verſa videret quoſcūq; vellet nemini conſpicuus. Vnde beneficio annuli omnia conſeqnebatur ex animi voto. ¶Xenophilus muſicus vixit 105. annos ſine vllo corporis īcōmodo. Author Plynius. ¶Antiquitas non paruæ aſcribit felicitati, q̄ Diagoras Rhodius duos Olympionicas filios eodē die victores coronari conſpexerit. Author Cicero lib. 1. Queſt. Tuſcu. ¶Marius poſt ſeptē conſulatus domi ſuæ ſenex mortuus eſt. Author Cicero lib. 3. de natura deorū. ¶Timotheo Athenienſium duci felix adeo riſit fortuna, vt in omni bello facilem ac velut certam referret victoriā. Cui proſperitati inuidentes æmuli fortunā pinxerūt, quæ in eius dormiētis naſſam & rhetia yrbes īmitteret vltro. Quod cōſpicatus. Si dormiens inquit, vrbes capio, quid putatis me facturū, quū vigilaro? ¶Quandiu Lydis principatus eſt Alcimus, perpetua vſ⁹ eſt trāquillitate, habuitq; diuitias quantas voluit. ¶Apollo felicē pronūciauit Aglaum Pſophidiū, qui tamen in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo conſenuerat, prædioli ſui fructu contentus. ¶Datylus fuit quiſpiam apud Athenienſes, adeo fortunatus, vt illi quotidie nouus honor accreſceret. ¶Herodotus ſcribit Aminoclē virū fuiſſe magneſiū, qui in excauanda terra multa pocula aurea & argentea, theſauroſq; Perſarū inuenerit. ¶L. Sylla apud Romanos felicis cognomen ſibi adoptauit. ¶Plynius tribuit magnę felicitati, q̄ Lāpedo mulier Lacedęmonia regis filia, regis vxor, & regis mater fuerit. ¶Quid hac re alienis laboram⁹ exēplis? Habēt hodie Galli reginā Auguſtiſſimā Claudiam nomine, regis & reginę filiā, regis vxorē, & futuri regis matrē. ¶Berenice vocatur felix a Plynio, q̄ filia ſoror & mater fuerit Olympionicarū. ¶In familia Curionum tres continua ſerie oratores extiterunt. ¶In Fabiorū familia tres cōtinui principes ſenat⁹. M. Fabi⁹ Ambuſtus, Fabi⁹ Rutilian⁹ & Q. Fabi⁹ Gurges. ¶Q. Metello contigit, quod optauerat, vt ſcilicet primari⁹ eſſet bellator, optim⁹ orator, fortiſſim⁹ imp, auſpicio ſuo maximas res gereret, maximo honore vteretur, ſūma eſſet ſapiētia, ſūm⁹ haberetur ſenator, pecuniā magnā bono modo inueniret, multos liberos relinqueret, & clariſſim⁹ eſſet ī ciuitate. ¶Antoni⁹ Caſtor centeſimū ætatis annū excedens, nullū adhuc corporis malū exp̄tus erat, ac ne ætate q̄dē memoria, aut vigore cōcuſſis. ¶Enhipp⁹ rex fuit argiuorū mirę felicitatis, cui⁹ clypeū qui apud Grę cos rē prę clare geſſiſſet, per vrbē īcedētes ferebāt honeſtamēti cauſa. ¶Cōtra vero iter īfeliciſſimos iuſta cauſa numerādus eſt Oedip⁹, qui patre īterfecto matri ſe cōmiſcuerit, & ex ea liberos ſuſceperit, qui mutuis vulneri⁹ ſeipſos interfecerit. ¶Fr. Bufalus ciuis Romanus duos filios mutuis vulneribus ſe petentes vidit, totidem ob ſeditionem ſecuri percuſſos, aliū qui nouercā interfecerit,

filiam

filiam vero, quæ pręsente marito venenum hauserit.

¶Religiosi.

LAlbinus vxorē et liberos in via pedib⁹ ire iussit, vt vestales cū sacris curruí suo ponoret. ¶Alexāder Macedo mane āte omnia dijs sacra faciebat. ¶Ludouicus Crassus Francorum rex sacerdoti Eucharistiā afferēti obuiam proficisci voluit / q̄is grauissimo affectus morbo. ¶Numa instituit deos fruge colere / & mola salsa supplicare. ¶Tempore bellorum Sylla Apollinis imagunculā ferebat in sinu / quam imminente discrimine, osculabatur / & velut adiutricem inuocabat, Authore Plutarcho. ¶Pericles suggestum ascensurus dijs vota faciebat, ne verbum aliquod inconsulte & imprudenter euomeret.

¶Fluuij præcipui nominis.

ACis fluui⁹ est Siciliæ ex ætna scaturiens, de quo Ouid. lib. 4. Fast. Prętereit & ripas herbifer Aci tuas. ¶Albis fluuius Germaniæ. Lucanus. Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis et indomitum Rheni caput. ¶Amphrysus fluuius Thessaliæ, apud quem Apollo diuinitate priuatus pauit armenta Admeti regis. Lucanus. Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi. ¶Anauros fluuius Thessaliæ ex Pelio monte defluens / & nullas spirans auras, vt docet ratio nominis. Lucanus. Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera, nec ventos tenues expirat Anauros. ¶Apidanus fluuius Thessaliæ velocissimus. Lucanus. Et gurgite rapto Apidanus. ¶Anio seu Anienus fluuius Italię / nomen sumpsit ab Anio rege ibidem submerso. Cadit in Tyberim. Syllius lib. 12. Sulphureis gelidus qua serpit leniter vndis Ad genitorem Anio labēs sine murmure Tybrim. ¶Arar flu. Galliæ Narbonēsis defluens in Rhodanum, adeo lentus, vt difficile sit iudicare, vtram in partem defluat. Sylli⁹ lib. 15. Quorum serpit Arar per rura / pigerrimus vndæ. Dicimus etiam Araris in recto casu. Claudianus. Quos Araris velox, Rhodanus quos tardior ambit. Nostro tempore vocatur Sagona. ¶Araxes fluuius Armeniæ ortum habet a quodam monte, qui Abon seu aban dicitur. Lucanus. Armeniūq; bibit Romanus Araxem. Claudianus. Sic nobis Scythicus famuletur Araxes. ¶Atax fluuius ortum habet in montibus Pyrenæis / & defluit in mare Tyrrhenum. Lucanus lib. 1. Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas. Tibullus lib. 1. Quem tremeret forti milite victus Atax. ¶Athesis fluuius Italiæ celeriter fluens, effunditur in Adriaticum mare. Claudianus. Et velox Athesis / tarduſq; meatu Mincius. Lucanus lib. 9. Siue Padi ripis, Athesim seu propter amenū. ¶Amasenus Volscorum fluuius. Virg. lib. 11. Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans Spumabat ripis. Ouid. lib. 15. Necnō Sicanias voluens Amasenus arenas. ¶Aufidus flu. Appuliæ. Horatius. Dicar, qua violēs obstrepit Aufidus. ¶Albula fluuius est, quem nunc Tyberim dicimus. Virgil. lib. 8. A quo post Itali fluuium cognomine Tybrim Diximus, amisit verum vetus Albula nomen. ¶Almo fluuius Italiæ, in quo simulachrum Cybeles abluebatur. Lucanus. Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen. Martialis. Phrygiumq; matris almo qua lauat ferrum. ¶Arnus fluuius Thuscię in mare Tyrrhenū influens. Marullus. Exul Ethrusci streperē sonāda Vallibus Arni. Stroza pater. Thuscus at incolumem postq̄ me acceperit Arnus. ¶Achelous fluuius Græcię e Pindo Thessaliæ monte scaturiens Aetoliam ab Armenia diuidit. ¶Bragada fluuius est Africę, apud quem M. Attilius serpentem 120.⁹ pedum longitudine baliſtis & tormētis expugnauit. Leniter fluit, Vnde Lucan⁹ lib. 4. Qua se Bragada lentus agit siccę sulcator arenæ. Statius lib. 4. Syl, Qualis Cinyphius tacente ripa Pœnos Bragada

ſtrepit inter agros. Syllius. Bragada non vllo lybicis in finibus amne Victus limoſas extendere latius vndas, Et ſtagnante vado patulos inuadere campos. ¶Betis fluuius Hiſpaniæ dedit nomen regioni Beticæ. Statius lib. 2. Syl. Graio nobilior Melete Betis. Lucanus lib. 2. Thetymq; fugacem Qui ferit Heſperius poſt omnia flumina Betis. Martialis lib. 4. An Tarteſſiacꝰ ſtabuli nutritor Iberi Betis i Heſperia te quoq; lauit aqua? ¶Boriſthenes fluuius eſt Thracię multis fontibus copioſus, et cõcurſu multorum amnium adoleſcens. Ab eo Thraces vocantur Boriſthenidę. ¶Bactros fluuius eſt in finibus Scythiæ Aſiaticæ, a quo Bactra regio et vrbs nomẽ ſumpſit. Lucanus lib. 3. Errantes Scythię populi, quos gurgite Bactros Includit gelido. ¶Cinga fluuius eſt rapaciſſimus ex Pyrenæis montibus in Iberum fluens. Lucanus. Qua Cinga pererrat Gurgite. ¶Caycus flu. eſt Myſię, a Teutrãta Troadis parte defluens. Lucanus lib. 3. Et gelido tellus perfuſa Cayco Idalis. Ouid. lib. 2. Meta. Peneuſq; ſenex, Teutrantæuſq; Caycus. ¶Chalybs fluuius Hiſpanię, cuiꝰ accolæ vocantur Chalybes, qui ferrum effodiunt, & ibidem temperant. Lucanus lib. 4. Non Chalybem gentes penitus fugiente metallo Eruerent. ¶Cayſter flu. Lycię Cycnis abũdans, Properti. Si qua ve olorigeri viſenda eſt ora Cayſtri. Nos in noſtra Damiſella. Pulchrior et Cycnis vnda Cayſtra tuis. ¶Cephiſus fluuius Bœotiæ ortum habet in radicibꝰ Parnaſi. In eius ripa fuit olim templum Themidis, ad quod acceſſerunt Deucalion et Pyrrha deam cõſulturi ſuper humani generis reparatione, Vnde ab oraculo illo fluuius vocatur fatidicus. Lucanꝰ lib. 3. Bœoti coiere duces, quos impiger ambit Fatidica Cephiſus aqua. ¶Cinyphs Lybię abũdat hircis, qui propterea vocantur Cinyphij. Claudianus de laudibus Stilichonis. Quos vagus humectat Cinyphs. ¶Cydnus fluuius Cilicię Tharſum vrbem præterfluit. Nomen ſumpſit a candido colore quem Syri Cydnum vocant. Solinus ait ortum eius eſſe ignotum. Strabo vero ait naſci in Tauro. De hoc fluuio Rhemnius ſeu Priſcianus in Dionyſij Geographia. Flexilis et Cydnus dirimit qui flumine Tharſum. Val. Max. in Capite de Conſtantia. Qui aquæ liquore cõſpicuus Tharſum interfluit. Tibullus lib. 1. At te Cydne canam, tacitis qui leniter vndis Cerulę placidis per vada ſerpis aquis. ¶Clitumnus flu. eſt Vmbrię, cuius aqua pota candidos boues reddit. Propertius lib. 3. Hic Anio Tyburne fluis, Clitumnus ab Vmbro Tramite, & æternum Martius humor opus. ¶Cremera fluuius Italiæ, apud quem 306. Fabij pugnãtes a Veientibus interfecti ſunt. ¶Danubius flu. Scythiæ, ortum habet in quodam Germanię monte. Acceptis 60. amnibus euoluitur in mare. Alio nomine vocatur Iſter. Claudianꝰ. Acrior et rapidus tacitas prętermeat ingens Danubius ripas. Horatiꝰ. Non qui profundum Danubium bibunt. ¶Daunus fluuius Appuliæ. Horatius. Et qua pauper aquæ Daunus agreſtium Regnator populorum. ¶Eridanꝰ flu. eſt nulli amnium claritate inferior, Authore Plynio. Naſcitur i imis radicibus Veſuli montis, Mox paruis fontibus adoleſcens ita demum augetur alijs amnibus, vt ſe per ſeptem oſtia effundat. Velociſſimus eſt. Alio nomine vocatur Padus. Virgil. lib. 3. Georg. Et gemina auratus taurino cornua vultu Eridanus, quo non alius per pinguia culta In mare purpureum violẽtior influit amnis. Idem lib. 1. Proluit inſano contorquens vortice ſyluas Fluuiorum rex Eridanus, campoſq; per omnes Cum ſtabulis armẽta trahit. Petrus Crinitus. Eridane ſalue fluminum omnium princeps, Nam te decoris et fluentibus nymphis Velut parentem cęteri colunt amnes. ¶Enipeus Theſſaliæ flu. apud quem Cæſar & Pompeius congreſſi ſunt bello. Lẽtus eſt, ſed mixtꝰ Apidano fit velociſſimus. Lucanus. Nunq̃ q; celer niſi mixtus Enipeus. Idẽ. Sanguine romano q̃ turbidꝰ ibit Enipeus.

¶Euenus

¶Euenus fluuius deſcendens a Thracia nomen ſumpſit ab Eueno homine ibidem ſubmerſo. Calydoniã præterfluit. De hoc Ouid. lib. 9. Meta. Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas. Seneca in Hercule Oethęo. Euen⁹ altum gurgitem in põtum ferens, Iam pene ſummis turbidus ripis erat. ¶Euphrates fluuius Meſopotamiæ ortum habet in paradyſo terreſtri. Secundum Strabonem in Niphate monte Armenię. Celeri curſu Armenios & Cappadoces diſterminat. Nomẽ interim mutat, pro varietate locorum. Sunt qui opinentur eum ſuo alueo nonnunq̃ egredi/ & inſtar Nili Meſopotamiam irrigare. Vnde ſumpſit nomẽ a fertilitate, quæ accolarum lingua vocatur Euphrata. ¶Eurotas fluuius Laconię Spartam alluens. Ouid. lib. 2. Meta. Mygdoniuſq; Melas & tænareus Eurotas. Oliuis abundat, vt alibi diximus. Stati⁹ lib. 4. Theb. Taygetiq; Phalanx / & oliuifera Eurotę. ¶Gallus flu. Lycaonię aqua ſua potos in furorẽ vertit. Ouid. lib. 4 Faſt. Inter ait viridem Cybelen/altaſq; Celænas Amnis it inſana nomine Gallus aqua. ¶Galeſus flu. Calabriæ quinq; millibus paſſuum diſtans a Tarento. Statius lib. 2. Syl. Blanda Therapnæi placeant vineta Galeſi. Idem lib. 3. Et Lacedęmonij pecuaria culta Galeſi. ¶Ganges fluuius eſt Indię, cuius origo dubia eſt. Tendit in orientẽ, augeturq; 19. fluuius nauigabilib⁹, demum ſeptem oſtijs erumpit in mare. Tantæ magnitudinis eſt, vt vbi min⁹ occupat latitudinis, octo millia paſſuum cõtineat, Vbi plurimum/ centum. Altitudinis nuſq̃ minus viginti paſſibus reperitur. Hunc Cyrus rex Perſarum in 460. alueos diuiſit ob amiſſum ibidem equum præcipua bonitate. Lucanus lib. 8. Qua rapidus Ganges/ & qua Nyſæus Idaſpes Accedũt pelago, Phœbi furgentis ab igne. Sidonius. Indicus Auſonia potetur caſſide Ganges. ¶Garũna flu. a Pyrenęis mõtib⁹ defluẽs Celtas ab Aq̃tanis dirimit. Auſoni⁹. Aequoream liqui te propter amice Garumnã. Sidonius. Remis veliuolum quatit Garũnam. ¶Chalybs flu. ex radicib⁹ Tauri mõtis ſcaturiens, Syros et Paphlagones interluit/ & in Euxinum mare euoluitur. ¶Hebrus flu. Thraciæ ortũ habet ab Oeagro flumine/ a quo vocatur Oeagrius. Virgil. lib. 4. Georg. Gurgite quum medio portãs Oeagrius Hebrus Volueret, ¶Hypanis flu. Scythię ex magna palude profluens. Propertius. Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano. Hic fluuius fert folliculos quoſdam acinis maiores, quib⁹ quadrupedes volucres erumpunt, quę in poſtmeridianum tempus vſq; viuunt/ & volant, mox declinante ſole macreſcunt & languent/ Occidente vero emoriuntur, vita non vltra vnum diem peracta. ¶Iber⁹ flu. vlterioris Hiſpanię nomẽ impoſuit regioni. Cantabros alluit et Balearicum ingreditur mare. ¶Idaſpes flu. Indorum celebratiſſimus, aurum et gemmas habere dicitur. Statius lib. 8. Theb. Ceu modo gemmiferum thyrſo populatus Idaſpem. Parthiam alluit, multas facit inſulas. Nomen ſumpſit ab Idaſpe/ antiquiſſimo Indorum rege. ¶Indus maxim⁹ eſt flu. in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropanyſus aduerſus Solis ortũ effuſus. Sandus ab incolis appellatur, authore Plynio. Vndeuiginti recipit amnes/ ſed clariſſimos Idaſpem quattuor alios afferentem/ & Cantabram tres. Per ſe vero nauigabiles Aceſinum & hypaſin, Nuſq̃ latior eſt 50. ſtadijs/ aut altior 15. paſſibus. In occaſum verſus Oceano infunditur. ¶Iordanis fluuius in Iudæa eſt eximię ſuauitatis. Oritur ad radices Libani ex duobus fontib⁹ Ior & Dan nomine, qui ſimul iuncti/ & fluuium & fluuij nomen perficiũt. ¶Iſara fluuius Rhodano ſe commiſcet. ¶Imera fluuius Siciliæ in duos alueos diuiditur, quorum alter aquas voluit ſuaues/ & optimi ſaporis/ tenditq; in mare Tyrrhenum. Alter amarus decurrit in Lybicum mare. ¶Inachus fluuius Argiuorum nomen ſumpſit ab Inacho rege. De hoc Lucanus lib. 6. Nec fortior vndis Labitur auectæ

pater Iſidis. ¶Iſter vt iam diximus, alio nomine vocatur Danubius. Propterea a poetis vocatur Binominis a duobus nominib⁹. Ouid lib. 1. de Pōto. Stat vetus vrbs ripæ vicina binominis Iſtri. Statius lib. 4. Syl. Quid vagus Euphrates/quid ripa binominis Iſtri. Sex habet oſtia. Propterea multifidus vocatur a Lucano lib. 3. vbi ait. Multifidi Peucē vnum caput alluit Iſtri. ¶Ladon fluuius eſt Arcadiæ Apollini ſacer, de quo Claudianus. Plurima Parrhaſius tūc inter corpora Ladon Hæſit. Ouid. lib. 1. Meta. Donec arenoſi placidum Ladonis ad amnem Venerat. ¶Liger ſeu Ligeris fluuius eſt Aquitanos a Celtis dirimens, vt aliqui volunt. Sunt enim qui Galliam Celticam ad Garumnā vſq; protendant. Hic fluuius nauigabilis eſt/multumq; abſumit terrę ſolito non cōtētus alueo. Maior eſt ei⁹ latitudo q̄ ſequanæ/ſed minor multo profunditas. ¶Linceſtius fluuius aquas habet tantę virtutis, vt inebrient inſtar vini. ¶Linternus/& Lyris fluuij ſunt Campanię. Virg. Et vmbrotæ Lyris per regna Maricæ. Labitur Lyris ex Appœninis montibus, Fregellas alluit, demum labitur in lucum ſacrum/quem Minturnenſes religioſiſſime colunt. ¶Lycormas fluuius eſt Aetoliæ. Seneca. Nec præcipitem volueret amnem Flauus rapido fonte Lycormas. Stati⁹ lib. 4. Theb. Sperchiuſq; minax, Cētauręuſq; Lycormas. ¶Marſya fluuius nomē ſumpſit ab illo tibicine, qui in Apollinem certare auſus eſt. Commiſcet ſe Menādro, quo cum Icareo infunditur mari. ¶Matrona flu. Celtas a Belgis dirimit. Leniter ſatis effluit. Sequanam ingreditur prope Luteciam/et vna Occidentalem intrat Oceanum. Octauo a Parrhiſijs milliari Septentrionē verſus contingit & alluit celebre multiq; nominis/cœnobium Gorneium nomine, cui nunc præeſt vir doctrina et morum ſanctitate conſpicuus Antonius Boluacus/ibiq; ſubditos ſibi religioſos fratres magna cōtinet tranquillitate et concordia. Vulgares aiunt hunc fluuium eo eſſe fato ſeu periculo, vt quotidie prædam aliquam ſibi corripiat, Quod accidit ex vorticoſis foueis et voraginibus, quibus vbiq; ſcatet. ¶Mędander flu. eſt Phrygiæ ſeu Męoniæ adeo flexuoſus et reciprocus, vt in fontē reuerti videatur. Lydiam diſterminat a Caria. De hoc Ouid. lib. 9. Nō ſecus ac liquidis Phrygius Męander in vndis. ¶Melas Bœotię fluuius Mineruę ſacer abundat oliuetis. Potos greges ſi albi fuerint, nigros reddit/in hoc contrarius & diſſimilis Cephiſo. ¶Meles flu. eſt Aſiaticus, Smyrnā alluens. ¶Metaurus fluuius Vmbriæ deſcendens in Adriaticum ſinum. ¶Mincius Venetiarum fluuius ex Bænaco ſcaturiens, delabitur Mantuam. Politianus. O ſacris Minci celebrate Muſis, Ecce Mecœnas tibi nunc Maroq; Contigit vni. ¶Moſella flu. galliæ Belgicę. ¶Nar Sabinorum ſeu vmbrorum flu. aquas habet velut ſulphureas. ¶Nilus Aegypti flu. plurimum trahit limi, quo arua fœcundat. Incerta eſt eius origo. Vnde Claudian⁹. Et arcanos Nili deprendite fontes. Eccleſiaſtici dicunt eum a paradyſo terreſtri ſcaturire. Variſs in locis mutat nomina. Septem oſtijs infunditur Oceano. Ouid lib. 1. Meta. Sic vbi deſeruit madidos ſeptenfluus agros Nilus. Arundines profert, quarum membranulæ ſimiles ſunt papyro. Vnde idem Ouid. lib. 15. Perq; Papyriferi ſeptenflua flumina Nili. Crocodilos habet et Hippotamos. Alueum egreditur & totam Aegyptum ſtagnantibus vndis alluit. ¶Nyphates Mœdorum ſeu Armeniorum flu. cadit ab eiuſdem nominis monte. Sidonius. Aut vt Tigriferi pharetrata per arua Nyphatis. ¶Numycius fluuius eſt Italiæ, in quo Aeneam ſubmerſum ferunt nonnulli. ¶Reliqui fluuij memorabiles ſunt, Oaxes flu. Cretę, de quo Virg. Pars Scythiam et rapidum Cretæ veniemus Oaxem. ¶Orontes flu. Syrię, de quo Ouid. lib. 2. Meta. Arſit et Euphrates, Babyloniusarſit Orontes. ¶Pactolus Lydiæ aureas voluēs arenas. ¶Padus Italię, qui alio nomine vocatur Eridanus. Poetę

fabulantur

fabulantur in hunc cecidiſſe Phaetontem excuſſum polo, vnde & Phaetonteus dicitur. Martialis lib. 10. Et Phaetontæi qui petis arua Padi. ¶Peneus flu. Theſſaliæ Macedoniã dirimit a Magneſia. In eius ripa poetæ fabulãtur Daphnen in laurum fuiſſe conuerſam, quę propterea vocatur Peneia. ¶Permeſſus fluuius Bœotię ſacer Muſis, a cuius nomine vocantur Permeſſides. ¶Phaſis celebratiſſimus eſt Colchorum fluuius. Lucanus. Colchorum qui rura facit ditiſſima Phaſis. ¶Rhenus Belgas diuidit a Germanis. Mirabile eſt/ quod de huius natura ſcriptum legitur. Aiunt enim fluuium hunc Celtarum infantes intra ſuum ſinum cõiectos ſi polluta matris pudicitia eſſent ſuſcepti, tanq̃ impuri lecti vindicem rapidis vorticibus ſuffocare conſueſſe. Quos autem ſenſiſſet legitimo et impolluto natos matrimonio/ in portum placidis aquis extuliſſe. Hoc legitur in quadam Politiani epiſtola ad Iacobum Cardinalem Papienſem. ¶Rhodanus fluuius velociſſimus ortum capit in Alpibus. Tardum Ararim proxime Lugdunum ſecum arripit. Auctus demum Iſara & Druentia duobus oſtijs in Tyrrhenum mare diffunditur. ¶Rubicon flu. Italię, de quo Lucanus. Fonte cadit modico, paruiſq; ipellitur vndis Puniceus Rubicon. ¶Sarnus & Sebetus fluuij ſunt Campaniæ. ¶Sequana fluuius Gallię Celtas dirimit a Belgis, Parrhiſiorum Luteciam alluit/ multiſq; afficit cõmoditatibus, Eo enim comportantur ligna/ vina/ & cætera quæ vrbi cõducunt. ¶Sicoris fluuius Hiſpanię iuxta Ilerdam. Lucanus. lib. 4. Placidis prælabitur vndis Heſperios inter Sicoris non vltimus amnes. ¶Simois flu. Troadis, apud quem Venus ex concubitu Anchiſæ genuit Aeneam. Virg. Tu ne ille Aeneas, quẽ Dardanio Anchiſę Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam? ¶Strymon fluuius Thraciæ, a cuius nomine Thraces vocantur Strymonij. ¶Sperchius flu. Theſſaliæ, de quo Ouid. lib. 1. Meta. Populifer Sperchius/ & irrequietus Enipheus. ¶Tagus fluuius Hiſpaniæ auriſer. ¶Tanais flu. Scythię ex Riphæis montibus defluens. ¶Thermodon fluuius eſt eiuſdem regionis, ad cuius ripas Amazones feruntur habitaſſe. Ouid. lib. 4. de Ponto. Et tu fœmineę Thermodon cognite turbę, Et quondam Graijs Phaſi petite viris. ¶Tybris quum prius Albula diceretur, nomen ſumpſit a Tyberino rege ibidem ſubmerſo. ¶Ticinus fluuius Italię. ¶Tygris fluuius Armeniæ maioris. ¶Timauus Venetorum, de quo Lucanus lib. 7. Atq; Antenorei diſpergitur vnda Timaui. ¶Trebia fluuius Italiæ ex Appœnino in Rhodanum influens, nobilitatus ſecunda Annibalis victoria, & clade L. Sempronij conſulis. ¶Vfens flu. Italiæ, ex Alpibus decidit in Padum. ¶Xanthus flu. Troadis. Virg. Non Simois tibi nec Xanthus, nec dorica caſtra Defuerint. Hæc ſunt nomina fluuiorum prȩcipui nominis. Infinitam ailorum turbam omiſimus de induſtria.

¶Fluuij auriferi & gemmiferi.

TAgus Hiſpaniæ. Iuuenalis. Quod Tagus & rutila Pactolus voluit arena. Martialis lib. 8. Nõ illi ſatis eſt turbato ſordidus auro Herm⁹/ & Heſperio qui ſonat orbe Tagus. Idem lib. 10. Auriferumq; Tagum ſitiam. Põtanus. In mare qua Gãges/ & qua Tagus aureus intrat. Idem. Dum Tagus aurifluo vectatur gurgite. Mantuanus lib. 4. Agelariorum. In mare proripitur Tagus auricoloribus vndis. ¶Hermus Lydiæ. Stroza filius. Quod ve metalliferis egerit Hermus aquis. ¶Idaſpes Indię. Claudianus. Auriferum veniam poturus Idaſpẽ, Statius lib. 8. Ceu modo gemmiferum Thyrſo populatus Idaſpem. ¶Pactolus Aſię, Lucan⁹ lib. 3. Paſſaq; ab auriferis tellus exire metallis Pactolon. Virg. lib. 10. Pactoluſq; irrigat auro. Ouid. lib. 11. Pactolonq; petit, q̃is non aureus illo Tempore/ nec charis erat inuidioſus arenis. ¶Arimaſpus Scythiæ fluuius aureas quon-

dam habuit arenas. De fluuijs quibuſdam auriferis Claudianus. Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis Tempeſtas precioſa Tagi/non ſtagna rubētis Aurea Pactoli/ totūq; exhauſerit Hermum, Ardebat maiore ſiti.

¶Fluuij infernales 5.

STyx/ Lethe/ Cocytus/ Phlegeton/ Acheron. De his Syllius lib. 13. Sæuus aquis Phlegeton, & turbine anhelo Flammarum reſonans ſaxoſa incendia torquet. Parte alia torrens Cocytus ſanguinis atri Vorticib⁹ furit & ſpumāti gurgite fertur. At magnis ſemper diuis/regiq; deorum Iurari dignata palus/picis horrida riuo, Fumiferum voluit Styx inter ſulphura limum. Triſtior his Acheron ſanie/ craſſoq; veneno Aeſtuat/ & gelidam eructans cū murmure arenam Deſcēdit nigra lentus per ſtagna palude.

¶Aquarum mirabilis natura.

AQuæ Sinueſſanæ in Campaniæ regione ſterilitatem fœminarū/& virorū inſaniam abolere prodūtur. In ęnaria inſula calculoſis mederi. Iuxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur, authore Plynio. Lacus Amphion vitiligines tollit. Cydnus Cilicię amnis podagricis medetur. Leucogei fontes inter Puteolos & Neapolim oculis & vulneribus medentur. Reatinis paludibus vngulæ iumentorū indurantur. Cerome fons eſt/ex quo bibentes oues nigræ fiunt. Ex Mele vero alio fonte albæ. Si ex vtroq; biberint, fiunt variæ. Teſtis Eudicus apud Plynium. Crathis fluuius candorem facit bobus ac pecoribus, Sybaris nigriciam. Sybarim quoq; ſi bibant homines, nigriores fient, & criſpo capillo. Si ex Crathide/fient candidi & porrecta coma. In Luſis Arcadiæ fonte mures bibunt & cōuerſantur. Erythris Aloes amnis pilos gignit in corporibus. Qui ex Clitorio Arcadiæ fonte bibunt, vini tædio afficiuntur. Marſyæ fons in Phrygia ad Celenarum oppidum ſaxa egerit, Ex Cyzice fonte potātes amorem deponunt. Grannone fons eſt calidus qui in vinum additus, triduo calorem potionis cuſtodit in vaſis. Mogūtiaci fontes ſunt calidi in Germania, quorum hauſtus triduo feruet. In Silia Indorū ſtagno nihil innatat/ſed omnia merguntur. Auernus lacus ſuperuolentes aues enecat, & arboribus folia decutit. In Africæ lacu Apuſtidamo, omnia fluitant & nihil immergitur, vt in Phinthia Sicilię fonte. Olachas fluuius eſt in Bithynia, cuius gurgite periuri notantur Parthi velut flamma vrente. In Cantabria Tamarici fontes habentur in augurio. Lycus fluuius in Leontinis tercio die necat, ſi quiſq; biberit. Coaſpis et Euleij fluuiorum ſuaues adeo ſunt aquæ, vt reges Parthorum ex his bibant. Cabura fons eſt Meſopotamiæ, cuius aqua iucunde olet. Apud Bactros amnis Ochus & Iaxartes deferunt ſalis ramenta. Precedentia hęc ſumpta ſunt ex Plynio. Clitumnus fluuius eſt Meuaniæ, cuius aqua pota candidos boues reddit. Propertius libro ſecundo. Qua formoſa ſuo Clitumnus flumina Luco Integit/ & niueos abluit vnda boues. In Caryſto Euboię aquæ feruntur eſſe calidæ, quæ vocantur Alopiæ. Tibullus lib. 4. Cretæis ardens aut vnda Caryſtia campis. Anygri aqua in Peloponeſo admodum fœtet.

¶Afrodiſius fluuius ſteriles reddit mulieres.

¶Axus fluuius eſt Macedonum, cuius aquam ſi biberint greges armentorum, nigros pariunt fœtus. Belus Phœnicię fluuius arenas habet accommodas vitro. Croconus

conus ſeu Crocaculus flu. eſt Brutiorum, in quem ſi quid conijciatur, lapideo dureſcit cortice. In Męandro flu. naſcitur neſcio quis lapis, qui pectori alligatus inſaniam parit. Melas flu. Bœotię potos greges ſi albi ſint, nigros facit. Cephiſus vero, ex nigris albos reddit. Caſſinitus flu. Thracię equos aqua ſua potos efferat. Virgulta in Silarum fluuium Samnitum demiſſa lapideſcunt. Syllius lib. 8. Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duriciem lapidū merſis inoleſcere ramis. Pontus fluuius Thraciæ ardentes habet lapides, qui contrariam carbonibus retinēt naturam. Vento enim extingūtur, in aqua vero flagrāt/odoremq; inſtar bituminis tetrum adeo reddunt, vt nulla reptilia prope conſiſtant. Salmacis fons eſt in Caria, cuius aquam qui potauerit, mollis fieri dicitur. De mirabilia quarum virtute Ouid. lib. 15. hæc ſcribit.

Medio tua corniger Ammon
Vnda die gelida eſt/ortuq;/obituq; caleſcit.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur, minimos quum Luna receſſit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis & huic Sybaris veſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt auroq; capillos.
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda/
Aethiopeſq; Lacus? quos ſi quis faucibus hauſit,
Aut furit/aut patitur mirum grauitate ſoporem.
Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit,
Vina fugit/gaudetq; meris abſtemius vndis.
Huic fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis,
Quem quicunq; parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, q̄ ſi mera vina bibiſſet
Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte nocent potę/ſine noxa luce bibūtur. Frutices in Sarnum proiecti lapideſcūt. Pontanus in lib. Meteororum. Videas lapideſcere Sarni Cęruleo ſub fonte alnum/filiciſq; maniplos, Et paleę intortos lēto cum vimine culmos. Idem de fonte Ammonis ſic ait. Ammonem fama eſt mediis ſub noctib⁹ altum Feruere/& in mediis rurſum frigere diebus. Nihil in Aſphaltite Iudæę lacu qui bitumen gignit, mergi poteſt.

¶Auctarium.

FLuuij reciproci ſunt Męander & Euripus. De Męandro Propertius lib. 2. Atq; etiam vt Phrygio fallax Mæandria campo Errat, & ipſa ſuas decipit vnda vias. De Euripo. Seneca. Priuſq; et multo vicibus alternis fugax Euripus vnda ſtabit Euboica piger. Idem. Euripus vndas flectit inſtabilis vagas, Septemq; curſus flectit ac totidem refert, Dum laſſa Titan mergat Oceano iuga. ¶Fluuij ſubeuntes terras/& rurſum emergētes ſunt Lycus in Aſia, Eraſinus in Argolica, Tygris in Meſopotamia. ¶Fluuij paradiſi terreſtris ſunt 4. Gāges/Nilus/Tygris/Euphrates. ¶Oſtia Nili ſunt Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum/Phatniticum/Mendeſicum/Taniticum/Peluſiacum. ¶Oſtia Danubij ſunt Peuce inſula, Naracuſtoma/Caloſtoma/Pſeudoſtomon/Boreoſtoma, Stenoſtoma. Author Ammianus Marcellinus.

¶Fontium quorundam nomina.

HIppocrene fons eſt Bœotiæ, quem poetæ fabulantur equi vngula natum. Ouid. lib. 5. Meta. Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures, Dura Meduſęi quem præpetis vngula rupit. ¶Cymothoe fons eſt Achaię, Authore Plynio. ¶Nigris fõs eſt apud Heſperios Aethiopas, Authore Plynio. ¶Cabura fons eſt Meſopotamię, cui⁹ aqua iucunde olet, vt iam diximus. ¶Acidalus fons eſt in Orcomeno oppido Bœotiæ, Veneri ſacer, quæ propterea vocat acidalia. ¶Aganippe fons eſt itidẽ Bœotiæ ſacer muſis, quæ inde vocantur Aganippides. Ouid. lib. 6. Faſt. Dicite quæ fontes Aganippidis Hippocrenes Grata Meduſæi ſigna tenetis equi. Idem lib. 5. Meta. Fonte Meduſæo/ & Hyantæa Aganippe. ¶Albunea fons iuxta Tibur. Virg. Lucoſq; ſub alta Conſulit Albunea/ nemorum quę maxima ſacro Fonte ſonat. ¶Callirhoe fons Athenis propinquus. Statius lib. 12. Et quos Callirhoe nouies errantibus vndis Implicat. ¶Caſtalius fons eſt in radicibus Parnaſi ſacer muſis, qui alio nomine Caballinus dicitur/ a Caballo id eſt equo, cuius vngula excuſſus eſt. ¶Clitorius fons eſt Arcadiæ, qui potus vini tædium afferre dicitur. Crunos fons eſt in Attica, vt etiam Lariſſæ. ¶Magia fons Sicilię in agro Syracuſano. ¶Margęa nomẽ eſt fontis apud Plynium. ¶Salmacis fons in Caria. ¶Sebetos fons prope Neapolim. Stati⁹ lib. 1. Syl. Et pulchra tumeat Sebetos alũna. ¶Telpiſſa nomen eſt fontis frigidiſſimi, cuius aqua Tyreſiã extinxiſſe dicitur. ¶Lymira/ Sceletirbe/ & Stomacace nomina ſunt fontium apud Plynium. ¶Ciſſuſa fons eſt, in quo obſtetrices Bacchum infantem lauerunt. Author Plutarchus in Lyſandro. ¶Eodẽ teſte⁹ Palma et Oliua duo ſunt fontes prope Delon. ¶Dircẽna & Nemeta nomina ſunt fontium apud Martialem lib. 1. ſcribentem. Auidam rigens Dircenna placabit ſitim, Et Nemeta, quæ vincit niues. ¶Dirce fons eſt Thebanus, in quẽ Dirce Lyci vxor conuerſa eſt. Lucanus lib. 3. Fatidica Cephiſus aqua, Cadmęaq; Dirce. ¶Arethuſa fons eſt aquę dulcis prope Syracuſas, vt Cyane. ¶Zame fons eſt in Africa, ex quo canoras effici voces prodidit Varro. ¶Chryſorrhois fons fuit apud Troezenios. ¶Berbinus & Gargaphius nomina ſunt fontium apud Herodotum.

¶Lacus Paludes & ſtagna.

AVernus lacus eſt Campaniæ diti ſacer. ¶Benacus lacus eſt Italię. ¶Bœbeis Theſſalię, Cocanicus Sicilię/ Cyminus Ethruriæ, Eupilius & Fucin⁹ Italię. Martialis. Fucinus & pigri taceantur ſtagna Neronis. Gygęus Lydiæ. Lemannus lacus prope Gebẽnas. Lucanus lib. 1. Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno, Mareotis Aegypti. Sannaus Aſiæ, qui circunnaſcente abſinthio inficitur, Author Plyni⁹. Spartinã Atropatię ſalis ferax. Stymphal⁹ Arcadiæ, Theſbitis lacus per quem tranſit Tygris fluuius. Thraſimenus lacus agri Peruſini. Syllius. Thraſimenus in altos Aſcẽdat citius colles. Verbanus lacus Italię, Vadimonis lac⁹ eſt in quo fluctuant inſulæ. Voſigonus lacus in agro Patauino. Zoroanda lacus eſt quem efficit Tygris fluuius. Eptabolus nomen eſt lacus apud Vitruuium, Geneſareth apud Cor. Tacitum. Acronius lacus eſt Alpinus/ Aeticus Apollonię, Alban⁹ albani montis/ Aſconius Bithyniæ/ Amſanctus Lucanię/ Caulas Iudeæ, Licomedes Aethiopiæ, Lucrinus Campanię, Perguſa Siciliæ/ Teſprotię Ambracię, Velinus agri Veſulani. ¶Acheruſia palus eſt Cãpaniæ/ Cãdebœa Syrię, Męotis Scythię, Serbonis palus prope montem Caſium. Daſtylitis & Loncanidis nomina ſunt paludum apud Plutarchum. Lerna palus Græcię inter Argos et Mycenas. Salapia palus Appulię, Sipus palus ad Sipuntem Diomedis ædificiũ. Lucanus lib. 5. Quas

Vitruuium.

Vitruuium. Myris palus fuit Aegypti.

¶Montes præcipui nominis.

Abila Mons eſt Mauritanię oppoſt⁹ Calpe Hiſpanię. Acanti⁹ Magneſię/ Acaton Aetoliæ/ Actiũ Epyri/ vbi Antoni⁹ & Cleopatra ſuperati ſunt ab Auguſto. Aconti⁹ Magneſię/ Acroceraunì mõtes ſũt iter Armeniã & Hiberiã. Horatius. Infames ſcopulos Acroceraunia. Acrocorinth⁹ Peloponneſi/ Aga maioris Armeniæ/ Agoloni⁹ Arcadię/ Agragas Sicilię/ Alburn⁹ Luſitaniæ/ Ancoran⁹ Mauritanię/ Apœnin⁹ dicit tot⁹ Alpiũ glob⁹/ Aracynth⁹ mõs Aetolię/ Mineruę ſacer. Virg. Amphion Dircę⁹ i Actæo Aracyntho. Arge⁹ Cappadocię/ Arpẽdus Pãphiliæ/ Arthemiſi⁹ Arcadię/ Aſcrę⁹ Bœotię/ Atlas Mauritaniæ/ Athos Macedonię/ Artemiſi⁹ Arcadię/ Aruiſiũ Cãpanię/ Andriceis Cilicię/ Aetna Sicilię/ Aulon Calabrię. ¶Balb⁹ Africę/ Bebi⁹ Cãpanię/ Berecynth⁹ Phrygię/ Briſeſ⁹ Atticę. ¶Caphare⁹ Euboiæ/ Calpe Hiſpanię/ Capitolin⁹ vrbis Romę/ Carina Cretę/ Carmel⁹ Phœnicię/ Caſin⁹ Campanię/ Caſyr⁹ Perſidis/ Caſi⁹ Syrię/ Caucaſ⁹ Scythię/ Caulon Calabrię/ Chimęra Lycię/ Cillene Arcadię/ Cynth⁹ Deli/ Cyrrha Phocidis/ Citheron Bœotię/ Citori⁹ Paphlagonię/ Clari⁹ Colophonię/ Cophãt⁹ Bactrianoꝝ/ Corax Aetolię/ Coryc⁹ Cilicię/ Caphare⁹ Euboię. ¶Dardan⁹ Appulię/ Dindym⁹ Phrygię/ Dodona Chaonię/ Dyrrachiũ Epyri. ¶Ebron Paleſtinę/ Effrai Iudææ/ Eleome Macedonię/ Erymãth⁹ Arcadię/ Eryx Sicilię. ¶Falern⁹ Cãpanię/ Ferraria Hiſpanię. Gag⁹ minoris Aſię/ Gargar⁹ Phrygię/ Gargan⁹ Appulię/ Gaur⁹ Cãpanię/ Gebẽna Aruernorũ. ¶Hęm⁹ Theſſalię/ Hymett⁹ Atticę/ Helycon Bœotię. ¶Ida Phrygię/ Idali⁹ Cypri/ Inarime Prochytę iſulę/ Iſmar⁹ Thracię. ¶Lacinũ Italię, Lathm⁹ Cariæ/ Liban⁹ Phœniciæ/ Lycabeſos Atticæ/ Libetr⁹ Aetoliæ muſis ſacer/ Lycæ⁹ Arcadiæ/ Lilybæ⁹ Arcadiæ, ¶Malea Laconiæ/ Maraton Atticæ/ Mænalus Arcadiæ/ Miſen⁹ Cãpaniæ ¶. Neptun⁹ Siciliæ/ Niphates Armeniæ/ Nyſa Indiæ. ¶Oetha Theſſaliæ/ Olymp⁹ Macedoniæ/ Oſſa & Othrys Theſſaliæ. ¶Pachyn⁹ Siciliæ/ Palatin⁹ vrbis Romæ/ Pangę⁹ Thraciæ/ Parnaſ⁹ Phocidis/ Partheni⁹ Arcadiæ/ Peliõ Theſſalię/ Pelor⁹ Siciliæ/ Pind⁹ Theſſaliæ/ Pyrene⁹ mõs Hiſpaniã dirimẽs a Gallia, Pholoe Theſſaliæ. ¶Quirin⁹ vrbis Romæ. ¶Retic⁹ Germanię/ Riphei Scythię/ Rhodope Thraciæ. ¶Scillaceũ Italiæ/ Sigæũ aſiæ/ Sipylus mõs iter Lydiã & Phrygiã/ Sython Thraciæ/ Silani⁹ Hiberniæ/ Somor⁹ Syriæ. ¶Tabor Galileæ/ Taburnus mõs i Sãnio/ Tayget⁹ Laconiæ/ Tarpeius vrbis Romæ/ Taurus Scythiæ/ Tetricus Sabinorum/ Tmolus Cilitiæ/ Tempe Theſſaliæ. ¶Veſæuus Campaniæ.

¶Montes flammiferi.

¶Aetna Siciliæ. Sta. lib. 5. Theb. Vbi ignifera feſſus ſuſpirat ab Aetna Mulciber. Luca. li. 1. Et ardẽti ſeruilia bella ſub Aetna. ¶Lypara q̃ ẽ vna ex Aeolijs iſulis. Sylli⁹ lib. 14. Nã Lypare vaſtis ſubter depaſta caminis Sulphureũ vomit exæſo deuertice fumũ. Aſt Aetna eructat tremefactis cautib⁹ ignes. ¶Aenocauma mõs ẽ æternis ardẽs ignib⁹ authore Plynio. ¶Chimæra mõs Lyci⁹. Põtan⁹. Oraq; flãmiuoma rutilẽt afflata Chimæra. Hora. Me nec Chimeræ ſpirit⁹ igneę Diuelletvnq̃. ¶Veſbi⁹ ſeu Veſeu⁹. Valflac. lib. 3. Argon. Vt magis Inarime/ magis vt mugitor ãhelat Veſbi⁹.

¶Hiſtoriographi plæriq; Græci & Latini.

¶Ablabi⁹ Gothus ſcripſit de bello Gothoꝝ. ¶Aeliodor⁹ preſul Tricẽſis q̃ ciuitas ẽ Theſſaliæ, ſcripſit Aethiopicã hiſtoriã lib. 11. ¶Anaſtaſi⁹ Lateranẽſis ſcripſit hiſtoriã eccleſiaſticã vſq; ad ſua tẽpora. ¶Andronicus ſcripſit res Alexandri. ¶Antipater Iolai fili⁹ & Philippi Macedonis miles ſcripſit hiſtoriã Perdicæ & res Illyricas. Appian⁹ Alexãdrin⁹ 22. libros hiſtorię Rõanę cõpoſuit & geſta ipatoꝝ

¶Apollonius Aphrodiſe⁹ ſcripſit res Carias/de Trallib⁹/de Orpheo eiuſq; miniſterijs. ¶Arrian⁹ ſcripſit hiſtoriã Alexãdri magni 8. lib. Emicuit Romæ ſub M. Antonio & Adriano prĩcipib⁹, a quib⁹ ob literas cõſularẽ meruit dignitatẽ. ¶Aſelli⁹ Sẽproni⁹ ſcripſit bellũ Numãtinũ. ¶Bairon hiſtoric⁹ ſcripſit breuiariũ rerũ ab Alexãdro geſtarũ. ¶¶Aufidi⁹ Baſſus ętate Quĩtiliani ſcripſit bellũ Germanicũ. ¶Bemarchus Cęſariẽſis ſcripſit res geſtas Cõſtãtini prĩcipis libris decẽ. ¶Cadm⁹ Mileſius ſcripſit hiſtoriã de Mileto, ac toti⁹ Ionię regione libris 4. ¶Calinius Syri⁹ de geſtis Alexãdri, vt etiã Calliſthenes Olynthius. ¶Caliſtus ſcripſit heroico verſu hiſtoriã Iuliani principis. ¶Charon Lampſacenus ætate Darii primi ſcripſit Aethiopica libris duob⁹/Cretẽſia itẽ et Grȩcanica. ¶Charon Carthaginẽſis ſcripſit tyrãnos quotquot ĩ Aſia atq; in Europa fuere. Itẽ vitas claroꝝ virorũ libris 4. il luſtriũ fœminarũ libris totidẽ. ¶Charon Naucratica ſacerdotes Aegypti & reges qui fuere ab initio ĩqualibet gẽte. ¶Capton Lycius cõpoſuit hiſtoriã Iſauricã libris 8. ¶Chœrilus Samius ſcripſit Atheniẽſiũ victoriã cõtra Xerxẽ, et pro ſingulis verſibus ſingulos ſtateres aureos recepit. ¶Clearchus Solẽſis ſcripſit de varia hiſtoria. ¶Clitarchus comes fuit Alaxãdri, qui ei⁹ geſta cõſcripſit. ¶Iuli⁹ Cordus ſcripſit vitas ĩperatoꝝ. ¶Crito Pieriota (ciuitas eẽ Macedonię Pieria) ſcripſit res Perſicas/Siculas & Macedonicas. ¶Q. Curtius ſcripſit de geſtis Alexãdri magni, ſed opus ei⁹ mãcũ eſt & ĩperfectũ. ¶Damaſcius Sigię⁹ ſcripſit de reb⁹ ĩ Grȩcia geſtis. Prȩterea de parẽtib⁹ eoꝝ, qui ad Troiã profecti ſũt. Itẽ de poetis & Sophiſtis. ¶Dares Phrygi⁹ grȩce ſcripſit bellũ Troianũ, cui ipſe interfuit. ¶Dexter Barcinonẽſis ſcripſit omnimodã hiſtoriã. ¶Dion Caſſi⁹ ſcripſit Romanã hiſtoriã lib. 80. Præterea geſta Traiani prĩcipis & vitã Arriani philoſophi. Hiſtoriã ei⁹ ĩtegrã non habem⁹. ¶Dion Pruſiȩus ſcripſit de virtutib⁹ Alexãdri magni libros decẽ. ¶Diogenes Laertius ſcripſit de vita & morib⁹ philoſophorũ. ¶Diodor⁹ Sicul⁹ ſcripſit hiſtoriam/quã Bibliothecã iſcripſit. Cõtinet autẽ res Romanas & varias libris 40. Floruit Auguſti ſęculo. ¶Dionyſi⁹ Mileſi⁹ ſcripſit res perſicas, & quę poſt Darium ſecuta ſunt. ¶Dionyſi⁹ Halicarnaſſę⁹ Auguſti tẽpore Romanã ſcripſit hiſtoriã. ¶Egeſippus ſcripſit hiſtoriã eccleſiaſticã libris quĩq;. ¶Ephippi⁹ Cumę⁹ auditor Iſocratis ſcripſit hiſtoriam ab excidio Troię/vſq; ad ſua tẽpora libris 30. ¶Ephorus Cumęus ſcripſit Galeni prĩcipis hiſtoriam libris 27. Prȩterea Corinthiaca & quędam alia. ¶Herodot⁹ ſcripſit hiſtoriam libris nouẽ ex numero & nominib⁹ muſaꝝ incipiẽs a Cyro Perſaꝝ rege. ¶Herodian⁹ Alexadrin⁹ ſcripſit ĩperatoꝝ hiſtoriã, q̃ ad nos ĩtegra nõ ꝓuenit. ¶Heſichi⁹ Mileſi⁹ cõpoſuit hiſtoriã libris ſex, ĩ q̃b⁹ cõplectit Romanoꝝ ĩperatorũ, tyrannorum & diuerſorũ gẽtiũ res geſtas vſq; ad ſua tẽpora. ¶Euemer⁹ Meſſan⁹ hiſtoriã fixit ex titulis & iſcriptionib⁹ ſacris. ¶Eutropi⁹ Afer diſcipul⁹ Auguſtini ſcripſit Epitomẽ Romanæ hiſtorię ab vrbe cõdita vſq; ad Valentẽ prĩcipẽ & Iouinianũ. ¶Euſtathi⁹ Epiphane⁹ ſcripſit tẽporũ Epitomẽ ab Aenea vſq; ad Anaſtaſiũ prĩcipẽ. ¶Euſebi⁹ ſcripſit hiſtorię libros decẽ, de prȩparatione Euãgelica/& Epitomẽ tẽporũ. ¶Flor⁹ ſcripſit hiſtoriã Romanã ſuccincta breuitate. Itẽ Epitomẽ ĩ libros Liuij. ¶Fortunat⁹ prȩſul Pictauẽſis geſta ſanctorũ partĩ pedeſtri/partĩ ſoluta cõſcripſit oratione. ¶Gennadi⁹ Maſſiliẽſis ſcripſit de viris illuſtribus Theodoſij tempore. ¶Ibycus Rheginus hiſtoricus vixit apud Polycratem Samiorum tyrannum. ¶Hieronymus Rhodius ſcripſit res geſtas a Demetrio Poliorcete. ¶Ioannes Scilax ſcripſit de imperatoribus Conſtantinopolitanis. ¶Ioſeph⁹ Iudę⁹ cõſcripſit grȩcę antiquitatis Iudęorũ hiſtoriã libris vigĩti ab exordio mũdi vſq; ad 13. annũ Domitiani. Bellũ vero Iudaicũ cum Romanis geſtã libris

bris 7. ¶Irenę pręsul Lugdunēsis hiſtoriā ſcripſit eccleſiaſticā. ¶Iſidorus præſul Hiſpalenſis ſcripſit de viris illuſtribꝰ. Hiſtoriā pręterea ab Adamo vſq; ad ſua tēpora, & res Lōgobardoꝝ, & breuē quādā coſmographiā. ¶C. Iulius ſenator res Romanas gręce ſcripſit. ¶Iuſtꝰ Tiberiēſis texuit hiſtoriā rerū Iudaicarū. ¶Iuſtinus fecit epitomen in Trogū tanta ſtylī felicitate, vt alienū prope inuētū ſibi vēdicarit. ¶Aeliꝰ Lāpridius ſcripſit de geſtis īperatorū Romanoꝝ ad Cōſtantinū magnū. ¶Leo Bizantius ſcripſit res Bizantij a Philippo geſtas. ¶Leo Alabandęꝰ ſcripſit hiſtoriā de caribus libris 4. De lyciis, duobus. Artē Rhetoricā, bellum Phocēſiū & Bœotiorū. ¶Liuiꝰ Patauinꝰ ſcripſit hiſtoriā Romanā. ¶Ammianꝰ Marcellinꝰ vitā quorūdā īperatorū. ¶Marius hiſtoricꝰ ſcripſit prīcipum Romanorum vitas. ¶Gargilius Martialis vitas īperatoꝝ tēpore Alexādri prīcipis, cuiꝰ vitā diligēti ꝰ ſecutus ē. ¶Marſyas Pellęꝰ ſcripſit res Macedonicas libris 10. a primo rege vſq; ad Alexādrū. Itē et dereb ꝰ Atticis libros 11. ¶Meliſandrus Mileſius ſcripſit bellū Lapythaꝝ et Cētauroꝝ. ¶Menechmꝰ Sicyoniꝰ ſcripſit hiſtoriā Alexandri magni. ¶Nicolaus Damaſcenꝰ ſcripſit hiſtoriā vniuerſalē libris 70. & vitā Auguſti ſeparatim, apud quē ī tāta fuit dignatione, vt īperator ipſe placētas ab amicis acceptas vocaret Nicolaos. ¶Nymphis Heracleotes ſcripſit hiſtoriā Alexandri & eius ſucceſſoꝝ libris 24. de Heraclea 13. vſq; ad euerſionē tyrānoꝝ. ¶Oneſicritꝰ Alexādri īcunabula & originē ſcripſit. ¶C. Oppiꝰ cōmētarios Iulij cęſaris continuauit, ſcripſitq; bellū Hiſpaniēſe. ¶Palęphatꝰ Abyden ꝰ ſcripſit Cyprica / Attica & Arabica. ¶Paulꝰ Oroſiꝰ reliquit hiſtoriā ab initio mūdi vſq; ad Honorij prīcipis tēpora ꝑſcribēs. ¶Paulꝰ Foroiuliēſis hiſtoriā ſcripſit Lōgobardoꝝ. ¶Pauſanias Cęſariēſis ſcripſit vniuerſę Gręcię geographiā cū eiꝰ hiſtorijs. ¶Piſandrꝰ Larandęꝰ ſub Alexādro Māmeę ſcripſit variā hiſtoriā verſibꝰ & libris 60. ¶Pyſiſtratꝰ Lariſſęꝰ fuit hiſtoriaꝝ ſcriptor. ¶Plyniꝰ ſecūdus ſcripſit hiſtoriā naturalē opꝰ apprime vtile, ſi careret mēdis. ¶Plutarchꝰ Cheronęꝰ ſcripſit vitas multorū illuſtriū virorum. Itē apophthegmata / parallelas / & alia plurima. ¶Polybiꝰ Scipionis Africani præceptor ſcripſit Romanā hiſtoriā libris 40. quorū pauci ad nos ꝑuenerūt. ¶Polemon Helladicꝰ ſcripſit de origine ciuitatū Phocidis / Ponti / Lacedęmoniæ geographiā / de curſu ſolis libros 3. ¶Poſſidoniꝰ Olbiopolita ſcripſit poſt Polybiū hiſtoriā libris 52. vſq; ad bellū Cyrenaicū & Ptolemęi. Pręterea declamatiōes rhetoricas / & argumēta ī oratiōes Demoſthenis. Floruit ętate Stabonis. ¶Priſcꝰ Panites magiſter epiſtolarū Theodoſij iunioris ſcripſit hiſtoriā Cōſtātinopolitanā & Athilę libris 8. Pręterea declamationes & epiſtolas. ¶Proſper pręſul Rheginus ſcripſit de vita ſolitaria / de tēporibꝰ ab Adā vſq; ad ſuū ſęculū. ¶Prudētius quoq; hiſtoriā ab Adā carmine exorſus eſt. ¶Ptolemęꝰ Lucēſis ſcripſit hiſtoriā pōtificū vſq; ad Celeſtinū quītū, cuiꝰ tēpore iſe floruit. ¶Pherecydes Leríus ſcripſit de Clero / de Iphigenia / de feſtis. ¶Philo Herēniꝰ ſcripſit de ciuitatibꝰ & viris claris 30. ¶Philochorus Atheniēſis ſcripſit libros Attidis 17. quī cōtinēt res Atheniēſiū & reges et magiſtratꝰ vſq; ad Antiochū Deū cognomēto. ¶Philiſtꝰ Syracuſanꝰ ꝓpiquꝰ Dionyſij tyrāni ſcripſit res Siculas libris 12. ¶Phlegon Trallianꝰ libertꝰ Auguſti ſcripſit hiſtoriā Olympiadū libris 16. vſq; ad Olymp. 29. De faſtis Ro. libros 4. Item de nominibus locorum vrbis Romæ / et Epitomen Olympionicarum libris duobus. ¶Feſtꝰ Rufus ſcripſit Epitomen rerū Romanaꝝ. ¶Sabinꝰ Maſurius ſcripſit Faſtoꝝ et rerū memorabiliū libros. ¶Criſpꝰ Saluſtius ſcripſit bellū Catilinariū et Iugurthinū, et Romanas hiſtorias inſtar Liuij, in quo opere citatur ſępenumero ab antiquis. De hoc Martialis. Criſpꝰ Romana primꝰ ī hiſtoria, ¶Secūdus Tridentinꝰ

ſcripſit Lõgobardoꝝ hiſtoriã. ¶Socrates Cõſtãtinopolitan⁹ hiſtoriã eccleſiaſticã a tẽpore Apoſtolorũ vſq; ad Chryſoſtomũ cõpoſuit. ¶Sozomenus preſbyter Piſtoriẽſis hiſtorię vniuerſalis ãpliſſimũ edidit volumẽ. ¶Steſimbrot⁹ Tharſi⁹ ſcripſit res geſtas Cimonis ducis Atheniẽſiũ. ¶Suetoni⁹ Trãquill⁹ vitas duodeci Cæſarũ. ¶Theocrit⁹ Chi⁹ ſcripſit hiſtoriã Lybicã et epiſtolas quaſdam. ¶Theodor⁹ Goth⁹ ſcripſit hiſtoriã ſuoꝝ tẽporũ. ¶Theodor⁹ Cõſtãtinopolitan⁹ ſcripſit hiſtoriã eccleſiaſticã a tẽpore Cõſtantini vſq; ad Iuſtinianũ. ¶Themiſtogenes Syracuſan⁹ hiſtoriã Cyri regis Perſaꝝ. ¶Timę⁹ Sicul⁹ res Grẽcas et bellum Thebanum. ¶Traian⁹ patrici⁹ ſnb Iuſtiniano pricipe ſcripſit tẽporũ epitomen. ¶Thucydides Atheniẽſis patrẽ habuit Olorũ/ matrẽ Ẽgeſipylam. Scripſit bellũ Peloponneſiacũ. Fuit adeo ſtudioſus iquirẽdę veritatis hiſtoricę, vt iis mercedẽ prębere t, qui nũciarẽt, quę acta eſſẽt i bello. ¶Val. Antias hiſtoricus plerũq; citat ab antiquis authoribꝰ. ¶Val. maxim⁹ ſcripſit dicta et facta memorabilia ad Tiberiũ Cęſarẽ. ¶Theophanes Leſbi⁹ ſcripſit res a Põpeio geſtas. ¶Timagenes Mileſi⁹ ſcripſit de heraclea ponti/ et viris in ea claris libros tres. ¶Timoſthenes prębfect⁹ claſſis Ptolemæi Philadelphi ſcripſit de portub⁹ libros decẽ. ¶Vĩcenti⁹ ordinis prędicatoꝝ ſcripſit hiſtoriã vniuerſalẽ ab exordio mũdi vſq; ad Hieroſolymitanã expeditionẽ Ludouici regis Gallorũ. ¶Volcati⁹ Callican⁹ ſcripſit vitas iperatorum ad Diocletianum ¶Volcati⁹ Terẽtian⁹ ſcripſit hiſtoriã Gordianorũ. ¶Xanthus ſcripſit hiſtoriam Lydorũ libris 4. ¶Zeno Rhodi⁹ ſcripſit hiſtoriã Rhodiorum. Fuit & alter Zeno, q Pyrrhi geſta i Italia Epitomenq; Romanoꝝ & Carthaginẽſiũ cõpoſuit. ¶Zonaras ſcripſit hiſtoriã vniuerſalẽ ab exordio mũdi vſq; ad tẽpora Michaelis iperatoris Cõſtãtinopolitani. ¶Saxo grãmatic⁹ ab hĩc paucos ãnos ſcripſit hiſtoriã regũ Danorũ magna verboꝝ elegãtia. ¶Robert⁹ Gaguin⁹ hiſtoriã Gallorũ regũ, quẽ noſtra ætate imitatur Paulus Aemyli⁹. ¶Boccaci⁹ ſcripſit de caſib⁹ virorũ illuſtrium. ¶Solin⁹ de mirabilib⁹ mũdi. ¶Blondus Foroiuliẽſis de Roma triũphante. ¶Sabellic⁹ hiſtoriã vniuerſalẽ ab exordio mũdi ad ſua tẽpora. ¶Volaterranus Geographiã/ antropologiã & philologiã. ¶Agathias Grẽc⁹ hiſtoriã Francoꝝ. ¶Põtificũ Romanoꝝ hiſtoriã ſcripſerũt Anaſtaſi⁹. Paul⁹ Diacon⁹, Guido Rauẽnas, Sigiſbertus monach⁹, Hugo Florianus, Sicard⁹ prębſul Cremonẽſis, Gotfred⁹ Viterbienſis, Vincẽti⁹ prębſul, Martin⁹ Carſulan⁹, Landulph⁹ canonic⁹ Carnotẽſis, Sazomenus, Geruaſi⁹ Ricobaldus, Ptolemę⁹ Lucẽſis, Antõni⁹ prębſul Forẽtin⁹, Platina. ¶Vitas iperatoꝝ ſcripſere Cor. Tacit⁹, Mari⁹ maxim⁹, Iuli⁹ Cordus, Tranquill⁹, Suetoni⁹, Optatian⁹, Gargili⁹ Martialis, Fabi⁹ Marcell⁹, Iul. Capitolin⁹, Aeli⁹ Lampridi⁹, Flauius Vopiſcus, Eutropi⁹, Oroſi⁹. Ex Grẽcis Herodian⁹, Dion, Appian⁹.

¶Grammatici.

¶Acron grãmaticus Horatiũ poetã enarrauit. ¶Aelius prębconius grãmaticus nobiliſſimas orationes ad vnũ quẽq; ſcribebat. Hic Metellũ Numydicũ i exiliũ comitatus eſt. ¶Aelius Meliſſus librũ edidit de loquẽdi ꝓprietate. ¶Alexander Mileſius Polyhiſtor cognominatus libertus Cor. Lentuli grammaticus fuit, qui docuit Romæ Syllæ temporibus. ¶M. Popilius Andronicus ſcripſit opuſculum annaliũ. ¶Andromachus grammaticus docuit Nicomedię/ Diocletiani tẽpore. ¶Appion Alexandrinus Didymi magni alũnus docuit Romę Tiberii & Claudii temporibus. Scripſit annales & alia complura. ¶Apollodorus Atheniẽſis grãmaticus diſcipul⁹ Panetii Rhodii & Ariſtarchi grãmatici ſcripſit hiſtoriã Atheniẽſem. ¶Apollonius Alexandrinus ſcripſit de cõpoſitione partium orationis. ¶Archimedes Trallianus ſcripſit mechanica & cõmetarios in Homerũ. ¶Archibius Alexandrin⁹ docuit

cuit Romę ſub Traiano prīcipe. Scripſit commētarios ī epigrammata Callimachi. ¶ Ariſtarch⁹ Alexādrin⁹ floruit ſub Ptolemęo Philometore, cui⁹ filiū erudiit. Scripſit cōmentarios ſupra mille. Diſcipul⁹ fuit Ariſtophanis grāmatici. ¶ Ariſtophanes Bizantius grāmaticus diſcipulus fuit Callimachi. ¶ Ariſtonic⁹ grāmatic⁹ Alexādrinus ſcripſit in Theogoniā Heſiodi. ¶ Arcadius Antiochenus ſcripſit nōnulla in grāmatica. ¶ Aſclepiades Anazerbę⁹ grāmatic⁹ ſcripſit de fluminib⁹. ¶ Aſinius Pollio Trallianus docuit Romæ rēpore Pōpeii magni. Succeſſit ſcholę Timagenis. Scripſit bellū ciuile Cęſaris & Pōpeij. ¶ Aſinius Capito grāmatic⁹ reliquit librū epiſtolarū. ¶ Callias Methymnęus grammaticus Alcei & Sapphus poemata enarrauit. ¶ Spurius Carbilius Romæ ludū grāmaticę aperuit, mercede docēs. Idē G. literā primus inuenit, quū pro ea C. litera prius vterētur. ¶ Val. Cato grāmatic⁹ Romę docuit multos et nobiles tēpore Syllæ, tantūq; noīs ſibi cōparauit, vt ſequentes verſus in eius laudē vulgo prędicarētur. Cato grāmatic⁹ latina Syren, Qui ſolus legit & facit poetas. ¶ Luctacius Daphnis Q. Catuli libertus profeſſus eſt Romæ. ¶ L. Cęcili⁹ Epyrota Attici libert⁹ ludū grāmaticę Romę aperuit, primuſq; Virgiliū & alios nouos poetas cœpit profiteri. Vnde Domiti⁹ Marſus. Indicat Epyrota tenellorū nutricula vatū. ¶ Crates Malotes æqualis Ariſtophanis floruit ſub Ptolemęo Philometore. Scripſit ī Homeri Iliada & Odyſſeā libros 9. cōmentariorū. Primus ſtudiū grammaticę Romę intulit, eo fere tēpore, quo mortuus eſt Ennius. ¶ Craſſiti⁹ cognomēto Paſciles Romę ludū grāmaticę aperuit. Docuit Iulianū Antoniū Antonii Triūuiri filiū. ¶ Demetri⁹ Ixion Adramiten⁹ docuit Pergami. Diſcipulus fuit Ariſtarchi. Scripſit enarrationē in Homerū. ¶ Dicęarchus Lacedęmonius grāmatic⁹ fuit Ariſtarchi auditor. ¶ Didym⁹ Calchentorus grāmatic⁹ Alexādrin⁹ ſcripſit libros ſupra 3500. ¶ Dioſcori⁹ Mireus grāmatic⁹ pręfect⁹ fuit prętorii Leonis īpe. & pręceptor filiorū eius. ¶ Diomedes ſcripſit quędā ī grāmātica, quę adhuc extāt. ¶ Diogenian⁹ ex heraclea grāmatic⁹ ſub Adriano principe ſcripſit dictionariū per ordinē literarū & quędā alia. Dionyſi⁹ Alexādrin⁹ grāmatic⁹ pręfuit bibliothecę et epiſtolis Traiani, habuitq; p̄ceptorē Chęremonē philoſophū. ¶ Domitian⁹ inſan⁹ grāmaticus in vrbe Roma id cognomētū adept⁹ eſt, q̄ eſſet ītractabilis & valde moroſus. ¶ Donat⁹ grāmatic⁹ pręceptor Hieronymi ſcripſit libellū, quē pueri habēt in manibus. Cōmentarios ītē in Terentiū & Virgiliū. ¶ Demoſthenes Thrax grāmatic⁹ Iliada Homeri et Heſiodi Theogoniā in ſolutā vertit oratiōnē. ¶ Helladi⁹ grāmatic⁹ Alexādrin⁹ ſub Theodoſio iuniore ſcripſit lexicon ex ordine literarū. Itē de laudib⁹ Theodoſii et q̄dā alia. ¶ Enni⁹ grāmatic⁹ duos libellos de literis et ſyllabis, ac metris cōſcripſit. ¶ Epitherſes Bithynic⁹ ſcripſit de Atticis dictionib⁹. ¶ Heracleō Aegypti⁹ docuit Romę, ſcripſit enārrationē ī Homerū et Lyricos. ¶ Herodian⁹ Alexādrin⁹ grāmatic⁹ Apollonii grāmatici fili⁹ et diſcipulus, floruit ſub M. Antonio prīcipe. Scripſit de grāmatica et īperato⁹ hiſtoriā. ¶ Hermola⁹ Cōſtant. grāmatic⁹ ſcripſit ad Iuſtinianū imp. Epitomen ī librum Stephani grāmatici de vrbib⁹. ¶ Eugeni⁹ Phryſi⁹ docuit Cōſtātinopoli īperāte Anaſtaſio. ¶ Verrius Flaccus Romę docuit Auguſti nepotes. Profeſſus eſt in atrio dom⁹ Catilinę tanta omnium beniuolentia, vt ſtatuam meruerit. ¶ Aul. Gellius tēpore Traiani ſcripſit noctes Atticas. Fauorinum maxime coluit.

¶ Hyperechius Alexandrin⁹ grammaticus ſub Martiano imp. ſcripſit de verbis et nominibus & orthographia. ¶ C. Meliſſus Spoletinus a Mecœnate ob ingenium libertate donatus eſt. ¶ Mithecus grammaticus ſcripſit de obſoniis & de canibus. ¶ Moſchus grammaticus ſcripſit carmen buccolicon. ¶ Neſtor Alex. grammati=

cus Marcellum Auguſti ſororis filium erudiit. ¶Nicias grammaticus docuit Romæ, fuitq; familiaris Pōpeio & Ciceroni. ¶Orbilius Beneuentan⁹ profitebatur Romę Ciceronis tēpore, vir in diſcipulos plagoſus. ¶Pacatus Minutius ſcripſit de lingua Alexandrinorum. Itē de proprietate atticę & doricę linguę. ¶Palamedes Eleates ſcripſit de tragicis et comicis dictionibus, & cōmentarios in Pindarū. ¶Rhēni⁹ Palemon profeſſus eſt Romę ſub Tiberio & Claudio principib⁹. ¶Pamphil⁹ Sicyonius ſcripſit de pictura, & claris pictoribus ¶Pamphilus Alexādrinus ſcripſit dictionarium, quod vocauit pratum. ¶Papias ſcripſit dictionarium latinū ex ordine literarum. ¶Pauſanias Cęſarienſis ſcripſit de conſtructione. Vixit Romæ Adriani principis tempore. ¶Naucratita grāmatic⁹ docuit Athenis ſub Commodo principe, ad quem ſcripſit Onomaticon libris decem. ¶Pompeius Leneus Pompeii magni libertus ſcripſit de herbis & plantis. ¶Priſcianus Cęſarienſis claruit Athenis tēpore Iuſtiniani principis. Scripſit de arte grammatica ad Iulianum conſulem, & ad Coſroem Perſarum regem de naturalibus quęſtionib⁹. ¶M. Val. Probus Romæ docuit. Scripſit Syluam obſeruationum latini ſermonis. ¶Philetas Cous grammaticus fuit admodū Criticus tēpore Philippi & Alexandri, præceptor Ptolemęi Philadelphi. Scripſit elegias & epigrammata. ¶Philoxenus Alexandrin⁹ Romę ſcripſit de verbis monoſyllabis, & de Græciſmo, et de genere linguarum. ¶Scribonius diſcipulus Orbilij docuit eodē tempore, quo Verrius. ¶Sophocles grammaticus enarrauit Lycophronē & quoſdā alios poetas. ¶Soſibius grāmaticus fuit Laconicus. ¶Telephus Pergamenſis ſcripſit fere omnia, quæ ad grāmaticam pertinēt, Inter cętera collationes Epithetorū vnicuiq; rei cōgruētiū ad paratā elocutiōis copiā. ¶Terēti⁹ Scaur⁹ floruit Adriani tēporib⁹, ſcripſitq; librū de Cęſelii vindicis erroribus⁹. ¶Timagenes Alexādrin⁹ ſub Pōpeio magno captiu⁹ Romā duct⁹ empt⁹ eſt a Gabinio. Docuit Romę vſq; ad Auguſti tēpora. ¶Timothe⁹ Gaze⁹ floruit ætate Anaſtaſii principis. ¶Tyrānion docuit Romę ętate magni Pōpeii, Habuit tria librorū millia i bibliotheca. ¶Tryphon Alexādrin⁹ Auguſti tēpore ſcripſit de copia orationis, de orthographia, et quędā alia. ¶Verri⁹ Cloaci⁹ ſcripſit de verbis gręcis ¶Volcati⁹ Epidius grāmaticus ſcripſit res geſtas Pōpeii magni & ei⁹ patris. Ludū aperuit, docuitq; M. Antoniū & Auguſtū. ¶Zenodot⁹ Epheſius docuit filios Ptolemęi primi ac prępfuit Alexādrinę bibliothecę, prim⁹ q̄ Homeri libros correxit & in ordinē redegit. ¶Nicanor Alexādrin⁹ grāmaticus ſcripſit de punctis & dictionib⁹ quib⁹ vtimur i ſcribēdo. ¶Inter neotericos numerātur Serui⁹/ Valla/ Nebriſſenſis/ N. Perottus/ Calepin⁹/ Torrētin⁹/ Bebeli⁹/ et Deſpauteri⁹/ et bonę, ſi diis placet, doctrinę Alexander Theopagita.

¶Oratorum quorundam nomina.

¶Actius Piſauriēſis/ Acatius e Cęſarea Paleſtinę, ſodalis Libani ſophiſtę/ M. Aemyli⁹ Lepidus/ Aeſchines Athenienſis/ Sp. & L. Albini Mumii filii/ C. Albutius Silus Nouarienſis/ Alexander Epheſius/ Anaximenes Lampſacenus diſcipulus Diogenis Cynici pręceptor Alexandri magni et in expeditionibus comes/ Andocides Athenienſis leogori filius/ Antiphon Rhamnuſius/ qui Athenis pręcepta dicēdi tradidit. M. Antoni⁹ auus triūuiri. Ariſtides Atheniēſis/ Ariſtogitō Athenięſis ipudēs, qui ſcripſit apologiā ad Demoſthenē ducē cōtra Timotheū, ad Lycurgū cōtra Timarchum/ & cōtra Hyperidē. Aſinius Pollio Auguſti amicus, qui declamationes ſuas nunq̄ populo commiſit, vir alioqui naſutiore iudicio. Carpebat enim in Liuio Patauinitatē/ in Cæſaris cōmentarijs infidelitatem/ i Saluſtio verba obſoleta/ in Cicerone ſtylum nimis exanguem & elixū. Hic prim⁹ Romæ bibliothecam

publicauit

publicauit. Licinⁱ⁹ Caluus. Carbones duo. Charisⁱ⁹ Atheniēsis filⁱ⁹ sororis Demosthenis, qui multas scripsit orationes Attico genere. Cassius Seuerus eloquētissⁱ⁹ in agendo, sed minoris multo virtutis in declamādo. Q. Luctaciⁱ⁹ Catulⁱ⁹ mariⁱ collega in cōsulatu. M. Cælius Ciceronis discipulus/acri turbulentoq; ingenio. Cephalⁱ⁹ Athenienſis, qui primus proœmia & epilogos induxit. C. Cæsar. M. Cor. Cethegus. P. Cor. Cethegus. Cyneas legatⁱ⁹ Pyrrhi. Cleon Halycarnasæus. Cleomachus Magnesiⁱ⁹. Clodiⁱ⁹ pulcher. Clodiⁱ⁹ quirinalis. Cordⁱ⁹ Cremutiⁱ⁹ declamator. C. Cotta pressus in dicendo, in cuiⁱ⁹ oratione nihil erat nisi syncerū, nihil nisi siccū et sanū. L. Crassus, i quo teste Tullio erat cū grauitate iunctⁱ⁹ facetiarū et vrbanitatis lepos. Curiones tres cōtinua serie in vna familia. Demades Athenienſis. Demetriⁱ⁹ Phalereus auditor Theophrasti. Democharesnepos Demosthenis. Dexippⁱ⁹ Herēniⁱ⁹ Athenienſis. Domitiⁱ⁹ Apher. Demosthenes Atheniēsis. Hic quū multitudinē et tumultū ī theatro expaueſceret et excideret mēte, prope ſonitū litoris marini aſſueſcebat dicere. Literā R difficile enūciabat, quā calculis in os cōiectis pronūciare conabatur. Nunq; dicebat nisi p̄meditatus. Propterea Pytheas dicebat Demosthenis Enthymemata lucernam olere. Egesias Magnesius. Epicrates Athenienſis, qui barbā ad pectus propēsam ſolebat ferre. Hermagoras rhetor, qui ſcripſit de rhetorica libros 6. de diligentia orationis/de decoro/de elocutione/de figuris. Herodes Atticus. Eudemus p̄ceptor Philopomenis. Sergius Galba tēporū ſuorū eloquētiſſimus. L. Gelliⁱ⁹, Caiⁱ⁹ et Tiberiⁱ⁹ Gracchi. Gregoriⁱ⁹ Niſſenus. Hyperides Athenienſis æmulus Demosthenis. Iſocrates Atheniēsis dulcis et numeroſus in dicēdo. Iſeus Aſſyriⁱ⁹. Iſocrates Amyclas/Iuliⁱ⁹ Africanus cōcitatⁱ⁹ et ī cura verborū nimiⁱ⁹. Latro Portius. Cn. Lētulus. P. Lētulⁱ⁹. C. Lælius. Lyſias Syracuſanus æqualis Demosthenī. L. Magius T. Liuij gener. L. Mālius Torquatus. Marcellus Pergameⁱ⁹, qui ſcripſit librū de regno, quē Adriano principi nūcupauit. Marius Aterius declamator. Marinus Neapolitanⁱ⁹ Procli diſcipulⁱ⁹. Melitus Atheniēsis ęmulⁱ⁹ Periclis in Rep. Menippus Stratonicēsis p̄ceptor Ciceronis. Metellⁱ⁹ Macedonicⁱ⁹, Meſſalę duo. Mōtanⁱ⁹ Narbonēsis relegatus a Tiberio principe. Q. Mutiⁱ⁹ Scęuola iuriſcōſultorū eloquētiſſimus. Nicoſtratus Macedo æqualis Ariſtidis. Numius, qui ſcripſit ad Adrianū orationē cōſolatoriā de Antinoo. Oneſimⁱ⁹ Cypriⁱ⁹, qui tēpore Cōſtantini magni ſcripſit ī rhetorica, Itē de ſtatuū differētia/ p̄excercitationes et declamationes. Q. Hortēſiⁱ⁹. Pericles Atheniēsis, quē veteres poetæ Olympū vocabāt, q̄ tonare ī cōcioniⁱ⁹ videretur et fulminare. M. Calphurniⁱ⁹. Pyſiſtratⁱ⁹ Atheniēsis, Pytheas Atheniēsis, Plato. L, Numaciⁱ⁹ Plācus. Plotiⁱ⁹ Gallⁱ⁹. Polyęnⁱ⁹ Sardianⁱ⁹. Cn. Pōponiⁱ⁹. Potamō Mitylenęus. Procopiⁱ⁹. Pherecydes Syrⁱ⁹. Philoſtratⁱ⁹ ſenior. Philiſtⁱ⁹ Mileſiⁱ⁹ Iſocratis diſcipulⁱ⁹, qui ſcripſit de rhetorica et orationes nōnullas. L. Philippⁱ⁹. Quintilianⁱ⁹ rhetor, qui iſtitutiones oratorias ſcripſit. Virginiⁱ⁹ Ruffus. Rutiliⁱ⁹ geminⁱ⁹, qui fecit libros pōtificales. Clodiⁱ⁹ Sabinⁱ⁹ declamator. Serapiō Alexādrinⁱ⁹, qui ſcripſit orationes in genere deliberatiuo. Symmachⁱ⁹ Ro. L. Siſenna Ro. Sophron Syracuſanⁱ⁹. P. Sulpitius. C. Cotta. Cor. Tacitⁱ⁹. Theodectes Cilix. Theopōpⁱ⁹ Vnidiⁱ⁹. Theodorⁱ⁹ Gadarę⁹. Sex. Titiⁱ⁹. Titianⁱ⁹ p̄ceptor maximini principis, qui ſcripſit libros prouinciarū. Hic vocatⁱ⁹ eſt ſimia ſui tēporis, q̄ omnia probe imitaretⁱ. Trachalⁱ⁹. Tulliⁱ⁹ Cicero pater eloquētię Romanę. Q. Varius. Varus geminus declamator, qui Cæsari dixiſſe fertur. Cæsar qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant. Qui non audent, humanitatem. Zenodotus Adramytenus. Thraſymachus. Val. Licinianus. Secundus Carinus. Gorgias. Acherius. Videaliorum nomina apud Ciceronem de perfecto oratore,

¶De poetis Græcis et Latinis,

PEtrus Crinitus homo nō pœnitēda neq; aſpernabili doctrina iam ſcripſit opuſculū de latinis poetis docte ſatis et erudite. Propterea ne acta agere videamur/in compēdioſam redigemus epitomen,quod multis ille verbis conſecutus eſt. Latinis demum adijciemus Grecorum nomina. ¶Liuius Andronicus Epicus poeta latinas fabulas primus docuit Romæ annis 160. poſt obitum Sophoclis & Euripidis/ ſecundo bello punico. Eius carmina per vrbem decātarunt virgines ad iram deorum placandam. Geſta populi Ro. 18. libris complexus eſt. Scripſit & hymnos deorum. ¶Ennius ꝓpeta natus Rudijs Salentinorū oppido Romam venit ætate M. Plauti & M. Catonis oratoris clariſſimi. Dicebat tria eſſe ſibi corda,ꝙ grecam linguam,Oſcam/ & Latinam calleret. Domum habuit in Auentino colle. Vixit parco & tenui victu contentus vnius ancillæ miniſterio. Scripſit libros Annalium/ſatyras/comœdias/& tragœdias. Nomina quarūdam fabularum eius ſunt Telephus/ Ambracia/ Eumenides/ Alcmeon/ Andromacha/ Thyeſtes/ Medea/ Phœnix/ Telamon/ Hecuba/ Achilles/ Pancratiaſtæ/ Epicharmus/ Cteſiphon. Idem in latinum ſermonem tranſtulit Euhemerum poetam græcum. Prim⁹ apud Latinos coronam ex Helycone aſſumpſit. Procliuis fuit in pocula. Scipionem Africanum maxime coluit, mutuaq; ab eo beniuolentia redamatus eſt, vt iam docuimus. Mortuus eſt articulari morbo/ ſeptuagenario maior/ ſepultuſq; eſt in monumento Scipionis. ¶M. Plautus natus eſt in vrbe Vmbriæ/ cui nomen Saſſina. Operā primum piſtori locauit ad comparandum victum in agēdis molis illis,quas truſatiles vocant. Compoſuit in ipſo piſtrino quaſdam fabulas. Eius 25. comœdiæ numerantur a veteribus cum paucis alijs. Secutus eſt Græcos Demophilum/ Philemonem & Epicharmum Siculum. Scribendi elegantia claruit in tantum, vt Epi⁹ Stolo dixerit muſas plautino ſermone fuiſſe locuturas,ſi latine loqui voluiſſēt. Volcatius Sedigitus de ordine Comicorum ſcribens primas tribuit Cæcilio, Plautum cæteris omnibus prēponens. Mortuus eſt paucis annis poſt Ennium. ¶Cn. Næuius comœdiographus patria fuit Campanus. Tercius in ordine Comicorum ponitur a Volcatio. Stipendia fecit bellis punicis. Eius volumen Octauius Lampadio grāmaticus diuiſit in 7. libros. Scripſit præter punicum bellum/tragœdias & comœdias. Nimia in carpendis hominum prēcipue metellorum vicijs vſus eſt licentia. Propterea ob immoderatam verborum petulantiam coniectus eſt in vincula. Mortuus eſt Vticę,quum factione nobilium Roma fuiſſet eiectus. ¶M. Pacuuius nepos Q. Ennij fuit ex Brunduſio Calabriæ vrbe. Secutus eſt amplū ac ſonorum dicendi genus/clariſſimus grauitate ſententiarum, verborū pondere/& authoritate perſonarum. Nomina tragœdiarū ei⁹ ſunt Peribea/ Hermiona/ Atalāta/ Iliona/ Antiopa/ Teucer/ Medea. Citatur etiā in Chryſe/ Oreſte/ & armorū iudicio. Senior fuit Accio,docuitq; iiſdem ædib⁹,quibus Acti⁹ ipſe. Mortuus eſt Tarenti prope nonagenarius. ¶Statius Cęcilius natus in Gallia. Principē inter Comicos locū/iudicio Volcatij ſibi meruit. Vixit ſumma familiaritate cū Ennio. Amat⁹ eſt etiā a Terētio. Scripſit comœdias 30. & amplius,quarum hę prēcipuę citantur. Naucleruſ/Syracuſę/Pauſimachus/Hippobolymeus/Epiclerus/Cratin⁹/ Ploci⁹/ Aſotus/ Epheſtion/ Fallacia/ Andria/ Annales/ Fœnerator & quędā alię. Mortu⁹ eſt vno anno poſt Ennium. ¶Accius tragœdiographus iunior Pacuuio,natus eſt parentibus libertinis,Marcino & Serano cōſulib⁹. Decius Brutus tāti eū ęſtimauit, vt ei⁹ verſib⁹ tēpla & monumēta ornauerit. Idē quū Pacuuio ſuā Atreū oſtēdiſſet/ & ille laudaſſet quidē/ſed tamen dixiſſet quędā videri ſibi duriuſcula & ſubacida,

Accius

Accius verum eſſe cõfeſſus eſt, nec tamẽ ſe propterea pœnitere, quoniam idem fer me ingeniis ſolet accidere, quod pomis, quæ dura admodum & acerba naſcuntur, poſt fiunt mitia et matura. Cæterum Accius imaginem ſuam collocauit in æde Ca mœnarum prægrandi forma, quum tamen eſſet ſtatura admodum breui.

¶ Terentius Comicus patria Carthaginenſis Romam puer ductus, diligentia Te rẽtii Lucani patroni accurate liberalibus diſciplinis eruditus eſt, ac propter ingeniũ ab eodem manumiſſus. Amauit Statium Cæcilium, cui & ſuas comœdias recitauit, Sex autem compoſuit, quas ab Apollodoro & Menandro Græcis in ſermonem lati num conuertit. Tanta in fabulis vſus eſt arte, vt neq; ad tragicam magnitudinẽ intu meſcat, neq; abiiciatur ad hiſtoricam. Sunt qui dicant eum periiſſe in Arcadia do lore amiſſarum comœdiarum. ¶ Lucullus ſatyrographus ex Aruncavrbe Italię fuit primus apud Ro. qui cœpit ſcribere ſatyras, quibus maxime inſectat⁹ eſt Rutilium Lupum/Carbonem/& L. Tubulum. Scripſit Satyrarum libros 30. & ampli⁹. Vo catur ab Horatio lutulentus. Adrianus tamen eum omnibus ſatyrographis prępo nebat. Metrophanem ſeruum habuit, cuius fidem commendauit in Satyris. Mortu⁹ eſt Neapoli, quum annum ætatis 46. impleuiſſet. ¶ Sex. Turpilius comœdiogra phus floruit ſęculo Terẽtij, cuius familiaritate vſus eſt. Septimum locum inter co micos meruit iudicio Sedigiti. Periit in vrbe Sinueſſana, hiſdem temporib⁹/quib⁹ natus eſt Furius Bibaculus. ¶ Cn. Matius mimographus ſcripſit opus verſib⁹ hexa metris de Iliade, Prętera mimos, quorum hi citantur. Iam tonſiles tapetes ebrii fu co, Quos concha purpura imbuens venenauit. Item. Sinu amicam reficere frigidã caldo, Columbatim labra conſerens labris, Quapropter edulcare conuenit vitam, Curaſq; acerbas ſenſibus gubernare. ¶ L. Afranius comicus Romæ floruit Teren tii ætate. Scripſit Togatas fabulas, in quibus primum obtinuit locum. Imitatus eſt Menandrum/a quo & multa ſumpſit. Culpatur a Quintiliano, q̃ in ſuis argumentis amores proprios paulo impudentius vulgauerit. ¶ Fabius Dorſennus numerat⁹ eſt inter comœdiographos. ¶ M. Attilius fuit tragœdiographus, quem Licinius ſcrip torẽ ferreũ appellauit. ¶ Q. Trabeas octauũ locum obtinuit iter comicos authore Volcatio. Ex eius verſibus hi pręcipue cõmendantur. Lena delinita argẽto nutũ ob ſeruabit meũ. Quid velim, quid ſtudeam, Adueniẽs digito impellam ianuam, Fo res patebunt, De improuiſo Chriſis vbi me aſpexerit, Alacris obuiã mihi veniet. cõ plexum exoptans meũ, Mihi ſe dedet, fortunã ipſam anteibo fortunis meis. ¶ Cn. Aquilius comœdiographus pleraſq; comœdias tranſtulit a Menandro. ¶ Licini⁹ Imbrex fuit comœdiographus, cuius hi afferuntur verſus. Nolo ego Neeram te vo cẽt, ſed Nerienen, Quum quidem Marti es in connubium data. ¶ Q. Noni⁹ ſcrip tor fuit Attellanarũ. ¶ T. Lucretius eques mimographus floruit ætate Cęſaris. In ſuis mimis habuit non minus ſententiarum, q̃ lepiditatis, quos egit non niſi in ma gna hominum turba. ¶ Q. Catulus ſcripſit epigrammata. Fuit animo facili et pro cliui ad amores et delicias. Amatus eſt a Cor. Cotta/& L. Craſſo propter elegantiã ingenii, & morum ſuauitatem. Amauit Roſcium & Theotimũ puerulos, quorum formam ſuis verſibus commendauit. ¶ Q. Atta ſcriptor fuit togatarum. Periit Ro mæ, ſepultuſq; eſt in via Pręneſtina. ¶ Publius Syrus edidit mimos. Floruit ætate Ciceronis. Manumiſſus eſt a domino propter gratiam et decorem formæ. Iuli⁹ Cæ ſar mimos eius Labrianis prętulit. Pręcipuę eius ſententiæ citantur iſtæ. Tam deeſt auaro quod habet, q̃ quod non habet. Deſunt luxuriæ multa, auaricię omnia. O vi ta miſero longa felici b⁹ breuis. Pars beneficii eſt. quod petitur, ſi belle neges. Benefi cium dando accepit, qui digno dedit. Cui plus licet q̃ par eſt, plus vult q̃ licet. Feras

non culpes, quod vitari non poteſt. Furor fit læſa ſæpius patientia, Malum cõſilium eſt, quod mutari non poſt. Nunq̃ periculum ſine periculo vincitur. Comes facũdus in via pro vehiculo eſt. Hęredis fletus ſub perſona riſus eſt. Ita amicum habeas, poſ ſe vt hunc fieri inimicum putes. Improbe neptunum accuſat, qui iterum naufragiũ facit. Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam. ¶ Porcius Licinius fuit epigrãmatiſta. Ex eius verſibus ſequentes probantur maxime. Cuſtodes ouium teneræq; propaginis agnũ Quęritis ignem? Ite huc. Quęritis? ignis homo eſt. Si digito attigero, incendam ſyluam ſimul omnẽ. Omne pecus flamma eſt. Omnia quę video. ¶ Val. Aedituus ſcripſit epigrammata. Amauit Pamphilã & Philerotem, quos ſuis celebrauit carminibas. ¶ Q. Val. Catullus natus eſt Veronæ Terentii Varronis ætate. Scripſit de paſſere ſuę Leſbię ad Virgiliũ. Celebrauit nuptias Mallii. Amauit Ipſithillam & Clodiam, quam ficto nomine Leſbiam vocat. Opus ſuum miſit ad Cor. Nepotem, quod in tres partes diuiditur. In Lyricos, Elegiacos, & Epigrammata. Elegiam de coma Bereníces ex poeta Callimacho conuertit in numeros latinos. Pręter ea quę habemus, ſcripſit etiam amatorium carmen de incantamentis, & carmen Ithypallicum. Cæſarem, Mamurrã, & Nouium Srrumam ſuis verſibus maxime inſectatus eſt. Mortuus eſt Romę anno circiter trigeſimo, ¶ Cor. Licini⁹ Caluus fuit breui ſtatura & exiguo corpore. Amauit puellam Quintiliam. Excelluit in ſcribendis Iambicis, Inimicitias aliquãdiu exercuit cum M. Tullio ſuper eloquẽtię principatu. ¶ Q. Cornificius epigrammatiſta floruit ętate Saluſtij. Verſatus eſt in militia, in qua quum milites ignauos ad ſubeunda belli diſcrimina, galeatos vocaſſet lepores, ab iiſdem interfectus eſt. ¶ Aetate Cornificii floruit Heluius Cinna ſcriptor epigrammatum. Scripſit opus titulo Smyrnę, in quo nouem annos cõſumpſit. ¶ M. Furius Bibaculus natus Cremonę, verſatus eſt in carmine Iambico. Amicos habuit Gallum poetam & Val. Catonem. ¶ Terentius Varro Atacin⁹ nat⁹ eſt temporibus Ciceronis & Hortenſii. Scripſit Argonautica ſecutus Apolloniũ Rhodium, quod opus libris 4. abſoluit. Scripſit etiam epigrammata & carmen elegiacum, in quo decantauit puellam nomine Leucadiam, quam pręcipue dilexit. ¶ Tici da ſcripſit epigrammata tempore Val. Catulli. Amauit Metellam, quã mutato nomine vocauit Perillam. ¶ Furius Antias compoſuit annales verſibus hexametris. Vtebatur quandoq; verbis nouis, vt indicant ſequentes eius verſus. Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit, Omnia nocteſcũt tenebris caliginis atrę, Increſcunt animi, viueſcit vulnere virtus, Spiritus Eurorum virides quum purpurat herbas. Quo magis in patriis poſſint opuleſcere campis. ¶ L. Iulius Calidius poeta Romæ claruit ętate Pomponii Attici. ¶ Laurea Tullius M. Tullii libertus ſcripſit epigrãmata. Quędam eius carmina citantur a Plynio. ¶ Virgilius Maro natus eſt Mantuę in vico, qui Andes vocatur, idibus octobris M. Craſſo & Cn. Pompeio cõſulibus. Cremonę primum, deinde Mediolani, poſtremo Neapoli vacauit literis, audiuitq; Orbilium & Scriboniũ Aprodiſium. Induit virilem togam eo die quo mortu⁹ eſt Lucretius. A modeſtia & verecũdis moribus vocat⁹ eſt Parthenias. In Buccolicis imitatus eſt Theocritum, in Georgicis Heſiodum, in Aeneide Parthenium, Piſandrũ, Apollonium Rhodium, ſed pręcipue Homerum. Idem ſcripſiſſe fertur quædam opuſcula, vt Cyrin, Aetnam, Moretum, Culicem, Catalecton, Priapeia, Copam, Epigrammata & diras. Eius carmina mirum in modum placebant Auguſto. Fabi⁹ vocat eum poetarum omnium longe principem. Carbilius tamen grammaticus librum compoſuit de Virgilianis erroribus, cui titulus fuit Aeneidomaſtix. Moriens iuſſerat Aeneidem ſuam comburi vt incaſtigatam. Sed obſtitit Auguſtus tantę literarum

teratum iacturæ. Amauit Aſinium Pollionem, Cor. Gallum, Quintilium Varum/ Horatium, et Mecœnatem. Eidem in theatro recitanti vniuerſus populus Ro. aſſurrexit perinde ac Auguſto. Habitauit in Eſquiliis prope hortos Mecœnatis. Tardus fuit in loquendo adeo vt indoctus videretur et agreſtis. Periit Tarenti, vel vt alii volũt, Brunduſii, Mortui cadauer delatum eſt Neapolim, ibiq; ſepult⁹ eſt. ¶Q. Horatius Flaccus natus eſt in Venuſio Appuliæ oppido patre libertino. duobus annis ante cõiurationẽ Catilinæ. Puer dedit operam Orbilio Beneuentano. Prouectior factus Athenas ſe cõtulit, vt philoſophiæ vacaret. Moribus fuit impudicis, natura in irã propenſa, ſed tamen facile placabili. Tribunitiã Romæ adept⁹ eſt dignitatem. Præter cæteros coluit Mecœnatem, a quo plurimum etiam amatus eſt. Compoſuit libros carminum 4. Epodon, et ſęculare carmen/ libellum de poetica/ duo ſatyrarum / ac totidem epiſtolarum volumina. In ſatyris imitatus eſt Lucilium. Eius carminibus ſumme obiectabatur Ouidius. Statura fuit breui/ corpore obæſo/ oculis lippis. Mortuus eſt anno 57, ætatis ſuæ . ¶T. Valgius Romæ natus ſcripſit elegias. ¶Albius Tibullus natus eſt etiam Romę Hircio et Panſa conſulib⁹. Parẽtes habuit ex equeſtri ordine. Forma fuit eleganti, maxime amatus eſt a Meſſala Coruino, cuius etiam laudes celebrat. Amauit etiam Horatium et Macrum. Prętera Marathum et Cherintum puerulos, vt Deliam, Sulpitiam, Neeram/ Nemeſim et Plautiam, quam ficto nomine vocauit Deliam. Scripſit elegiarum libros 4. Obiit adhuc iuuenis. ¶M. Manilius Romæ natus imperante Auguſto ſtudiũ poſuit in mathematicis diſciplinis. Scripſit libros 5. de aſtronomicis carmine hexametro, in quibus Hipparchum/ Eudoxum/ et Aratum ſecutus eſt. ¶Cor. Gallus patria Foroiulienſis fuit elegiographus. Auguſti fauore conſcendit ad gradum prętu ræ. Euphorionem græcum in ſermonem latinum trãſtulit. Scripſit 4. libros amorum ſuorum de Cytheride. Fuit primum amicus Octauij. Poſtea tamen ſuſpicione coniurationis quum in eius odium impegiſſet, conſciuit ſibi mortem, anno ętatis ſuę 43. Cytheridem Volunnij libertam quam dilexit, mutato nomine vocauit Lycorĩ. ¶Sex. Aurelius Propertius ex Meuania oppido Vmbriæ oriundus, quum patrem puer amiſiſſet, Romam ſe contulit, vbi propter ingenium ſtatim amatus eſt a Cor. Gallo et Mecœnate, Magnam in elegijs laudem promeruit, quarum 4. libros edidit. Hoſtiam puellam affectu dilexit incredibili, quam ficto nomine Cynthiã appellauit. In ſuis operibus ſecutus eſt Callimachum et Philetam græcos. Mortuus eſt anno ætatis ſuę 41. ¶L. Varius poeta Epicus maxime præſtitit in ſcribẽdis tragœdiis. Eius Thyeſtem laudat Cor. Tacitus. Vnus fuit eorum, quibus Octaui⁹ curam impoſuit emendandæ Aeneidis Virgilianæ. ¶C. Mecœnas a regibus Ethruſcis oriundus ſcripſit tragœdias et alia varii generis poemata. Gratiſſim⁹ fuit Octauio & omnibus poetis. Fuit molli animo et veſtibus ſolutis, nimiumq; ſinuoſis et fluentibus non ſine molliciei ſuſpicione. Scripſit tragœdiam Prometheum & elegias complures. Laudatur hoc eius carmen de contemnendo ſepulchro. Nec tumulum curo/ ſepelit natura relictos. Hortos habuit pulcherrimos in Eſquiliis. Obiit ætate ſatis matura. ¶Ouidius Naſo natus eſt in Sulmone Pelignorũ oppido Aprili menſe, eodem die, quo Tibull⁹. Puer adhuc quum magnopere procliuis eſſet ad carmẽ, ad oratoriã facultatẽ a patre diuerti nõ potuit, niſi per quędã interualla. Tres habuit vxores. Primam in adoleſcentia dimiſit & cum ea diuortium fecit. Secundam parũ ſtabili connubio ſibi coniunctam mature dimiſit. Tercia fuit Perilla, quam maxime omnium dilexit, & in arte poetica docuit. Scripſit varia poematũ genera, In Metamorphoſi ſecut⁹ eſt Parthenium Chiũ poetam. Scripſit ſex Faſtorum libros, quos

ad Germanicum Druſi filium miſit. Idem tamen ait duodecim a ſe compoſitos. De amoribus libros tres, libros artium amandi & remediorum. Prę terea in Ibi De obitu Druſi/epigrammata/opus de natura piſcium & quędam alia. Scripſit et tragœdiam Medeam nomine. Relegatus eſt ab Auguſto in pontum, vel propter libros de amorib⁹, q̄ laſciuiores eſſent, vel propter adulterium cum Iulia imperatoris filia. Verſatus eſt in exilio annos 7. & amplius, in quo tantum gratiæ apud barbaras gentes ſibi meruit, vt in eius obitu Getę & Tomitani lachrymas cohibere nequiuerint. Quum Geticum ſermonem & Sarmaticum didiciſſet, poemata ſcripſit Getica lingua. Mortuus eſt in exilio. ¶ Caſſius Seuer⁹ patria Parmenſis ſcripſit elegias & epigrammata. ¶ Domitius Marſus ſcriptor fuit epigrammatum. Idem compoſuit bellum Herculis contra Amazones. Dilexit Melenem puellam, quam ſuis celebrauit operibus. ¶ Iulius Montanus ſcripſit poemata verſibus hexametris & pẽtametris. Nonnulli eius verſus citantur a Crinito. ¶ C. Germanicus Auguſt⁹ Druſi filius Græcas comœdias reliquit, et opus Arati de rebus cœleſtibus latinum fecit. Nomen meruit a Germanis deuictis. Author fuiſſe fertur ſequentis epigrammatis de puero Thracẽſi. Thrax puer aſtricto glacie dum luderet Hebro, Frigore cõcretas pondere rupit aquas. Orba quod inuentum mater dum conderet vrna, Hoc peperi flammis, cætera dixit, aquis. ¶ Cæſius Baſſus relatus eſt inter poetas lyricos. Floruit ætate Claudij principis. Scripſit aliquot libros vario et multiplici carmine. Amauit Ouidium & Perſium. Conflagrauit in villa ſua ardente Veſeuo. ¶ Aemylius macer Veronenſis floruit ætate Meſſalę Coruini. Scripſit opus de bello Troiano, libros de venenatis animantibus et de herbis, ſecutus Nicādrum poetam Colophonium. Obiit in Aſia paucis annis poſt Virgilium. ¶ C. Rabirius poeta Epic⁹ ſatyras ſcripſit. ¶ L. Anneus Seneca Hiſpanus patria Cordubenſis ſcripſit tragœdias 10. Euripidem & Eſchilum imitatus. ¶ C. Aſinius Gallus Aſinii Pollionis viri cõſularis filius fecit epigrammata & carmen de Pomponio grammatino. Dilexit Hippolytum puerum. Interfectus eſt a Tiberio principe. ¶ Aulus Perſius Flaccus nat⁹ eſt Volaterris oppido Ethruriæ. Floruit imperante Domitio Nerone. In grammatice prę ceptorem habuit Rhemnium Palemonem, in Rhetorice Flauiũ Virginiũ. Probis fuit moribus, et egregia vitæ integritate. Compoſuit ſex ſatyras, in quib⁹ teſtimonio Martialis maiorem promeruit laudem, q̄ Marſus i tota ſua Amazonide. In his imitatus eſt Lucilium. Mortuus eſt nondum completis annis 30. ¶ Cor. Seuerus poeta Epicus verſatus eſt etiam in agendis declamationibus. Scripſit opus de bello Siculo, quod non abſoluit propter obitum importunum. Fecit etiã carmen de Aetna monte. Verſus eius de obitu Ciceronis citantur a Crinito. ¶ M. Anneus Lucanus, natione Hiſpanus, patria Cordubenſis nat⁹ eſt Cæſare Germanico & L. Cæſiano conſulibus. Patrem habuit Anneum Melam. Prę ceptores Rhemniũ Palemonem et Flauium Virginium, ſub quibus tantum profecit, vt græce ac latine declamaret. Condiſcipulos habuit Saleium Baſſum & Perſium. Prouectus eſt ad dignitatem quæſturæ, & in augurum collegium aſcitus. Vxorem habuit Pollam Argentariam/nobilem eruditione et doctrina. Præter opus de bello Cæſaris et Pompeij ſcripſit etiam Saturnalia, Syluarum libros decem, tragœdiam Medeam, de incendio vrbis, de incendio Troiæ cum Priami calamitate. Tres primos Pharſaliæ libros emẽdauit cum vxore, reliquos emendaturus/ſi per Neronem licuiſſet, cui⁹mã dato venas medico ſecandas præbuit, quum annos 30. nondum attigiſſet. ¶ Pomponius ſecundus ſcripſit tragœdias. C. Plynius duos libros compoſuit de eius vita et moribus. Gratiſſimus fuit Germanico. ¶ Cn. Getulic⁹ ſcripſit epigrãmata. Amauit

uit Ceſenniam puellã. ¶Sextilius Hęna natione Hiſpanus, patria Cordubẽſis ſcripſit inter alia carmen de laude & interitu M. Tullij. ¶Saleius Baſſus ingenium exercuit in ſcribendis heroicis carminibus, Modica fuit facultate. ¶Clodius Sabinus Elegiographus primum tempus poſuit in cauſis & declamationibus. Scripſit opus de bello Troiano & aliquot epiſtolas. Perijt immatura ętate. ¶C. Pedo Albinouanus floruit ſub imperio Neronis. Scripſit epigrammata. Ouidium maxime dilexit. ¶Volcatius Sedigitus librum compoſuit de poetis latinis/ſenariis verſibus. ¶Pub. Statius Papinius heroicus poeta patrem habuit Papinium ob virtutes Neapoli donatum, in qua vrbe natus eſt Statius. Vxorem habuit Claudiam doctam & erudítam. Scripſit Thebaidem libris 12. nuncupatam Cæſari Domitiano, in quo opere ſecutus eſt Antimachum. Scripſit et Achilleidem & Syluarum libros 5. Domitianus eum magnificis interdum conuiuiis excepit, inſigniq; corona & aliis donauit muneribus. Filium amiſit in ætate adhuc tenera, cuius interitum defleuit. Mortuus eſt ætate iam prouecta. ¶Syllius Italicus ex Hiſpania oriundus, natus eſt Romæ. & educatus. Factus eſt proconſul Aſiæ. Gratiſſimus fuit Domitiano, cuius fauore ad tercium conſulatum perductus eſt. Virgilii natalem quotannis celebrabat. Opus compoſuit de ſecundo bello punico libris 17. Prædium habuit in agro Neapolitano, in quo nonnunq; feriabatur. Septuagenario maior ſeipſum interfecit dolore clauí cuiuſdam inſanabilis. ¶Val. Setinus Patauinus iuxta Aponam natus, ſcripſit Argonautica ad Cæſarem Domitianum, multò plura ſcripturus/niſi immatura morte correptus fuiſſet. Imitatus eſt Apollonium Rhodium. Cenſu fuit mediocri. Amauit Amazonicum puerum. ¶Decius Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Natus eſt patre libertino. Floruit imperante Domitiano. Præceptorem habuit Frontonẽ grammaticum. Operam dedit ſcribendis ſatyris, & carpẽdis hominum vicijs. Mutuo amore coluit Martialem. ¶Aruntius Stella natus eſt familia conſulari. Floruit eo tempore/quo Flauij Cęſares Romæ imperarunt. Violantillam puellam Neapolitanam in vxorem duxit, quam Martialis Ianthidem gręce vocat. Scripſit elegias & opus de Aſteride, & poema de interitu columbę. Prætor Romæ creatus eſt, et dumuuir. ¶M. Val. Martialis genere Hiſpanus ex Bilbili oppido Celtiberiæ Romam puer profectus omnem inſumpſit operam in ſcribendis epigrammatibus. Acri fuit ingenio, habuitq; in ſcribendo plurimum ſalis & fellis, nec minus candoris. Aelius Verus imperator vocabat eum ſuum Virgilium. Donatus eſt equeſtri dignitate & prætura. Scripſit libros epigrammaton 12. quibus adiecit Xenia et Apophoreta. Eum tanti fecit Stertinius, vt eius adhuc viuentis imaginẽ in ſua bibliotheca poſuerit. Mortuus eſt tandem in natali ſolo. ¶Sentius augur Romæ natus ſcripſit epigrammata, in quibus ſecutus eſt Val. Catullum/et Licinium Caluum. ¶Veſtritius Spurina Lyricus floruit ætate Veſpaſianorũ. Idem factus eſt iperator in Bre ueterum regẽ, quo' ſuperato honorat9 eſt ſtatua. Filium Cocceium adhuc iuuenem amiſit. In ſuis lyricis imitat9 eſt Horatium. ¶Voconi9 victor Romæ floruit Adriano imperante. Scripſit elegias & epigrammata. Amauit Teſtylum puerum. Huius poetæ mortui ſepulchrum Adrianus ſequenti ornauit carmine. Laſciuus verſu/mẽte pudicus eras. ¶L. Paulus Paſſienus oriundus ex Vmbria claruit ſcribẽdis elegis, in quibus Propertium ſecutus eſt. Scripſit et lyricos. Prędium habuit in agro Vaticano. ¶Annianus compoſuit Feſcenninos verſus variis iocis & ſalibus refertos. ¶M. Marullus mimographus Romæ floruit imperante Antonio Cæſare. Tanta fuit in ſcribendo licentia, vt non dubitauerit notare principes ciuitatis, eoſq; nominatim ſuis carminibus perſtrigere. ¶Aulus Serenus lyricus poemata ſcripſit vario &

multiplici carmine. ¶Virgilius Romanus comœdiographus floruit imperantib⁹ Adriano & Antonio. Scripsit mimos, ī quibus secutus est Cn. Matium. ¶Ruffus Festus Auienus floruit imperante Diocletiano, Aratum e græco in latinos conuertit numeros. Composuit etiam librum de orbe terrarum versibus hexametris, imitatus Dionysium græcum poetam. Scripsit etiam de Marelinie/ versibus iambicis. Præcipue secutus est Hecataeum Milesium/ Hellanicum Lesbium/ Philonem Athenien sem/ et quosdam alios. Ficit et Virgilianas fabulas versibus Iambicis. ¶Alphius Auitus libros fecit, qui inscripti sunt excellentium, versibus dimetris iābicis. ¶Septimi⁹ Afer librum composuit de laudibus Iani, in quo imitatus est Callimachum. ¶Calphurnius Siculus scripsit carmen Buccolicum. Floruit imperāte Domitiano. Modicis vixit facultatibus. ¶Aur. Olympius Nemesian⁹ Afer genere/ patria Carthaginensis floruit sub Numeriano & Diocletiano Cęsaribus. Scripsit Cynnegetica/ Nautica/ & Alieutica. Calphurnius eidem opus suum nūcupauit. ¶Maur⁹ Terentianus Afer natione/ patria Carthaginensis scripsit Iambos. Opus composuit vario multipliciq; carminū genere de literis/ syllabis/ pedibusq; & variis metris. Filium habuit Bassum/ & generum Nouatemum. ¶Claudianus patria Alexandrinus floruit sub Honorio & Arcadio. Scripsit de raptu Proserpinæ libros 4. Item epistolas/ in Ruffinū/ de laudibus Stiliconis/ Panegyricos/ epigrāmata/ de victoria Theodosij contra Eugenium Gallorum regem. ¶Decius Ausonius Gallus patria Burdegalensis vixit imperantibus Valentino & Valentiniano. Gratianum Cæsarem literis & disciplinis erudijt. Patrem habuit Ausonium professione medicum, Gratiani patrocinio prouectus est ad consularem dignitatem. Scripsit librum epigrammatū ex græcis in latinos conuersum numeros. Celebrauit puellam nomine Bissulā. Scripsit de fluuio Mosa. Fastorum libros absoluit, auspicatus a principio vrbis cōdite vsq; ad sua tempora. Scripsit & quasdam epistolas. ¶Damasus natione Hispan⁹ floruit eodem tempore quo Eutropius & Orosius. Creat⁹ est Romæ Pont. max. Scripsit complures hymnos, & librum de Romanis pontificibus oratione soluta. Perijt sub Theodosio/ quum annum 80. ageret. ¶Iuuencus Hispanus floruit īperantibus Cōstantino & Constante. Scripsit 4. Euangelia versib⁹ hexametris & hymnos. ¶Aurelius Prudentius Clemens genere Hispanus primam ætatem posuit in agēdis causis & ciuilibus officijs, demum ad præfecturam Theodosij patrocinio conscendit. Scripsit opus de his qui pro Christiana pietate se deuouerunt. Item de Natali Domini, de gestis et miraculis Christi, de expiandis animis, de conflictu viciorū & virtutum. ¶Pontius Paulinus patria Burdegalēsis floruit sub Cęsare Gratiano. Scripsit hexametris versibus poema de regibus ex Suetonio collectis. ¶Licentius Afer patria Hiponensis versatus est cum Augustino summa familiaritate. Scripsit hymnos et epistolas. ¶Venantius Honorius Fortunatus Rauennæ eruditus oberuditionem Pictauorū factus pontifex, scripsit hymnos et libros 4. de gestis beati Martini versibus hexametris. ¶Faustus Gallus floruit ætate Claudiani. Scripsit epigrāmata et hymnos de rebus sacris. Probis fuit morib⁹ et magna in accusandis vicijs seuerítate. ¶Sidonius Apollinaris patria Aruernus honesta et illustri natus familia/ præceptorem habuit Flauium Nicetium doctissimum tunc temporis grammaticū. Scripsit permulta/ et soluta oratione et vario carminum genere. Libros nouē epistolarum/ hendecasyllabos/ panegyricos et versus hexametros. ¶Sunt et Neotericorum nonnulli, qui in scribendis poematibus non mediocrem meruerunt laudem. Primus omnium Iouinianus Pontanus scripsit tanta dexteritate, vt veteres proximo sequatur interuallo, præriperetq; laudem multis antiquis, nisi obstaret ridicula

quorundam

quorundam hominū opinio,quibus omnia putent,quæ nō olent vetuſtatē. Scripſit hic poeta libros amorum tres,Tumulorum duos/de diuinis laudibus/libros Baiarū duos/verſus Iambicos et lyricos/duos libros qui inſcribuntur Eridanus/libros de ſtellis 5.Librum vnum Meteororum/duos de hortis Heſperidum/Pompam lepidinam /Meliſeum/ Meonē/de virtutibus/grammatica et multa alia.¶Pontanum mea ſententia ſubſequitur Politianus,vtroq; genere dicendi doctiſſimus. Politianum Marullus Tarchaniota . Marullum duo Strozæ pater et filius.Strozas Mantuanus,cuius buccolica tantifacio,vt Virgilianis conferam . Stare debebant in ſuo theatro Philelphus et Petracha,quoniam modicum laudis ſibi meruerunt in ſcribēdis poematibus.Sunt et noſtro ſæculo nonnulli,qui magna ſui nominis celebritate poeticen profitentur,vt Quintianus Stoa,cuius familiaritate et colloquio vſus ſum aliquandiu,quum degeret Luteciæ,ibiq; ſuam Cleopolim excuderet.Nunc Salmonius Macrinus familiaris et amicus meus,verſus conficit tanta dexteritate/ tamq; felici genio. vt naſcēs videatur habuiſſe muſas obſtetrices,quæ poeticum manna eius labellis inſtillauerint.Excellit maxime in ſcribendis hendeca ſyllabis,in quibus tam ſimilis eſt Pontano,vt eodem ouo prognati videantur.Germanus quoq; Brixi⁹ inter noſtri temporis poetas merito conferendus eſt.Scribit enim docte et erudite terſa et facili vena.Omittendi non ſunt duo ætatis noſtræ doctiſſimi viri,et linguæ latinæ principes vexillarij Helias Gemellus et Baptiſta Candelarius conſul Rothomageus,qui ſi ſtetiſſent in poetica profeſſione,vt inclinabat naturæ genius,proſpere cecidiſſet ętati noſtræ.Nihil inuidiſſem⁹ antiquitati,Habuiſſemus qui palato noſtro abunde ſatisfeciſſent.Sed heu pietas.Forēſes illæ declamationes et ciuiles cauſæ,quibus appulerūt animum,proſperitatem hanc nobis ſuſtulerunt.Neq; tamen ſibi poſſunt iterdicere muſis,q̄ tuncunq; īperioſis & catenatis reipublicę negociis oberuantur.Quod ſatis arguit naturā hominis nec furca quidem expelli poſſe.Audiui vtrunq; loquentem,quum per iocum extemporarijs carminibus inter ſe luxuriarēt. At incredibili admiratione ſuſpenſum me retinebant,partim ꝙ prȩcipitatis q̄ tumlibet verbis noua ſemper ad manum ſuppeterent,tum etiam ꝙ quæ ructabant ꝑ luſum,plena tamen eſſent grauitatis & doctrinæ.Quod quoniam et vidi,et expertus ſum,non poſſum non vtriq; aſſurgere/ & amborum ſitire beniuolētiam.Sed iam veniamus ad poetarum Græcorum nomina·¶Achęus Erethrięus poeta tragicus paulo iunior Sophocle floruit Olympiade 74. Docuit tragœdias 44. vicit vna,¶Aegemon poeta ſcripſit bellum Leutricum Thebanorum et Lacedæmoniorum.¶Aeſchron Mityleneus inter Alexandri comites,familiaris fuit Ariſtoteli,¶Aeſchilus Athenienſis tragicus primus grauitate perſonarum & coloris diſtictione vſ⁹ eſt.Prim⁹ in lucē protulit tragœdias.De hoc Horatius.Poſt hunc perſonę/ palleq; repertor honeſtę Aeſchil⁹ & modicis inſtrauit pulpita tignis/Et docuit magnumq; loqui nitiq; cothurno.De eius interitu iam diximus.¶Alcman lyricus inuentor carminis amatorij floruit Olympiade 27.Scripſit lingua Dorica.¶Alcęus Athenięſis fuit lyricus,de quo Horatius.Leſbio primum modulate ciui.Politianus in nutricia. Exactoſq; canis pugnax Alcęe tyrannos / Aeolium docto pertentans barbiton auro.¶Alcimenes Megarenſis poeta fuit tragicus.¶Alexis Therius poeta comicus florūit ante Menandrum,Filium habuit nomine Stephanum itidem comicum.¶Alexander Aetholus poeta fuit tragicus.¶Amipſias Athenienſis comicus.¶Anacreon Teius Lyric⁹ fuit in honore apud Polycratem Samiorum regem.Ei⁹ poema fuit amatorium.Amauit Bathyllum puerum,vt iam dixim⁹.De hoc Ouid. lib.2.Triſt.Quid niſi cum multo venerem confundere vino Præcepit lyrici Teia

muſa ſenis. ¶ Anaxandrides Rhodius poeta Comicus floruit ætate Philippi Macedonis. Docuit fabulas 65. vicit vna. ¶ Anaxippus poeta nouæ comœdiæ floruit ſub Antigono et Demetrio Poliorcete. ¶ Antimachus poeta fuit Colophonius, qui dum quoddam poema obſcurũ in auditorio recitaret, omneſq; propterea diſcederẽt excepto Platone, legam inquit nihilomin⁹, quoniam vnicus Plato eſt mihi pro omnibus. ¶ Antiphanes fuit poeta nouę comœdiæ. ¶ Antipater Sidonius verſus faciebat ex tempore. Floruit oratoris Craſſi temporibus. ¶ Apollodorus Atheniẽſis comœdiographus floruit Menandri tempore. ¶ Apollodorus Tharſenſis fuit tragœdiographus. ¶ Apollonio⁹ Rhodius Callimachi diſcipulus ſcripſit argonautica. ¶ Aratus Menecratis diſcipulus floruit Olympiade 124. Scripſit Phenomena. hymnos in pana/de moribus/epigrammata quædam in Antigoni vxorẽ. Epicœdium in Cleõbrotum/epiſtolas/commentarios in Odyſſeam/et pleraq; alia. Culpatur tamen a Quintiliano his verbis. Arati materia motu caret, vt in qua nulla varietas/nullus affectus/nulla perſona, totuſq; in nominibus abſumitur. Sufficit tamen operi, cui ſe parem credidit/vel æqualem. ¶ Architas poeta fuit epigrammatum. ¶ Archilochus Parius repertor fuit Iambici carminis, quo Lycamben ſocerum ad mortem impulit. Horatius Archilochum proprio rabies armauit iambo. De Archilocho Quintilian⁹ ſic ait, Archiloch⁹ prim⁹ iter eos, qui iambos ſcripſere. Sũma i eo vis/elegantes ſane vibrãteſq; ſententiæ, plurimum ſanguinis atq; neruorum. Floruit principante Romulo. ¶ Ariſteas Proconeſius ſcripſit tribus libris carmina quæ vocãtur Arimaſpea, Præterea Theogoniam verſibus mille. Floruit Crœſo et Cyro regnantibus. Inuulgata eſt de eo fabula, ꝙ animam reſumeret quotienſcũq; vellet. ¶ Ariſtophanes comicus poeta inuentor fuit tetrametri & octometri. Docuit fabulas 54. Aemulus fuit Socratis. Tres habuit filios omnes comicos. ¶ Ariſtomenes Athenienſis ſcriptor fuit antiquæ comœdiæ. ¶ Ariſtonym⁹ comœdiographus præfuit bibliothecę Philadelphi poſt Apollonĩ. Mortu⁹ eſt e Strãguria ãnos nat⁹ 77. ¶ Arrianus poeta ſcripſit Metaphraſim Georgicorũ Virgilij, opus de geſtis Alexandri libris 24. & quædam poemata in Attalum Pergamenſem. ¶ Archedicus comicus ſcripſit contra Democharem. ¶ Archippus comicus Atheniẽſis ſcriptor fuit antiquæ comœdiæ. ¶ Ariſtarchus Tegeates floruit eodẽ tẽpore quo Euripides. Docuit tragœdias 70. vicit duab⁹. Vixit ãnos 80. ¶ Aſtydamas ſenior Athenienſis tragicus docuit tragœdias 42, vicit. 5. Fuit & Aſtydamas iunior tragœdiographus poeta. ¶ Augeas fuit comicus Athenienſis. ¶ Bacchilides Lyricus Cous. ¶ Callias Athenienſis fuit comicus filius Lyſimachi. ¶ Callimachus poeta Cyreneus fuit filius Batti diſci pul⁹ Armochratis. Vixit apud Ptolemęum Philadelphũ, præfuitq; regię bibliothecę. Omne poematis genus attigit. Scripſit in aduerſariũ, quem ficto nomine Ibim appellat, acerbiſſimum poema. Item elegias, epigrammata & hymnos. Huius meminit Ouid. lib. 2. Triſt. dicẽs. Nec tibi Battiade nocuit, ꝙ ſępe legenti Delicias verſu faſſus es ipſe tuas. Item Propertius lib. 2. Et non inflati ſomnia Callimachi. ¶ Carcinus Agrigentinus poeta tragicus floruit paulo ante Philippum Macedonẽ. Docuit fabulas 98. ¶ Cęcilius Argiuus ſcripſit de piſcibus. ¶ Cheremon poeta fuit comicus. ¶ Chœril⁹ poeta Sami⁹ floruit Olympiade 75. Scripſit Athenienſium victoriam contra Xerxem, ſingulorumq; verſuum ſingulos Stateres aureos accepit. Scripſit & res Lyſandri Lacedęmonij & Alexandri magni. Hunc Horatius vt malum et ineptum poetam culpat. vbi ait. Gratus Alexandro magno regi fuit ille Chœrilus, incultis qui verſib⁹ et male tortis Rettulit acceptos regale numiſma Philippos. Et in arte. Sic mihi qui multum ceſſat, fit Chœrilus

ille

ille Quem bis terq; bonum cum riſu miror, et idem Indignor. ¶Chœrilꝰ Athenie-ſis fuit tragœdiographus, qui docuit tragœdias 160. vicit 13. ¶Cineſias Thebanꝰ ſcriptor fuit dithyramborum pigro corpore et fracto crure. ¶Cleon Curieus ſcripſit argonautica. ¶Cleophon Athenienſis fuit tragicus. ¶Corinnus Ilienſis ſcripſit Iliada ante Homerum literis doricis tunc primum inuentis a Palamede, cuius fuit diſcipulus. Scripſit & bellum Dardani contra Paphlagonas. Floruit tempore belli Troiani. ¶Crates Athenienſis comicus antiquæ comœdiæ, auditor fuit Platonis Philoſophi. ¶Cratinus Athenienſis veteris comœdiæ ſcriptor docuit fabulas 21. vicit 9. Vir fuit voluptariꝰ & amator puerorum. ¶Chriſtodorus e Copto Aegypti vrbe poeta Anaſtaſij imp. tempore ſcripſit Iſaurica, vbi ſcribit Iſauriam ab Anaſtaſio fuiſſe captam. ¶Damozenus fuit Athenienſis comœdiographus. ¶Demolchus fuit Syracuſanꝰ comicus, Floruit Olympiade 73. Filius fuit Epicharmi medici. Docuit fabulas 14. lingua dorica. ¶Diceogenes poeta ſcripſit tragœdias & dithyrambos. ¶Diodorus fuit comicus poeta, vt Dioxippus & Diocles Athenienſis. ¶Egemon Charcenus ſcripſit bellum Leutricum Thebanorum et Lacedæmoniorum. ¶Epicrates poeta fuit comicus, vt Eriphus. ¶Hermippus Athenienſis poeta veteris comœdiæ, ſcripſit fabulas 40. Heſiodus poeta Cumęus ſeu Aſcręus ab Aſcra Bœotiæ vico ſcripſit poemata Theogoniam/Aſpida/Heroidum mulierum catalogum/Epicedium in quendam Batracum, et quędam alia. Iugulatꝰ eſt ab Antipho et Crimeno fratribus. Primus agriculturæ prędecepta tradidit. Primus fabulas ſcripſit. ¶Eubulus Cettiꝰ Athenienſis fuit comœdiographus. ¶Euangelus poeta comicus ſcripſit de re militari. ¶Eumolphus Eleuſinius filiꝰ fuit Muſæi et Orphei diſcipulus poeta magni nominis. ¶Euphroniꝰ poeta ſcripſit carmē Priapi. vbi deū Orneatem eum appellat. ¶Eutiches comicus fuit poeta. ¶Eupolis Athenienſis ſcriptor fuit veteris comœdiæ, qui mira vſus eſt licentia in carpēdis hominum vicijs Horatio teſte. ¶Euripides Athenienſis tragœdiographus natus eſt eo die quo Xerxes ab Athenienſibus fugatus eſt. Diſcipulus fuit Prodici in Rhetorica, et Socratis i philoſophia. Ad tragœdiam conuerſus/ſecutus eſt Anaxagoram. Veneris fuit omnino abſtinens. Vixit in ſumma familiaritate apud Archelaum Macedoniæ regem, a cuius cœna dum noctu reuerteretur, iugulatus a canibus/a quodam æmulo immiſſis, annum agens 75. Scripſit dramata 75. vicit 5. Matrem habuit agreſtia vendētem olera. Annos natus 18. tragœdiam ſcribere aggreſſus eſt in quadam ſpelunca apud Salamina. Cicero eius verba/totidem putauit ſententias. ¶Idæus Rhodius opus Homeri iterauit carmen carmini reddens. Scripſit etiam res Rhodiorum tribus carminum millibus. ¶Hiero Ferreus Athenienſis ſcripſit quædam poemata, quæ plutarchꝰ in Nicia ad ætatem ſuam teſtatur perueniſſe. ¶Hipparchus fuit comicus poeta. ¶Hipponax Epheſius ſcriptor fuit iamborum, qui patria pulſus ab Athenagora & Conia tyrannis, Clazomenis vixit. ¶Laſus Herminæus primus ſcripſit de muſica. primuſq; dithyrambos in certamen protulit ¶Lycophron Chalcidenſis poeta ſcripſit Alexandram poema valde obſcurum, in quo meminit de vaticinijs Caſſandrę. Exorſuſq; ab hercule & rebꝰ Troianis proſequitur vſq; ad Alexādrū Macedonē. ¶Magnes Athenieēſis poeta veteris comœdiæ floruit Epicharmi tēpore. Docuit fabulas 11. ¶Melāthꝰ poeta fuit elegiographꝰ Cimonis ducis Athenienſiū familiaris. ¶Melitꝰ fuit tragœdiographꝰ, quē Ariſtophanes taxauit vt nimis durū. ¶Menāder Athenieēſis comicus flagrauit amore mulierū. Scripſit fabulas 88. & epiſtolam vnam ad Ptolemęum regē. Fabius de eo ſic meminit. Menāder meo iudicio diligenter lectꝰ ad cūcta quę prędicipimꝰ/efficiēda ſufficit, ita omnē ī vita

imaginem expreſſit, tanta in eo inueniendi copia/eloquendi facultas/ita eſt omnib⁹ reb⁹/perſonis/affectibus accomodatus, vt omnibus eiuſdem operis authoribus tenebras induxerit. Porro tanto fuit in precio, vt etiam inuitatus ſit a regibus Aegypti oblatis magnis honoribus & diuitijs. ¶Menalippides melicus ſcripſit dithyrambicorum libros/poemata epica/& elegias. ¶Huius nepos Menalippides iunior ſcripſit lyrica & dithyrābica. Mortuus eſt apud Perdicā regem. ¶Menecrates fuit comœdiographus. ¶Menelaus Aegeus ſcripſit Thebaida libris ſex. ¶Mymnernus Colophonius poeta fuit elegiographus, qui dicebat nihil eſſe iucundum ſine amore et iocis. Horatius. Si Mymnernus vti cenſet, ſine amore/iocisq; Nil eſt iucundum, viuas in amore iocisq;. Propertius lib. 1. Plus in amore valet Mymnerni verſus Homero. ¶Mneſimachus ſcriptor fuit comœdiæ. ¶Moſchus Syracuſan⁹ ſcripſit carmen buccolicum. ¶Morychus tragicus fuit poeta, quē Ariſtophanes gulę, & nimię voluptatis notauit. ¶Morſimus fuit tragicus, quem Ariſtophanes inſectatus eſt. ¶Muſęus Eumolpi filius primus omnium Athenis deorum genealogiā verſib⁹ tradidit, Scripſit amores Hero & Lęandri verſibus hexametris. ¶Muſęus Eleuſinius Antipheni filius & diſcipulus Orphei ſcripſit vitæ prȩcepta ad Eumolpum filium tribus verſuum millibus. ¶Muſęus Thebanus filius Thamyrę poeta melicus/ſcripſit hymnos et cantica. ¶Muſęus Epheſi⁹ poeta Eumenis & Attali regum Pergami tempore ſcripſit res Pergamēſes/& de Perſide libros decē. ¶Neſtor e lycia regione/pater Pyſandri poetæ/tempore Seueri principis ſcripſit Iliada. Tryphiodorus vero Odyſſeam ad imitationem Homeri. ¶Nicandrus Colophonius edidit verſibus Prognoſtica Hippocratis. ¶Nicochares Athenienſis/Philonidis comici filiꝰ coęuus Ariſtophanis/ſcripſit multas fabulas. ¶Nicoſtrat⁹ fuit Comicus. ¶Nicomachus Phrygius ſcripſit tragœdias vndecim. ¶Nicomach⁹ alter Athenienſis vicit Euripidem & Theagenem. Nonnus Panapolyta ſcripſit euāgelium Ioannis/grȩcis hexametris. ¶Olympius Myſius poeta melicus & elegiograph⁹ diſcipul⁹ Marſyæ/floruit ante bellum Troianum. ¶Homerus iunior patria Bizantius/patrem habuit Andromachum. Scripſit tragœdias 57. ¶Homerus poetarum maximus floruit Olymp. 23. annis poſt Troiam captam 500. poſt Romam conditam 67, Patria fuit Męon. Natus eſt adulterio matris Critheidis virginis Cumanæ apud fluuium Melem, vnde ab initio vocatus eſt Meleſigenes. Grammaticæ ptæcepta prim⁹ dedit, quum antea quiſq; ſermone ſcriberet/ſimul & loqueretur vernaculo. Puer literis imbutus eſt ab Ariſteo Proconeſio ſeu Fannio grāmatico. Factus paulo proiectior quum flagraret deſyderio viſendarum regionū ductus eſt per diuerſa orbis loca/a mercatore quodam, qui dicebatur Menthes, a quo tamen relictus eſt apud Ithacam propter morbum oculorum. quo ibidem laborare ecœperat. Conualeſcens demum Colophonem profectus eſt, ibiq; renaſcēte eodem morbo incidit in cæcitatem, ac tum primum vocatus eſt Homerus apud Cumęos & Ionas, qui cæcos vocāt Homeros. Vnde autem cæcitatem illam contraxerit, iam diximus. Veniens Athenas in ætate iam matura quum in litore quieuiſſet, ſparſo protinus de eius aduentu rumore, hominum multitudo turmatim ad eum videndum conuolauit. Quo quum eandem ob cauſam diuertiſſent piſcatores, litori appulſos ſtatim rogauit, haberent ne aliquid. Illi vero per ęnigma reſpōderunt ſe quæcunq; cepiſſent/reliquiſſe, quæ vero non cepiſſent/habere. Significabant enim ſeſe purgaſſe pediculis, quorum captos in aquis reliquiſſent, non captos haberent in veſtimentis. Quod ītricatū & perplexū ęnigma Homerus ad piſces tantum reſpiciens/quum diſſoluere nequiuiſſet, pudore nimio (vt nonnulli ſuſpicantur) incidit in morbum, quo paulo poſt perijt.

Sed quid

Sed quid opus eſt cauſam mortis comminiſci, quum iam matura eſſet ætate? Iam enim vixerat annos 108. Scripſit præcipua duo poemata. Iliadem & Odyſſeam. Ilias continet bellum Græcorum in Troianos propter Helenę raptum. Odyſſea Vlyſſis in patriam redeuntis labores. Duo hæc eius poemata in numerum verſuum diuiſa & diſtincta ſunt ab Ariſtarcho grammatico. Sunt qui eidē tribuant Batracomyomachiam, quorum opinioni repugnat Plutarchus. Habit⁹ eſt apud antiquos in tanto precio, vt ſeptem vrbes eum ſibi vendicauerint, eiuſq; verſus habiti ſint prouerbioꝝ loco. ¶ Oppian⁹ ex Anazarbo Cilicię ciuitate ſcripſit poema de piſcib⁹, quod Antonino Seueri filio nūcupauit. ¶ Orpheus Crotoniata vixit apud Pyſiſtratū tyrannum. Scripſit argonautica. ¶ Palephatus Atheniēſis poeta ſcripſit de ſitu orbis, & cōtentione Mineruæ cum Neptuno ad mille verſus. Veneris quoq; & amoris ſermones quinq; millibus verſuum. Item de crine Latonæ. & quædā alia. ¶ Pamprepus Panopolyta floruit ætate Zenonis principis. Scripſit de Ethymologiis, & Iſaurica, ſoluta oratione. ¶ Panolbus fuit Epicus poeta. ¶ Parthenius Nicæus poeta elegiographus captus eſt a Cinna in bello Mithridatico, & ob ingenium manumiſſus. Vixit vſq; ad Tiberium Cæſarem. Scripſit elegias in Venerem, & Epicediū in Aretem vxorem ſuam, deq; eius laudibus libros tres. ¶ Parthenius Chius Theſtoris filius ſcripſit verſus in laudem patris. ¶ Perſes Aſcræus poeta frater fuit Heſiodi. ¶ Pigres Halicarnaſſæus frater Artemiſiæ vxoris Mauſoli ſcripſit verſus elegos i Iliadem Homeri. ¶ Pindarus Thebanus lyricorum princeps floruit Aeſchyli tempore. Scripſit lingua dorica Olympia, Pythia, Nemæa, Iſthmia. De Pindaro ſic meminit Horatius. Pindarum quiſquis ſtudet ęmulari, Iule, ceratis ope Dædalęa Nititur pennis, vitreo daturus Nomina ponto. Primas meruit inter nouem lyricos, quorum hæc ſunt nomina. Alcę⁹, Sappho, Steſichorus, Ibyc⁹, Bacchylides, Simonides, Alcman, Anacreon & Pindarus ipſe. ¶ Piſandrus Camirēus poeta antiquior Heſiodo, ſcripſit facta Herculis duobus libris. ¶ Piſandrus Larandæ⁹ poeta ſub Alexādro Māmeę ſcripſit verſibus variam hiſtoriam libris 66. ¶ Plato Athenienſis poeta priſcæ comœdie floruit tempore Ariſtophanis & Eupolidis. ¶ Polyzel⁹ comicus fuit. ¶ Poſſidippus Caſſandrens comicus docuit anno tercio poſt mortē Menandri. Scripſit fabulas 30. ¶ Phędimus Bizantius fuit elegiographus poeta. ¶ Pherecrates Athenienſis comicus militauit ſub Alexandro magno. Docuit fabulas 17. Phidamus Epicurēus poeta fuit admodū laſciuus. ¶ Philemon Syracuſanus poeta nouæ comœdiæ tempore Alexandri magni ſcripſit ſex fabulas. Vixit annos 90. Periſt nimio riſu. ¶ Philemon iunior eius filius itidem comicus docuit fabulas 54. Phileras Cous floruit ætate Philippi & Alexandri Macedonum. Precep tor fuit Ptolemæi Philadelphi. Scripſit elegias & epigrāmata. Cōterrane⁹ fuit Hippocratis medici. De eo & Callimacho ſic ſcribit Fabi⁹. Elegię pricipes habētur Callimach⁹. Secūdas cōfeſſione plurimorū Phileras occupauit. Propertius lib. 2. Tuſcati⁹ memorē muſis imitere Phileram. ¶ Philocles Athenienſis filius ſororis Aeſchyli, tragicus fuit poeta. ¶ Philxen⁹ Cytherius poeta lyric⁹ ſcripſit dithyrambos 24. Obiit Epheſi. Scripſit carmine lyrico Aeacidarum genealogiam. Coniectus eſt a Dionyſio Syracuſano in Latomias, q̄ eius carmina et tragœdias non probaret. ¶ Phiſiſtus Cercyrēus tragicus poeta, vixit apud Pto. Philadelphum. ¶ Philiſtion Niceus poeta Comicus floruit ætate Socratis. ¶ Philippides comœdiograph⁹ quū ætate iam prouecta in certamine poetarum præter ſpem viciſſet, inter illud gaudiū repente mortuus eſt, authore Gellio. ¶ Phormus Syracuſanus comicus Geloni tyranno fuit familiaris, eiuſq; filios erudiuit. Docuit fabulas 7.

¶Phocylides Miléſius floruit poſt bellum Troianum. Olymp.58. Scripſit elegias,& quaſdam ſententias ad vitæ inſtitutionem. ¶Phocinordes fuit comicus. ¶Phrynicus Athenienſis tragicus Theſpiadis diſcipulus primus vultum mulierũ protulit in ſcænam & tetrametrum reperit. Filium habuit Polyphradmonem poetam tragicum. Docuit tragœdias 9. ¶Phrynicus Athenienſis fuit comicus. ¶Simonides Ceus poeta Melicus floruit Olymp.55. Vixit annis 79. Scripſit dorica lingua Cambyſis et Darij res geſtas,& Xerxis bellum maritimum. Præterea Threnos/Encomia/epigrammata/pęanas/tragœdias/nęnias/et quædam alia. Prim⁹ etiã artem memorandi fertur inueniſſe,quum cœnaret in Theſſalia apud Scopam opulentum hominem. Præcipua eius virtus fuit in commendãda commiſeratione. Nã inter cæteras funebres laudationes ſingulari carminum commiſeratione proſecutus eſt conuiuas ſuos,apud Scopam illum de quo nũc diximus, cœnaculi ruina colliſos. Catullus. Mœſti⁹ lachrymis Simonidęis. ¶Simonides Teius Iãbicus ſcripſit Grę corum apud Aulidem conuentum,et trimetrorum libros duos. ¶Simonides Magnes ſcripſit res geſtas Antiochi magni,et bellum aduerſus Galatas. ¶De Sappho poetria iam diximus in capite de mulieribus doctis. ¶Sophocles Athenienſis tragicus coetaneus & collega Periclis in prætura docuit tragœdias 23. Deceſſit ſex ãnis poſt Euripidem. Appellabatur apis ob linguæ dulcedinem. Filij eum ab adminiſtratione rei domeſticæ ſummouerũt vt delirantem,at ille tragœdiam protulit corã iudicibus,vt viderent an eſſet opus deliri ſenis. Propterea reſtitut⁹ eſt & ſapiẽs iudicatus. ¶Fuit et Sophocles alter ſuperioris nepos,qui docuit tragœdias 4. atq; etiã ſcripſit elegos. ¶Sophilus Sicyonius fuit comicus. ¶Soſithæus Syracuſanus æmul⁹ fuit Homeri tragici. ¶Sotades Maronites poeta fuit iambographus impuriſſim⁹, et plenus laſciuiæ. Hinc ſotadicos verſus vocamus pathicos et libidinoſos. ¶Sotericus Aſites ſcripſit Encomium Diocletiani,et Dionyſiaca et vitam Apollonij Tyanei. ¶Steſichorus poeta lyricus ex Hymera Siciliæ ciuitate/ſcripſit Helenæ vituperationem. Ob quam rem exoculatus Palinodiã cecinit,& viſum recuperauit. Prim⁹ cum citharæ cantu chorum inſtituit. Vnde inditum illi nomen. In eius ore quum infans eſſet,cantauit Luſcinia. ¶Thales Cretenſis fuit lyricus poeta,qui quum Spartam veniſſet,Lacedęmoniorum animos ſuis verſibus adeo deliniuit,vt feritatem illam exuerint,quam ex ſeueris Lycurgi legibus imbiberant. ¶Thamyras Thrax poeta ſcripſit verſus in theologia ad tria millia. Exímia fuit pulchritudine/ et amore puerorum deflagrauit. ¶Tellen fuit melic⁹ poeta. Theognetus comicus. ¶Theogenes Megarẽſis floruit olymp.59. Scripſit elegias et alia poemata. Fuit alter Theogenes tragicus. ¶Theodectes Cilix diſcipulus Platonis ſcripſit fabulas 50. Preterea artem rhetoricam verſibus/et quædam alia. ¶Theodoſius Tripolitanus ſcripſit verſibus in æſtatem. ¶Theocritus Syracuſanus patrem habuit Praxagorã/ Philinam matrem. Floruit ſub Ptolemæo Lagi. Scripſit dorica lingna buccolicum poema. ¶Theophilus ſcriptor fuit priſcę comœdiæ. ¶Terpander Leſbius poeta lyricus heptachordon et lyrici carminis canonem ſcripſit. ¶Theſpis Atticus poeta tragicus, primus inſtituit vt tragœdiæ agerentur in plauſtris. Vnde Horatius. Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur,et plauſtris vexiſſe poemata. Theſpis,Quæ canerent agerentq; peruncti fęcibus ora. ¶Timon Apolloniates ſcripſit tragœdias/comœdias/ſatyras et alia permulta. ¶Timolaus Lariſſæus diſcipulus Anaximenis Lampſaceni ſcripſit poema de bello Troiano. ¶Timocles Athenienſis fuit comicus. ¶Timotheus Miléſius ſcripſit verſibus de muſica libros 17. Præterea hymnos/Encomia/& dithyrambos.

¶Tyrtheus

¶Tyrtheus Athenienſis poeta, quẽ quũ Lacedęmonij certãtes i Athenienſes principẽ ſibi delegiſſent, ita eorum animos inflammauit ſuis carminibus, vt omnes periculi et mortis imemores in hoſtem furioſi ſe coniecerint, eoq; modo victoriã ſibi peperẽrint. Horatius in arte. Tyrtheuſq; mares animos in martia bella Verſibus exacuit. ¶Triphiodorus Agypti⁹ ſcripſit Marathoniã, excidiũ Ilij, et poema de laboribus Vlyſſis. ¶Xenophanes Colophoni⁹ ſcripſit poema de Pſyllis. Præterea Elegias & Iambos contra Heſiodum & Homerum, improbans, quæ de diis ſcripſerũt. ¶Xenophanes Leſbi⁹ fuit Iambograph⁹. ¶Xenarchus fuit poeta comœdiographus ¶Zenodotus Epheſius poeta diſcipul⁹ fuit Philetę. Floruit ætate Ptolemæi primi, cuius liberos erudiit. Primus Homeri libros correxit & in ordinem redegit.

¶Qui de modicis rebus opera ſcripſerunt.

¶Syneſius Cyrenenſis ſcripſit de laudib⁹ Caluitij. ¶Dion cognomẽto Chryſoſtom⁹ librũ de comæ laudib⁹. ¶Batracomyomachiã luſit Homer⁹. ¶Maro culicẽ & Moretũ, atq; etiam de apibus animaliũ fere minimis ſcripſit fuſiſſime. ¶Buſiridem tyrãnũ laudauerũt Polycrates & Iſocrates. ¶Iniuſticiã Glauco. ¶Therſitẽ & quartanã febrẽ Fauorin⁹. ¶Muſcã & Paraſyticã Lucian⁹. ¶Seneca Claudij apotheoſi. ¶Scripſit Plutarchus Grylli cũ Vlyſſe Dialogũ. ¶Lucian⁹ & Apuleius aſinum. ¶Themiſon de laude plantaginis herbę. ¶Homer⁹ librum vnũ de laudibus vini. ¶Ephren Syr⁹ de vituperatione riſus. ¶Marcion Greç⁹ de Raphano. ¶Hippocrates librũ vnũ de laudib⁹ Ptiſanæ. ¶Meſſala ſingulos libros de ſingulis literis. ¶Orphe⁹ et Heſiodus de ſuffitionib⁹ multa ſcripſerunt. ¶Iuba rex de Euphorbio herba magno prẽconio volumen edidit. ¶Lyſimachiam herbã ſcriptis celebrauit Eraſiſtrat⁹. ¶Anonymos herba ab Iceſio medico celebrata ẽ. ¶Democrit⁹ numerum quaternarium volumine decorauit. Idẽ de Cameleonte aiali aliud volumẽ conſcripſit. ¶Pythagoras librum vnum cõpoſuit de bulbis. ¶Cato Braſſicę laudes cecinit. ¶Diocles magnis laudibus rapã extulit. ¶Chriſipp⁹ medic⁹ braſſicę volumẽ priuati dicauit. ¶Muſe⁹ et Heſiod⁹ Polion herbã multis verbis commendauerũt. ¶Phanias phyſicus cõdidit laudes vrticę, ¶Antemis herba magnis laudibus celelebrata eſt ab Aſclepiade. Idem librum vnum de muſto compoſuit.

¶Septem montes in quibus Roma ſita eſt.

¶Capitolinus ſeu Tarpeius/ Auẽtin⁹/ Palatin⁹/ Cęli⁹ maior et minor/ Exquilinus/ Viminalis et Quirinalis. De his Tibull⁹ lib. 2. Carpite nũc tauri de ſeptẽ mõtib⁹ herbas, Dum licet, hic magnę iã loc⁹ vrbis erit. Propertius lib. 3, Septem vrbs alta iugis toto quæ preſidet orbi. Virg. Septemq; vna ſibi muro circundabit arces.

¶Venti diuerſi.

¶Veteres iuxta poſitionem cardinum tantum quattuor ventos principales a ſingulis cœli partibus flare credebant authore Vegetio. Sed poſterior ætas experimento duodecim comprehendit. Ab oriẽtali cardine oritur Apeliotes, id eſt ſubſolanus, cui a dextra iungitur Circius ſiue Chorus. A ſiniſtra Eurus ſiue vulturnus. Meridianum cardinem poſſidet notus, id eſt auſter. Habetq; a dextra Leuconotum, a ſiniſtra Libanotum. Occidentalem cardinem tenet Zephyrus. Huic a dextra iungitur Lips ſiue Africus, a ſiniſtra Iapix ſiue Fauonius. Septentrionalem cardinem ſortitus eſt Aparetias ſiue Septentrio, cui a dextra hęret Traſias ſiue Cracias, a ſiniſtra Boreas, id eſt Aquilo. Hi ſępe flãt ſinguli, iterdũ duo, et magnis qñq; tempeſtatib⁹ tres ſimul flare cõſueuerũt. Hoꝝ ipetu maria quæ ſua ſponte tranquilla ſunt, vndis æſtuantibus ſæuiunt. Horum etiam flatu pro natura temporum vel locorum ſereni tas redditur, et rurſus in procellas ſerena mutantur. Hęc prędictia docent tres eſſe

vētos vniuſcuiuſq; cardinis. Nunc priuati de quibuſdā loquendū eſt. Boreas dicitur a boatu, latine vocatur Aquilo. Flat⁹ eſt violēti & ſonori. Nubes diſcutit, & ſerenū reddit aerē. Vnde & ſudific⁹ vocatur & nubifug⁹. Colu. Nec tam nubifugo borea Latonia Phœbe Purpureo radiat vultu. Homer⁹ apud Gelliū. Sudificuſq; ſimul Boreas mala plnrima voluēs. Hieronym⁹ vētū hūc appellat ſcopā viarū ſeu ſcoparū, q̄ difflando perpurget, quicquid i via obiacet. ¶ Vulturnū q̄ iter Eurū & Notū ſit, nōnulli Euronotū vocāt. Caurū Greci Argeſti vocāt. Fauoni⁹ grece vocatur Zephyrus, a poetis pater florū appellatur et genitabilis. Auſtrū aliter noton vocāt, q̄ nebuloſus ſit et humect⁹. Exitialis eſt hic vēt⁹ et morboſ⁹, potenſq; ad excitanda fulmina. Vnde Lucreti⁹ lib. 5. Altitonās Vulturn⁹ et Auſter fulmine pollēs. Virgili⁹ videtur innuere vētū Iapiga occidētalē eſſe, quū dicat Cleopatrā e nauali prælio fugiētē i Aegyptū vēto Iapige ferri. Eſt et vēt⁹ noie Cęcias nubes attrahēs. Atabul⁹ nomē eſt etiā vēti apud Horatiū lib. 1. Ser. Scribētē. Incipit ex illo mōtes Appullia notos Oſtētare mihi/quos torret Atabul⁹. Sūt et alij qui vocātur Eteſię et prodromi qui in ortu caniculę ſtatis anni tēporib⁹ ſpirare ſolēt. Lucreti⁹. Puluerulēta Ceres et Eteſia flabra Aquilonū. De regionib⁹ 4. vētor⁊, qui p̄cipui dicūtur, ſic ſcribit Manili⁹ lib. 4. aſtron. Totidē vēti de partib⁹ iiſdē Erūpūt/ ſecūq; gerūt p̄ inania bellū. Aſper ab axe ruit Boreas, fugit Eur⁹ ab ortu, Auſter amat mediū ſolē, Zephyruſq; profundū. Ouid. lib. 1. de Triſt. Nā modo purpureo vires capit Eur⁹ ab ortu, Nūc Zephyr⁹ ſero veſpere miſſ⁹ adeſt. Nūc gelid⁹ ſicca Boreas bacchatur ab arcto, Nūc not⁹ aduerſa prelia frōte gerit. Idē lib. 1. Metamor. Eur⁹ ad aurorā/ Nabathęaq; regna receſſit/ Perſidaq; et radijs iuga ſubdita matutinis. Veſper et occiduo quę littora ſole tepeſcūt, Proxima ſunt Zephyro. Scythiā, ſeptēq; triones Horrifer iuaſit Boreas, cōtraria tell⁹ Nubib⁹ aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab auſtro. Pōtan⁹ i libro Meteoro⁊. A ſūmo Boreas, Not⁹ imo ſpirat olympo. Occaſū iſedit Zephyr⁹, venit Eurus ab ortu.

¶ Sophiſtarum nomina.

¶ Adrian⁹ Phœnix patria Tyrius docuit Athenis magno cultus victuſq; ſumptu. Amat⁹ eſt magnopere a M. Antonio et Romā ab eodē duct⁹. ¶ Aelian⁹ Roman⁹ ſophiſta qui ſcripſit de animalib⁹/ de varia hiſtoria/ et de militari. ¶ Antiochus fuit ſophiſta ſecur⁹ in figuris, vehemēs in accuſationib⁹/ venuſt⁹ i defenſionib⁹, i demōſtratiuis potēs. In forenſibus ſophiſtica, in ſophiſticis forenſi vtebatur oratione. ¶ Aphthoni⁹ ſophiſta ſcripſit præexercitationes i rhetorica, et i artē Hermogenis. ¶ Apſines Gadaręus Smyrnę pręceptorē habuit Heraclidē Lyciū, Nicomedię Baſiliū. Docuit Romæ Maximiani tēpore, cuius beneficio adeptus eſt conſulatum. ¶ Ariſtides Myſius docuit Smyrnæ. ¶ Ariſtocles Pergamēſis ſophiſta floruit ſub Adriano. Scripſit de arte Rhetorica/ epiſtolas et declamationes. Sectę fuit Peripateticæ, horridus aſpectu, voluptatib⁹ tamē et lyræ poſtea indulſit. ¶ Aſpaſius Rauēnas Demetriani filius et auditor Pauſanię, profeſſus eſt Romę ſub Alexandro Mameæ. Scripſit diuerſas oratiōes cōtra Ariſtonē et maledicos. Alia ſophiſtarū nomina ſunt Auſoni⁹ quidā, Bemarchus Cęſarienſis, qui ſcripſit res geſtas Cōſtātini principis libris decē. Chreſt⁹ Bizāti⁹, q̄ q̄uis eſſet dedit⁹ vino, cęteris tn̄ i reb⁹ erat cōtinēs. Damophil⁹ qui ſcripſit ad Lolliū maximū de vita priſcorū. Damian⁹ Epheſi⁹. Dias Epheſi⁹ qui floruit ętate Philippi Macedonis. Dion Pruſię⁹ Traiano familiaris, qui ſcripſit pro Homero contra Platonē libros 4. Itē de virtutibus Alexandri magni libros decē, & laudē Herculis. Eceboli⁹ Cōſtantinopolitan⁹/ Epiphani⁹ Petrę⁹ qui ſcripſit prę exercitationes/ & declamationes i genere demōſtratiuo. Heraclides Lycius, qui Smynæ docuit. Hermocrates Phocenſis, qui floruit principante Se-

uero

uero,Hermogenes.Euodianus Smyrnęus Aristotelis discipulus, qui professus est Romę,Eustephi⁹ Aphrodiseus,qui scripsit declamationes.Eustochius Cappadox qui scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ,aliarumq; gētium antiquitate. ¶Gorgias Leontinus artis sophisticę parens. Hippodrom⁹ Lariſſęus,qui Athenis docuit.Iseus assyrius,qui adolescentiam variis corporis voluptatib⁹ tradidit. Iulianus Cappadox,ad quem dum Athenis profiteretur, gregatim omnes conuolabant.Libanius antiochenus floruit sub Iuliano pricipe.Athenis audiuit Diophātum philosophum.Exercuit se in declamationibus.Constantinopoli profect⁹ ibidē ludum aperuit.Vnde propter lasciuum ī pueros amorem pulsus/Nicomediā venit, indeq; eandem ob causam reiectus, in patriam reuersus est. Scripsit declamationes/progymnasmata/orationes/& epistolas.Lucianus Samosatenus floruit sub Traiano principe,primum Christianus,demum fidei desertor.Marcus Bizantius Iseī auditor.Menāder Laodiceus,qui scripsit commentarios in artem Hermogenis & præexercitamenta Minutiani.Minutianus Atheniēsis scripsit artem Rhetoricā/ prędexercitamenta/et diuersas orationes.Nicetes Smyrnę⁹,quem Adrianus Aegyptio Musæo ascripsit. Plutarchus Atheniēsis prędceptor Syriani.Polus Agrigentin⁹ auditor Gorgiæ scripsit eorum genealogiam & catalogum,qui ad bellum Troianum profecti sunt.Polemon Laodicęus equalis Herodis Attici.Priscus Panites magister epistolarum Theodosij iunioris.Scripsit historiam Cōstantinopolitanam & Athilę lib.8.Prędterea declamationes et epistolas.Procopi⁹ scriba & comes Iustiniani.Protagoras abderites discipul⁹ Democriti,cui⁹ meminit Gelli⁹.Phryni⁹ Bithynicus,qui scripsit de Atticis dictionibus.Ruffus Corinthius.Sabin⁹,qui floruit sub Adriano.Scopelianus Clazomenius Herodis Attici præceptor.Sopater Iamblici discipulus/Constantini magni consiliarius.Theon Sidonius.Theodorus/ qui Herodis Attici tempore,præfuit Athenienſium scholæ.Thrasimachus Carthaginensis Isocratis discipulus.Varus Persa.Zenodotus docuit Romæ sub Adriano.Scripsit epitomen prouerbiorum Didymi & genethliacum in Adrianum. Præterea conuertit in græcum sermonem historiam Saluſtij.Philagrus Cilix patria, auditor Lolliani,fuit sophistarum vehementissimus, maxime iracundus.

¶Populorum diuersi mores,& ritus varij.

¶Agathyrsi populi Scythis vicini abūdāt auro.Capillos habēt cęruleos,quos vna cū toto corpore diuersis coloribus⁹ inficiūt.Virg.lib.4.Aen.Cretesq;/Dryopesq; fremūt/pictiq; Agathyrsi.Mantuan⁹ in Apolonia. Vsq; Melāchlenos/vsq; ad pictos Agathyrsos.In commune cum mulieribus coeunt. Nihil liuoris aut odij mutuo exercent. ¶Aborigenes antiquissimi Italiæ populi vagi erant & sine laribus. ¶Alani Scythię populi carne vescūtur,nec panē māducāt.Sēp sūt pugnaces.Vnde Luca.lib.8.Et seqrer duros ęterni Martis Alanos.Patiētissimi sūt laboris, nā cē tū millia cursu cōtinuo interdū conficiūt. ¶Amazones Scythicę mulieres dextras māmas nascētib⁹ fœminis iurebāt,nē ferēdis armis esset īpedimēto.Masculi sexus liberos iterficiebāt.Impabāt sine viris.Vescebātur lacertis & testudinib⁹. ¶Ambrones Gallię populi quū subita maris iundatiōe sedes suas amisissent,animū rapinis adiecerūt & latrocinijs.¶Androgynę populi sūt ī Africa vtriusq; naturę,vicib⁹ iter se coeūtes.His dextera māma virilis ē/lęua muliebris. ¶Antropophagi Scythię populi humana carne vescūt.Bibūt ossib⁹ humanoꝝ capitum. ¶Areopagitæ Atheniēsiū magistrat⁹ iudicabāt ī tēplo Martis de cęde & de statu Reip. prouidebāt/idq; sub dio. ¶Arimaspi Scythię populi vnū habēt ī frōte oculū, vnde & nomē traxerunt.Nam arima Scytharum lingua vnum signat/Spu vero oculum.

¶ Arymphęi populi ſunt prope Riphęos montes iuſticiæ & æquitatis obſeruantiſſimi/ & mira tranquillitate inter ſe degentes. Sedes illi nemora/ alimenta baccæ/ Capillus iuxta fœminis viriſq; in probro exiſtimatur. Ab ipſo natali dicuntur eſſe calui, ſimiſq; naribus. et ingenti mento. Studioſi non ſunt rei pecuariæ. Sub arbore quiſq; cubitat. His nemo mortalium iniuriam facit. Sacri enī dicuntur eſſe, nihiq; armorum poſſident, Cōtrouerſias finitimorum dirimunt. ¶ Aegyptij diuinarū rerū peritiſſimi fuerunt, vnde Macrobius Aegyptum vocat artiū matrem. Ab Aegyptijs Greci diſciplinas omnes mutuati ſunt. Diem obſeruabāt a media nocte in aliam, Hominum ſunt antiquiſſimi. Olim gaudebant vnguētis. Eorum mulieres ſeptenos quandoq; vno edebant partu. Serunt omni menſe, vbicunq; imbres ęſtiui non ſunt. Apud eos aliqui ſingula annorum millia vixiſſe produntur, ſed hoc intelligendum eſt de annis menſtruis, qui terminātur luſtę ſenio. Cępas & allium inter deos habēt, Apim bouem colūt pro numine, & quędam animalia, vt canem/ felem/ accipitrem/ Ibin/ lepidotum & oxyrinchum piſces. Crocodilum etiam venerātur, quem mortuum in vrnis ſepeliunt. Crocodili adipe ęgrotos vngunt. Braſſicam non edunt. Inuentores fuerunt picturę. Mortuorum aſſeruant cadauera/ vnguentis fœtorem impedientibus referta. Solertes fuerunt in reperiendis artibus/ et in agnitione rerum in daganda ſagaces. Furta omnia impune permittunt. Ventrem mortuorum eximūt, vt omnium peccatorum cauſam. Fl. Vopiſc⁹ ſcribit Aegyptios eſſe verſificatores/ epigrammatarios, & ad cantilenas publicas propenſos. Primi omnium Solem & Lunam deos putauerunt, Solem Oſirim/ Lunam Iſim nuncupantes. Idem ait Aegyptios eſſe ventoſos/ furibundos, iactantes/ iniurioſos/ & auidos rerum nouarum. Imperator Adrianus ad Seruianum conſulem ſcribens dixit homines eſſe ſeditioſiſſimos/ vaniſſimos/ & iniurioſiſſimos. Et Q. Curtius eos infamat vt gentem vanam/ nouandis q̄ gerendis rebus aptiorē. Antiquitus frequentiſſime ea obibant munia, quę nunc geruli, et vectādis corpore oneribus quęſtum faciebant. Vnde Ariſtophanes apud Cęlium. Currus impoſuit duos/ ac mortuos totidem, quos nec Agyptij q̄dem tollerent centum. Hinc adagium. Aegypti⁹ laterifer. Erant & admirabiles in nectendis machinis, procliues in vinum, cuius quum eſſent inopes, excogitauerunt potionem ex hordeo. Viginti millia vrbium habitauerunt regnante Amaſi. Frequētiſſime afficiuntur Elephantiaſi morbo propter calores & ęſtum. Sale abſtinent, nec panibus veſcuntur ſale conditis. Marcellinus vocat Aegyptios genus hominum cōtrouerſum, et aſſuetudine perplexius litigandi ſemper lętiſſimum. Subfuſci ſunt, atrati/ gracilenti/ aridi/ ad ſingulos motus excandeſcentes/ controuerſi & repoſcones acerrimi. Olim apud eos mulieres cauponabantur, et inſtitoria obibant munia. Viri intra domorum parietes texebant, et operabantur muliebriter. Domi vētrem exonerant, in publico vero veſcuntur, dicentes ea quę ſunt turpia, in occulto fieri debere, quę honeſta/ in propatulo. Mulier neq; dei, neq; deę vlla ſacerdos eſt, ſed viri deorum omnium & dearum. Sacerdotes derāſi ſunt in funeribus. Omnes capillos nutriunt, barbam tamen tondent. Veſcuntur cum feris, alij frumēto/ alij hordeo. Viri binas veſtes habent, fœminæ ſingulas. Potant in poculis ęneis, quæ ſingulis diebus purgant. Linea ſemper ferunt veſtimenta. Virilia circuncidunt mundicię gratia. Sacerdotes lauantur quotidie, frigida interdiu ter/ noctu bis. Fabas neq; ferunt, neq; alibi natas comedunt. Robuſta habent capita. Salubri ſunt corpore aeris beneficio, qui nunq̄ mutatur. Pane veſcuntur, quem ex farre conficiunt. Victitant piſcib⁹ partim crudis ſole arefactis, partim ſalſugine conditis. Cothurnicibus item/ anatib⁹ & quibuſdam alijs auiculis. Minores maioribus natu cedunt, ac in via deflectūt/ venientibusq;

nientibuſq; aſſurgunt e ſedili. Anni ratione primi excogitarunt, deinde in portiones duodecim, quę de lunę ſenio mẽſes nuncupantur, diſtribuerunt. Primi aras excitarunt, conflauerunt ſimulachra, et templa conſtruxerunt. Olim veſcebantur herbis, paluſtriq; caule, quem Agroſim vocant. Onera capitibus geſtare virorum eſt, humeris fœminarum. Fœminę ſtantes vrinam egerunt, viri ſedentes. Maribus nulla neceſſitas alendi parentes, filiabus ſumma. Literas habẽt bifarias, ſacras/& populares. In deorum cultum magno feruntur ſtudio. Sacerdotes amiculis vtuntur lineis/ calceis papyraceis. Suillum pecus deteſtantur adeo, vt ſi quis porcum attigerit. cum indumẽtis omnibus in flumine abluatur. Propterea ſubulcis interdicitur templis omnibus. Laneas veſtes intuliſſe templo, profanum. Scelus item/ inuolutum eis cadauer condidiſſe. Decedente aliquo/ muliebris familia caput & vultum ſibi deformat luto, excurrit deinde per vrbem, ac plangit. Viri ſe conuerberant nudatis pectoribus. Muliebre cadauer diutius domi aſſeruatur, ne venerea fœditate a Salinarijs, quibus incumbit ſepultura, inquinetur. Apud eos Amaſis regis edicto cogebatur quotannis vnuſquiſq; deſtinato magiſtratui ratiocinari, quo ſe foueret artificio. Quod ſi quis non faceret, pœna erat illi extremum ſupplicium. Proripientes ſe e lectulis ſolebant ſuffire corpus reſina, vt aerem expurgarent diſgregatione. ¶ Andabatæ populi clauſis pugnãt oculis. ¶ Atlantes degeneres ſunt humani ritus/ neq; vllorum nominum appellationem habent. Solem orientem / occidẽtemq; dira imprecatione contuentur, vt exitialem ſuis agris. Neq; inſomnia viſunt, qualia cęteri mortales. Nulla veſcuntur animante. ¶ Arabes mitrati degũt/ aut intonſo crine. Barbã abradunt prętercq; in ſuperiore labro. Duas habent æſtates, ac totidem hyemes, ſolſtitia 4. qui ſunt inter equinoctialem & tropicum Cancri. Sagittas inficiunt veneno. Fratres filios honore anteeunt, quia maiores natu. Conſanguinei omnia habent communia. Maximus tamen ætate in omni re prędecedit cæteros. Communis item vxor, immo vero vna omnibus. Ingreſſurus ad eam baculum ante fores deponit. Omnes ei baculum geſtant. Eo viſo reliqui cõgreſſu parcũt. Illa tamen noctes agit cum ſeniore. Matri coire nõ cẽſetur ipiũ. Cõgreſſus cũ alteri⁹ ſãguinis fœmina cẽſetur adulterium, quod morte plectitur. In prędia inimicorum lapides aggerant/ quo ſignificãt interituros mala morte, qui ea coluerint, inſidijs eorum, qui lapides poſuerunt. Abũdant balſamo. Pręter cæteros mortales fidem ſeruant inuiolatam. Dionyſium & Vraniam ſolos deorum eſſe arbitrantur. Quiſq; permanet in patrio inſtituto.

¶ Agriophagi veſcuntur leonum & pantherarum carnibus. ¶ Arthabatitæ inſtar ferarum quadrupedum ſunt vagi. ¶ Aſtomi Indiæ populi ſunt ſine ore/ corpore toto hirti. Veſcuntur frondium lanugine. Halitu tantum viuunt in odore/ quem naribus trahunt. Nullus illis cibus, nullus potus. Tantum radicum florumq; varios habent odores & ſylueſtrium malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus. Grauiore paulo odore non difficulter exanimantur. ¶ Agrigẽtini impẽdio & ſumptu magnifico menſas parabant & cõuiuia. Propterea Plato dicebat eos ædificare, ac ſi victuri perpetuo forẽt, itemq; conuiuari, velut ſemper morituri. Vtebãtur lechytis & xiſtris argenteis, habebantq; lectícas totas ex ebore. ¶ Aethiopes Heſperij ſolebant crines in nodum complicare. Martialis. Atq; aliter tortis crinib⁹ Aethiopes. Aethiopes ipſi omnium ſunt nationum ſerui. Viuunt ſine inſtitutis & legibus. Finitimorum præda ſunt & cæterorum mancipia. Parentes ipſi liberos vendunt mercatoribus, & frumẽto mutant. Olim nulla in re vtebantur auro, cq; pœnalibus catenis. Qui ſunt ab ortu ſolis/ promiſſos habent crines, qui ex Africa/ criſpiſſimos. ¶ Axones accolæ Axonis fluuij in finibus Remorum longis vtebant haſtis.

Lucanus lib. 1. Longiſq; leues Axones in armis. ¶ Aruerni olim gloriabãtur ſe oriũ dos a Troianis/ac propterea dici volebant Romanorum fratres. Lucan⁹ lib. 1. Aruerniq; auſi Latios ſe fingere fratres/Sanguine ab Iliaco populi. ¶ Aquileienſes tãta fide contra Maximinum pro ſenatu fuerunt, vt funes de mulierum capillis necterent, quibus ſagittas excuterent penuria neruorum. ¶ Athenienſes crudeliſſime ſæuiebant in eos, qui a ſua ditione defecerant, adeo vt decreto iuſſerint manuũ dextrarum pollices abſcindi Aeginetis, q̃ rebellaſſent, ne amplius haſtam ferre poſſẽt, aut remis inter nauigandum vti. Mitylenęos vero eandam ob cauſam cum puberibus iugulari ſtatuerunt, & Samiorum frontes ſi corriperentur/inuri ſtigmate. Apud eoſdem tãta fuit ſepulchorum cura, vt peremptos bello ſi quis dux honeſtare ſepulchro neglexiſſet, capite plecteretur. Nefas non putabant ſororem in matrimonium capere. Lanificium/oleum/vini vſum/ſerendiq; frumenta docuerũt. Pueros ſtatim ab initio erudiebant, vt nandi vſum propter bella naualia & literas condiſcerent. Laborarunt tamen auariciæ nota adeo, vt prouerbium fluxerit. Atticus moriens porrigit manum. Fuerunt et impudentiſſimi. Vnde Atticus aſpectus dedit etiã prouerbio locum. Inſuper adulatores maximi. Publicis conſilijs diuinos quoſdam ſacerdotes adhibebant. Lubrici erant tum ad iram tum ad miſericordiam. Suſpiciones arripiebant celeriter. Laudantibns arridebant, ad opem humillimo cuiq; ferendam erant promptiſſimi. Si quem mortuum reperiſſent in via, ſepeliebant. Nunq̃ ĩmolabant bouem, cuius opera in curru aut aratro fuerant vſi. Nulla prius puella tradebatur viro, q̃ ſacra Dianæ obijſſet. Capillorum cincinnis aureas addebant cicadas. ¶ Arij Germaniæ populi habebant nigra ſcuta/tincta corpora. Nigras ad prelia noctes legebant, ipſaq; formidine atq; vmbra feralis exercitus terrorem inferebant, nullo hoſtium ſuſtinente nouum ac veluti infernum aſpectum. ¶ Albani curam mortuorum agere nefas arbitrantur. Corpore ſunt pręgrandi/nec iuenuſto, ingenio minime fucato aut ſubdolo. Vltra centum numerando non progrediuntur. Pondera/menſuras/modum ciuilitatis & agricolationis non norunt. Linguarum apud eos varietates ſex & viginti. Deos habent Solem/Iouem/Lunam. Sacerdos Lunæ primas habet poſt regem. Sacris pręeſt ſeruis & ſacræ religioni. Seruorum plæriq; numinis afflatu vaticinantur. Præcipuum ex his ſacerdos annuis epulis ſaginat, mox ad ĩmolationem producit. Admotus aræ ſeipſum gladio confodit. Plurimus ſenectuti habetur honos. Precioſa cum mortuis infodiunt, licet meminiſſe mortuorum habeãt ſceleris loco. ¶ Apud Armenios rubentes quandoq; viſuntur niues, q̃ loca illa ſcateant minio. Perſicis dijs immolant/et Anaitidem colunt, eiuſq; miniſterio nobilitate pręſtantes dedicant filias, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data mox tradũtur viris velut auguſtiores factę. Arcubus clarent Armenij. Vnde Stati⁹ lib. 1. Syl. Arcuq; horrenda fugaci Armenia. ¶ Auſes populi Africæ capronas e frõte demiſiſſe gaudent. Virgines quotannis in honorem Mineruæ certamen edũt. Arma ſũt lapides & fuſtes. Si qua ex ictu deceſſerit, falſa cenſetur virgo. Quæ omnium præſtãtiſſime depręliata eſt, a cæteris/armis decorata ſubuehitur curru per ambitum Tritonidis paludis. Promiſcu⁹ illis cum muliere cõgreſſus. ¶ Afri paſtores quadrimis filijs verticis venas adhibita lana ſuccida inurebãt compeſcẽdis e capite fluctionibus. Propterea inter omnes proſpera vtũtur valetudine. Afræ mulieres ſuper veſtem nudas geſtant caprarum pelles fimbriatas & rubrica litas. In Sica Africę ciuitate matronæ corpore proſtituto ex paſſiuo concubitu dotem ſibi quærunt ex patria cõſuetudine. ¶ Abydenis mos fuit ſi quem ciuem aut hoſpitem conuiuio excipe-
rent, vt poſt vnguentum & coronas infantes a nutricibus inducerentur/circunferrẽ-
turq;

turq; ſuauiandi. ¶Arcades ſuis titulis ſuoq; auſpicio nullum hoſtem vnq̃ ſuperarũt, verũaliis ſuppetias ferebãt perſepe. Eoꝝ vetuſtiſſima eſt origo adeo, vt glorientur ſe priores fuiſſe luna. Seneca i Hippolyto. Aut te ſtellifero deſpiciẽs polo Sydus poſt veteres Arcadas editum. Colebant Pana deum pecoris. Ouid. lib. 2. Faſt. Pana deũ pecoris veteres coluiſſe ferũt Arcades/ Arcadiis plurimꝰ ille iugis. ¶Solebãt Aſſyrij ægrotos inviis proponere & exquirere a prætereuntibus, ſcirent ne remedium aliquod morbi. Coma vtebantur non admodum magna. Defunctos melle condibant & cæra. Clypeos geſtabant & pugiones. Clauas item ligneas ferro inductas ac lineos thoraces. Deũ quem ſummum habent, Adad vocant, deam vero/ Adargatim. ¶Apud Atrios populos qui vel minima furantur, lapidibus obruuntur. ¶Alexandrini fallaces fuerunt, alia ſemper cogitantes/ alia ſimulantes. ¶Adrimachidæ virgines nupturas exhibent ſuo regi, qui pulchriorẽ & gratiorem ſibi deuirginat. ¶Aſbytæ populi Lybiæ quadrigis vehuntur. ¶Biſaltæ Scythiæ populi nutriuntur equorum ſanguine permixto lacte, vt docet Virgi. lib. 3. Geor. ¶Bathylli populi madent vnguentis Authore Plynio. ¶Boriſthenidæ Scythiæ populi perpetuo frigore torquẽtur. De his Properti⁹. Gloria ad hibernos lata Boriſthenidas. ¶Britanni antiquitus omnes ſe inficiebant glaſto. Eſt autem Glaſtum herba ſimilis plantagini. Propertius. Nunc etiam infectos demens imitare Britannos, Ludis & externo tincta nitore caput. Martialis. Barbara de pictis veni Baſcauda Britãnis. Erant olim capillis promiſſis, inhumani ſuis hoſpitibus. Horatius. Viſam Britãnos hoſpitibus feros. Nullam autem aliam ob cauſam ſe inficiebant, q̃ vt ea ratione horridiores viderentur hoſtibus. Apud eos fratres cum fratribus, & cum liberis parentes/ vxores olim habebant communes. Præter vim & audaciam nullũ habebant ad prælia adiumẽtum. ¶Burgundiones dicti ſunt, qꝺ olim vicos habitarẽt, qui eorum lingua Burgi vocantur. ¶Belgæ optime regebant currus cameratos. Lucanus. Et docilis rector monſtrati Belga Couini. Cæſar in commentariis ait Belgas eſſe Gallorum fortiſſimos, qꝺ ad eos minime commeent mercatores, qui comportent/ quæ ad mollitiem & effœminandos animos pertinẽt. ¶Bactriani horridis sũt ingeniis & a Perſarum luxu abhorrentibus/ authore Curtio. Senio vel morbo cõfectos canibus deuorandos obiiciunt ad hoc de induſtria enutritis, quos ſepulchrales vocãt. Mille quõdã vrbes habitarunt. Apud eos qui pauca furãt, ſputis dehoneſtari ſolẽt. Bellicoſi ſunt & potentiſſimi. ¶Babyloniorum mores corruptiſſimi fuerũt & ad irritãdas voluptates aptiſſimi. Liberos & coniuges cum hoſpitibus ſtupro coire (modo preciũ flagicij daretur) parentes maritiq; permittebant. In vinum & ebrietatem maxime erant effuſi. Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtꝰ erat habitus, deinde ſumma quęq; amicula auferebant profanato pudore. Ad vltimum opus ima corporum velamenta proijciebant, non meretrices tantum, ſed matronę & viri, apud quos comitas habet vulgati corpis vilitas, authore Curtio. Duabꝰ vtuntur tunicis, vna linea aſq; ad pedes demiſſa, altera ſuper hanc lanea. Capita mitris velant/ vnguentis toto corpore delibuti. Annulum ſignatorium ſinguli geſtant. Vbi virgines factæ ſunt nubiles, omnes vnum in locum congregant, eaſq; circunſiſtente virorum frequentia præco ſigillatim vendit ſecundum ordinẽ formæ & pulchritudinis. Medicis non vtuntur. Sepulchra eiſdem ſunt in melle. Vbi vir & maritus coiuerunt. ſub diluculũ abluuntur ambo, nec vllum vas prius attingũt, q̃ ſe aqua perfuderint. Author Herodotus. ¶Bithyni conſcendebant montium cacumina, ibiq; Iouem cõſalutabant. ¶Bœotij rudes fuerunt & agreſtes, maleq; audierũt ſtolliditatis noie, Horatiꝰ. Bœotum i craſſo iurares aere natum. Plutarchꝰ ſcribit Bœo-

tos ab Atticis fuiſſe notatos tanq̃ brutos/ſtupidos/& pingues propter edacitatem. ¶Brachmanes Indorum ſapientes dicebant præſentem vitam eſſe veluti conceptū vitalem. Mortem vero egreſſum ad veram vitam. Item mundum habere tempus initiale, tendereq; ad interitum. Deum vniuerſorum opificem per cuncta meare. In philoſophiæ communionē vxores non admittebant. Abſtinebant ab omni carnis cibo. Subdiales agebant & veritatem præcipue amplexabantur. Lineis vtebantur amiculis. ¶Bizantij notati ſunt a Græcis vt acolaſti & itemperantes, q̃ in venerem & vinum ferrentur præcipites, plurimum enim verſabantur in caupona. ¶Berbicæ certam ætatis metam tranſgreſſos perimunt, viros immolantes, mulieribus præfocatis. ¶Ferunt Brutios paſtores pecudibus equabuſq; miſceri ſolitos. ¶Budini populi Scythiæ pediculos eſitant. Cęſiis ſunt oculis. Rei pecuariæ dāt operam. Libero patri agūt trieterica & bacchanalia. ¶Barcęę mulieres guſtu vaccinæ et ſuillæ carnis abſtinent. ¶Cimmerij populi perpetua caligant obſcuritate. Homer⁹ apud Eraſmum. Illic ſunt populiq; & mœnia Cimmeriorum/Nubibus & cæca aſſidue caligine tecta. Illos haud vnq̃ radijs ſol aſpicit ardens, Nec quando aſtriferum curru petit arduus axem, Nec rurſum ad terras magno deuectus olympo, Sed nox incumbit miſeris mortalib⁹ atra. Ouidi⁹ fīgit domū ſomni eſſe i hac regione, vbi ait. Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu Mons cauus, ignaui domus & penetralia ſomni, Quo nunq̃ radijs oriens mediuſ ve/cadenſ ve Phœbus adire poteſt, nebulæ caligine mixtæ Exhalantur humo/dubiæq; crepuſcula lucis. De his Tibullus lib. 4. Cimmerion etiam obſcuras acceſſit ad oras, Quis nunq̃ candete dies apparuit ortu, Seu ſupra terras Phœbus, ſeu curreret ifra. ¶Chalybes habitāt iuxta Paphlagoniā in Ponto. Optimo abundant metallo. De his Val. Flac. lib. 4. Argon. Non ita ſit metuenda tibi ſæuiſſima q̃q̃ Gens Chalybum/duris patiens cui cultus in aruis, Et tonat afflicta ſemper domus ignea maſſa. Idem lib. 5. Nocte ſub extrema clauſis tel luris abantris Peruigil auditur Chalybum labor. ¶Caſyri idorum ad Scythas verſi/humanis corporibus veſcuntur. ¶Campani in Italia ſemper ſuperbi fuerunt bonitate agrorum & fructuum, et vrbis pulchritudine. ¶Candei ſeu Ophiophagi veſcuntur ſerpentibus/quarum fertiliſſima eſt eorum regio. ¶Cyclopes et Leſtrigones humana carne olim veſcebantur. ¶Choromandæ ſunt ſine voce/ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. ¶Cirni qui Corſicam īcolunt, viuunt annis centenis quadragenis. ¶In Calingis Indię gente quinquennes cōcipiunt fœminæ. Octauum vitæ annum non excedunt. ¶Colophonij & Caſtabalenſes proter bella cohortes canum habuere, quæ primæ dimicabant in acie nunq̃ detrectantes. ¶Cauci ſeptentrionales populi altos habitant tumulos & caſas nauigijs ſimiles, aquibus quum recedit mare, fugiētes cum aquis piſces circa tuguria venantur. Nullas habent pecudes/neq; aluntur lacte, vt finitimi. Vlua et paluſtri iunco funes nectunt ad prętexenda piſcibus rhetia. Captum manibus lutum ventis magis q̃ ſole ſiccant. Potus non niſi imbre ſeruato ſcrobibus in veſtibulo dom⁹. ¶Chelenophagi Carmaniæ populi non alia q̃ teſtudinum carne viuūt. ¶Cimbrorum mulieres amicos ſuos et affinitate ſibi coniunctos ſolebant interfícere, quos videbant i bello turpi fuga ſalutem ſibi quærere. Author Plutarchus. ¶Cyrenæi eo deliciarū prouecti ſunt, vt legum conditorem habere Platonem concupiuerint. Qui tamen illorum admiratus ignauiam, indignos duxit, quibus obſequeretur. ¶Carthaginenſes humanas hoſtias immolabant Herculi. Fraudulenti erant & mendaces, non genere ſed natura loci. Non ſolum optimos/ſed & ditiſſimos cenſebant magiſtratib⁹ admouendos. Impoſſibile enim putabant eum qui egeſtate premeretur, recte et incorrupte

corrupte magiſtratum gerere poſſe. ¶Cretenſes ingrediebantur prælia prę cinente tibicine. Author Gellius. Apud eos erant ſapientes quos prophetas vocabant, qui non tantum abſtinebant carnibus, ſed & coctis omnino cibis. Apud eoſdē lata quoq; lege paſſim permittebatur venus maſcula, amplexabanturq; pueriles amores vſq; ad ſtuporem. Nauigandi peritia/ maritimarumq; rerum vſu principatum olim tenuerunt. Hinc natum adagium, quod per ironiam dici ſolet. Cretenſis neſcit pelagus. Maſculis amoribus intantum flagrabant, vt adamatos vi corriperent. Amorem cōciliabāt non tam forma q̄ roboris præſtantia. Infamati ſunt improbitate/ perfidia/ mendacio/ & ignauia. Liberæ conditionis pueri leges mandabant memoriæ, mox deorum hymnis animum adiiciebant. ¶Cilices hircos habent villo tōſili, vnde veſtes conficiunt, quas cilicia & cilicina dicimus. Martialis lib. 7. Qualem forpicibus mittit ſupinis Tonſor Cinyphio Cilix marito. Infames fuerunt immanitatis & crudelitatis nomine, ob aſſiduas hoſpitum deprædationes & pyraticam, quam exercebant. ¶Cares populi mercede cœperunt militare, ac proinde vt viliores paſſim infamati ſunt. Hinc adagium. Homunculus ex Caria. Canem dijs immolabāt. Vnde & Carica victima tranſiit in prouerbium de vili munuſculo. ¶Caſpii parētes inclusos fame necant, quum annum 70. ætatis exceſſerunt. Si quem autem aduolantes aues vnguibus ac roſtris cōcerpſerint, felicitatis argumentum ſuſpicantur. Si a feris aut canibus cōuellatur, non ita. Q̄ ſi a nullo attingatur, deflent perinde ac infeliciſſimum. ¶Coi Iunoni ſacrificantes ſeruos a conuiuio reijciebant, vt ſacrificarent liberius. ¶Curetes inſtar mollium puellarum comam fouebāt, nec ſuccidebāt. ¶Chalcidenſes ardebant nefanda puerorum libine. Laborabant etiā auaricię nota. ¶Chaldęi vice numinis colebāt ignem. ¶Calleci erant ſine deo & numine. Mulieres monilia geſtabant ferrea, comamq; circunnectebant galericulo atri coloris ſuperiecto. ¶Cātabricę mulieres oppreſſę bello, filios legūtur interfeciſſe, ne i hoſtiles man⁹ venirent. Opere ruſtico ſumptum ſuum exercebant. Puerperæ viris ipſarum vice decumbentibus adminiſtrabant. Editum infantem flumīnis abluebant ripis. Ferunt etiam Cantabros olim iuris hoſtium factos et patibulo affixos in tāta ſupplicij diritate, nihilominus perinde ac geſtantes Pęana ceciniſſe. Eiuſdem quoq; gentis illud erat, vt viri vxoribus numerarent dotem, filiaſq; ex aſſe hæredes cōſtituerēt. ¶Carmanis fuit peculiare, vt percuſſa faciei vena profluentem inde cruorem vino permiſcerent, propinarentq;, amicitię finem ſtatuentes ſāguinem guſtaſſe mutuum. Mox vero vnguentis caput collinere/ repercutiēdis vini exhalationib⁹. Apud eoſdē nemini licebat vxorem ducere, niſi prius caput occiſi hoſtis ad regem detuliſſet. Rex autē interfectorum caluarias in regia locabat. Linguas vero faucib⁹ exertas et minutatim conciſas/ paneq; permixtas illis porrigebat deguſtandas, qui attuliſſent. ¶Chij calētes mero quum Spartam veniſſent, ita ſentq; ad curiam Ephororū, in curulib⁹ magiſtratuum cellis, vētris onera per ſummam fœditatem deiecerunt. Hinc natum adagium. Chius omnia percacans. ¶Cercyræis populis quoniam crebris ſeditionibus agitabātur moris erat geſtare flagra ingētia anſis eburneis exornata. ¶Crotoniatæ erant egregij athletæ adeo vt in paleſtra victoriam ſæpenumero reportarēt. ¶Cercopes populi fuerunt in Epheſo notæ fraudulentiæ, qui conati ſunt ipſi etiam Ioui impōnere. Hinc adagium. Cercopum cœtus, de improborum cōuentu. ¶Calabri quum pyris abundent, conſueuerunt ea hoſpitibus affatim apponere, deinde ſaturos bellariorum vice domum auferre iubent, Horatio teſte. ¶Apud Creſtones populos ſinguli plures habent vxores. Quum autem vir aliquis moritur, tunc oritur magna diſceptatio inter fœminas, quænam illum charius adamaret viuentem. Id vbi

compertum eſt, quæ beniuolentiæ & amoris palmam meruit, admortui tumulū ducitur exornata, ibiq; a propīquis mactatur & humatur cum viro. ¶ Ciſij populi vicini Perſis propileis mitram ferunt. ¶ Cyziceni notati ſunt timidatis & mollicie. ¶ Cadurci populi Galliæ in tomentis culcitrarum ex ſuo lino palmam obtinuerūt. ¶ Apud Dacos & Sarmatas ipſi etiam mares corpora ſua ſuccis herbarum linunt. ¶ Derbices delicta omnia etiam minima vltimo digna ſupplicio cenſent. Tellurem deam agnoſcunt. Rebus diuinis nullam adhibent fœminam, ſed nec in mēſā admittunt. Septuagenario grandiores iugulāt aduocato ad epulas proximo quoq;. Vetularum carnibus non veſcuntur, ſed præfocatas modo condunt. Si cui fatalis dies aduenerit ante metam præſtitutam, ſepeliunt. ¶ Dardanei ſub Illyride populi ter tantum in vita balneis operam dabāt. ¶ Apud Danos fœminæ plęręq; formam ſuam in virilem habitum commutantes militiam adibant, omneſq; peroſæ delicias corp⁹ & animum patientia ac labore ſolebant durare, totamq; fœmineæ leuitatis mollicię abdicantes/ virilem exercere ſæuitiam. Bella pro baſiis intentabant, manus telorum non telarum obſequijs exhibebant. Author Saxo Grammaticus. ¶ Eſſedones Scytharum Aſiaticorum populi ſolent parentum funera cantu proſequi, & conuocatis vicinis cadauera ipſa aliis carnibus admixtis abſumere, & ex oſſibus capitum confi cere ſibi pocula. Apud eos quoties pater alicui deceſſit, omnes eius propinqui pecora adducunt, conciduntq;, & mortuum aliis commixtum carnib⁹ ei exhibent, a quo inuitati ſunt ad conuiuium. Caput tamen defuncti denudatū/ purgatumq; inaurant, eoq; pro ſimulachro vtuntur, et quotannis cerimonias eidem faciunt. Iuſticiam obſeruant diligentiſſime. Vxores ęque fortes ſunt ac viri. ¶ Eſſei Iudæorū populi abſtinebant vino, carnibus & vxoribus. Ieiuniis ita aſſueuerunt, vt ipſa i naturam verterint. Apud eos proprium nemo aliquid poſſidet. Omnibus in medio poſitis communiter vtuntur. Habitant ſimul et conueniunt quaſi ſodales. Quumq; pro communi vtilitate faciant omnia, alia aliorum negocia ſunt, quæ certatim peragunt/ non frigus/ non calorem/ non aliquam mutationem aeris formidantes. Quum a laboribus mercedem ceperunt, apud quæſtorem deponūt. Is omnia diligenter procurat, quibus egent. Plęriq; ex his nullas ciuitates colunt, neq; ſeruos habent, quādo omnes velut mater eadem genuit natura. Triplici regula vitam tranſigunt/ amore in deum ardentiſſimo, virtutis cultu diligentiſſimo, charitate ī proximū feruētiſſima. ¶ Apud Epizephyrios Locros ſi quis ſalutis cauſa vinum hauſiſſet largius medico non imperante, morte expiabatur libera illa compotatio, perinde ac grande aliquod ſcelus. ¶ Apud Eleuſinios capitale erat quicq̄ ex myſteriis in vulgus efferre, cuiuſmodi erant apud Ro. ſacra bonæ deę. ¶ Epheſij habebant notulas quaſdam et voces magicas, quibus vtentes in omni negocio victores euadebant. Hinc adagiū. Epheſijs vti literis. ¶ Faneſij populi in oceano ſeptentrionali tam grandes habent aures, vt iis nuda integāt corpora. ¶ Fennis Germaniæ populis mira erat feritas et fœda pauertas. Non arma/ non equi/ non penates. Victus herba/ veſtit⁹ pellis/ cubile hum⁹. Sola in ſagittis ſpes, quas inopia ferri oſſibus aſperabant. Idem venatus viros pariter ac fœminas alebat. Paſſim enim comitabantur/ partemq; prędę petebant. Viuebant in ſyluis, quod beatius arbitrabantur, q̄ ingemere agris, illaborare domib⁹. Author Cor. Tacitus. ¶ Geloni Scythię populi ſolebant ſe pingere. Virg. lib. 2. Geor. Eoaſq; domos Arabum/ pictoſq; Gelonos. Claudianus. Membraq; qui ferro gaudet pixiſſe Gelonus. Sanguinem equinum bibebant cum lacte. Idem Virg. Biſaltę quo more ſolent/ acerq; Gelonus, Quum fugit in Rhodopen/ atq; in deſerta Getarum, Et lac concretum cum ſanguine potat equino, Sidoni⁹. Aut ad paludicolas Sícambros

cambros/aut ad Caucaſigenas Alanos/aut ad Equimulgos Gelonos. Sũt præterea ſagittarij. Virg. lib. 8. Hinc lelegas/ Caraſq;/ ſagittiferoſq; Gelonos Finxerat. Multas ſinguli habent vxores. Val. Flac. lib. 7. Argon. Hei mihi vel ſæuo coniunx nõ vna Gelono. De hoſtium cutibus ſibi indumenta/ et equis tegmina conficiunt. Contenti viuunt ſuis finibus. Horatius lib. 2. Car. Intraq; preſcriptum Gelonos Exiguis equitare campis. ¶ Getæ nullos habent in agris limites, ſed fruges liberas & cõmunes. Horatius lib. 3. Car. Viuunt et rigidi Getæ, Immetata quibus iugera liberas Fruges & Cererem ferunt, Nec cultura placet longior annua. Gaudent ſagittis & pharetris. Ouid. lib. 5. Triſt. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. Integuntur ferarum pellibus. Idem Ouid. lib. 4. de Ponto. Hic mihi in Euxino bis tercia ducitur æſtas Littore/ pellitos inter agenda Getas. Bibunt & equinum ſanguinem permixto lacte. Sidonius. Solitoſq; cruentum Lac potare Getas/ & pocula tingere venis. Non veſcuntur carnibus. Solebant olim mortuis viris vxores interficere. Ouid. de Getis ſic ſcribit. In quibus eſt nemo, qui non Coryton & arcum/ Telaq; vipereo lurida fel legerat. Vox fera/ trux vultus/ veriſſima mortis imago, Non coma/ non vlla barba reſecta manu. Dextera nõ ſegnis fixo dare vulnera cultro. Quem vinctum lateri barbarus omnis habet. ¶ Garamantes matrimoniorum expertes paſſim cum fœminis degunt, nullas certas habent ſedes. Sub cilicijs ſemper agunt. Mulieres ſeruilia vbiq; miniſteria ſemper faciunt. ¶ Gamphaſantes nudi præliorumq; expertes nullí extero congregantur. Obuios quoſq; fugiunt ac reformidant. Habitant in parte Lybiæ. ¶ Germani fœminas quaſdam fatidicas tanq̃ deas habuerunt. Magnas olim ferebant lanceas & haſtas/ anguſto et breui ferro, quas frameas vocant. Hoc telo & ſcuto contenti erant equites. Pedites & miſſilia ſpargebant nudi aut ſagulo leues. Scuta lectiſſimis coloribus diſtinguebant. Corpora ſuorum etiam in dubijs prelijs referebant. Scutum reliquiſſe/ præcipuum erat flagicium. Reges ex nobilitate/ duces ex virtute ſumebant, Nec regib⁹ infinita erat ac libera poteſtas. Neq; animaduertere/ nec vincire/ nec verberare quenq̃ niſi ſacerdotibus licebat. Ad matres & coniuges ferebant vulnera. Nec illæ numerare/ nec exigere plagas pauebant. Cibos & hortamina ferebant pugnantibus, adeo vt memoriæ prodatur quaſdam acies inclinatas & iam labantes a fœminis reſtitutas conſtantia precum & obiectu pectorum. Nec earum conſilia aſpernabantur. Mercurium colebant, cui certis diebus humanis litabãt hoſtijs. Herculem et Martem conceſſis animalibus placabant. Lucos et nemora cõſecrabant, deorumq; appellabant nominibus. Auſpicia & ſortes obſeruabant maxime. Equorum quoq; præſagia et monitus experiebantur obſeruatis eorundem hinnitibus. Nec vlli auſpicio maior habebatur fides. De minoribus principes conſultabant, de maioribus omnes. ita tamen vt ea quorum penes plebem arbitrium erat, apud principes pertractarentur. Dierum numerum non computabant vt nos, ſed noctium. Silentium per ſacerdotes, quibus ius erat coercendi, imperabatur. Rex vel princeps dicturus audiebatur magis authoritate ſuadendi, q̃ iubendi poteſtate. Si diſplicebat ſententia, fremitu aſpernabantur. Si placebat, frameas concutiebãt. Erat diſtinctio pœnarum ex delicto. Proditores et tranſfugas arboribus ſuſpendebant, Ignauos et imbelles et corpore infames cœno ac palude/ iniecta inſuper crate mergebant. In leuioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumq; numero conuicti mulctabantur. Principes qui iura per pagos vicoſq; reddebant, nihil neq; publicę, neq; priuatę rei niſi armati agebant. Nemini tamen prius licebat arma capere, q̃ ciuitas probaſſet. Tunc autem principum aliquis, vel pater vel propinquus ſcuto frameaq; iuuenem ornabat. Hæc erat apud illos toga, hic primus iuuentę ho

nos. In acie turpe erat principi a ſuis virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non æquare. Infame vero & per omnem vitam probroſum ducebatur, ſi quis ſuperſtes diſceſſiſſet relicto principe. Princeps pugnabat pro victoria, comites pro principe. Si aliqua ciuitas longa pace aut ocio torpuiſſet, earum indigenæ adoleſcētes petebant vltro eas nationes, quæ bellum aliquod gererent, quia ingrata erat genti quies. Pigrum & iners putabant ſudore acquirere, quod potuiſſet parari ſanguine. Dū ceſſabant a bellis, non multum venatibus, plus per ocium tranſigebant dediti ſomno ciboq;. Fortiſſimus quiſq; fœminis ſenibuſq; & infirmiſſimo cuiq; rei domeſticæ curam delegabat ipſe quieſcens. Gaudebant finitimarum gentium donis. Nullas habitabant vrbes, nec patiebantur inter ſe iunctas ſedes. Colebant diſcreti ac diuerſi, vt fons/ vt campus, vt nemus placuerat. Vicos locabant non tamen connexis aut cohærentibus ædificijs. Suam quiſq; domum ſpacio circundabat, ſiue aduerſus caſus ignis remedium, ſiue inſcitia ædificandi. Apud illos nullus erat cementorum aut tegularum vſus. Materia ad omnia vtebantur informi & citra ſpeciem aut delectationem. Aperiebant & ſubterraneos ſpecus, quos multo fimo onerabant, ſuffugiū hyemi & receptaculum frugibus. Tegumen omnibus erat ſagum fibula vel ſpina conſertū. Locupletiſſimi veſte diſtinguebantur non fluitante, vt Sarmatæ & Parthi, ſed ſtricta & ſingulos artus exprimente. Gerebant et ferarum pelles. Nec alius fœminis q̄ viris erat habitus, niſi q; fœminæ ſæpius lineis amictibus velabantur, eoſq; purpura variabant, & partem veſtis ſuperioris in manicas non extendebant, nudæ brachia & lacertos. Contenti erant ſingulis vxorib⁹ exceptis paucis, qui nō libidine ſed ob nobilitatem multas ducebant. Dotem non vxor marito, ſed vxori maritus offerebat. Intererant parentes & munera probabāt, nō ad delicias muliebres queſita, nec quibus noua nupta comeretur, ſed boues/ ſcutum cum framea & gladio. In hęc munera vxor accipiebatur, atq; inuicem ipſa armorum aliquid viro afferebat. In ipſis auſpicijs matrimonij /nupta monebatur venire ſe laborum periculorūq; ſociam, idē in pace, idem in prælio auſuram paſſuramq;. Hoc iuncti boues/ hoc paratus equus, hoc data arma denunciabant. Literarum ſecreta viri pariter ac fœminę ignorabant. Pauciſſima erant adulteria. Adulteram acciſis crinibus nudatam coram propiquis maritus expellebat domo/ & per omnem vicum verbere agebat. Nemo illic vicia ridebat. Infantes nudi erant in domibus. Sua quēq; mater vberibus alebat, nec ancillis, aut nutricibus delegabantur. Nullum erat delitiarum diſcrimen inter dominum et ſeruū. Inter eadē pecora/ in eadē humo degebant. Sera iuuenum venus, nec niſi iā prouectis ætate & virib⁹ concedebantur matrimonia. Sui cuiq; liberi erāt hæredes ſine teſtamēto parentum. Si defuiſſent liberi, ſuccedebāt propiores cognatione. Cō uictibus et hoſpitiis indulgebant amiciſſime, adeo vt nefas haberetur quēcūq; mortaliū arcere tecto. Hoſpites externos pro fortuna quiſq; paratis excipiebant epulis. Abeuntibus ſi quid popoſciſſent, moris erat concedere. Separatæ ſingulis ſedes/ et ſua cuiq; menſa. Diem noctemq; continuare potando nulli erat probrum. Crebræ in compotationibus rixæ, quæ ſæpius cęde et vulneribus/ q̄ conuiciis tranſigebantur. Poſtea tamen conciliabantur facile et deponedant inimicitias. Nuda erat omnium mens, et ſecreta pectoris aperiebant licentia ioci. Pot⁹ erat his humor ex hordeo aut frumento in ſimilitudinem vini corruptus. Cibi ſimplices, agreſtia poma, recens fera, et lac concretum. Famem expellebant ſine apparatu. et blandimentis. Aduerſus ſitim non eadem temperantia. Spectaculorum genus habebant hoc vnum. Nudi iuuenes quibus id ludicrum erat, inter gladios et frameas ſaltu ſe ōijciebant. Exercitatio parabat artem, ars decorem. Aleam ſobrij inter ſeria exercebant, tanta lucrandi

perdendiue

perdendíve temeritate, vt quum omnia defeciſſent, extremo ac nouiſſimo iactu de libertate & de corpore contenderēt. Victus voluntariā ſubibat ſeruitutē. & q̄ iuniſ nior ac robuſtior, alligari tamen ſe ac vēnire patiebatur. Seruos huius conditiouis p cōmercia tradebant, vt ſe pudore victoriæ exſoluerēt. Verberare ſeruū, ac vinculis & opere exercere infrequens erat et rarū. Solebāt tamen occidere, non diſciplína & ſeueritate, ſed īpetu et ira vt inimicum. Fœnus et vſuras neſciebant. Agri pro numero cultorum per vices ab vniuerſis occupabantur. Funerum nulla erat ambitio. Corpora clarorum virorum certis lignis cremabantur. Struem rogi nec odoribus, nec veſtibus cumulabant. Sua cuiq; arma iniiciebantur. Sepulchrum ceſpes erigebat. Monumentorū arduū honorem aſpernabantur. Lamenta et lachrymas cito ponebant, dolorem ac triſticiam tarde. Fœminiſ honeſtum erat lugere, viris meminiſſe. Hæc pręcedentia de Germanoꝝ moribus collegimus ex Cor. Tacito. Priuſq̄ pubertatē attigiſſent, neſciebant operimenta, corporum nuditate gaudentes. Latrociniis non abſtinebant. Crudis quandoq; veſcebantur carnibus. Fœminarum congreſſum ante viceſimum annum ſine probro non appetebāt. De his Seneca. Quid inquit/ Germanis animoſius? Quid armorum cupidius, quibus innaſcuntur innutriūt̄q;, quorū vna illis cura eſt, alia negligentibus? Quid induratius ad omnem patientiam? Hos tamen Hiſpani/ Galliq;/ necnon Aſiæ Scythiæq; molles bello viri anteq̄ legio viſatur, cædunt ob nullam rē aliā opportunos/ q̄ ob iracundiam. Horatius Germanos vocat cæruleos/ propter cęſios oculos. Nā qui ſub ſeptentrione agunt, immanib⁹ſūt corporibus/ candido colore/ directo capillo et ruffo/ cæſijs oculis et multo ſanguine. Qui vero ad axem meridianum vergunt, breuioribus ſunt corporibus, colore fuſco/ capillis vibratis, oculis nigricantib⁹, cruribus inualidis, ſanguine exiguo. ¶ Gymnítes Aethiopiæ nudi degunt. ¶ Cor. Tacitus ait Cattis Germaniæ populis dura eſſe corpora/ ſtrictos artus/ minacem vultum// et maiorem animi vigorē. Multum habent rationis ac ſolertiæ. Præponunt electos, audiunt præpoſitos. Noſcunt ordines, intelligunt occaſiones, differunt impetus, diem diſponunt, vallant noctem. Fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerant. Plus reponūt in duce, q̄ in exercitu Oblato elephanti precio pudicitiam amatorib⁹ ſubſternūt fœminę/ nullo inde pręfloratæ famæ diſpendio. Virgines quum eſſe nubiles cœperint, iu dublicum a parētibus producuntur accurrente iuuenum multitudine, ex qua datur illis optio eligendi, quem virum velint. ¶ Gymnoſophiſtæ torporem animi atq; ocium oderant. Nudi degebant in ſyluis. Ab exortu ad occaſum perſtabant contuentes ſolem imobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtebāt. Apud eos omnes adoleſcentes ex diuerſis locis & officijs conueniebant ad cibum. Magiſtri perrogabant/ quid frugis ab ortu ad illud diei tempus feciſſent. Qui nihil habebant, quod offerrent, impranſi foras ad opus trudebantur. ¶ Non erubeſcebant Græci vinum bibere vnguento mixtum. Mendacij notam præter cæteros mortales ſibi comparārunt. Claruerunt tamen ingenio, laudis auidiores q̄ pecuniæ. Vnde Horatius in arte. Graiis ingenium/ Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui, præter laudem nulli⁹ auaris. ¶ Getuli iſidūt equis iornatis. Lucan⁹. Sēperq; parat⁹ Inculto Getul⁹ equo. ¶ Gnidanū populoꝝ Africę vxores fimbriaꝝ copia perſtrepūt. Preciū id cōcubit⁹ eſt. Quo pluribus quęq; viſitur exculta, eo plauſibilior ei⁹ forma. ¶ Galli ſagittas helleboro collinebant, q̄ iis tranſfixę feræ multo viderentur ad cibum delicatiores. Reſcindebant tamen partes, quæ ambibant vulnus propter hellebori contagium. Cicero ſcribit Gallos iuſiurandi, ac deorum religione nō cōmoueri. Nā cęterę gētes inquit, pro religionibus ſuis bella ſuſcipiunt, Galli contra omnium religiones. Quin-

imo & cum diſs immortalibus geſſere/et impetu hoſtili delphicum oraculum inuadere ſunt auſi. Si quando vero metu perciti propiciandos deos arbitrantur, humanis hoſtijs templa fœdant. Strabo tamen ait Gallos eſſe ſimplices/& nulla morum malignitate. Vnde Martialis. Et tumidus Galla credulitate fruar. Cæſar Gallorũ conſilia inceſſit vt ſubita & repentina. Sed et Gallos omnes deditos religionib⁹ tradit, verum affectos grauioribus morbis aut periculis / homines pro victimis immolare conſueuiſſe. Hominem præterea diuinationi deſtinatum in tergo ferientes/ ex ipſo impatientiæ & torquendi modo vaticinia concipiebant. Quoſdam ſagittis configebant patibulo etiam in ſacris ædibus ſuffixos. Arbitrabantur inſuper ſe prognatos a Dite patre. Propterea temporum ſpacia metiebantur non dierum, ſed noctium numero. Veſtes ferebant intonſas variiq; coloris, quas Braccas vocant. Dicti ſunt Galli a niueo lactis colore, qui Galla dicitur, q̃ eorum corpora lactis inſtar albeſcerent ob vehementem hyemem. Vnde Virg. Virgatis lucẽt ſagulis/tum lactea colla Auro innectuntur. Mantuan⁹. Ignea mens Gallis & lactea corpora, nomen A candore datum. Veterum Gallorum mores longe diſcrepant, ab his qui nũc viuunt. Liberos enim ad conſpectum ſuum venire prius non patiebantur, q̃ per ætatem adoleuiſſent, ac ſubeundis militaribus periculis eſſent idonei. Viuentes amicis mutuo concedebant, quę apud inferos creditoribus exoluerent debitores. Viri q̃tas ab vxore pecunias nomine dotis accepiſſent, tãtundem domeſticarum fortunarum æqua æſtimatione cum dote conferebant. Quicquid inde fructuum ſuccreſcebat/ aſſeruabatur, eratq; eius, qui alteri fuiſſet ſuperſtes. Viri in vxores ſicut in liberos vitæ & necis poteſtatem habebant. Si qua veneficii fuiſſet conuicta, a mariti ſui propinquis incendio aliiſq; cruciatibus conſumebatur. Quæ viuentibus chara fuiſſent/cum eiſdẽ defunctis in funere cremabantur/ vel ipſa etiam animalia. De Rep. niſi in publicis cõciliis nemini licebat loqui. Qui vltimus in concilium venerat, morti dabatur. Si qui tumultuatus eſſet, miniſter publicus veſtes reſcindebat, adeo vt reliquæ partes prorſus eſſent inutiles. Prolixas nutriebant comas, Veſtes auro pictas geſtabant, et hirſutis vtebantur ſagulis. Promiſſis vtebantur fœminalibus. Pro tunicis ſciſſos gerebãt amict⁹/ vix pudenda nateſq; velantes/lana quidem aſpera & oblongis villis. Vnde Martia. Me pĩguis Gallia veſtit. Et li. 4. Accipe Sequanicę pinguẽ textricis alũnã. Haſtas alij/alij arcus/plærique; fundas/ nonnulli fuſtes/in bella ferebant, oblongiſq; vtebãtur gladijs. Humi corpora reſupinabant ad quietẽ. Strabonis ætate ſtramentis ſedentes cœnitabant. Lacte & ſuilla carne veſcebantur/feroci omnes ingenio. Ducebantur maiore belli q̃ agrorum ſtudio. Torques aureos penſiles collo portabant. Victoria efferebantur/ſtupebant victi. Eorũ (quos in bello cecidiſſẽt) capita equorum ſuorum ceruicibus appendebant. Mercurium præter cæteros deos venerabantur, quem omnium artium prædicabant inuentorem. Iturí in pugnam/quicquid manubiarum inde retuliſſent/ vouebant Marti. Fraudãtes aliquid ex præda/graui ſupplicio puniebant. Nullum abſq; philoſopho faciebant ſacrificium. Exiſtimabãt enĩ per diuinæ naturæ conſcios ſacra fieri oportere, tanq̃ diis propinquiores. Horũ interceſſione/bona a diſs cenſebant petenda/quorum conſilio in bello & pace vterentur. Vnde et Druydę vetuſtiſſimi eorum ſacerdotes ſolebant curare ſacrificia publica & priuata. Religiones item interpretari/adoleſcentes diſciplinis inſtituere / rerũ naturalium cauſas ſcrutari/de cæde/de finibus/cæteriſq; controuerſijs agnoſcere, ita vt ſi quis decreto nõ ſtetiſſet/eidẽ ſacrificiis interdicerent. Sacerdotes ipſi hominum congreſſum/& ſermonem declinabant/ne contagione polluerentur. Vnus omnib⁹ præerat/in cuius defuncti locum/ſuffragio alius ſufficiebatur. Animas credebãt nõ

interire/

interire, ſed in alia migrare corpora. Multa de ſyderibus diſputabant; de mundi et terrarum magnitudine, de rerum natura & poteſtate. Tanta fuit Gallicarum mulierum virtus, vt inter infeſtas ciuilis furoris acies quandoq; ſe immiſerit, & lachrymis precibuſq; obliterata diſcordia pacē procurauerint. Propterea quum de bello aut pace conſultabant, mulieres adhibebantur. Hæ ſi qua incidiſſet controuerſia/ ſedebāt arbitræ. Vehiculis vtebantur, quę Eſſeda vocamus, apud Celtas primum repertis. Virg. Belgica vel molli melius feret Eſſeda collo. Syllius ait Celtas ex vacuis mortuorum parentū capitibus inauratis pocula ſibi factitaſſe. Hæc eius verba. At Celtæ vacui capitis circūdare gaudēt Oſſa (nefas) auro/ & menſis ea pocula ſeruant. Quis autē Galli artium & diſciplinarū ignari a plærisq; iudicati ſint, antiquis tamē apud ipſos/ q̄ Latinos aut Græcos floruerunt literæ. Nā vt ſcribit Beroſus, anno 4. Nini/ literis & legibus Celtas formauit Samothes dis cognomento, & Celtiberos Tubal/ a quib⁹ demū mille poſt annis Gręci ſuas acceperunt nō a Cadmo. Nā quas primum aduexit rudes paulo ante excidiū Troianum Cadmus quintus/ eas a Galatis traxerat, quas Galatæ & Męones prius a Gallis ſuſceperant. Non ergo Galli a Græcis/ ſed potius a Gallis Aſia et Gręcia cum coloniis etiā literas & diſciplinas ſuſceperunt. Aliquot deinde annis poſt repertum literarū vſum regnauit apud Celtas Sarron, qui vt hominū tum recentum ferociam cōtineret, publica prim⁹ inſtituit gymnaſia/ a quo Celtarum theologos & philoſophos vocauerūt Sarronidas. Quinetiam dea illa dicēdi præſes Pitho nomine, quam alij Suadā/ Suadelā/ leporē/ flexanimā/ Græci Pſychagogon vocāt, maximi loco numinis habita eſt apud Gallos. Quo tēpore Romani longe lateq; īperabant, nulla gens vixit Romano populo magis formidoloſa. Cum nulla vnq̄ gente Romanus ipſe populus intra extraq; Italiā maiore hominum ſtrage/ maioribus ducum & exercituum periculis debellauit. Nā licet ex eorum exercitu cētum hominum millia quandoq; deſyderata ſint, nihilomin⁹ tamē animoſi pugnam acrius inſtaurabant, pudorem vlciſcebantur, ad vnum īterfici aut interficere volentes. Certarunt Romani cum finitimis de principatu/ cum Carthaginenſibus de imperio/ cum Gallis de vita ſemper. De his Strabo lib. 4. Vniuerſa inquit natio, quam hæc ætas Gallicam vel Gallaticā nominat, Martis ſtudio & animorum ardet impetu/ conſerendæ pugnæ alacritate impigra, ſemperq; ſpectantes in Boream aut oceano propiores conſerendis pugnis ſunt audaciores. Florus de Senonibus ſic inquit. Galli Senones/ gēs natura ferox/ moribus incondita/ ad hæc ipſa corporum mole perinde ac armis ingentibus adeo omni generi terribilis fuit, vt plane nata ad hominum interitum et vrbium ſtragem videatur. Hi quondam ab vltimis oris et cingente omnia oceano/ ingenti agmine profecti quum media vaſtaſſent, poſitis inter Alpes et Padum ſedibus/ ne his quidem contenti per Italiam vagabantur. Romam quinetiam agreſſi vniuerſum populum in Capitolium ſe ſuaq; omnia recipere compulerunt. Quaquauerſum tranſibāt, non fulminantes/ ſed plane fulmina videbātur, dolebantq; expertem cruoris victoriam ſibi concedi/ ac ſine ruina trāſitum patere. T. Liuius auidas armorum Gallicas gentes ſemper fuiſſe ſcribit. De his etiam Trogus apud Iuſtinum lib. 4. Galli inquit abundanti multitudine quum eos non caperent terræ, quæ genuerāt, trecēta millia hominum ad ſedes nouas quęrendas velut peregrinatum miſerunt. Ex his portio in Italia conſedit, quæ et vrbē Romam captam incendit/ et portio in Illyricos ſinus per ſtrages barbarorum penetrauit/ et in Pannonia conſedit. Gens aſpera/ audax/ bellicoſa/ quæ prima poſt Herculem Alpium inuicta iuga & frigore ītractabilia loca tranſcendit. Ibi domitis Pannonijs per multos annos cum finitimis varia belle geſſerunt. Hortante deinde ſuc-

ceſſu/diuiſis agminibus alij græciam/alij Macedoniam omnia ferro proterentes pe
ſiuere. Tantuſq; terror Gallici nominis erat, vt etiam reges non laceſſiti vltro pacẽ
ingenti pecunia mercarentur. Libro item. 25. ait. Ea tempeſtate Gallorum iuuentus
tantæ fœcunditatis fuit, vt Aſiam omnem velut examine aliquo implerent. Deniq;
neq; reges orientis ſine mercennario Gallorum exercitu vlla bella geſſerũt, neq; pul
ſi regno ad alios/q̃ ad Gallos confugerunt. Tantus terror Gallici nominis ſiue ar=
morum inuicta felicitas erat, vt aliter neq; maieſtatem ſuam tutam/neq; amiſſam re
cuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute arbitrarẽtur. ¶Hyperborei ſeptẽtrionales po
puli excoriatas beluarum pelles habent pro veſtimentis. Virg. li. 3. Geor. Talis Hy
perboreo ſeptem ſubiecta Trioni/Gens effrena virum Riphæo tũdit Euro/Et pe=
cudum fuluis velantur corpora ſetis. Annoſo viuunt æuo. Domus iis nemora, lucíq;
& deorum cultus. Diſcordiam & omnem ęgritudinem ignorant, viritim gregatíq;
degentes. Satiati vita indulgent epulis et voluptatibus. Demum ex quadam rupe in
mare deſiliunt. Frugum primitias Delon mittebant Apollini. Viuunt annis míl=
le. ¶Heruli populi nudi pugnabant verenda corporis dumtaxat operientes, ſiue vt
expediti⁹ percuterẽt, ſiue vt illatũ ab hoſte vuln⁹ viderẽtur nihilifacere. Author Pau
lus Diaconus. ¶Himantopodibus natura eſt ſerpendo ĩgredi. ¶Hiporeæ Aethio
piæ populi atri coloris tota corpora rubrica illinunt. ¶Hedui olim dicti ſunt fra=
tres Romani. Cor. Tacitus ait Heduos omnium primos ſenatorum ĩ vrbe ius adep
tos fuiſſe, datumq; id fœderi antiquo, quia ſoli Gallorũ fraternitatis nomẽ cum po=
pulo Ro. vſurparent. ¶Hammonii populi Africæ diſpſis tugurijs habitãt. Mediũ
nemus pro arce habent/triplici muro circundatum. ¶Helluſij & Oxiones Germa=
niæ populi erant ore et vultu humano, relíquo corpore ſimiles feris. Author Cor.
Tacitus. ¶Heſſenii populi ín occidentali Iudęæ parte, víuunt ſine fœmína/omni
Venere abdicata, & ſine pecunía. Tanta libertatis ducuntur auiditate, vt príncipem
vnum ſolumq; fateantur deum. Speciem mortis nullam expaueſcunt. Cognatorum
negligunt ſupplicia, Amicorum interit⁹ non magnífaciunt. Animas putant immor
tales, quas aiunt a corporibus abſolutas tanq̃ e longa & grauí ſeruitute lætícia perfun
dí maxíma, et ferri ſublímes/vltraq; Oceanum degere ín locis peramenís, quí nulla
infeſtantur intemperie. ¶Apud Hebręos lege cauebatur, ne hoſtem ínſepultũ quí=
dem relinquerent. Doctrína his fuit ſecretior/et quaſi díuínitas quædam, vt Moſis
volumína et prophetarum vaticinía docent. ¶Hírpiæ famíliæ fuerunt ín agro Pha
líſcorum, quæ annuo ſacrificio, quod fiebat in Soracte mõte, ſuper ambuſtam lígní=
ſtruem ambulantes non comburebantur. ¶Hiſpaní quondam oblectabantur ca=
pillorum longitudíne. Vnde Martialis. Hiſpanis ego contumax capillis, Crinem ſí=
bi ſine vllo artifice formoſi quatiebant, non aliter q̃ iubam generoſa animalía. Hiſto
ricí ſcribunt Hiſpanos inquieto eſſe ingenio, auidoq; ín nouas res. Olím hoſtem ado
riebantur punctim magíſq̃ cæſim. Propterea gladijs vtebantur breuitate habilibus
mucronatiſq;. Ibant ín bellum induti prætextis purpura tunicís/candore miro ful=
gentibus. ¶Heptacometæ barbarí ſunt ín Ponti regione, quorum nonnulli ſuper ar
bores degunt, alíj ín turribus. ¶Hircaní canes nutríunt, quibus obíjciunt mortuos.
Veſcuntur venatibus. Abundant tígribus. Teguntur ſeminib⁹. Plæríq; marínis mu
ribus ſuſtentantur. ¶Homolotti populi diſſecto ín minimas particulas boue fœd⁹
iungunt. ¶Heniochi populi in Ponto gaudebãt humanis carnibus. ¶Halizones
Scythiæ populi veſcuntur cepe/lente/alio/et mílio. ¶Indi vxores plurimas habent.
Apud eos lex eſt, vt vxor chariſſima cũ defuncto marito cremetur cum veſtímen=
tis et priſtíno habitu, quod Propertius lib. 3. laudat/his verbis. Felíx Eois lex funeris

vna

vna maritis, Quos aurora ſuis rubra colorat equis. Nãq; vbi mortifero iacta eſt fax vltima lecto, Vxorũ fuſis ſtat pia turba comis. Et certamẽ habẽt lœthi/quę viua ſequat Cõiugiũ, pudor eſt non licuiſſe mori. Ardent victrices/& flãmę pectora prębant, Imponuntq; ſuis ora peruſta viris. Vinum confíciunt ex palmis/ex caſtaneis oleum. Arboribus ſuis veſcuntur. Arundines habent amplitudinis arboreæ. Pane vtũtur hordeaceo, Corpora vſq; ad pedes Carbaſis velant. Soleis pedes/capita lintheis vinciunt, lapilli ex auribus pendent. Brachia & lacertos auro colunt. Tela quæ ſagittatores excutiunt/ſunt fere triũ cubitorum/ferriq; tanta vi, vt neq; clypeus/neq; thorax/aut aliud pectoris munimentum queat obſiſtere. Ante expeditionem libẽri patris, nullas habebant domos/nullas vrbes/nulla deorum immortalium templa/nullam ſacrorum curam. Viuebãt i plauſtris. Tegebantur ferarum pellibus. Victi demum a libero patre ędificarunt vrbes/leges acceperunt/templa conſtruxerunt/armis inſueuerunt, Coluerunt Herculem Gygantis nomine. Iuſticiam tanto obſeruarunt cultu, vt exteras gentes nunq; appetiuerint bello. Defunctis ſepulchra non erigũt. Expertes ſunt ſeruitutis. Capillum curant. Mentum habent intonſum/reliqua facie depilata. Furti ſe alligaſſe/ſcelus apud eos nefarium. Litem raro norunt. Teſtibus non indigent, aut obſignatione vlla. Vinum neſciunt, prætereq; rei diuinę cauſa. Potus illis ex Oriza/ex hordeo fere cibus. Incolumitatem exercitio quærunt & perfrictionibus. Strigiles ex hebeno corporum expolitioni adhibent. Veneran-
tur inter deos Iouem pluuium/Gangem fluuium/indigetes genios. Si a rege abluan
tur capilli, feſta dies agitur. Lunæ curſu tempora metiuntur. Totum iter odoribus complent, per quod rex tranſiturus eſt. Eius lecticam ſequuntur armati corporiſq; cuſtodes. Apud eorum ſapientes occupare fati diem pulchrum eſt, & viuos ſe cremari iubent. Expectatam mortẽ pro dedecore vitę habent. Nec vllus corporibus honos redditur, quæ ſenectus ſoluit. Deos putant quicquid colere cœperunt, arbores maxime, quas violare capitale eſt. Rex ubi ſe publice viſendum præbet, præcurrũt cum argenteis thuribulis miniſtri, qui vniuerſum iter odoribus vaporant. Ipſe autẽ geſtatur lectica/margaritis hinc inde propendentibus. Lucet amictus auro & purpura. Lecticam muniunt corporis cuſtodes, circum pendentibus auiculis/quas ad hoc imbuunt. Regia fulcitur auratis columnis, quæ nulla non hora patet volentib⁹. Vbi rex incumbit ornamento capitis, tunc admittuntur legationes, & reddunrur populis iura. Si quando prodire velit in venationem, ferę leporariis incluſæ conficiuntur in conſpectu meretricum. Si aliquanto longius eundum ſit, meretrices ipſæ vectantur curru, quem ducunt elephantes. Impudicis et proſtitutis mulieribus vti ſolent, dum volunt vacare genio. Itaq; relictis domi vxoribus illas ſibi aſciſcunt nõ prolis ſed voluptatis gratia. Vxores vero adhibent in rebũs honeſtis tantum, vbi ſcilicet, aut proli vacant, aut pręter modum non laſciuiunt, ne nimio luxu corrumpant, quas eẽ pudicas volũt. Nec vnq; pmittũt genitales illas et liberas voluptates corã vxoribꝰ exerceri, quę aliquã pudicitię iacturã afferre poſſunt. Vbi ſomni tẽpꝰ acceſſit, regẽ vino grauẽ, dormientẽq; cubiculo inferũt pellices, dijs noctium & tenebrarũ patrio ritu aduocatis cum cantu. Filij ſenio confectos parentes interficiunt, et eorum carnibus veſcuntur, teſte Herodoto. Matronę celebres ſunt pudicitia. Oblato tamẽ elephanti precio, pudicitiam amatoribus ſubſternunt, nullo inde præfloratæ famæ diſpendio. Virgines quum eſſe nubiles cœperunt, in publicum a parentibus produ
cuntur. Accurrente adoleſcentum multitudine datur illis optio deligendi ſibi virum

ex tota iuuenum turba. Fœnus ignorant. Maximum opinantur nefas vel iniuriam pati vel facere. Proinde nulla illis syngrapha/nullum depositum. Quuũ quis ægrotat, familiares illum interimunt, ac demum epulantur. Nullam animantem occidũt. Nihil serũt, herba victitãt, domos parãdas nõ putãt. Coit⁹ ĩ propatulo est sicut pecorũ. ℂ Iberi iacula ferebãt/multis hamis ferreis cõserta. Ferinis erãt morib⁹. Neq; enĩ abnuebãt ex lotio/quod intra cloacas diutius asseruatũ esset, lauachra comparare, retrimẽtis deniq; cõtusis dentifricia sibi et coniugibus quærentes. Cubitabant humi. Res plurimas minimi faciebant, & auariciæ studio semel tantum interdiu cibum capiebant. Erant & Hydropotæ. Vestibus vtebantur precioſissimis. Mortuis tot erigebant obeliscos, quot hostes interfecerant illi, dum viuerent. Maleficiorum infamia laborarunt. Seruos mactabant, & inde concipiebant vaticinia. Mirandula in hymnis. Afflatos Lunæ seruos mactabat Iber⁹/Captiui & iugulo fundebat carmina vates. ℂ Ionũ mollicies quondam abijt in prouerbium. Primi vnguẽti coronarumq; in conuiuijs dandarum & secundæ mensæ consuetudinem repererunt. Hinc Horatius. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. ℂ Apud Iudęos quinquagesimo quoq; anno debitæ relaxabantur pecunię, donabãturq; seruitate. Quæ vilius venissent, redibant ad possessores ℂ Lotophagi populi Africæ vescuntur fructu arboris, quæ dicitur lotos. Politianus in Nutricia. Nec faciles Ciconas/fortunatosq; ciborum Lotophagos, Solebant hi populi suos defũctos in mare abijcere/parum interesse asseuerantes/humo ne/an aqua/ an igne dissoluerentur. ℂ Lestrigones humana carne vescebantur. ℂ Virgili⁹ lib. 9. de morib⁹ Latinorũ sic ait. Caniciem galea premim⁹, semperq; recentes Conuectare iuuat p̃das, et viuere rapto. Idẽ. Durum a stirpe gen⁹/natos ad flumina primum Deferim⁹/ſęuoq; gelu durum⁹ et vndis. ℂ Leuci populi Gallię Belgicæ et & Remi fuerũt optimi iaculatores. Lucanus lib. 1. Optimus excusso/Leucus/Remusq; lacerto. ℂ Lacedęmonij summi bellatores/non cornuum tubarum vesignis/sed tibiarum modulis in pręlis vtebantur, non vt excitarentur/aut euibrarentur animi, sed contra vt moderatiores/modulatioresq; fierent, nihil in principijs prælíorum ad salutem virtutemq; aptius rati, q̃ si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocirent. Author Gellius. Furandi vsum concedebant impune, non ob turpia lucra, neq; ad sumptum libidini prębendum/comparandam ve opulentiam, sed pro exercitio disciplinaq; rei bellicæ, q̃ et furandi solertia & assuetudo acueret animos adolescentium, et ad insidiarum astus, & vigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem, aptos procliuesq; redderet. Regibus suis augures dabãt assessores. Ante belli congressum amori sacrificabant, q̃ is vnus victoriam pariat. Lex erat, vt senes iam efœti qui desperabant prolem, eligerent aliquem ex adolescentibus, eumq; ad vxores suas admitterent, et natum inde partum vt suum & legitimum educarent. Gerebant in scutis suis Lambda literam, insignioris notæ gratia. Solebant insuper liberorum suorum indolem experiri publice verberibus admotis, illosq; hortari, vt flagellorum ictus fortiter perferrent, item laceros ac semianimes rogare, vt vulnera prębererent vulneribus. Vnde Cicero. Cretum quidem leges inquit, itemq; Lycurgi, laboribus erudiunt iuuentutem, vt nando/currendo/esuriendo/sitiendo/algendo/æstuando. Spartæ pueri ad aram verberibus sic accipiuntur, vt plærisq; sanguis e visceribus exeat. Nonnunq̃ etiam quum ibi essem, audiebam ad necẽ, quorũ nõ modo nemo exclamauit vnq̃, sed ne ĩgemuit quidẽ. Literas modo pro necessitate dicebant. Reliquarũ disciplinarũ nihil omnino admittebant. Parebant honeste/labores constantissime tolerabãt, pugnãdo vicere volebant aut interire. Furabantur ĩpune ex cibariis/quicquid vellent. Sordidi tamẽ

erant,et præparci omnes.Nã parua et precij prope nullius magnifaciebant & admirabantur,ardebãtq; auiditate pecunię. Erant et inhoſpitales.Siquidẽ non omni tẽpore licebat peregrinis adire Spartã/ſed'preſtitutis diebus. Quoſcũq; plectendos cenſebãt,noctu plectebant. Author Herodotus.Pręcones/tibicines/ & coci in paterno ſuccedebant artificio/et coquus ex coquo/tibicen ex tibicine/pręco ex pręcone gignebatur/omneſq; perſeuerabant in paterno opere.Ex inſtitutis Lycurgi ſponſus noctu clã accedebat ad ſponſam extincto lumine,et cum ea,quadam velut religione timidus coibat et verecũdus.Anteq̃ rex pugnã iniret,ſacrificabat muſis.quo et oratione et memoria imprimis digna promerent facinora. ¶Leprei populi depræhenſos in adulterio per triduum vinctos circa ciuitatem ducebãt,mox toto vitæ tempore habebãt contẽptibiles.Adultere vero mulieres dieb⁹ vndecim ĩ foro ſtare diſcinctæ cogebantur/tunica perlucida circũueſtitæ. ¶Lacones breuiſſimi erãti ſermone.Propterea vulgi verbum erat/facilius multo eſſe philoſophari.q̃ Laconũ ſermonẽ imitari. ¶Lucani erant admodum iuſti/et hoſpitales.Apud eos lege fuit ſancitum,ne quis poſt occaſum ſolis inuertentẽ hoſpitem exigeret.Quod ſi feciſſet, agebatur reus,eiq; dicebatur mulcta ¶Luſitani apti erant inſidijs.Inſpectis humanis extis futura coniectabant.Dextras captiuorum præciſas offerebãt numinibus. Erant Hydropotæ.Mitrati pugnam ineibant.Hircum habebant inter epularũ delicias. ¶Lydorum mulieres paſſim ſubſtratæ amatoribus,hoſpitali benignitate eoſdẽ plærumq; confouent,et pluribus afficiunt donis,q̃ ipſæ accipiant.Solos tamẽ cõdignos in fœdera turpitudinis admittunt.Priuſq̃ coniugium inirent,ſeipſas proſtituebant.Si poſt coniugium deliquiſſent,veniæ ſpes nulla ¶Lydi primi omniũ caupones fuerunt et inſtitores.Aleæ luſum/teſſerarum/et pilę excogitauerunt.Mancipati fuerunt auguriis & diuinationum ſuperſtitionibus. Furaces erant /, adeo vt non diſcederent niſi re aliqua prius ſublata.Fuerũt inſuper molles et libidinoſi,adeo vt non tantũ noctu vacarẽt voluptati venereę,verũetiã in meridię laſciuirent fœdũ opus manib⁹ peragentes. ¶Leſbij fœdiſſimi fuerunt in Venereis,adeo vt ne capiti quidem parcerent.Quã fœditatem excogitarunt ipſi/et in muliere experti ſunt primi.Vulgo quoq; male audierunt ob vanitatẽ.Leſbiari verbum eſt irrumare/libidinari/et laſciuire,ꝙ turpitudinem fellationis et irrumationis,quę per os agitur,primi inuenerint. ¶Lybici quos in venatione vel pugna elephantes attriuerint, magnifice ſepeliunt et hymnos concinunt. ¶Leontinos Sicilię populos quũ expugnaſſet Phalaris,ademptis armis ad compotationes et voluptates eos reiecit,ne rebellionem pararent.Hinc adagium,Semper Leontini iuxta pocula. ¶Laciadę ſeu Placiadę populi Atticę raphanos in eorũ pudenda mẽbra impingebãt,quos habebant adulterij cõpertos. ¶Lyrcę populi Scythię venatione victitant hoc modo.Conſcenſis arborib⁹ quas habent frequentes,inſidiantur feris.Singulis adeſt canis,et equus in ventrem cubare edoctus/humilius ſubſidendi gratia,Vbi quis feram ab arbore vidit,ſagitta percutit,percuſſam ſi fugiat,conſcenſo equo perſequiturcomitante cane. ¶Maſſagetę Scythię populi quum per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cũ lacte bibunt.Claudianus.lib.1.in Ruff.Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Maſſagetes.Seneca in Oedipo.Lactea Maſſagetes qui pocula ſanguine miſcet.Lucanus.Longaq; Sarmatici ſoluens ieiunia belli / Maſſagetes quo fugit equo/ volucreſq; Geloni.Senio confectos in fruſta conſecant. Qui intereũt morbo/feris obijciuntur in prędam.Solem pręcipue venerantur/cui equum immolant,Reliquos deos habent neglectui.Singulis ſua ſunt coniugia,ſed et cum alienis congreſſus/non tamen clandeſtini.Coeunt in propatulo.Morbo emori turpiſſimum putant. Clarent

equeſtri & pedeſtri mílítía. Arma íllís arcus/gladíus/thorax/& ſecurís ænea. Aureís cínguntur zonís/gladíis díademate cultís, habent et aurea equorum ornamẽta. Argento carent, habent modicũ ferri, quũ ęteris metallís abundent. Inſulares víctitant radícib⁹ herbarũ, Indumẽta faciũt ex arbor̃ líbris. Potũ ſucco pomís expreſſo. Piſcibus etiã aluntur. Tegumẽta corporum e phocarũ coriís ſibi conſuunt. Fílij ſenio confectos parentes interfíciunt. Quũ afficiuntur deſyderio líbidinís, ſuſpenſa ad plauſtrũ pharetra palã cũ mulierib⁹ ſine pudore coeunt. ¶Marſi populí, in Italía a Circes fílio orti vim habuerũt naturalẽ contra ſerpentes & venena, adeo vt eor̃ ſaliua íctæ ſerpentes vt feruentis aquæ cõtactu fugiant. Gellíus. Gens ínquit. in Italía Marſorũ orta ferũt eſſe a Circes fílio Marſo. Propterea Marſis hominib⁹ ví quadã genitalí datũ, vt ſerpentiũ vírulentorũ domítores ſint, & incantatíonibus herbarũq; ſuccís faciant medelarum míracula. ¶Mandí Indorum locuſtís víuunt. Trecẽtos habent vícos, Quadragenos non excedunt annos. Eorũ fœminæ ſemel tantum pariunt. ¶Menímini Aethiopíæ víuunt lacte Cynocephalorum, quorum armenta paſcunt/maribus interemptis niſi ſobolís cauſa. ¶Myconíj líguritores fuerũt & alienæ appetentes menſæ. Hínc adagiũ. Myconius vicin⁹, in eum quí non vocatus ad conuiuium accedit. ¶Moſíni populí Aſiæ Septentrionẽ verſus turres lígneas ſubeũt. Notís corp⁹ omne perſignãt. In propatulo veſcũtur. Promíſcue Venerẽ exercent. Palã reges delígunt, vínculíſq; & arctiſſima tenent cuſtodía. ¶Maſſylí populí Lybię equos habent, quos vírga non freno gubernãt. Martíalis. Et Maſſyl lęũ vírga gubernet equũ. Lucanus líb. 4. Et gens quæ nudo reſídẽs Maſſyllia dorſo/Ora leuí flectít/frenorũ neſcia vírga. Maſſyllíẽſes luxu perdítí muliebrẽ ín modũ ornabãtur comís vnguento delibutís/capillíſq; relígatís. Mulíeres tamẽ erant Hydropotæ, vt ín Míleto factum eſt, et quõdam apud Romanos. ¶Moloſſí populí Epyrí optímos habẽt canes venatícos. Martía. li. 1. 2 Rhetia dũ ceſſãt/latratoreſq; Moloſſí. ¶Mazax populus prope Naſamones peritíſſim⁹ eſt íaculãdí. Lucan⁹ líb. 4. Aequaturuſq; ſagittas Mœdorũ/tremulum quod torſit míſſile Mazax. ¶Magnetes populí Theſſalię optímí ſũt equorũ domítores. Lucan⁹. Et Magnetes equís/Mínyę gẽs cogníta remís. ¶Mardí Perſarum populí ſpecus ĩ mõtib⁹ fodiũt, ĩ quos ſe/cõiuges/ac líberos cõdũt. Pecorum et ferarum carne veſcũtur, Ne fœmínís quidem pro naturæ habítu mollíora ſunt ingenia. Comæ prominẽt hírtę. Veſtis eſt ſup genua. Fũda vicíũt frõtem. Hoc et ornamẽtum cápitís et telum eſt. Fuit hęc gẽs cultu vítæ aſpera, et latrocínijs aſſueta. ¶Macedonib⁹ nullum fuit tam ſolenne mílítíæ munus, q̃ ſuos ſepelíre. Eorum regíbus lege cautũ eſt/ne victís hoſtib⁹ tropheũ erígerẽt. Lege cauebant eos capíſtro cíngí, quí nullũ hoſtem ĩterfecíſſent. ¶Myſí deorũ cultui adeo mãcípatí fuerũt, vt eſítãdís animalib⁹ abſtínerẽt. Víuebãt melle/lacte/et caſeo. Myſorũ popul⁹ vſq; adeo fuit vílís et cõtẽptus, vt ſequẽtí prouerbío locum fecerit. Myſor̃ poſtrem⁹. Fínítimor̃ poſtea ĩcurſatíonibus male vexabantur. Hínc etiã orta parœmía. Myſor̃ prẽda, de hís/qũí ĩpune a quibuſlíbet lędũt ac dírípiũt. ¶Mœdís operímẽta corporũ ſũt Tyara/Cíttarís/pile⁹/manícatę tunícę/anaxyrides et ſtola. Clarẽt equitãdí ſolertía. Sagíttas docte excutiũt. Reges adorãt. Regũ ẽ vxores multas ſibí q̃rere. Mulierib⁹ decorũ víros habuiſſe cõplures. Paucitas deformat/et ífelícítatís gen⁹ putaṫ, ſí quaternariũ nõ exceſſerít. Quí ad Aqlonẽ vergũt, ex frugíferís arborib⁹ alimẽta ſibí cõquírũt, ex toſtís amygdalís panẽ cõfícientes. Poma perſíccant teruntq;, índe conglobant in maſſas. Víno vtũtur, quod ex certo radícum genere cõfíciunt. Veſcuntur et ferarũ carnib⁹, nã mítía pecora negligũt. ¶Moſynœcí populí e lígnís deſilíũt in peregrínos aſſultatíone ſãguínaría. ¶Meſ-

ſenij

ſenij M. literæ nota ſe cognobiles præbebant. Lacedęmonij Meſſenios ꝙ iterum & iterum deſciuiſſent, in ſeruitutem redegerunt, eoſq; durius etiam q̃ reliquos ſeruos tractarunt, ne denuo res nouas molirentur. Hinc adagium. Seruilior Meſſena. ¶Macę ſumma capitis curioſius deradũt/relictis in medio capillis, quos ſuccreſcẽtes eadem cura detondent. ¶Machlyes populi Africæ comam in occipitio connutriunt, capilloſq; decutiunt in ſiniſtra parte. Minio linunt corpora, ſeq; a Troianis prognatos fabulantur. ¶Olim Megarenſes male audierunt tanq̃ fraudulenti ac ficti, ꝙ aliud ſentirent, aliud loquerẽtur. ¶Melanchleni populi in Scythia nigris integuntur veſtibus. Ab eſu humanæ carnis non abſtinent. ¶Mẽdeſii populi Aegypti capras & hircos venerantur, & caprarios præcipuo afficiunt honore. ¶Monomeri populi ſunt ſeptentrionales ſingulis crurib⁹ ſaltuatim currentes / viuaciſſimę pernicitatis. Author Gellius. ¶Numydæ ſeu Nomades mapalia ſua plauſtris circunferunt. Propterea vagi vocãtur a Lucano. lib. 4. Alueos nauiũ inuerſos etiã habuerunt pro tuguriis. Apud eos medius locus erat honoris locus, authore Saluſtio. Lacte/ferina carne/ et elephantis veſcuntur. Viuũt in tabernaculis. Omnis eorum vita occupatur in paſcendis gregibus. Equos regunt non freno/ſed virga. Vnde Virg. infrenos vocat Numydas. Syllius. Hic paſſim exultant Numydę/gens inſcia freni, Quis inter geminas per ludum mobilis aures/ Quadrupedem flectit non cedẽs virga lupatis. Vxoribus perinde ac ſeruis vtuntur. Nullas certas habent ſedes. ¶Nigroę regem habent monoculum. ¶Norici populi ſunt iuxta Pannoniam ferro nobiles. Martialis. Grato non pudeat referre verſu Sæuo Bilbilin optimam metallo, Quæ vincit Chalybaſq;/Noricoſq;/Et ferro Plateam ſuo ſonantem. ¶Neruij Galliæ populi vergentes in occidentem Belgas quondam increpabant, ꝙ ſe populo Ro. dedidiſſent. Vnde a Lucano dictum eſt. Multumq; rebellis Neruius/et cęſi pollut⁹ ſanguine Cottæ. ¶Naſamones populi Africę naues Syrtibus illiſas ſpoliant. Lucan⁹. Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto Nudus rura tenet, quẽ mundi barbara damnis Syrtis alit, nam littoreis populator arenis Imminet, & nullos portus tangente carina Nouit opes/ſic cum toto commercia mundo Naufragiis Naſamones habent. Naſamonum ſingulis adſunt vxores plures, cum quibus palam congrediuntur prætento baculo. Nuptiali cœna diſcumbentiũ ſingulos adit noua nupta veneris gratia. Congrediuntur illi domo allatum donum contribuentes. Ad maiorum monumenta/futurorum ſcientiam aucupantur incubantes manibus. Fidei ſanctio maxima/idem ſibi propinaſſe poculum. Sedentium habitu mortuos aſtituunt, idipſum inter moriendum attendentes, vt ſedentes expirent. In diuinationibus ſua ſequuntur ſomnia. In præſtanda fide de manu alterius vterq; ſumpto poculo bibit. Qz ſi defuerit humor, collectum e terra cinerem lingunt ¶Nabathæi dediti ſũt cumulãdis diuitijs. Apud eos mulcta dicitur publice ijs, qui rẽ aliquo modo immiuerint. Creſcentibus opibus augetur honos. Rara inibi ſeruitia. Miniſtris vtuntur plurimũ cognatis, vel ſibi vnuſquiſq; miniſter eſt. In cõuiuiis plura duodenis exſiccaſſe pocula ignominioſum eſt. Rex quandoq; ſibi et alijs miniſtrat. Vrbes habent nullis clauſas mœnibus. Vtuntur camelis equorum vice. Perfuncta fato corpora habent ſtercoris loco. Regis cadauer in ſterquilinium deijcitur. Sol illis ſacratiſſimum numen. ¶Ophiogenes populi ſunt in Helleſponto, qui ſerpentum ictus con tactu leuant/et manu impoſita venena extrahunt corporibus. ¶Peluſiotę non comedunt cępe. Capillum tondent ſeneſcẽte Luna. ¶Pyratæ Cilices olim viuebãt furto, & marinis latrociniis. ¶Phœnices magnã meruerũt laudẽ i inuẽtione ſyderũ/literaꝝ/ naualiũq; ac bellicarũ artiũ. ¶Pandę ſeu Pãdęi Indorũ populi ſoli regnãt fœminis.

¶Pamphagi omnia mandunt. ¶Psylli populi sunt Africæ, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ex cuius odore sopirent eas. ¶Pygmęi sunt cubitales. Infestantur a gruib⁹. Insidētes arietum caprarumq; dorsis & sagittis armati, veris tempore vniuerso agmine ad mare descēdunt, et oua pulloſq; earum alitum consumunt. Ternis mensibus eam conficiunt expeditionem, aliter futuris gregibus non resisterent. Casas lutō/pēnisq; et ouorum putaminibus construunt. Nōnulli in cauernis degūt. Horū oim longissimi, nō lōgiores sunt, q̄ pedes duos & quadrantē. ¶Pandorę Indorum populi degunt in conuallibus. Viuunt annos ducentos. In iuuenta candido sunt capillo, qui in senectute nigrescit. ¶Parthi et Persæ vnguentis madent. Vinum conficiunt ex palmis. Gloriam in bibendo quęrunt, & quanto pl⁹ bibunt/tanto magis sitiunt. Dediti sunt crapulis, vescuntur cicadis. Fœtido sunt halitu propter indiscretos cibos & nimium viri hausturn. Quandocūq; rex ad eos ꝓficiscitur, vnusquisq; pro facultate salutatum & cum muneribus. Reclinatis poplitibus regum pedes osculantur. Commiscebantur suis matribus authore Tertulliano. Nam & parentibus cum liberis stupro coire fas est. Rex latet semper sub specie cuiusdam maiestatis. Multas habet vxores, quibus alternatim coccumbit. Currum eius affectantur armatorum decem millia hastis argento coruscantib⁹/spiculis auro præfixis. Regij currus latera ornantur deorum simulachris. Iugum collucet gēmis. Eorum magi nihil pręter olera & farinam in cibum recipiunt. Herodotus ait Persas a græcis didicisse pueris abuti. His quandoq; imperauit Gall⁹, qui propterea vocatur auis Persica. Furta impune permittunt. Vino hilares de dubijs rebus consultāt. Statuas non erigunt, non templa construunt, non aras, licet regem istar numinis venerentur. Conscensis mōtibus Ioui hostias immolant. Rem quoq; diuinam faciunt Soli/Lunæ/Telluri/Igni/Aquę & ventis. Nefas et maximum ducunt probrum/aut vomuisse/aut egessisse corporis excrementa aliquo spectante. Liberorum disciplina ternario perficitur numero, vt equos agitent perite/sagittas doctius excutiant/& vera loquantur. Ante quinquennium aut quadriennium filius non admittitur in conspectum parentis, vt si in ipsa infantia contingat puerum perire/pater minus afficiatur. Inhonestum est referre/quę factu sunt turpia. Turpe quoq; quicq̄ cuiq̄ debere. Item in flumen vrinam profudisse aut spuisse/vel omnino manus abluisse/piaculū opinantur. Fluuios enim colunt religiosissime. Natalicium cœnam quotannis rex apponit. Eidem singulis annis ebrietas semel permittitur. Quum mitræ deo diuina res peragitur/saltat etiānum. Equitare insuper & saltare discunt, existimantes illum corporis motum robori plurimum conferre. Non prius potui et propinationibus indulgēt, q̄ se expleuerint cibo. Homines amant adūco naso, ꝙ eiusmodi fuisse Cyrum regem prodant annales. Vbi licentius volunt indulgere conuiuijs, non vxores/verum pellices admittunt. Cum regibus legitimæ mulieres ad mensam accumbūt/et vna comessantur. At quum lasciuire volunt/meretriculas adhibent. Qui regis filius regno succedit, eius natalem quicumq; in regno sunt/celebrant, simulq; in posterum quotannis eandem lucem sacris et festis vniuersa Asia prosequitur. Omnes fere sunt subnigri, vel liuido colore pallentes/caprinis oculis torui/& supercilijs repandis/non indecoris barbis/capilliſq; prolixis hirsuti. Omnes promiscue vel inter epulas festosq; dies gladiis cincti cernuntur. Pro opibus quisq; ascisit sibi matrimonia plura vel pauca. Nemo post satietatem superfluos accipit cibos. Abundant inanibus verbis/magnidici/graues & tetri/minaces iuxta in aduersis rebus & prosperis, callidi/superbi/crudeles/vitæ necisq; potestatem in seruos & plebeios vendicantes. Cutes viuis hominibus detrahunt. Nec ministranti apud eos famulo hiscere licet,

vel loqui

vel loqui, vel ſpuere. Ingratos ante omnia ſeueriſſime puniunt. Ad iudicãdum/ vſu rerum ſpectati, & alienis non indigentes conſiliis / deſtinantur. Vtuntur armillis & monilibus aureis & gemmis, pręcipue margaritis. Fœminarum mira pulchritudo. Nihil apud eos pingitur vel fingitur pręter varias cædes et bella. Liberos inſtituũt/ vt non niſi vera loquantur, & a mendacio abſtineant. Mentiri turpiſſimum putant, Regi non licet quenpiam interficere. Ab infantia vtuntur pileis & tyaris. Vnde et fragilia habent capita. ¶ Pictones vberrimos calce agros quondam fecere / authore Plynio ¶ Paramedeſidæ agreſte hominum genus Bactrianis ad occidentem coniũcti ſunt. Tuguria latere primo ſtruunt/ in montibus foramine ſuperne relicto/ vnde lumen accipiunt. Altis pręmuniũtur niuib9. ¶ Phariſęi delicijs et mollicięi minime indulgebant. Proſequebãtur quod dictabat ratio. Maiores natu venerabãtur, vt ne verbo quidem læſos vellent. Fato geri omnia credebant. Neq; tamen liberi arbitrij poteſtatem auferebant. Iudicium dei futurum ſentiebant, nam et animas fatebantur immortales. Bonas aiebant migrare in aliena corpora, malas tranſmitti ad ętterna ſupplicia. Tantam ſuæ virtutis concitarunt opinionem, vt numeroſi populi multitudo ad eos videndos conflueret. Dicti ſunt Phariſæi ab inſtituto vitæ, q̃ a cęteris abiuncti puriſſime viuerent. Nam Phares Hebræorum idiomate interpręt atur ſegregatio. Quieſcebãt in anguſtis tabulis/ aut etiam ſpinis vel lapidibus ad comprimẽdas corporis titillationes. Decalogum ſcribebant in membranulis / legebantq; in fronte. Hæc Cælius ex Philonis commentariis ¶ Phaſelitæ populi in Pamphilia piſciculos ſalſos diis immolabant/ & Cabro deo ſalſamentis rem peragebant diuinã. ¶ Pariani populi in Helleſponto amorem inter deos venerantur. ¶ Pedalij Indorũ populi nihil in ſacrificijs aliud a dijs petebant, q̃ iuſticiã, arbitrati ſe omnium rerum compotes futuros, ſi eam conſequerentur. ¶ Pannonii feroces fuerunt & idonei bello. Auſonius. Armiferis alui quos ego Pannoniis. Et alibi. Saluere Auguſtũ iubeo, natumq;/ patrem, Imperiis grauidas qua ſeco Pannonias. Mira fuit eius gentis in victu lauticia. Omnes cuiuſq; ætatis culinariam norunt artem. Auidiſſimi erant audiẽdi, ſtudendi non ita. Veſtium in patria neglectus. Alibi non ita erant negligentes. ¶ Pontici populi aduerſus frigoris iniuriam braccis vtebãtur. Ouid. Pellibus et laxis arcẽt mala frigora braccis. ¶ Phigalei qui Meſſeniis adiacẽt, vino adeo gaudẽt. vt non alibi q̃ in cauponis habitent. hoſpitibus domos elocantes cum vxoribus. Hoſtilis tubæ ne in ſomno quidem ſonum perferunt. ¶ Quodam tempore quum in Pſyllorum finibus Auſter perq̃ validus & diuturn9 flauiſſet, eoq; flatu vniuerſa eorum aqua exaruiſſet, dolore moti conſtituerunt vlciſci iniuriam illam. Propterea cõmuni edicto omnes ſumptis armis in Auſtrum peride quaſi hoſtem iure belli profecti ſunt. Atq; ita profectis vent9 magno ſpiritus agmine venit obuiam & vniuerſos cum omnibus copiis/ armiſq;/ cumulis arenarum et montibus operuit. Eaq; ruina omnes ad vnum perierunt. Author Herodot9. ¶ Romæ in publicum egredi togatæ cogebantur mœchæ. ¶ Rhodienſes ſacrificium quoddam peragebãt, vbi res iurgijs & verbis male ominatis peragebatur. Quum Dianæ Lyndiæ ſacrificabant, dies aliquot apud aram deæ conuiuia prorogabant, atq; inibi perpetuo manebãt. ¶ Rhegini ignaui fuerunt i rebus bellicis/ animiq; prępauidi. Hic adagium. Rheginis timidior. ¶ Seres populi orientales ex ſuis arboribus depectunt lanas tenuiſſimas, quas Bombyces vermiculi aranearũ inſtar cõficiũt ex tenuiſſimis filis. Virgi. lib. 2. Geor. Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres. Auſonius. Iam pelago volitat mercator veſtifluus Ser. Seneca. Quæ phœbæis ſubditus Euris Legit Eois Ser aboribus. Idẽ. Et quocunq; loco iacent Seres vellere nobiles. Iuſtiſſimi ſunt, & ducenteſimum vitę

annum excedunt. Rutilas habent comas/oculos cæruleos. Frugaliſſimi ſunt & paca tioris vitæ cultores, vitantes reliquorum mortalium cœtus. Aduenis illuc euntibus ad emenda fila/nulla ſermonum vice/rerum precia ſolis proponũt oculis. Nihil ipſi comparant aduecticium. De his Martianus Capella. Seres inquit, vndis aſpergunt arbores ſuas, vt lanugo quæ Sericum creat. poſſit admitti. Aliarum gentium homines aſpernantur ac refugiunt. ¶ Scythæ populi domos habẽt volubiles in plauſtris. Horatius lib. 3. Car. Campeſtres meli⁹ Scythæ, Quorum plauſtra vagas rite trahũt domos Viuunt. Vnde et Lucanus eos errantes vocat lib. 3. vbi ait. Tinxere ſagittas Errantes Scythiæ populi. Duodenos dies durant in fame et ſiti virtute cuiuſdã herbæ, quæ vocatur Spartania. Strepunt equitatus gloria. Quum vident ſe magnopere indulſiſſe potui, arcuum chordas pulſare conſueuerunt, vt diſſolutum voluptatibus animum ad priſtinam continentiam reuocent. Veſcuntur humanis carnib⁹. Hoſpites immolant, & interfectorum caluarias habent pro pateris. Vtũtur acie cuneata. Albi ſunt & animoſi propter frigidiſſimam regionem/quam inhabitant. Solent inter epulas honoris cauſa mortuos vorare. Sagittarum aciem tingũt viperina ſanie & humano ſangnine ad irremediabile nocumentum. Captas autem viperas vbi iam perierunt, diebus aliquot ſinunt liqueſcere. Mox vbi ſatis computruerunt, in ollam/ſanguinem hominis vnius totum infundunt, adobruuntq; ſterquilinio/vaſe diligenter obturato. Vbi vero ſanguis ipſe contabuit, eximunt. & ſaniei viperinæ commiſcent. Scythotauri furtorum licentia victum ſolent ſibi comparare. Aduenas cædũt hoſtiarum loco. Scytharum pleriſq; communia ſunt omnia præter enſem & cyathũ. Vxores item & liberi ſunt inter promiſcua. Simpliciſſimi fuerunt olim & æquitatis obſeruantiſſimi. Eo demum improbitatis peruaſerunt, vt cunctis ad quos accederent, nares præciderent. Iracundi ſunt. Peculiare eſt ijs & Sarmatis/manibus defuncti viri vxores interficere. Pabulo & pecori non aruo ſtudẽt. Tympana ex corio curribus ſuis alligant hyemi & imbribus defendendis. Amiciuntur ferarum pellibus. Furta maxime execrantur, vt qui communia habeant omnia/& immunita. Ebrietas plus nimio frequens eſt. Hinc Scythiſſare verbum eſt inebriari. In ſolennibus conuiuijs circunfertur ingens patera, quam nulli accipiunt, niſi qui ex hoſtibus aliquot interfecerunt. Nullas habent vrbes/nulla mœnia extructa. Domos ſecum ferunt ſinguli. Viuunt ex pecoribus. Simulachra/aras/& delubra non putant faciẽda, præterq; Marti. Inopes ſunt lignorum. Propterea quum pecudes excoriant, oſſa quoq; carnibus denudant, & ſuccenſis oſſibus carnes coquunt. Sues nolunt alere. In bello quem primum virum ceperint, eius ſanguinem potant. Quoſcunq; in prelio interemerint, regi offerunt, Ablato enim capite fiunt participes prædæ, quam arripuerint. Hoſtiũ homicidas in magno habent honore. Qui nihil preclari operis ediderunt/afficiũtur probro. Abundant vaticinatoribus, qui cum virgis diuinant. Quum rex aliquos affecit morte/omnes ſimul liberos interficit illæſis fœminis. In faciendis fœderib⁹ vinum ſanguine mixtum epotant. Regi nullus vænalicius miniſtrat. Eo mortuo quinquaginta miniſtrorum eius ſtrangulantur, ac totidem preſtantiſſimi equi. ¶ Sauromatæ ſeu Sarmatæ qui ſunt inter Boriſthenem & Iſtrum, vagi ſunt, et mutãt domicilia. Statius lib. 5. Syl. An iuga Pãnoniæ/mutatoreſq; domorum Sauromatas quaties? Sanguinem equinum permixto potant lacte. Tanta ſunt barbarie, vt pacem nõ intelligant. Promiſſa ſunt barba/et longis capillis. Propterea vocantur intonſi. Seneca. Intonſis teritur qua via Sarmatis. Inepti ſunt ad pedeſtrem pugnam. Author Cor. Tacito. ¶ Sicambri Germaniæ populi ad vtramq; Rheni ripam habitãtes, flauos habent capillos, quos vbi ſatis creuerunt, quodam artificio in nodum complicant.

cant. Martialis lib. 1. Crinibus in nodum tortis venere Sicambri. Claudianus. Flauam ſparſere Sicambri Cæſariem. Idem. Illinc flauente Sicambri Cæſarie, nigris hinc Mauri crinibus irent. Idem. Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris. ¶Siculi pollent acumine & vafricia. Propterea Maternus eos acutos vocat. & Apulei⁹ lib. 11. Trilingues. Vnde Siciliſitare verbum Plautinum, eſt aſtute loqui. ¶Satyri nihil habent moris humani præter figuram. Hirti ſunt & villoſi toto corpore, gaudentq; ſyluarum latebris, & hominum commercia refugiunt. ¶Suani gentes indomitæ auri tantum metalla fodiunt. ¶Sabęi ditiſſimi ſunt ſyluarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum rigui mollis, cæræq; prouentu. Corpora defunctorũ non pluris faciunt q̃ ſtercora. Quinetiam reges ipſos inter ſterquilinia reiſciunt. ¶Sorbotæ populi Aethiopiæ ex Africæ parte dicuntur eſſe octonum cubitorum. ¶Sciopodes in maximo æſtu humi iacentes reſupini, vmbra pedum ſe protegunt. ¶Soritæ Indorum piſcibus viuunt, quos vnguibus diſſectos ſole torrent, et ita panem ijs faciunt. ¶Sybaritæ populi Calabriæ delicijs & voluptatibus adeo indulſerunt, vt luxurioſa omnia dicerentur Sybaritica. Hinc Sybariticus luxus, & Sybaritici libelli id eſt impudici. Conuiuia celebraturi anno prius per vocatores, fœminas inuitabant, quo luxu, roſeis gemmis, auro, vnguentis, & veſtibus exquiſiti impendij cultæ omnium ora in ſe conuerterent. Erant & faſtu præturgidi. Hinc adagium. Sybaritæ per plateas. Artes quæ ſono conſtant, a ciuitate reiſciebant, ne qua ratione interpellaretur quies. Quin Gallos quoq; in vrbe nutriri nolebant. Habebant in delicijs exiguę ſtaturæ homunculos & catellos. Diuites ſi quando ruſticatum ire vellẽt. curru vehebantur adeo lente, vt diurnum iter tribus vix diebus conficerẽt. ¶Sardi ſeu Sardiani vænales olim pronunciabantur, quum quis ludos ederet in capitolio. Hinc adagium. Sardus venalis. ¶Solebant Sueui Germaniæ populi obliquare crinem, nodoq; ſubſtringere. Principes habebant ornatiorem capillũ, q̃ plebeii. Quoſdam eorum mores deſcribit Pontanus lib. 5. de ſtellis dicens. Heluetii, Vſipeteſq;, atq; effera corda Sueui, Quis vnum prædæ ſtudiũ, ac durare ſub ipſis Corpora fluminibus, teloq; aſſueſcere dextram. Non vrbis, non cura domus, agrive colẽdi. Venatu ducunt vitam, atq; e lacte liquente, Et quod Marte ſibi ſpoliato ex hoſte pararint. Bella placent, fuſuſq; hoſtili e corpore ſanguis. ¶Sabarcæ Indorum regebantur populi non regum imperio. Author Curtius. ¶Saducei dicebant mortalem eſſe animam, ſimulq; cum corporibus interire. Fatum negabant. Deum conſtituebãt extra omnem mali patrationem, inſpectionemq;. Apud Indos duo erant gymnoſophiſtarũ genera Samarei & Brachmanes. Samarei pomis, Oryza, aut farina tãtũ alebantur. Rex eos colebat vt deos, illorum preci⁹ pacem regno cõciliari exiſtimãs. Exiſtimabant animam eſſe in ſeruitute, q̃diu concludebatur corpore. Liberam vero vbi ſeparata eſſet. Propterea voluntariam plærumq; mortem oppetebant. Hos domeſtici beatos exiſtimabant. Eos vero qui ſupereſſent, deflebant, vt infelices. ¶Syri leues ſunt, et reb⁹ nouandis magnopere proclíues. Ludis præterea celebritatibuſq; dediti. Perunguntur oleo precioſo, et linuntur vnguentis. Maximam diei partem i concœnationibus abſumunt et potu. Maſculi a 14. anno, Fœmine a 12. vſq; ad 65. tributo obligantur. Fortunam colunt. Proni ſunt in cachinos & ſcommata. Diuino cultui ſatis dediti. Vnde Statius lib. 1. Syl. Quod ramis pia germinat Damaſcus. Operoſiſſimi ſunt in hortis. Hinc adagium. Multa Syrorum olera. Nec caruerũt mollitiei nota. Hinc Syriſſare verbum eſt molliter viuere ¶Sogdij populi prope Bactrianos lęti ad mortem feſtinant, alacri etiam corporis motu. ¶Sabinorum ſacerdotes æneo cultro tonderi ſolebant. ¶Apud Sardoos parentes ſenio confecti ſu

ſtibus cædebantur a filijs, et mox' contumulabantur. Turpe ſiquidem putabant multo ſenio confectum ſupereſſe diutius. Magiſtratibus cogebanrur ratiocinari, vnde viuerent. ¶ Herodotus ait Selenetidas mulieres oua parere/indeq; naſcentes homines/quinquennes decies eſſe nobis ãpliores. ¶ Aetate beati Hieronymi Scoti veſcebantur hnmanis carnibus. Et quum per ſyluas porcorum greges & armentorum reperirent, tamen paſtorum nates & fœminarum papillas ſolebant abſcindere. & has ſolas ciborum delicias arbitrari. Iidem nullam propriam habebant coniugẽ, ſed prolibidine more pecudum laſciuiebant. ¶ Sarabaytę ſacerdotes Aegypti habitabant in foraminibus petrarum/induti porcorum et bouum pellibus/cincti funibus/diſcalceati/& ſanguine cruẽtati. Cauernis demum exeuntes paupertatem & abſtinentiam prædicabant, & barbam ſpectante populo ſibi peruellebant/nũmiſq; tali aſtu & cõmento adeptis/remeabant in ſuas ſpeluncas, & in ſumma lętitia furtim dapibus epulabantur. ¶ Syracuſani olim erant opib⁹ florentiſſimi, voluptatibuſq; ac deliciis addictiſſimi. Vnde et Syracuſana mẽſa tranſijt in prouerbium. ¶ Siculi Hieronis tempore/exotico milite plærumq; vtebantur. ¶ Sarracenorum mores ſic deſcribit Ammianus Marcellinus. Omnes inquit pari ſorte ſunt bellatores ſeminudi, coloratis ſagulis pube tenus amicti, equorum adiumento pernicium/gracíliumq; camelorũ per diuerſa reptantes in tranquillis vel turbidis rebus. Nec eorum quiſq̃ ſtilam appræhendit/vel arborem colit, aut arua ſubigendo quęritat victum, ſed errant ſemper ſine lare, ſine ſedibus fixis, aut legibus. Vita eſt illis ſemper in fuga, vxoreſq; mercenarię, conductæ ad tempus ex pacto. Atq; vt ſit ſpecies matrimonij, dotis nomine futura coniunx haſtam & tabernaculum offert marito. Ita autem quoad vixerint, late vagantur, vt alio loco mulier nubat, alio pariat, liberoſq; procul ducat, nulla copia quieſcendi permiſſa. Victus vniuerſis caro ferina eſt, lactis abundans copia, herbæ multiplices/et quæ per aucupium capi poſſunt/volucres. ¶ Scriptouini perpetuis fere niuibus rigent/crudiſq; feratum carnibus veſcuntur, quarum pellibus indumenta ſibi conficiunt. Author Paulus Diaconus. ¶ Olim Spartani ſuſtulerunt omnem vſum auri et argenti ex Lycurgi inſtituto/ferrumq; prætulerunt/nummo ex eadem materia percuſſo. ¶ Sigynnę populi Scythiæ equos habent toto corpore hirſutos/puſillos tamen/& geſtandis viris inualidos, ſed qui iuncti currui perniciſſimi ſunt. ¶ Samii gymnaſium amori nuncuparunt, inſtitutis ſacris quæ vocantur Eleutheria. ¶ Apud Sotianos Gallorum populos rex ſexcentos apud ſe habebat exprudentioribus, qui regi ipſi conuiuebant, & commoriebantur volentes adeo, vt non ſit inuentus, qui periculum ſubterfugeret. ¶ Troglodytæ populi ſpecus excauant, quas habent pro domibns. Victus illis ſerpentum carnes, ſtridor non vox/adeo ſermonis commercio carent. Aſſidui ſunt in venationibus/et mira clarent velocitate. Nam ſuper Aethiopiam velociores ſunt equis. ¶ Incolæ Taprobanes inſulæ ædificia habẽt modice ab humo extantia. Item aurum et argentum & marmor teſtitudinis ſimile. Præterea gemmas & margaritas præcipuæ bonitatis. Apud eos annona nunq̃ augetur. Neq; ſunt fora/neq; lites. Herculem colunt. Populus regem eligit ſenecta clementiaq; venerandum et liberos non habẽtem. Et ſi poſtea gignat, abdicant, ne fiat hęreditarium regnum. Rectores ei dant 30. Nec niſi multorum ſẽtentia quiſq̃ damnatur capite. Appellatio eſt ad populum. Rex ſi delinquit, morte mulctatur/nullo interimente, ſed auerſantibus cunctis et commercia etiam ſermonis negantibus. Agros diligenter colunt, Pomis abundant. Voluptas eſt in piſcatu/teſtudinum maxime, quarum ſuperficie domos integunt. Vita hominum centũ annis modica. ¶ Tonemphoę canem habent pro rege/motu eius imperia augurantes.

¶ Thraces

¶Thraces calculos colore diſtinctos pro experimento cuiuſcunq; diei in vrnam condunt, ac ſupremo die ſeparatos dinumerant, atq; ita de vno quoq; pronunciant. Ferũtur eſſe tam fragilis memoriæ/ vt quaternarium numerando non poſſint excedere. Vtũtur acie cuneata. Bellicoſi ſunt. Vnde et Martem natum apud eos fabulãtur poetæ. Vino ſe largius ingurgitant. Liberos in mercato venundant. Virgines nõ aſſeruant, ſed quibus libuit viris coccumbere permittunt. Vxores ſeruant vehementer, eaſq; a parentibus coemunt. Punctas notis eſſe frontes nobile iudicatur, non eſſe notatas punctis ignobile. Ocioſum eſſe/ habetur pro honeſtiſſimo, agricolatorem pro contemptiſſimo. Spolijs bellicis & rapto viuere pulcherrimum. E dijs colunt Martem/ Liberum/ Dianam. Reges etiam Mercurium/ per quem ſolum iurant/ & a quo progenitos ſe aiunt. Ad magnatum cadauera mactatis prius hoſtijs conuiuantur/ priuſq; deflent/ deinde combuſta ſepeliunt, aut aliter humo contegunt. Aggeſto inſuper tumulo varij generis certamina proponunt, præcipue monomachiam, id eſt ſingulare certamen. ¶Tentyritæ ſeu Tentyri ſolo aſpectu & olfactu fugant crocodillos. ¶Tapyri populi ſunt ĩ Parthia, qui vxores ſuas alijs viris concedunt, quũ ex eis duos aut tres liberos ſuſceperunt. Vino perinde ac vnguento oblinũtur. Iuſticiã obſeruãt. ¶Tibareni populi Scythiæ ĩ Aſia, quos amãt, ſenio confectos ſuſpẽdũt ĩ patibulis. Iuſtiſſimi ſunt/ nec prius bello cõgrediũtur cũ aliquo, q̃ diem/ locũ/ horam/ hoſti ex fide denunciauerint. Si quando inibi pepererint mulieres, viri velut ægritudine ſimulata in lectulis decumbunt/ vt puerperæ, hiſq; iacentibus præminiſtrant vxores. Luſum amplexantur ac riſus, q̃ in ijs maximam felicitatis partẽ arbitrẽtur eſſe cõſtitutã. ¶Tẽplarij hæretici fuerunt ĩ Solymis ciuitate ãno. 1030. poſt ĩperiũ Auguſti. Frequẽtes & aſſidui verſabãtur ĩ tẽplis, vnde tractũ nomẽ. Simulachrũ habebãt ſũmo factũ artificio, cui hominis cutem ſuperiduxerãt & binos præfulgẽtes carbũculos ſub ipſa frõte collocauerãt, qui promicabãt oculorũ vice. Huic aũt ſimulachro ſacra faciebãt. Moriẽtiũ pr̃eterea cadauer ĩ cineres adactũ cæteris ĩ potum cõferebant, qua potione firmiores & cõſtãtiores ſe futuros putabãt. Eos vero qui ex templarij virginiſq; cõiugio fuiſſent nati, ſubiecto igne torrebant, ſimulq; ex humore deliquato ſuũ perungebãt ſimulachrũ, quo maiorẽ probarent religionẽ. Tenebãtur amore maſculorũ fœdiſſimo. Dãnati ſunt tandem in Viennenſi concilio/ & cõcremati, quotquot reperti ſũt. ¶Apud Thrauſos populos Thraciæ edito puero propinqui aſſiſtentes lugent/ miſerias huius vitæ recenſentes/ quas paſſurꝰ ſit infans ille. Hominẽ fato functũ per luſum & lẽticiã terræ mãdãt/ referẽtes quot malis liberatꝰ ſit ille. Multas habẽt vxores, quæ ſi cõtingat viro hominẽ exuere/ certatim contendunt eius mortem ſequi. ¶Finis.

¶Ad doctiſſimum virum et vtriuſq; iuris conſultiſſimũ D. Gaufredũ Pompadaureum Petragoricenſem Archidiaconum Epigramma.

TV cui conſpicuum tribuit pompa aurea nomen,
Aurea cui virtus/ mundaq; verba placent,
Huc geminas conuerte acies/ & fronte ſerena
Proſpice Textoris fila operoſa tui.
Sed non expectes Lydæ monumenta puellæ,
Quæq; ſua pingit barbara Memphis acu.
Non fero prægnantem calathum Icariotide tela,
Non quæ veſtiflui linthea Seres habent.
Tela mea inculta eſt, & multis aſpera nodis,
Et qualem mulier ruſtica nere ſolet.

Ne tamen hanc toruo furioſus diſſue vultu,
Rebus in exiguis vtilis eſſe poteſt.
Hac faciet ſaltem viles ſibi Gallia braccas,
Quiq; ſuo potus Sarmata currit equo.
Aut inculta vagi texent ſibi carbaſa nautæ,
Vapulet vt rapidis vndiq; pulſa notis.
Si qua tuas forſan diducat rima feneſtras,
Qua gelido flatu ſibilet acris hyems,
Hac tela poteris ſtridens operire foramen,
Sic aliquo ſaltem proderit illa modo.
Sed iam poſt riſus/& ludicra verba/loquamur
Seria,non omnes ludicra verba iuuant.
Gaufrede/Ecce meæ proiecta eſt alea famæ.
Nec reuocare queam/ſi reuocare velim.
Nunc acuit vulgus ſatyras/& verbera linguæ,
Imminet & capiti magna ruina meo.
Ergo tibi ſacris patronus conſule muſis,
Patronum ſi te ſenſero/tutus ero.

¶ Ad eundem Gaufredum Pompadaureum Blaſij Madroneti Securiaci Epigramma.

¶ Te quanti faciat Textor tuus,hoc ſatis infert
Gaufrede/æternæ commoditatis opus.
Non tibi dat rubro captas in littore gemmas,
Quodq; metalliferi parturit vnda Tagi.
Ergo quid? æternum nomen,quod nec iouis ira,
Nec profugæ ætatis deleat vlla dies.
Nunc ſolum corpus poſſunt tibi tollere Parcæ,
In te nil aliud numina iuris habent.
Fama ſuperſtes erit/longæuaq; gloria viuet,
Dum vaga nocturnis luna regetur equis.
Hunc ergo Pyladem firma tibi iunge catena,
Perpetuos cuius dat tibi Muſa dies.

¶ Folio.321 vbi ſcriptum eſt,Diuitiæ Semiramis arguuntur ex coctilibus illis muris inter ſeptem orbis miracula numeratis,ex cratere/cui⁹ pondus erat 15.talentorũ ex paparatu cõuiuij/quo Antoniũ excepit.ſic legi debet.Cleopatrę quoq; diuitię ex apparatu,quo Antoniũ excepit.Nemo eſt ei vel mediocriter doct⁹,qui neſciat Semiramidem Aſſyriorum reginam floruiſſe ante Cleopatram & Antonium annis circiter 2020.Multa ſunt huiuſmodi errata,quæ ſi perſpexero intolerabilia eſſe lectori,non grauabor in compẽdium redigere/& huic operi adiicere.Interim parcat quæſo lector meæ negligentiæ,& ignorãtiæ chalcographorum.

¶ Abſolutum eſt hoc opus Typis Antonij Auſſurdi fideliſſimi chalcographi,& impenſa Reginaldi Chalderini honeſtiſſimi Bibliopolæ/anno a partu virginis 1520.quinto calendas Decembris.

¶Regis Priuilegium.

FRancoys par la grace de dieu roy de France au preuoſt de Paris ſeneſchal de Lyon & bailly de Rouē/ & a tous nos iuſticiers & officiers ou a leurs lieulxtenans a chaſcū deulx ſicōme a luy appartiendra ſalut et dilection. Receu auons lhūble ſupplication de noſtre cher & biē aymé Regnault chauldiere marchant demourāt en noſtre ville de paris/ contenant quil feroit voulētiers imprimer vng liure intitule Officina Textoris/ lequel a grāt peine & difficulte il a fait colatiōner. Mais il noſeroit ce faire ſans nos conge et vouloir/ et auſſi pour doubte que aps quil le auroit fait imprimer, aulcūs libraires volſiſſent faire le ſemblable/ qui ſeroit le fruſtrer de ſes peines & labeurs frais et deſpences/ nous requerant humblemēt a ce ſte cauſe luy impartir ſur ce nos grace et prouiſion. Pource eſt il que nous/ choſes cōſiderees/ inclinans liberalement a la ſupplication dudit Regnault Chauldiere a icelluy/ et pour ces cauſes et aultres a ce nous mouuans/ auōs permis & octroye permettons & octroyons de grace eſpecial par ces preſentes. quil puiſſe et luy loyſe imprimer & faire imprimer le liure cy deſſus nōmme/ iuſques a trois ans prochains venās a compter du iour et date que ledit liure ſera imprime ſans ce que durant ledit tēps aulcuns libraires ne aultres puiſſent icelluy liure imprimer ne faire imprimer ou vendre en quelque maniere que ce ſoit. Si vous mandons et commandons par ces preſētes que nos preſens graces permiſſion & octroy vous faictes ſouffres et laiſſes ledit ſuppliant iouyr et vſer plainement et paiſiblement/ en faiſant ou faiſant faire a to⁹ libraires et imprimeurs inibicion et deffence de par nous ſur certaines et grandes peines a nous a appliquer et de cōfiſcacion dudit liure/ que durant ledit temps de troys ans ils nayent a imprimer ledit liure/ car ainſi nous plaiſt il eſtre fait. non obſtāt quelconques lettres ſubreptices a ce cōtraires. Donne a ſainct Germain en Laye le. iii. iour de May lan de grace Mil cinq cens & .xix. et de noſtre regne le. v. ¶Par le Roy/ leueſque de troyes confeſſeur. Et aultres preſens. Hedoyn.


R C
REGNAVLT CHAVDIERE

